R 5 A H 15

NAZIONALE
8
54 H
15
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

8.54.H.15

TRACTATVS
DE OFFICIO,
ET POTESTATE
EPISCOPI.

BARTHOLOMÆI VGOLINI
Diœceſis Ariminenſis,ac Barbiani Archipreſbyteri.

ECCLESIASTICIS PERSONIS OMNIBVS PERVTILIS.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

AD PAVLVM V. PONT. MAX.



BONONIÆ,

Apud Bartholomæum Cocchium. M. DC. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Ad inſtantiam Simonis Parlaſchæ.

PAVLO QVINTO
PONT. MAX.

BARTHOLOMÆVS VGOLINVS S. P. D.

EST in more poſitum, Beatiſsime Pater, vt qui ſtudiorum ſuorum lucubrationes in lucem edunt, ijs potiſsimum eas dicent qui vel de ſe bene meriti ſunt, vel generis nobilitate præſtant, vel doctrina inſignes, vel rectè factorum gloria excellunt. Ego igitur inueteratum hunc morem ſecutus, tuorumq. erga me meritorum non immemor; etſi ſuperioribus annis labores alios à me tibi dicatos in lucem edidi; cum tamen Tractatum de Officio, & Poteſtate Epiſcopi grauiſſimorum virorum ſuaſione promulgandum mihi propoſuiſſem; ipſum quoque Tuæ Sanctitati conſecratum ſub tuo glorioſiſſimo nomine in publicum prodire volui. Etenim ſi generis nobilitatem ſpectemus; quæ Borgheſiæ Familiæ amplitudo? Qui ſplendor? Quæ gloria? Mitto maiores tuos (ne nimium longè tuorum illuſtria facta repetam) doctiſſimus Marcus Antonius Pater tuus ad vrbem profectus, (in qua tanquam in orbis terrarum quaſi theatro quodam virtus elucere, & cognoſci poteſt) in iure Pontificio, ac Ciuili eam laudem eſt adeptus; illud integritatis nomen ſibi comparauit, vt quos gradus doctiſſimi, atque præſtantiſſimi viri tantum aſcendunt, eos ipſe Conſiſtorialis, & Fiſci Aduocati fuerit aſſecutus. Quid de Fratribus tuis dicam? Vtinam Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Horatius Cameræ Apoſtolicæ olim Auditor te Pontifice Maximo viueret; non enim dubito, quæ ſingulares eius animi dotes, quod eximium eius ingenium, quin tantus frater tibi ſummæ voluptati futurus eſſet. Reliqui verò tui amantiſſimi fratres Excellentiſs. Ioannes Baptiſta, & Franciſcus qua vitæ probitate? qua morum ſuauitate præditi? (paucis multa comprehendam) hoc vnum inprimis eorum ab adoleſcentia ſtudium, vt omnibus prodeſſent; ſumma eorũ cautio, vt nemini obeſſent. Si verò, quæ tua propria ſunt, egregia facta contemplemur. Quæ adoleſcentiæ tuæ cunabula? Quę inſtituta vitæ ratio? nam caſtiſſimè, ſanctiſſimeq. educatus à primis ætatis tuæ temporibus eam virtutis opinionem apud bonos tibi peperiſti, & cum ætate auctam, & Pontificij, & Ciuilis iuris ſcientia ſic illuſtraſti, vt primum vtriuſque Signaturæ Referendarius creatus ad grauiſſima negocia ab Apoſtolica Sede ſis adhibitus; in quibus egendis quæ tua prudentia? Quod ingenium? Quæ diuina propemodum ſolertia extitit? Teſtor nobiliſſimam ſtudiorum Matrem Boniam, cui Prolegatum Siſtus V. tantus Pontifex te præfecit. Teſtor ea tempora, quibus, cum annona carior eſſet, tua tamen diligentia adeò fuit proſpectum, vt beneuolentiam omnium ſingularem, à cunctis laudem ſummam reportaueris. Factus deinceps Auditor Cameræ vbi fuiſti à Gregorio XIIII. Quid opus eſt verbis? tanti officij dignitatem eximijs, atque ſingularibus animi tui virtutibus decoraſti, auxiſti. Hinc Clemens VIII. in Hiſpaniam te Nuncium deſtinauit; idem paulò poſt incredibili omnium lætitia in ampliſſimum Cardinalium Collegium te cooptauit; te denique, te vnum ex ſacro eo Collegio delectum ſibi Vicarium aſciuit. Qua demum ratione ſummum Pontificatus gradum es adeptus? Proponebantur ab Illuſtriſs. Cardinalibus plures non minus nobilitate, ac doctrina, quàm morum grauitate, ac rerum geſtarum gloria præſtantes. At qui partim hunc, partim illum reſpuebant; huc, illuc ancipiti

contentione diſtracti concurſabant. Verùm, vbi Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardinalis Borgheſius diuino (vt opinor) afflatu nominatus eſt; tù, tu, inquam, Pontifex Maxime; qui concurſus omnium ad te? ſtatim te Summum Pontificem vniuerſi clamant, ſalutant, oſculantur; diſcentientes opiniones ceſſant, animi omnium inter ſe conciliantur, te ſcilicet, te vnum eo gradu, ea dignitate digniſſimum arbitrati. Beatum te, Beatiſſime Pater, quem Chriſtus Dominus ſuum Vicarium, ſui Petri ſucceſſorem, Eccleſiæ ſuæ ſponſum eſſe voluit; quem Sacroſanctum illud Collegium vno omnium conſenſu elegit. Suſcepto igitur Catholicæ Eccleſiæ quaſi nauis gubernaculo ijs potiſſimum temporibus, quibus turbulentiſſimis tempeſtatibus ſalutis noſtræ hoſtis inuidia excitatis ipſa iactabatur, qua prudentia, quo conſilio eas ſedaſti? Planè apud bonos teſtatum animum tuum reliquiſti te nihil maluiſſe, quam libertatis Eccleſiaſticæ conſeruationem, Eccleſiæ tibi traditæ pacem, animarum Chriſti fidelium ſalutem. Paccatis demum hiſce fluctibus, mitto deſtructa templa per te reſtitui, noua ædificari, ædificata amplè, mirificeq. exornari, vnde tua ſumma erga Deum religio, ac pietas, ſummus animi tui ſplendor elucet; Quod ſtudium adhibes ad dignitates conferendas? Patiare me in tuarum laudum immenſum campum iam ingreſſum, aliquid etiam extremis (vt aiunt) digitis attingere. Non immemor enim Apoſtolici præcepti nemini cito manus imponas, ijs tantum abs te dignitates conferuntur, qui doctrinæ inſignibus, ac morum ſanctitate excellunt, ac prodeſſe plurimum poſſunt. Hinc Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Scipionem Borgheſium Cardinalem creaſti; qui tantus vir præter Philoſophiæ, atque vtriuſque iuris ſtudia, quæ ab adoleſcentia in celeberrimis Italiæ Scholis ſummè coluit, ea prudentia, eo ingenio prædictus eſt, eo iudicio, vt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ clariſſimum quaſi quoddam lumen eluceat; & Cardinalatus honor tanto viro; ipſe tanto honore vir dignus habeatur. Hinc Illuſtriſſimum Ioannem Garziam Millinum ea dignitate decoraſti, eiuſdem fidei Eccleſiam Imolenſem credidiſti; noueras iam multò ante ipſius Familiæ ſplendorem; noueras ingentia ſuarum virtutum merita. Hinc Illuſtriſſimum Bonifacium Caietanum, de cuius excelſi animi magnitudine, de admirabili virtutum incredibilium eius fama, de ſumma eiuſdem Familiæ nobilitate melius eſt ſilere, quam pauca dicere, ad Cardinalatum prouexiſti; & in Romandiolam Legatum ſuperioribus annis miſſum nunc confirmaſti. Prætereo alios literis, doctrinaq. præſtantes dignitatibus etiã à te decoratos; non tamen omittam Illuſtriſs. Michaelem Tontum; per quem ob ſingulares eius animi dotes inſignibus dignitatum pluribus ornatum voluiſti Ariminum Ciuitatem tibi mirificè deditam Cardinalatus honore cohoneſtari. Hæc igitur ſunt, Beatiſſime Pater, per pauca ex pluribus, ingentibusq. animi tui virtutibus præconia; quæ nulla ætas ignorabit, nulla obſcurabit obliuio. Hæc, quæ tui generis nobilitatem à te ſummè auctam, quæ rerum à te geſtarum gloriam teſtantur. Hæc demum, quibus etiam ductus (vt dixi) Tractatum hunc ſub tuo glorioſiſſimo nomine in publicum prodire volui; atq; eorundem præſidio tutum, commendatumq. fore exiſtimaui. Hilari animo igitur labores hoſce meos accipere ne graueris; etſi enim leue munus hoc eſt; graue tamen apud bonos erit meæ erga te obſeruantiæ argumentum. Ro Barbiani pridie Idus Octobris M. D C. I X.

PROE-

PROEMIVM AD LECTOREM.

LEGI ſepius humaniſſimè Lector multorum cum veterum, tum recentium ſcripta De officio, & poteſtate Epiſcopi; in quibus, etſi multa doctè ſubtiliterq; diſputata inueni, non tamen poteſtatis huius fundamenta ab ipſis iacta; non quæ ad ipſam poteſtatem pertinent, omninò, ordinatimq; tractata animaduerti. Ego igitur, qui multos iam annos in literis verſor, & ſcribere non ceſſo, pro mearum ingenij virium imbecillitate ex parte ſaltem hæc ſupplenda mihi propoſui. Quare inſtitutum meum ſecutus quatuor Capita totius huius operis, quaſi fundamenta quædam ieci. In quorum primo, quod poteſtas hæc ab Epiſcopo exercetur, ob eam rem, quibus qualitatibus Epiſcopus creandus, creatuſq; affectus eſſet cum habito reſpectu ad ſe, tum ad Eccleſiam ſuam gubernandam, oſtendi. Vnde optimè conſpicitur quo prçditus animo, qua ſcientia, qua vitç integritate Epiſcopus eſſe debeat. In altero eiuſdem poteſtatis effectus tam per ſe, quam per accidens collocaui. Atqui quod cognoſci optimè non poterant, niſi laicorum functiones, quatenus Chriſtiani ſunt, item, & Eccleſiaſticorum, quatenus tales, explicarentur; nec non conditiones locorum piorum, atq; infidelium; ideò, quç laicis facienda, queq; vitanda, ſicut etiam quæ Eccleſiaſticis in quocunq; gradu conſtitutis diſtinctè, copioſeq; egi. Quare quæ de laicis, nec non de Eccleſiaſticis perſonis, ſimulq; de locis pijs, atque infidelibus in viſitationibus, alijſq; functionibus ab Epiſcopo inquirenda, obſeruandaque eßent; ad ſummam, quouſque poteſtas Epiſcopi pertineret, apertiſſimè demonſtraui. In tertio Capite, quòd tota Epiſcopi poteſtas ſui muneris exercendi ab ordine, atque iuriſdictione pendet; ob eam rem, quæ ordinis, quçq; iuriſdictionis eius eſſent, declaraui. Poſtremò, quod forma ad hæc peragenda, quæ diuerſa ſunt, diuerſa eſt; idcircò, vti res poſtulabat, quæ ſingulorum forma eßet, vel adieci, vel, vnde facillimè haberetur, indicaui: quorum omnium vt ſub aſpectum facilius venirent, in initio meo more Tabulam præmiſi. Hic igitur ordo, hæc forma ad materiam hanc agendam à me adhibita. Quem ordinem cum grauißimis Principibus uiris etiam contuli; Mediolani enim cum Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Federico Borromæo S. R. E. Cardinali ampliſſimo, cuius tanti viri ſanctitatem plus ne commendem, an in omni ſcientiarum genere doctrinam ignoro. Imolæ cum Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Ioanne Garzia Millino eiuſdem Ciuitatis Epiſcopo è Latere tunc Legato è Germania reuerſo; de cuius excellenti ingenio, ſingulari pietate, rerum gerendarum peritia finis difficilius dicendi, quam initium inueniretur. Fauentiæ cum Illuſtriß. ac Reuerendiſs. Erminio Valentio, cuius honeſtiſſimam anteactam vitam, ſingularem prudentiam

dentiam

dentiam nouit Clemens viij. qui ab eo Cardinalem factum Fauentinæ Eccleſiæ præfecit; nouit ingentem eius pietatem templum ab eo ibi conſtructum; nouit paupertas eiuſdem loci benignitatem. Qui præſtantiſſimi viri ordinem hunc, formam, propoſitum meum ſummè commendarunt, & vt in lucem opus hoc ederetur, animum mihi addiderunt. Verum quod in hac materia quæſtiones perobſcuræ plures ſunt, eas vna cum doctiſſimis viris communicaui. Nam primum (mitto Ioannem Baptiſtam Vgolinum amantiſſimum Fratrem meum multos iam annos in Iure Ciuili, ac Pontificio conſulendo, & publicè Arimini ipſum interpretando; ſumma cum laude verſatum; & Vincentium eius filium vtriuſq; iuris inſignibus, & ipſum decoratũ, & in vtroq; foro paterna veſtigia ſecutum ſummo cum honore verſantem. Nec non Ioannem Caſalechiũ Solarolienſem acutiſſimum meum diſcipulũ, ac multos iam annos in vtroque iure me audientẽ, non minus ingenio quam doctrina præſtantem, cuius opera in hiſce laboribus deſcribendis mirifica extitit) Nam primum, inquam, quæſtiones ipſas vna communicaui cum Perilluſtri, ac Reuerendiſſ. Antonio Albergato; cuius ſummum in iure Pontificio, ac ciuili ſtudium, ſummam prudentiam teſtatur Mediolanenſis Eccleſia; teſtatur idem Cardinalis Borromæus, qui ad tantos populos ſuæ Eccleſiæ gubernandos Vicarium Generalem eum ſibi aſciuit; teſtatur PAVLVS V. Pontifex Maximus, qui & ob ingentia eius merita Epiſcopali dignitate ipſum nouiſsimè decorauit. Cum celeberrimo itidem Iureconſulto Alexio Ricardo, qui Patriarchæ aſſeſſor Venetijs; Neapoli cum Nuncio Apoſtolico; Mediolani honeſtiſſimis functionibus perfunctus Archiepiſcopalis Eccleſiæ eiuſdem Vrbis Canonicus ordinarius creatus eſt. Quid dicam de Marco Antonio à Vulpe Præpoſito Eccleſiæ Imolenſis; qui e nobiliſſima familia ortus, à ſuorumque maiorum gloria non degenerans ab auaritiæ ſordibus perquam longiſſimè abeſt? atq; ab eodem Illuſtriſſ. Millino Eccleſiæ ſuæ Vicarius Generalis factus eſt? Hic quoque plurimum hiſce meis ſtudijs fauit, eadem plurimum adiuuit. Non præteribo Marcum Antonium Franzonium, cuius ſubtile ingenium non minùs, quàm ſingularis doctrina in difficillimis fori conſcientiæ quæſtionibus diſſoluendis, mirum in modum elucet. Quare ad hanc functionem publicè exercendam in Cathedrali Eccleſia Imolenſi theologali præbenda donatus eſt. Cum doctiſſimis igitur hiſce viris dubitationes ortas contuli, ſimulque hos labores meos oſtendi: qui omnes, vt operam darem, quò in publicum quam primum prodirent, plurimum ſunt cohortati. Ne igitur tantorum virorum auctoritatem aſpernari viderer, ipſis morem geſſi. Accipe igitur benigno vultu humaniſſimè Lector opus hoc, quodcunque ſit; ac propediem Tractatum de Poteſtate Epiſcopi in Regulares, ſi mihi vita contigerit, accipies. Vale.

Errata

MENDA ABSENTE AVCTORE CONSECVTA

grauiora correcta, leuiora prudentię Lectoris relicta.

Menda	*Correcta.*	
Mentes	Menſes	pag.4. col.2.nu.8. verſ.37.
abuſis	abuſus	pag.10.col.1.nu.4. verſ.26.
ſic	ſi	pag.11.col.3.nu.5.verſ.14.
Epiſcopus	Epiſcopo	pap.12.col.2. nu.1. verſ.5.
indicia	indicta	pag.14.col.1.nu...verſ.31.
perſonarum	perſonatum	pag.ead.col. 2. nu.8.verſ.10.
abſque	ab ipſque	pag. & col.ead.nu.9.verſ.1.
Epiſcopum	Epiſcopatum	pag.15.col.1.nu.1.
ac	at	p.ea.col.2.nu.3.ver.14.& ib.ver.22.
quo	ex quo	ibidem.verſ.9.
admonendo	admonendos	pag.ead.col.2.nu.3.verſ.4.
aperitate	aſperitate	ibid.verſ.23.
conſultus	conſultius	pag.18.col.1.nu.2.verſ.27.
ſe	ſi	ibid.col.n.& verſ.
eſſe	poſſe	pag.23.col.2.nu.1.verſ.28.
curam	cura	pag.25.col.1.nu.1. verſ.23.
non	nec	pag ead.col.2. nu.2. verſ.45.
diœceſi adde	quæ iuriſdictionis	
	poteſt idem ſi	pag.28.col.2.n...verſ.31.
hic	hi	pag.ead.col.2.verſ.42.
quemadmodum	quem modum	pag.ead.col.verſ.18.
Itali adde	extra Italiam	pag.32.col.2.nu.1.verſ.3.
peccat	peccata	pag.42.col.1.nu.8.verſ 20.
&	vt	pag.44.col.2.nu.2.verſ.8.
vel	vt	pag.45.col.1.nu.4.verſ.25.
de off.	de reſti.ſpol.&	
	C ne quis	pag.59.col.1.nu.2. verſ.10.
probaui	traditis in	pag.61.col.1.verſ.4.
connumerationib.	corũ rõnibus	pag.63.col.2.nu.4.verſ.5.
præſentari	ſcrutari	pag.65.col.1.verſ.20.
hæc	ore	pag.69.col.2.num.3.verſ.13.
decedant	incedant	pag.72.col.2.ibid.
adde	poſſeſſiones	
	d.86.	pag.85.col.2.num.2.verſ.6.
varari	cariori	pag.86.col.1.verſ.pen.
nec	hæc	pag.87.col.1.verſ.3.
certo	tertio	pag.ead.col.2.verſ.25.
factus	fœtus	pag.92.col.1.nu.5.verſ.7.
non	delendum	pag.93.col.2.verſ.16.
proluſio	profuſio	pag.96.col.1.nu.2.verſ.13.
nocerent	noſcerent	pag.97.col.1.verſ.cos.
adde	non	pag.ead.col.2.verſ.1.
nam	non	pag.ead.col.2.verſ.10.
adde	prohibetur	pag.100.col.1.nu.2.verſ.hoc
reformatur	refertur	pag.102.col.1.verſ.vel
nulla	multa	pag. & col.ead. verſ.mo
Clericis	Clericus	pag.104. col.1. verſ. nã clericis.
exportant	exportentur	pag.& col.ead.verſ.tinum
rejectum	dictu	ibidem verſ.fin.
parochum	parochi	ibidem
fere	ſed	pag.106.col.1. verſ. dem
verum	vnum	pag.107. col.2. verſ.quit
vſus	cauſas	pag.108.col.1. verſ.veſtiores
nullus	nullas	pag.109.col.1.verſ.eſſe
clericari	clerici	pag.ead.col.2. verſ.2.
tolle	diù	pag.103.col.1. verſ.cunque
fratribus	fructibus	pag.116.col.2. verſ.eius
erant	erunt	pag.117.col.1. verſ.mus
præſentes	præſes	ibidem.verſ. l.præſentes
adiutæ	ad vitæ	pag.118.col.1. verſ.habet
ibi	vbi	pag.121.col.1.verſ.tum
capellarij	capellanijs	pag.123.col.2. verſ.licet
dimitatur	irritatur	ibid.verſ.limitatur
nam	non	pag.124.col.2.verſ.mirantur
nuper	nec	pag.127.col.1. verſ.admiſus
adde poſt ſed	non	pag.129.col.2.verſ.licentia
quid	hic	pag.130.col.1.verſ.quid
nam	non	ibid.verſ.in hoc
diſputationem	diſpenſationē,	pag.131.col.1.verſ.liime

Menda	*Correcta.*	
contrarium	contractum	pag.140. col.1. verſ.pro
nam	non	pag.142.col.1.verſ. gitur
adde	non	pag & col.ead.verſ.mõ ibi nõ prius
detineri	de hæreſi	pag.154.col.2. verſ.tenet
quæ	qui	ibidem verſ. habet
ferdet	fœda	pag.155.col.2. verſ.iniuria
addenda	abolendæ	pag.161.col.1. verſ.teris
vis	ius	ibidem verſ.arbitrium
non mera	mera	ibidem.verſ.ibidem
ibidem	ob idem	ibid.col.2.
in laicis	à laicis	pag.163.col.2.verſ.ginis
quot	quod	pag.164.col.1.verſ. ſit
ſupranumeraui	ſupranumerarij	ibid.verſ. cum ſeq.
adde	per eandem	pag.165. col.1. verſ.poſſunt
clerum	chorum	pag.166. col.2. verſ.irrident
humanam	ſummam	pag.167.col. 2.verſ.hoc
nec non	non	pag.168.col.1.verſ.à nobis
adde	ſi indiget	ead.pag.verſ.tunc
& ſic.n.	hi enim	pag.169.col.verſ.vt.
tegendum	torquendum	pag.ead.col.2. verſ.quæ
exceptiones	exemptiones	pag.171.col.1.verſ ſignat
adde	ad ærarium	pag.172.col.2. verſ.admittēdos
quoque	quodque	pag.173.col.1.verſ.eo
apud	ad	pag.174.col.2. verſ.quinto
hic	is	pag.177.col.2.verſ.de
quod	quoad	ibid. verſ.alias
prædiorum	prædictorum	pag.179.col.2.verſ.centia
adde	de Clericis	pag.180.col.1. verſ.apoſtol.
deſerta	deſerto	ibid.2.verſ.deſerta
Qui ita ſac.Congr.		
declinata teſtatur		
	Quæ ita ſacra Congreg. teſtatam declarat	pag.118. col.2. verſ.cap.
adde	præſcriptũ ab Epiſcopo	pag.& col.verſ.piore
fuit	facit	pag 183.col.1. verſ.poſtremo
præbere	præterea	pag.186.col.1.verſ.vt
prædictorum	perditorum	pag.ead.col.2.verſ.bisecta
agit	cogit	pag.187. col.1.verſ.ti
nam	non	pag.190.col.1.verſ.nam
empta	exempta	pag.192.col.2.verſ.nim
nam	non	pag.194.col.1. verſ.quod
adde	nos illorum	ibidem verſ.indignum
vſu	vti	ibidem verſ.tunc
vt	ne	pag.198.col.2.verſ. & alij
adde	afferens ſe	ibid.verſ.375.
conceſſis	conuerſa	pag.200. verſ.fœminis
antequam	tanquam	pag.204.col.1.verſ.tunone
præbendi	præbent	pag.205.col.2. verſ.præbend.
ſi	hi	ibidem
ones	opes	pag.206.col.1.verſ.ſuis
iuris	curis	ibidem verſ.quis
adde	C. ibidem	col.2.verſ.2.&
poſt amplia adde &		pag.66.col.1.verſ.ſic
Priuilegij pluribus egi		pag. 161.col.1.verſ.vbi
hic quæ tamen inartiria,	de qua tamen materia,	ibid.
perſonæ	præſtare	pag.161.col.2. in fine.
Sacerdotis,quibus contractus	à contrahentibus fit	pag.140. col.1.verſ.tractus
extractas	extinctas	pag.72. col.1. verſ.extractas

SECVNDÆ PARTIS.

Menda	*Correcta.*	
quod	quid	pag.4. col.2. verſ.quod
enim	etenim	pag.9.col.2.verſ.3.
conferens	conferre non	ibidem verſ.ei
ſit	ſic	pag.11.col.1.verſ.1.
datu	ſtatu	ibid.col.2.verſ.eo
tum	tu	pag.12.col.1.verſ.tatem
ille ne	illinc	ibidem in fine.

moueat

Digitized by Google

Menda	Correcta.	
moueat	voueat	pag.13.col.1.verſ.ingreditur
ſtante	ſi ante	ibid col.2.verſ.ſtante
ne	non	pag.16.col.1.verſ.tiari
adde	& eo	pag.17.col.2.tum
ciuiles	onus	pag.19.col.1.verſ.guitur
eſſet	ceſſet	ibidem verſ.ſe
pio	pro	pag.20.col.2.verſ.poteſt
precium	præciſam	ibidem verſ.ſitatem
quos	quis	pag.21.col.1.verſ.quos
mouerit	nouerit	pag.25.col.1.verſ.tur
facit	fient	ibid.col.2. verſ.ciationes
nec	&	ibid.verſ.tur
iſto	eſt	pag.27.col.1.verſ.tus
atque	ea an	pag.35.col.1.verſ.& ita
ſundus	pondus	ibidem verſ.mis
inſipiti	inſigniti	ibidem verſ.tonſura
collatis	collati	ibid.col.2.verſ.tit
quæ	quo	pag.41.col.2. verſ.id
ſepultum	ſepultura	ibid.verſ.cendum
ac	at	ibid.verſ.viri
ſepulcra	ſepultura	pag.ibidem
ipſum pollutũ	ipſam pollutã	pag.43. col.1.verſ.rium
eſperitur	reperitur	ibidem verſ.fieri
quod	quid	pag.46.col.1.verſ.locus
voluit	vel vt	ibidem col.2. verſ.voluit
benedictã redit	benedicta reditur	ibidem verſ. cra
remanentur	renouentur	ibidem verſ.amen
cupulla	caſſula	pag.48.col.2.verſ.vt ex
vt	vti	ibidem verſ. non
dat	datur	pag 49. col.1. verſ plex
cuius	cui vis	pag 51.col.2.verſ.ab
vt	at	pag.53.col.2.verſ.viuit
quid	quod	pag.56. col.1. ver.ponitur
A	ſi	pag.60.col.1.verſ.tit
peccati	peccatum	ibid.verſ.in
ipſam	ipſum	pag.63.col.2.verſ.ad
ea	eam	ibidem.
definit	deſinunt	ibid verſ.ipſas
quod	quoad	pag 64.col.2.verſ teſtas
debitum	delictum	pag.71.col.2.verſ.dit
collocet	non collocat	pag.72.col.1.verſ.collocet
adde poſt etenim	parochum	pag.75.col.2.verſ.tum
actus	notus	pag.80.col.1.verſ.prædicãdũ
laicis.	laicus	ibid.verſ.hæc
concionandi	concionãdum	ibid.verſ.concinnandi
prædicatur	prædicator	ibid.col.2. verſ.Epiſcopus
iurare	curare	ibid.verſ.delegatus
mutantes	nutantes	pag.82.col.1.verſ.ab
ſenſin	concio	ibid. verſ.tem
menſe	menſa	pag.83. col.1.verſ quio
incuerentur	imbuerentur	ibid.col.2.verſ.res
quicquam	nihil	pag. 104.col.1.verſ.quo
reſtituere	reſtitue	ibid.col.2. verſ.reſtituere
eccleſijs	eccleſias tantundẽ	p.105.col.2. ver.quatuor
demum	domum	ibid.& ver. & vbi
poſt ſunt dignitas,	dignitates	pag.108.verſ.tutes digni
locorum	laicorum	pag.111.col.1. verſ.cleſia
fuma	forma	ibi. verſ.examinandi
arbitrio	arbitri	pag 113.col.verſ.iure
delegato	delegati	ibid. verſ. atque
igitur	cogitur	pag.114.col.2.verſ.de

Menda	Correcta.	
idque	teque	ibidem verſ.abſolui
literas adde nec		pag.115.col.2.verſ.literas
amorum	animarum	pag.117.col.col.2.ver.morum
exteros	exteris	ibidem verſ.ibitum
Titium	tertium	pag.118.col.1. in fine.
tum quod	tum quod	
profana	pro forma	pag.120.col.2.verſ.idque
ipſum	ad ipſam	pag.122.col.1.verſ.ipſam
adde poſt Epiſcopus	poteſt	pag.124.col.2. verſ.legare
poſui	prouiſi	ead.col.verſ.ſecundo
&	eſt	pag.125.col.1.verſ.vt
vt	at	ibid.verſ.dominus
regula	regulæ	pag.125.col.2.verſ.de regul.
debebuntur	debebantur alioquin	pag.126.col.1.verſ.bunt
vti	cui	pag 126. col.2.verſ.ita
alibi	labi	pag.129.col.2.verſ.tacito
habet	tollendum eſt	pag 131.col.2.verſ.natus
ſcire	ſiue	pag 132.col.2.verſ ſundauerit
nequiſitationi	neq; viſitationi	pag.133.col.1. in princ.
iure	vice	pag.134 col.1.verſ.tronatus
locorum	laicorum	ibi.verſ.tronatus
iure	vice pręſentandi qui indignum præſentauit,	pag.134.col.1.verſ.ſecundo
ſe præſentatio	ſi præſentatio	
legitimum	legitime	ead pag.verſ.tur
errectionem	electionem	ibid.col.2. verſ.errectionem
Epiſcopum	Epiſcopus	pag ead.col.1.verſ.tunc
vt	&	pag.135.col.2.verſ.tronatus
&	ex	ibid.verſ.Epiſcopus
attendenda eſt	attendendũ eſſe	ibid.verſ.dunt
vt inſtituatur ſpectet	ſi inſtitutio ad alium ſpectet	pag 137.col.1.verſ.po
valet	volet	pag.ead.col.2. verſ.bati
Epiſcopus	Epiſcopo	eadem col.in verſ.patronus
quorumcunque	quo nunquam	pag.138.col.1.verſ.atque
primiuatum	primiciarum	pag.139.col.2.verſ.varum
&	ex	pag.140.col.2. verſ.tem
eam	cum	ibid. in fine
quod in alia	quod alia	pag.141.col.1.verſ.hoc
dicimus	diuinus	pag.& col.ead. verſ ac
prædij	prædíti	pag.144. col.2.verſ. vulgari
vbi	ſibi	pag.145.col.2. in princ.
tunc	huc	pag.147.col.2.verſ.multa
debitor	debita	pag.148.col.1. verſ.mo
adde per ſe poſſe		pag.150.col.1.verſ.pent
eſt	eſto	pag 152.col.1.verſ.prum
adde ob id quod		ibidem verſ.ſexto
eſt	ex	pag.153.col.2.verſ.nec
decreto	ſecreto	pag.154.col.1.verſ.tue
tum	cum	ibidem verſ.etiam
obia	ob vitia	pag.156.col.1.verſ.ob ia
permittendis	permittendus,	ibid. verſ.permittendis
adde an hæc		ibidem verſ.pus
ob eam at	ob eam rem vt	pag.157.col.1.verſ.baui
id	idem	ibidem verſ.Epiſcopus
diſpenſatum	diſpenſatur	eadem pag.verſ.ſuper
adde tunc	non	pag.136.col.1.verſ.res
& viuunt	& vacant	pag.1 7.col.1.verſ. & viuunt
inſtitutum tranſiuit	inſtitutus tranſegit	pag.1 8.col.2.in princ,

REGISTRVM HVIVS OPER,

† a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Ab Bb Cc ſunt duerniones.

Ab Bb Cc Dd Ee Ff Gf Hh ſunt terniones. I K L M N O P Q R ſunt duerniones. S terniones.

Digitized by Google

INDEX EORVM,
quæ in hoc Opere potiſſimum notatu digna ſunt.

A

ABBATES ab Epiſcopo benedicuntur, par. 2. numero 1. pag. 47
Primam tonſuram conferre poſſunt, & quatuor Ordines minores, ead. par. nu. 1. pag. 25
Suis ſubditis, & qui dicantur, ead. p. nu. 2. pag. 26
Quando ſubditis alterius, ead. p. nu. 3. pag. ead.
An caſus reſeruare ſibi poſsint, vide in verb. Generales.
Abſoluere an Sacerdos poſsit mulierẽ, qua cum peccauit, p. 1. nu. 111. pag. 137
Abſoluere à caſibus reſeruatis qui poſsint, par. 2. num. 1. pag. 54. & ead. p. nu. 1. pag. 61
Si quis autoritatem non habens abſoluat, abſolutio nulla eſt, p. 2. nu. 1. pag. 64
Excommunicatus eſt ipſo facto, ead. p. nume. 2. pag. 65
Priuatur officijs, dignitatibus, & beneficijs quæ habet, & fit inhabilis ad quæcunque alia obtinenda, ibid.
Aliquando tamen ſecus, ibid. numero 3
Reliqua vide in ver. Articulo mortis.
Abſoluere poteſt Epiſcopus à iuramento quo abſolutus agere, & excipere in iudicio poſsit, p. 2. num. 1. pag. 46
Acquiſita ex cauſa illicita an clerici retinere poſsint quouſque priuentur, p. 1. num. 3. pag. 88
An pertineant ad ſpolia vbi ſemel negotiatus eſt Clericus ibidem, nu. 4
Et quid in dubio, ibidem, nu. 5
Acta Sacerdote curam animarum habente, an valeant ſi vel beneficium retinet non legitimè, vel legitimè, ſed vſum adminiſtrationis non habet, p. 1. nu. 3. pag. 121
Accuſare coram Iudice laico in ſacris conſtitutus nõ poteſt, p. 1. nu. 1. pag. 74
Aduocatus in quibus cauſis eſſe poſsit, p. 1. nu. 2. pag. 73
In foro ſæculari in ſacris conſtitutus eſſe non poteſt, p. 1. nu. 1. pag. 75
Accuſatus de aliquo delicto, vel inquiſitus an interim admittendus ad Epiſcopatum, p. 1. nu. 8. pag. 4
Ædificia beneficiorum ſimplicium quorum ſumptibus reſtauranda: Et quid ſi reſtaurari nequeant, p. 1. nu. 6. pag. 105
Ætas trigeſimi anni requiritur in Epiſcopo, p. 1. num. 6. pag. 4
Quæ in concurrente ad beneficium, par. 2. nu. 3. pag. 117
Quæ in eo, cui beneficium ſimplex confertur, & an Sacerdos eſſe debeat, ibid. nu. 5
Altari in quo Epiſcopus in põtificali celebrauit eo. die inferior Sacerdos ibi celebrare non poteſt, p. 1. nu. 4. pag. 10
Altare viaticum Epiſcopus habere poteſt ſuper quo & in priuatis ædibus celebrat, par. 1. num. 4. pag. 10
Ea conſecrare habet, p. 2. nu. 1. pag. 44
Quotuplicia ſint, ibid. nu. 2
Aliud portatile, aliud non portatile, ibid. num. 3
Quando execretur, ibid. nu. 4
Altari, Calice, Patenis, ſi excommunicatus, hæreticus, ſchiſmaticus, & degradatus vtatur, an execrentur, p. 2. nu. 5. pag. 46
Alienari bona Eccleſiæ nequeunt, p. 1. nu. 1. cum 4. ſeq. pag. 108
Nec locorum piorum, ibid. nu. 6. pag. 109
A quocunque alienentur, ibid. nu. 5
Facta alienatio non valet, ibid. nu. 1. pag. 109

I N D E X.

Alienata repeti debent, & per quos, par.1.nu.2. pag.104

Alienantium pœnæ quæ ſint, & quot, p.1.nu.2. pag.110

Alienatio de licentia Romani Pontificis facta valet. p.1.nu.1.pag.110

Alienare nec Epiſcopus poteſt, ibid.nu.2

Nec Abbas bona Monaſterij, ibid.nu.3

Secus de licentia, ead.p.nu.6.pag.112

Alienatio quarundam rerum Eccleſiæ fieri poteſt, ſine conſenſu Epiſcopi nulla ſolemnitate, ea.p. num.5.pag.111

Quorundam cum conſenſu Epiſcopi, ibid. numero 4

Quid de fructibus ex huiuſmodi bonis perceptis ibid.nu.1.pag.113

Annus in interſtitijs temporum qualis, par.2.nu.6. pag.35

Archiepiſcopi officialis an cenſura irretire Epiſcopum poſsit, p.1.nu.4.pag.11

Archiepiſcopus caſus reſeruare ſibi poteſt, p.2. nu. 3.pag.53

Arma Clerici ferre non debent, p.1.nu 1.pag.80

An domi habere poſsint, ibid.nu.2.pag.81.

An à Iudice laico ipſis auferri, ibid.nu.3

Armorum appellatione quæ comprehendantur, & quot eorum genera, ibid.nu.4

Artificium aliquod exercere an Clerici poſsint, & quod artificium, p.1.nu.1.pag.89

An per alios ibid. Reliqua vide in verb. Clericos

Articulo ia[illegible] in articulo mortis exiſtentem quiuis Sacerdos caſibus reſeruatis abſoluere poteſt, p.2.nu.1 pag. 9

Si plures Sacerdotes adſint, & parochus quis præferatur, ead.p.nu.5.pag.60

An alia neceſsitate vrgente poſsit, par.2.num.2 pag.59

An aliquo impedimento exiſtente, par.2.nu.3. pag.60

Item an ſi nollit ordinarius dare licentiã, quid faciendum, & quid de celebrari volenti, ibidem num.4

Sic abſolutus in articulo mortis ſi periculum euadat ſuperiorem adire non cogitur, ibidem, numero 6.

Aſſeſſorem Epiſcopus aſſumere ſibi poteſt, par.1.numero 1.pag.22

An iuriſdictionem hic habeat, ibid.nu.2

Laicus eſſe poteſt, ibid.nu.3.

Aucupijs clerici operam dare non debent. p. 1. numero 8.pag.94. Reliqua vide in verbo, Clericus.

B

BALSAMVM de neceſsitate præcepti tantum eſt neceſſarium in confirmatione; peccat tamen Epiſcopus ſi illud omittat, p.2.nu.4. pag.4

Bannito an Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum, p.1.nu.9.pag.136

Baptiſmum vt infantes quamprimum ſuſcipiant parentes curare debent, par.1.nu.1.pag.36

Baptiſmus à Parocho adminiſtrandus, vbi fontem baptiſmi habet, p 1.num.1.pag.129.

Ideſt in Eccleſia, ibid.nu.2

Extra adminiſtrans punitur caſibus quibuſdam exceptis, ibid.nu.3

Parochus non Sacerdos ſolemniter illud adminiſtrare nequit, ibid.nu.4

Licentiam autem dare poteſt, ibidem, numero 7. pag.130

Non Diaconus ibid.nu.5.pag.129

Si baptizet, an irregularis fiat, ibid.nu.6

Quando adminiſtrandus, ead.par.nume.14.pagi.131

Patrini deſignandi, p.1.n.8.pag.130

Qui eſſe debent aut vnus, aut vna, aut vnus, & vna, ibid.nu.10

Si plures duobus an cognationem contrahant, ibid.num.9

Monſtrum an baptizandum, p.1.nu.13.pa.131.

Miniſter baptiſmi quæ habere debet. p.1.nu.16. pag.131

Baptizatus ſine ſolemnitatibus an in loco ſacro ſit ſepeliendus, p.1.nu.15.pag.131

Baptizati eſſe debent confirmandi, vid. in verb. Confirmationis Sacramentum.

Benedictio coniugum fieri debet antequam matrimonium conſumetur, ſicut & peccatorum confeſſio, & Euchariſtia ſumi à contrahentibus, p.1. num.4.pag.143

Semel benedicti in alio matrimonio benedici nõ debent, ibid.nu.5

Si contrafiat quæ pœna infertur, ibidem, nu.6. pag.144

Et quid ſi benedicantur tempore prohibito, ibid. num.7

Facta ab aliquo Sacerdote ſine licentia Parochi, vel Ordinarij reddit eũ ſuſpenſum ipſo iure. Et ſi Regularis eſt ipſo facto excõmunicatus, ibid. num.8

Benedictiones quaſdam Epiſcopus ſolum facere poteſt, p.2.nu.1.pag.46

Quotuplex, ibidem, nu.1

Solemnes dare poteſt, p.2.nu.1.pag.49

In eundo ſimplicem, ibid.nu.2

Beneficium vnum curatum haberi tantum poteſt, par.1.nu.1.pag.130

Sim-

I N D E X.

Simplicia plura nequeunt, p. 1. nu. 1. pag. 106
Renunciari non poteſt, vbi quis ad eius titulum ordines ſacros ſuſcepit, par. 1. nn. 1. pag. 107. & p. 2. num. 4 pag. 16. Et an renunciationem admittens in pœnam incidat, ibidem, num. 5
Magis idoneo conferendum, par. 2. n. 1. pag. 120
Et qui nam tales, par. 2. nu. 3. pag. 121
Indigenæ magis, ſeu qui de loco eſt, quam extero, ibidem, nu. 7
Si minus idoneo conferatur ab alijs appellari poteſt, ibid. num. 1. pag. 122
Beneficij collatio facta non exiſtenti in ætate idonea nulla eſt, p. 2. nn. 6. pag. 114
An quæ minus idoneo omiſſo magis idoneo, p. 2. nu. 4. pag. 122
An peccet Epiſcopus in hoc caſu, ibidem, nu. 2
An puniatur, ibidem, num. 3
Abſenti fieri poteſt p. 2. nu. 1. pag. 123
Item & noſt. ibid. nu. 2
Beneficia eius qui de Epiſcopatui prouiſus eſt an vacent, p. 1. nu. 3. pag. 5
Conferuntur beneficia partim per concurſum, partim non, p. 2. nn. 1. pag. 111
Quæ concurſu, ibid. num. 2
Quæ non, ibidem, nu. 3
Parochialia ſine concurſu non conferuntur, p. 2. num 6. pag. 114
Species eorum quot ſint par. 2. nu. 1. pag. 108
Quot modis vacent, ibidem, nn. 1. pag. 109
Collatio eorum quæ ſunt in diœceſi regulariter ad Epiſcopum pertinet, p. 2. nu. 1. pag. 110
Et quando non, ibid. nn. 2
Beneficiorum qualitates ſernabit Epiſcopus in eorũ collatione, p. 2. nn. 8. pag. 139
Bibendum ſeu ad bibendum incitationes clericis fieri non debent in conuiuijs p. 1. nu. 2. pag. 100
Bonorum Eccleſiæ dominium apud quos ſit, p. 1. n. 2. pag. 113
Item adminiſtratio & diſpenſatio, ibid. nu. 3
Item vſus eorum, ibid. nu. 4
Bulla Pij V. de fidei profeſſione, refertur, p. 1. nu. 4. pag. 24
De feſtis obſeruandis, p. 1. nu. 8 pag. 45
De reſignatione beneficiorum, p. 2. n. 3. pag. 127
De agitatione taurorum, p. 1. nu. 8. pag. 49
Bulla Leonis X. de Regularibus quo ad adminiſtrationem Sacramentorum, p. 1. nn. 11. 173
De militibus Regularibus, p. 1. nu. 3. pag. 176
Bulla Pauli III. de conuerſatione, & vita Neophytorum, qui baptizati ſunt, p. 1. nn. 3. pag. 199
Bulla Gregor. XIII. prohibens ne infideles medici ab ægrotis Chriſtianis vocentur, p. 1. n. 5. pa. 194
Bulla Clementis de habitantibus extra Italiam, p. 1. nu. 2 pag. 22
Brachium ſeculare Epiſcopus implorare poteſt, p. 1. num. 4. pag. 24

C

CANES an Clerici habere liceat, p. 1. nume. 9. pag. 94.
Canonicis quales eſſe debeant, p. 2. nn. 1. pag. 164
Reſidere debent, p. 1. nn. 2. pag. 165
Non reſidentium pœna quæ, ibidem, nu. 3
A quo puniantur, ibidem, nn. 4
Fructus non reſidentium, in quem vſum diſtribuuntur, ibidem, nu. 5
An retinere eos poſſint, antequam priuentur. Et quid ſi ex legitima cauſa non reſideant, ibidẽ, num. 6
Miſſis atque diuinis officijs intereſſe debent, p. 1. nn. 1. pag. 166
Statis horis, ibidem, num. 2
Clara voce diuina recitare, ibidem, nu. 3
Et ſi voce ſubmiſſa an ſatisfaciant, ibidem, nu. 4
Et quid ſi rideant dum prædicta recitant, alio vomens vocatur, p. 1. nu. 6. pag. 167
Et quid ſi vbi altera pars ſuum verſiculum incipit, altera ſuum non explenit, ibidem, nu. 5
Priuari poſſunt canonicatibus creſcente eorũ contumacia in non ſeruiendo Eccleſiis, p. 1. nu. 7. pag. 170
Epiſcopo celebranti pontificaliaque exercenti aſſiſtere, atque inſeruire debent, ibidem, num. 1
Punctator eorum creandus, p. 2. nu. 7. pag. 167
Canonicatum conferre Epiſcopus habet, p. 2. nn. 5. pag. 130
Qua ratione eis conſulatur vbi tenues ſunt, p. 2. num. 4. pag. 139
Calices ac patenæ ab Epiſcopo conſecrantur, p. 2. numero 1. pag. 5
Quot modis execrentur, ibid. nu. 3
Execrata iterum conſecranda, ibidem, nn. 2
Conſecrata non a quouis tanguntur, ibidem, n. 4. pag. 46
Capitulum Sede vacante quando licentiam concedat ad ordines ſuſcipiendos, p. 2. nn. 5. pag. 27
Si in caſibus non permiſſis, qua pœna puniatur, p. 2. nn. 5. pag. 53
Caſus reſeruatus quid ſit, p. 2. nn. 2. pag. 53
Carcerem Epiſcopus habet, p. 1. nu. 3. pag. 24
Carcere incluſi qua ratione curandi p. 2. numero 4 pag. 144
Campanas pulſare in Sabbato maioris hebdomadæ Regulares non debent ante pulſationem campanæ Eccleſiæ Cathedralis, p. 1. n. 4. pag. 175.
Nec Clerici ſeculares, ibid. nn. 5
Charitatiuum ſubſidium Epiſcopus petit, nume. 4. pag. ead.
Cathedraticum etiam, eod. nu. & pag.
Celebrare habens miſſam ſi in caſu reſeruato non abſoluatur an celebrare poſſit ne ſcandalum

b 2 præ-

præbeat,p.2.nu.4.pag.60
Cenſura irretitus Epiſcopus eſſe non debet, quo ſua munera obeat,p.1.nu.1.cum ſeq pag.16
Chriſma materia confirmationis eſt,p.ar 2.nume.1. pag.3
Ab Epiſcopo benedicitur,p.2.nu.1.pag.35
Die Iouis Sancti,num.eodem,pag.36
In loco etiam interdicto,ibid.nu.2
Singulis annis,ibidem,nu.1.§.2
Epiſcopo non exiſtente,quid faciendum,ibidem, num.2
Ad quæ adhibeatur p.2.nu.1.pag.37
Benedicendi hæc facultas an delegetur, ibidem, num.2
Character an imprimatur in conſecratione Epiſcopi p.1.nu.6.pag.9
Chriſtiani ſingulis annis ſemel ſaltem ſua peccata confiteri debent,p.1.nu.1.pag.38
Decalogi præcepta ſeruare,p.1.nu.1.pag.44
Cingari auocandi ſunt a furtis,p.1.nu.5.pag.52
Clericus procurator eſſe non debet,p.1.nu.1.pag.76
Non ſolicitator ſæcularium cauſarum, ibidem, num.2
Non publicus ſcriba,ibid.num.1.§.2.
Et quid ſi inſtrumenta conficiat an valeant,p.1. num.2.pag.77
Non teſtis in ſæcularibus iudicijs, p.1.nume.1. pag 78.Nec extra iudicialibus,p.1.num.2. pag.79.& eadem p.nu.3.pag.79
Non nuncius publicus executorvè,ibid. num.1. §.9.pag.79
Non dux militum,ibidem,num.1.pag.79.§.10
Non miles,p.1.nu.1.pag.80
Non legibus,ac philoſophiæ operam dare poteſt, p.1.num.1.pag.81
Non Medici officium exercere,p.1.nu.1.pag.82
Non Chirurgi,eadem p.nu.1.pag.90
Non ſordida munera,p.1.nu.1.pag.90
Non macellarij ibid.nu.2.cum ſeq. vbi ponitur pæna. Sicut etiam de alijs ſordidis muneribus.
Non ioculator,vel ſcurra,ibid.nu.1.pag.91. vbi de pæna,num.2
Non venator,ibi.num.1.pag.91. Et quæ pæna venatoris clerici,ibi.n.6.pag.93
An tutor,curatorvè eſſe poſſit,p.1.nu.4.pag.90
Citharam pulſare,necnon ſaltare an poſſit,p.1.numero 2.pag.98
Non ſpectaculis intereſſe debet, p.1.numero 2. pag.101
Non choreis,ibidem,numero 1
Non tabernas frequentare,eadem pa.numero 1
Non eas habere,ibidem,numero 2
Cibo nimio,ac potu vti non debet, p. 1. nume.1. pag.99
Dum comedere vult,benedictionem facere debet, p.1.nu 3.pag.100
Lectionem ſacram tunc adhibere etiam debet, numero 4.pag.ead.
Conſumens fructus Eccleſiæ,an ad reſtitutionem teneatur,parte 1.num.1.pag.117
Clericus ſæcularis in minoribus ordinib.conſtitutus quæ munera obire habet,p.1.nu.1.pag.65
Quæ priuilegia habet,ibidem,numero 2
Qua ratione ea amittat,& quibus veſtibus vtatur,ibidem,numero 3
An ſæcularia negotia agere poſſit,ibidem,numero 4.pag.67
Conſilium dare in iure an poſſit, eodem numero, pag.76
Coadiutor Epiſcopo aliquando datur,p.1.n.6.p.24
Commeſſalis Epiſcopi quoad preces recitandas ad ipſum ſe accommodare poteſt.p.1. numero 4. pag.11
Commediæ an feſtis diebus fiant, p.1. numero 12. pag.48
Cognatio ſpiritualis an contrahatur à non habente vſum rationis,p.2.num.1.pag.2
An à non confirmato,ibi.nu.2
An per procuratorem,ibid.nu.4.pag.3
Et quid ſi nomine vniuerſitatis quis ſuſcipiat, p.1.nu.11.pag.130
An inter patrem & filium ibid.num.6
An à minore ſuſcipiente maiorem,ibid.nu.3
Et quid ſi plures duobus ſuſcipiant, ibidem, numero 5
Et an ab inuito ſuſcipiente contrahatur, p.2.num 12.pag.131
Collatio beneficij,vide in verb.Beneficij collatio.
Collatio Eccleſiæ non reſeruata ab Epiſcopo fit, p.2. num.1.pag.112
Colloqui cum Monialibus an Clerici ſæculares, vel laici queant,p.1.nu.4.pag.192
Cæmiterium pollutum eſt Eccleſia polluta. Non è contrario,p.2.num.2.pag.42
Sepeliri in eo non poteſt,p.2.nu.4.pag.43
Reconciliatur ab Epiſcopo,ead.nu.pag.44
Et aliquando ipſo iure,ibidem,num.5
Benedicitur etiam,p.2.nu.7.pag.49
Et quomodo habendum,vbi Eccleſia alio transfertur,p.1.nu.4.pag.115
Commedere cum infidelibus chriſtiani non debent, p.1.nu.1.pag.194
Confirmationis Sacramentum Epiſcopus confert, p.2.nu.2.pag.1
Subditis ſuis,p.2.nu.3.pag.5
Baptizatis,p.2.nu.5.ead.pag.
Confirmandi contriti eſſe debent,non excommunicati,nec interdicti,ibid.nu.2
De præſtantia ante collationem eſt agendum,ibid. num.4
Sacerdos non confirmat. Nec delegatione,p.2.numero 3.pag.1. Nec præſcriptione,nec conſuetudine,ibi.nu.4.pag.2. Vt infantes quam primum ſuſcipiant parentes curare debent, p.1. num.2.

I N D E X.

numero 2.pag.37
Confeſſarij monialium pernoctare in ædibus monaſteros contiguis nequeunt: Et quid de comeſtione,p.1.nu.3.pag.191
Conſecratur Regularium Eccleſiæ, & Altaria, & cæmiteria ab Epiſcopo,p.1.num.3.pag.163
Concionator, qui contra Canones prædicet quid faciet Epiſcopus,p.1.nu.3.pag.174
Conuerſus ad fidem an interrogare debeat vxorem ſi vellet ſecum eſſe,p.1.nu.2.pag.200
Concurſus beneficiorum à quo indicatur, p.2.nu.2.pag.112
Et quæ forma ipſius,ibidem,numero 3
Concurrere non poſſunt laici,p.2.nu.2.pag.114
Non cenſura irretiti,p.2.nu.3.pag.ead.
Non irregulares,ibidem,numero 4
Non qui retinendi beneficium tunc animum non habent,ibidem,numero 5
Non filius naturalis ad beneficium patris, p. 2. num.1.pag.115
Et quid de nepote ex legitimo matrimonio, ibid. numero 2.pag.116
An admitti ab ordinario debet quem in foro conſcientiæ nouit eſſe incapacem,par.2.nume.1.pag.118
Concurrens an poſsit apponere contra cõcurrentem, p.2.numero 7.pag.118
An dare aliquid ne concurrat, par.2.numero 2.pag.119
Et ſi impediat concurrentem ad intereſſe teneatur,ibidem,num.3
Concurrentes ſi non omnes compareant quid faciendum,p.2.nu.3.pag.119
Et quid ſi nemo,ibidem,numero 4
Item oriundi magis in loco, vbi eſt beneficium admittendi,p.2.nu.4.pag.117
De quibus interrogandi p.2.nu.2.pag.119
Conducere bona ſæcularium an clerici poſsint, p.1. numero 2.pagina 85
Conſecrandus in Epiſcopum Sacerdos eſſe debet,p.1. numero 1.pagina 8
Conſecratio Epiſcopi intra quod tempus facienda, p.1.nu.2.pag.8
Vbi facienda,numero 3. Quo die,numero 4.
A quot Epiſcopis,ibidem,numero 5
Conſecratione,& poſſeſſione accepta actu poteſtatem habet Epiſcopus,p.1.nu.2.pag.10
Confeſſarium Epiſcopus ſibi eligere poteſt, par. 1. num.4.pag.10
Concubinam habens Epiſcopus qua ratione puniatur,p.1.nu.5.pag.12
Concubinas laici habere non debent,p.1.numero 1. pag.50.Item nec Clerici,eod.
Confraternitates piæ quid ſint,p.1.nu.1.pag.61
Cur inſtituantur,ibidem,nu.2
Quotuplices ſint,ibidem,nu.3
An iudicari poſsint à Iudice laico, eadem parte, numero 4.pagina 62
Eas viſitans Epiſcopus quid facere debet,ibidem num.5
Quæ munera obire habeant,ibid
An compellantur proceſsionibus intereſſe, ibid. num 6
Quæ procedere habeant in proceſsionibus, ibid. numero 7
Confeſsio facta quocunque tempore, an ſatisfaciat obligationi iuris,p.1.nu.2.pag.39
An ſepius de iure intra annum fiat,ibidem, numero 3
An extra charitatem facta iteranda ſit, ead.p. num.4.pag 40
An eo modo quis ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, eadem p.num.5.pag.41
Confeſſarium quemcunque eligendi ab ordinario approbato poteſtate ſibi tradita,à quo ordinario probatus eſſe debet,p.1.nu.8.pag.42
Et quid ſi per Iubilæum huiuſmodi poteſtas ſit tradita,an regularis poſsit quemcunque ſibi eligere,ibid.num.9
Confiteri per literas,ſeu nuncium abſens an quis poſſit.p.1.nu.10.pag.43
An alteri extra tempus Quatrageſimæ ſine licentia parochi confiteri liceat p.1.nu 4.pa.13;
Confeſſarius an interrogare debeat pœnitentem,p.1. num.6.pag.135
An eundem docere peccatum,quod ignorat eſſe tale,p.1.nu.7.pag.136
Non debet allicere in confeſſione ad inhoneſta mulieres,p.1.nu.12.pag.137
Non pœnitentem patefacere, ibidem, numero 13
Conſuetudine an inducatur vt ſine licentia parochi alteri confiteatur,p.1.nu.7.pag.42
Conſanguineis, affinibus,& amicis an licite fructus dentur à clericis, parte 1. numero ſecundo, pag.116
Et quid ſi pauperes,num.4.pag.117
Et quid ſi ob labores,ibid.nu.5.
Coniux ſi monaſterium ingrediatur quid alter facere debeat,p.1.nu.18.pag.144
Conſecrare Eccleſias Epiſcopus habet,par.2.num.1. pag.37
Vbi dotem habet,ibid.num.3
Et quando,num.2.ibid.
Vbi iterum conſecranda, parte 2. numero 4. pag.38
Reges etiam conſecrat, parte 2. numero primo, pag.46
Campanas itidem,ibid. num 12
Conſulentes ariolos, & aruſpices excommunicati ſunt,p.1.num.pag.34

Decr.

I N D E X.

D

DECIMAS laici ſoluere debent,p.1.nu.1.pa.58
Non ſoluentibus an Sacramenta deneganda. p.1.nu.2.pag.59
An perſcribantur,ibid.nu.4. Cui Eccleſiæ ſoluontur,p.1.nu.5.pag.60. Triplices generis ſunt, p.1.nu.3.pag.59
Delegare Epiſcopus poteſt quæ ordinis ſunt,p.1.numero 1.pag.23
Quæ iuriſdictionis ſunt,ibidem,tam fori pœnitentiæ,ibid.nu.2. quam fori exterioris,ibid.n.3
Delegatio ad ordines conferendos morte delegantis. extinguitur,p.2.nu.2.pag.29
Delegatus ab ordinario abſoluit à caſibus reſeruatis ad id delegatus,p.2.nu.2.pag.29
Et quid ſi inutiliter abſoluat,ibi.nu. An ſubdelegare alium poſſit,p.2.nu.1.pag.58.
Et an ſubdelegare poſſit vt ſe abſoluat,ibi.numero 2.pag.59
Delictum occultum,quid nam ſit,p.2.nu.3.pag.151
Et quando non,ibid.nu 5.pag.1 2
Delictum qui commiſit an vi monitorij ſe patefacere debet,p.2 nu.1.§.3 pag.93
Delicto aliquo effectus an patefacere illud debeat ordines ſuſcipiens, p.1.nu.10.pag. .
Decretum I ij V.de probatione Regularium ad confeſſiones,& declaratio ſacræ Congregationis Concilij referuntur.p.1.nu.3.pag 171
Clem VIII.de Epiſcopis quoad Pontificalia exercenda in Eccleſiis Regulariũ,p.1.nu.4.pa.1 8
Et quo ad licentiam danda ab Epiſcopo ad auſcandi Monaſteria,,p.1.numero 2.pag.179. Reliqua vide in verb.Bulla
Prohibens abſolutionem a reſeruatis refertur,cũ interpretatione & moderatione,p...num.2. pag.61.Et de dimiſſoriis dandis Regularibus p.2.nu.8.pag.28
Denunciationes de matrimonio contrahendo fieri debent,p.1.nu.1.pag.140
Item in Eccleſia contrahentium,ibid.nu.2.p.141
Diebus ſolemnib.ibid.nu.3.Tribus dieb.ibi.n.4
Continuis,nu.5 Inter miſſarum ſolẽnia, num.6
Quando omittantur,num.7.Quis diſpenſent,& quamobrem,p.2.nu.11.cum ſeq.pag.170
Denunciare vi monitorij res furto ſublatas quis teneatur,parte 2.num.1.pag.89
vbi delinquentem cad.p,nu.2.pag.94
Dies feſti ſolemnes quid ſint, p.1.nu.2.pag.44
Quo iure inſtituti,ibi,n.3.De iure poſitiuo ſunt, ibi.nu.5.pag.45. Ab Epiſcopo in ſua diœceſi indicuntur,ibi.n.4.pa.44.Qua rõne celebrandi,ibi.n.6.Ipſis dieb.feſtis à ſeruilibus abſtinendum,ibi.nu.7
Dignitas quæ dicatur,p.2.nu.8.pag.108
Diſpoſitio bonorum facta ante ingreſſum Monaſterij valet, p.1.nu.3.pag.179
Diſtributiones duplicis generis ſunt,p.1.n.1.p.168
Cur inuẽtæ,ib.n.2. In qua eccleſia eſſe debẽt,n.3
Vbi nullæ ſunt quid faciendum,n.4.Qua ratione aſſignandæ,n.5. Non dantur qui diuinis non interſunt.
Diſpenſatio vbi fit nihil imponitur,p.2.n.1.pa.165
Quid ſit,p.2.nu.1.pag.146.In quib.fiat,ib.n.2
Quamobrem,ibi.nu.3.An concedi debeat à ſuperiore,nu.4.An tacito fiat,nu.5.pag.148
An per procuratorem detur,nu.6.pag.249
Qua forma concipiatur,ibi.n.7.In foro conſcientiæ hæc quid ſit,,p.1.n.3.p.154
Diſpenſationem permittentia verba iuris, quæ nam ſint,p.2.nu.3.pag.1 7
Diſpenſare Epiſcopus poteſt vbi ei conceditur,p.2. nu.1.pag.1 0.Vel tacito,ſ. vbi à iure diſpenſatio permittitur. Diſpẽſat in irregularitatib. ex delicto occulto prouenientib p.2.n.4.p.151
Nõ autem in irregularitatibus d delicto notorio, caſibus quibuſdam exceptis,p.2.n.1.pag.154
In bigamia ſimilitudinaria diſpenſat: Et quid de alia,p.2.nu.1.pag.155
Et an ad ordines,& beneficium diſpenſet cum illegitimo,p.2.nu.2.pag.156
Diſpenſandi licentia conceſſa an tollatur morte concedentis,p.2.num.2.pag.150
Diſpenſat in votis,p.2.nu.1.pag.160. Non põt in ſolemnibus votis,ibi.nu.1.pag 161
An cum eo poſſit qui vouit ſe non commiſſurum aliquod peccatum ſub pœna ingrediendi religionem,ibi.nu.1.Non in voto continentiæ diſpenſat,p.2.nu.1.pag.162.Niſi votum ad tẽpus ſit,ib.n.2.Vel de non ducenda vxore,ib.3 Et in voto continentiæ mariti ſine cõſenſu vxoris,ibi.nu.4.Et cum eo qui vouit ſe presbyterum facturum,ibi.nu.6
Non diſpenſat in voto peregrinationis quorundã locorum,p.2.nu.1.pag.163. Nec ad tempus prorogare poteſt,ibi.n.2.Nec in articulo mortis,ibid.nu.3.pag.164. Non diſpenſat in voto religionis,p.2.num.1.pag.164.Et quid de voto ab impubere facto ſine cõſenſu pat.ib.n.2
Diues mittens ad hoſpitale filium an ad alimenta teneatur,p.1.nu.2.p. 205. Et qui nam dicatur diues,p.1.nu.1.pag.115
Diſpenſandi licentia conceſſa an tollatur morte concedentis,p.2.nu.2.pag.156
An habens diſpenſandi facultatẽ alteri delegare eam poſſit,p.2.nu.3.pag.165.An data in iubilæis vti quis poſſit poſt iubilæum, ibi.nu.4
Docentes pueros,quæ ad ratione diſcipulos ad religionem docere habeant.p.1.nu.6 pag.64
Doctrinã chriſtianã laici diſcere debẽt,p.2.n.2.p.36
Vbi doceri,ibi.num.3.Quo tempore, ibi.num.4
Docẽtes & diſcẽtes quos fructus percipiãt,ib.n.5
A quo ſocietas huius doctrinæ inſtituẽda, ib.n.6

Et

INDEX.

Et ad quem cura ſpectet, vt doceatur.

Domicilium quid ſit, p. 2. nu. 1. pag. 8. Quo contrabatur, nu. 2. pag. 9. An in plurib. locis habeatur, ibi, nu. 3. Non habentis domicilium quis parochus, p. 1. nu. 7. pag. 119. Domiciliū vxoris quod non ſit. Item Canonici, p. 1. nu. 8. & ſeq. pag. 119

Dominium bonorum Eccleſiæ apud quos ſit, vid. in in verb. Bonorum Eccleſiæ.

Duellum permittens in ſuo territorio quam pœnam incurrat, p. 1. nu. 1. pag. 48.

Et committentes, ea. pag. nu. 2. Patrini, ibi, nu. 3

Dantes conſilium, nu. 4. Spectantes illud, nu. 5

E

EBRIETAS an peccatum mortale ſit, p. 1. nu. 5. pag. 100. Ebrius clericus ſi delictum cōmittat, an puniatur, vel irregularis fiat, ibi, nu. 6. & nu. 7. pag. 101

Eccleſia parochialis quorum ſumptibus reficienda, p. 1. numero 3. pagina 104

Item domus eius, ibi, nu. 5. pag. 105. Iactis eius fundamentis vt perficiatur ad curam Epiſcopi pertinet. p. 1. n. 7 pag. 106. Vbi certos fines non habet quid faciendum, p. 1. nu. 8. pag. ead.

Vbi nulla eſt, erigenda, ibi, nu. 9. Polluta ab Epiſcopo reconciliatur, p. 2. nu. 1. pag. 39.

Polluitur homicidio in ea violēter occiſo, p. 2. n. 1. p. 39

Effuſione ſanguinis humani iniuria facta, ib. n. 1. pag. 40. Effuſione voluntaria ſeminis humani ibid. nu. 1. col. 2. Corpore excōicata in ea ſepulta, p. 2. n. 1. p. 41. Infideli ibi ſepul. ib. n. 1. co. 2

Conſecratione eius facta ab excommunicato, & denunciato, ibi, nu. 1. pag. 42. Polluta diuina ibi fieri nequeunt ante reconciliationem, eo. n.

In ea celebrans mortiferè peccat, ib. n. 2. Etſi polluatur vbi ſacra fiūt quid agēdū, p. 2. n. 3. p. 43

Eccleſiæ Cathedrali qua ratione prouideatur vbi tenues fructus habet, p. 2. nu. 5. pag. 139

Epiſcopatus ordo quotuplex ſit, p. 1. nu. 1. pag. 1

Epiſcopus vnde dictus, ibi, nu. 2. pag. 2

Simplex Epiſcopus quid ſit, p. 1. nu. 2. pag. 2

In partē ſolicitudinis Eccleſiæ vocatur, ibid.

Nullam irregularitatem pati debet. p. 1. n. 1. p. 3 & ibi n. 4. pa. 16. Quā ſcientiā habere, ib. n. 2

Nullam irregularitatē corporis pati, ib. n. 4. p. 4

Non eam quæ ab infamia oritur, nu. 7. ibi.

Ex legitimo matrimonio natus eſſe debet. ib. n. 5

Trigeſimum annum natus, nu. 6. ibi. Irreprehenſibilis, ibi, nu. 7. Examinari debet promouēdus ad Epiſcopatum p. 1. nu. 2. pag. 5. Ante conſecrationem an propriè Epiſcopus dicatur, ibid. nu. 2. pag. 7. Quando poteſtatem conſequatur, vid. in verb. Conſecratione. Inſigna Epiſcopatus quæ p. 1. nu. 3. pag. 10. Epiſcopum perſequens in quam pœnam incidat, p. 1. n. 4. p. 11.

Obligatur excommunicatione ſicut alij in multis caſibus ſicut ſuſpenſione, p. 1. n. 7. pa. 12. Vbi accedit ad curiam, & ab ea diſcedit non viſitato Pontifice, non habita licentia, ibi. num. 5

Decorē ſuæ dignitatis cōſeruare dēt, p. 1. n. 1. p. 12

In diuinis celebrandis morē ſuæ Eccleſiæ ſeruare, ibi. nu. 2. p. 13. Diuino auxilio ſe munire, ib. n. 3

Se ad labores vocatum meminiſſe, ibi. n. 4. Ad cōcilium prouinciale, ac generale ire debet, p. 1. n. 7.

Limina Apoſtol. viſitare, ib. n. 8. Ciuilia agere, ab eiſque ſe abſtinere, q̄ inferiores clerici, ibi. n. 9. Epatū actu habere debet quo munera obeat, p. 1. n. 1. p. 15. Eo priuatus an ſua munera obeat, ib. nu. 2. Et tunc an ab ipſo acta valeant, ib. n. 3. Cēſura nō irretitus eſſe dēt, p. 1. n. 1. p. 16. Si qua affectus ordinē exercens irregularis ſit, ib. nu. 2. Et tunc an ab ipſa acta valeant, ibi. n. 3. Non precio ductus ſua munera obire dēt, ib. n. 1. Non pro chriſmate oleisvè ſacris quicquā recipere, p. 1. n. 2. pag. 16. Non odio gratiavè ſuū munus exercere, p. 1. n. 1 p. 17. Delictū ei perlatū nō ſtatim credere, n. 2. ib. In propria cā iudex eſſe non pōt. Et quid in cā digniſ. & Eccleſia, p. 1. nu. 1. & 2. pag. 18

Eṗs in ſua diœceſi ſua munera exercet, p. 1. n. 1. p. 27

Etſi contrafaciat an acta valeant, p. 1. n. 2. p. 27.

In alterius diœceſi non debet, p. 1. n. 3. pa. 28.

Diebus feriatis iuriſdictionem non exercet, p. 1. nu. 1. p. 29. Et ſi exerceat an acta valeant, ib. n. 2

Eṗs an diſpenſet, vt quis confeſs. differat. p. 1. n p. 41

Ordinis Sacramētū confert, p. 2. n. 1. p. 5. Et quas qualitates habere debeat, ibid. nu. 2. pag. 6

Eucharistia à laicis ſuſcipienda, p 1. nu. 1. pa. 37. In Paſchate, n. 2. Et quid ſi contrafiat, ib. n. 3. Semel in annum, ib. n. 4. A ieiunio, p. 1. nu. 5. pag. 38

A proprio parocho, ib. n. 6. & p. 1. n. 1. pag. 132

Euchariſt. an publicis peccatorib. tribuēda, p. 1. n. 2. pag. 132. An damnatis ad mortē, ibid. nu. 3. An confeſſis, ſed non abſolutis, ib. n. 4. An excōicatis vel interdictis, p. 1. n. 5. p. 133. An tpe interdicti, ib. nu. 6. An dimittenti iniuriam, ſed nolēti inſtrumentū pacis facere, ib. n. 7. An nō ieiuno, ibi n. 8

Euchar. pro ægrotis ſeruanda eſt, p. 1. n. 10. p. 134.

Examinatores ad beneficia, qui quot, & quales eſſe debent, p. 2. nu. 1. pag. 113. Nihil recipere ob examen debent, ibi, n. 2. Suſpecti fiunt, ibi, n. 3 Si pares ſint aut ſingulares in voto dando quid faciendum, p. 2. nu. 3. pag. 121

Examinandi ad Eccleſiam parochialem quales eſſe debent, p. 2. nu. 1. p. 114

Examinatus ad ordines in cōcurſu beneficij iterum examinandus, p. 1. nu. 5. p. 120

Item vel notoriè idoneus ſit, ibi. nu. 1

Examinatus improband. vel proband. p. n. 1. p. 120

Examinandi modus duplex, p. 2. nu. 1. pag. 119

Examine facto ſi collatio ad Papam pertinet ad eū probatio mittitur. p. 2. nu. 2. pag. 120

Extrema Vnctio à pluribus Sacerdotib. an adminiſtretur, p. 1. n. 1. p. 138. An ei conferenda qui dubitatur an mortuus ſit. ib. n. 2. An vulnerato ad mortem, ibid. nu. 4. An tpe interdicti, ibi. nu. 5

Extremæ Vnctionis præpoſiteratio ordinis ſumptionum an uitiat Sacramentum, p. 1. n. 3. pag. 138

Fam I

Digitized by Google

INDEX.

F

FAMILIAM armatã hēre Eps pōt,p.1.n.2.pa.24
Fautores hæreticorũ excõicati sũt,p.1 n.5.p.34
Fidelitatem Rom.Põtiſ.Eps iurare dēt,p.1.n.1.p.9
Fiſcalem Epiſcopus habet,p.1.nu.1.pag.24
Filij infidelium baptizati non amittunt iura ſucceſſ. p.2.n.1.p.203.Legitimã habēt viuētib parētib. ibi.n.2.An alantur ab ipſis,vid.in ver.Infideles.
Filij presbyterorum legitimi non ſuccedunt in Eccl. parentum.p.2.nu.1.pag.117
Fideiubere clerici an debeant,p.1.nu.5.pag. 102
Foris qui sũt nihil adnos qũo intellig.p.1.n.1.p.193
Forma abſolutionis à caſib.reſer.q̃ ſit.p.2.n.1.p.72
Forma monitorij quæ ſit,p.2.nu.1.pag.92
Forma viſitationis,quæ ſit,p.2.nu.1.pag.107
Fratrum tertij ord.quot ſpecies,p.1.nu.1.pag.183
Qui nullum votum faciunt, & in proprijs ædib. viuunt,ſubiecti ſunt in ſpiritualib.Epo. ibid.n.2
Priuilegia quæ habeant in ſacramentis, ib.nu.3
An regul.eius ordinis Eucharistiã ad ſuas ædes deferre poſſint.Et qd de Extre.vn p 3.n.4.p.184
Fructus Eccleſiæ vēdi poſſũt à clericis,p.1.n.4.p.86
Et an in quæſcumq; eius diſtribui poſsint.par.1. nu.1.pag.114 (nu.4. pag.163
Fructus & emolumenta beneficij ſunt parochi,p.1.
Fructibus beneficij vacationis tempore perceptis cuius ſint p.2.nu.1.pag.126
Fructibus perceptis mortuo clerico an de ipſis aliqd pertineat ad ſucceſſorem,p.2.nu.2.pag.126

G

GRAMMATICAM vbi docendũ ſit,p.2.n.2.p.82
Græci eã ſeruare debent,quæ clerici Latini, p.1.nu.1 p.60. Subiecti ſunt Epiſcopo Latino in cuius diæceſi ſunt,ib.n.2. Miniſtrum habere dēnt qui linguam Græcam ſciant ibi.nu.3.p.61.
Gubernare Eccleſiam clericus quomodo debeat,p.1. num.1.pag.104.

H

HEREMITAE nomen qd ſignificet,p.1.n.1.p.185 An exempti ſint a iuriſdictione Epi,ibi.nu.2
Hæretici excõicantur ſingulis annis per Bull. Cœnæ Domini,p.1.n.4.p. 34. Ab ipſis ſacramenta non recipienda,p.1.n.3.p.33.Eorum libri, nec legendi,nec retinendi,ibid.nu.7 (p.29
Honos Dei effectus per ſe eſt officij Epalis, p.1.n.1.
Horarũ canonicarũ preces recitandæ à conſtitutis in ſacris,p.1.nu.1.pa.68.A beneficiũ habentib.ib. A Regularib.profeſsis ad chorũ,ibi.n.2.Non recitãs peccat,p.1.n.3.p.69.Qñ excuſetur. ib.n.4 Quæ preces recitãdæ,& qua forma,p.1.n.5.p.71
Hoſpitale quid ſit,p.1.n.1.p.203.Quotuplex,ib.n.2 Auctoritate publica erectum priuilegia habet Eccleſiæ,ibi.nu.3.p. 204. Quot modis conferatur, n.4.p.ea.Miniſtri eius quid agere dēãt, ib.nu.1 An mercedem habere.ib.n.5.p.205
Fructus eius in quæ impendendi,nu.2.pag.ead.
Cura in ſpiritualibus ad quem pertineat, ib.n.4
Homicidium voluntarium quid ſit,par.2, nu.6. pag.153

I

IEIVNIVM Christiani obſeruare debent,p.1.n.2. Ieiunium naturale quid ſit,ibi.n.3. (p.52
Quid Eccleſiaſt.ibi.n.4.p. 3.Quo iure inuentũ, ibi.n.5.Quando non obſeruetur,ibi n.6.pag.54
An frangatur ob id quod quis plus commedit in vna vice,quam in duobus,ibi.nu.7.
Quibus cibis tunc veſcendum p.1.nu.8.p.55
Indulgentias Eps concedit p.2.n.1.p.74. An facultatem hanc deleget,ib.nu.2.Quas concedat, ibi. n.1.pag.74.An vltra poteſtatē conceſſæ valeãt, ibi.nu.2.Subditis tantum concedit,ibi.n.1.p.75 Forma concedendi quam,ibi.n.1.p.76. Perpetuã concedere poteſt,ibi.nu.2. An ſuſcipiantur à non ſubditis,p.2.nu.2.pag.75
Indulg.conceſſæ à Sede Apoſt.non publicandæ ſine licentia Epi p.2.nu.1 p.76. Abuſus in ipſis tollendi,ibid.nu.2
Indulg.conceſſa vt quis eam ſuſcipiat vna hebdomada,vel altera ſi in vna faciat partē eorũ, quæ faciēda ſunt;in altera reliqua,& non ſeruet formã an ea ſuſcipiat,p.2.n.3.p.76.& n.4.pag.77.
Indulgentiam an in alterius diæceſi ſuſcipere quis poſsit,ibi.nu.5
Ingredi ſepta Monaſt. nemini licet,p.1.n.1. p.185. Niſi in cauſa neceſſaria,ib.nu.7.pag. 190
Introducentes infantes an in excõicationem incidant,ibi.nu.2.An eos deferentes ibi.n.3. Sine licentia ingrediens in quã pœnã incidat,ib.n.3.ĩ ſi. Quando liceat,ib.n.4.p.190.An dari poſsit licentia cõſanguineis vt viſant cõſang.ægrotã, ib.n.5 Licentia in caſib.non neceſſariis vtens in quas pœnas incidat,ib.nu.6.Et in quam ipſam concedēs, ib.n.8.Et ĩ qua Monia.recipiētes,p.1.n.9.p.191
Ingreſſus monaſterium ſine licentia Epi diſponere de bonis non poteſt,p.1.nu.2.pag.179
Infantib.mortuis an orandũ pro ipſis,p.1.n.2.p.162
Inquiſitor contra hæreticos inſtitutus eſt,p.1.n.11. pag.35.Proponit monitoria, vt reuelentur hæretici,& alij,p.2.nu.3.p.93
Immagines ſctorũ,qua ratione formãda,p.1.n.14.p.35
Impreſſores librorũ ſine licentia libros nõ imprimãt p.1.nu.6.pag.34 (tia quæ.p.2.n.2.p.171
Impedimenta matrimonij ipſum contractũ dirimentia quæ.
Diſpenſat in his aliquando Epiſcopus,ibi.num.1
In cognatione ſpirituali, & affinitate orta poſt matrimonium,ibi.nu.1.& 2.pag.172
Impedimentis,i.e. in impedimentis etiam impedientib.tantũ,& quæ hæc,ib.n.1.&2.§.3.vid.in verb.Diſpenſatio. (quis dicatur,p.1.n.2.p.120
Intruſus in beneficio quis eſſe non debet,& intruſus
Interſtitijs temporum ordines conferuntur,p.2.n.1. pag.34.Quid ſint,ib.nu. 2. Eps in ipſis diſpenſat etiam cum Regularib.ibi.n.3. Quæ ordinum minorum ſint,p.2.n.4.p.35.Et quæ maiorũ,ib.n.5 Quæ pœna ea non ſeruantibus,ibi.num.7
Incidens in caſũ reſeruatũ à ſuo Epo in alterius diœceſi an reſeruatione obligetur,p.2.nu.1.pag.67
Inuentarium rerum Eccleſiæ clericus facere debet.

&

Digitized by Google

I N D E X.

& in Archiuio Epi ponere,p.1,nu.2.pag.104
Irregul.quid ſit,p.2.n.1.p.151.Et quot eius ſpẽs.ib.n.7
Immun.ac libertatẽ Eccl.Epi tueri dẽt,p.2.nu.2.p.143
Itali chriſt.ext.Italiã vbi habitare neqãt.p.1.n.2.p.193
Iudæi chriſtianos pro ſeruis hẽre non poſſ.p.1.n.2.p.193
Non ẽt domi retinere pro famulis,ib.n.3.Non extra
tra domũ ad mulium tps,ib.n.4. Non nutrices chri-
ſtianas,ib.n.5.Feſtis dieb.in publicis nõ laborare,ib.
nu.1.pog.195.Signũ deſerre debent croceũ,p.1.n.2
pag.196. In paraſceue occluſas feneſtras & ianuas
habere,ib.n.3.Non exire domi illis diebus,ibi. nu.4
An eos iudex Eccl.punire poſsit,ibi.nu.5
Item an Inquiſitores in aliquibus delictis,ibi.nu.6
Baptiſmo inuiti iniciandi non ſunt,p.1.nu.1.pa.179
Sic baptizati,an Sacramentum ſuſcipiant, ib.n.4
An tunc compelantur ad vitam chriſt.p.1.n. .p198
Eorũ filij inuito parẽte nõ baptizãtur,p.1,n.3.p.197
Lectio ipſis eſt habenda ſingulis hebdomadis,ib.n.2.
Iudæorũ menſas chriſtiani vitare debent,p.1.n.1.p.194
Panis azimis,& ſuffocatis chriſtianis an liceat veſci
ib.n.2.Cũ ipſis nec ludere,nec familiarit.hẽre, ac ma
trimo.cõtrahe licet,ibi.n.3.Nõ pro med.ipſis vti,ib.
Nõ ſinagogas eorũ reficere.p.1.n.1.p.196. An mir
tos,aliaſq.frõdes liceat eis vendere ad feſtos ſuos dies
p.1.nu.2.pag.195.
Infideles ac iudæi qui ad fidẽ inuenire velũt an ſtatĩ bap.
Quib.ſũptib. interim alendi,ib.n.2 (p.1.n.1.p. 198
Infideles baptizati ſi plures vxores habeant, quã retine
re poſsint,p.1.nu.1.p,201.Si prior vxor ſecum eſſe
nolit,an aliã ducere queant,ex iã ductis in infidelita
te,ib.n.2.Et quid ſi habeat vxorẽ coniunctã in gradu
prohibito ab Eccleſia,an cum ipſa eſſe poſsit,p.1.n.1
p.202.Si vxor in infidelitate perſeueret,an cũ ea eſſe
poſsit,vel aliã ducere,p.1.nu.1.pa.200. An interro
gare eã debeat ſe velit ſine contumelia creatoris ſecũ
eſſe,ibi.nu.2.An ducere vxorẽ infidelis poſsit vxa-
re ad fidem conuerſa,p.1.nu.3.p 201.
Infidelis cõuerſus ad fidẽ an amittat bona,p.1.n.1.p.202
An omittãt filij baptizati iura ſucceſſ.p.1 n.1.p.203
An viuẽtib.parentib.legitimã habere poſsint,ib.n.2
An inſtituẽ ii à parẽtib. æq; cũ alijs nõ cõuerſ.ib.n.3
Infideliũ filij tam paruuli, quã maiores ſi alter parentũ
chriſtianus fiat,apud quẽ educãdi,p.1.n.1.pag. 199
Iudicẽ laicum Epiſcopus habere debet iuriſdictionem ſæ
cularem habens,p.1.n. .p.24 (ſiant,p,n.11.p.48
Iudex laicus an licẽtiã dare poſsit vt dieb.feſtis ſeruilia
Iudiciaria aſtrologia prohibita eſt,p.1.n.10.p.34
Iuriſd.ſæcul.in ſacris cõſtit.exercere nõ dẽt,p.1.n.1.p.73
Iuriſdictio.delegatã, vbi habet Eps,p.2.nu.1.pog.176
Iurans Epiſcopus non tangit librum, p.1.nu.4.pag.10
Ius patronatus quid ſit,p.2,n.1.p.131. Quotupl.ib.n.2
Eccleſiaſticum quid ſit,ibi.nu.3.Et quid laicũ, nu.4
Ius patronatus eccl.diſfert à laico,ibi.nu. 5
Quomodo quis illud conſequatur,ibi.nu.6
Inſtituere præſentatos Epiſcopi eſt,p.2.nu.1.p.137
Ius dicere in cauſis Eccleſi.& mixti dẽt,p.2.n.2.p.143

L

LAICI ſubiecti ſunt Epo in ſpiritualib.p.1.n.1.p.30
Quæ credere habeant,ib.nu.2.Quæ ſcire quatenus
chriſtiani,ib.n.1.p.35, Clericorũ veſtib. vti non de-
bent,ib.n.2 . Nec vſurpare bona locorũ piorũ,p 1.
nu.1.p.51.Et qua pæna puniantur cot aſac n.2 ea.ſ.
Laruati clerici incedere non debent,p.1.nu.3.pag.101
Lectio ſacræ Scripturæ in monaſterijs regularium, vt ha
beatur Epiſcopus curet.p.1.nu.1 pag.178 vbi ẽt ge
neralia ſtudia ſunt ibi.nu.1.pag 62
Lector ſacræ Theologiæ examinandus ib.nu.1.pa.183.
Item grammaticam docens ibid.nu.2
Licentia data ab Ordinario vt extra diœceſim quis confi
teatur an ad caſus reſeruatos pertineat,p.2.n.3.p. 5
Et an ignorans facultatem ſibi traditam abſoluendi
à reſeruatis ſi abſoluat abſolut. valeat,p.2.n.1.p.56
Etſi pœnitens oblitus alicuius caſus reſeruati ei, qui
habeat facultatem abſoluendi poſsit deinceps abſolui
ſi in mentem illud veniat,ibi.Et conceſſa abſoluendi
à reſeruatis pertineat ad peccatum deinceps commiſ-
ſum,p.2.n.1.p.57.Et an ad cenſuras,& ad caſus E-
piſcopo à iure reſeruatos,p.2.n.1.p.58. Et an cõceſſa
Vicario Epi non Sacerdoti qd operetur,p.2.n.2.p.58
Licentia conceſſa Sacerdoti, vel pœnitenti qua abſolua-
tur à caſib.reſeruatis eius virtute Sacerdos abſolue-
re poteſt,p.2,n.1 p.63.Et licentia quomodo differat
à delegatione,ibi.n.2,Et an alterius diœceſis pœniten
tes abſoluere poſsit à reſeruatis ſuo ordinario is qui
in vna diœceſi poteſtatem habet abſoluendi à reſerua
tis,p.2.nu.5 pag.55.Mortuo delegante an extingua
tur facultas,p.2.nu.1.pag.55
Licentia ſuſcipiendi ordines à non ſuo Epiſcopo Ro Pon
tifex dare poteſt,p.2.nu.2.pog.26. Itẽ Eps proprius,
ib.n.3.Delegatus ab altero ex prædictis,ibi.nu.4
Capitulũ Sede vacan.in quib.caſib.p.2.nu.5.pag. 27
Legatus à latere an poſsit Epi Sed. vac.p.2.n.6.p.78
Superiores Regularium an ſuis ſubditis, ibi.nu.7
An extinguatur mortuo concedente,ibi.nu.9
Quæ continere debeat,p.1.nu.11.pag.29
Literæ collationis beneficij fieri debent antequã in poſ-
ſeſsionem Eccl.Et quid ſi contrafiat.p.1.n.2.p.9
Litigare Eps per alium poteſt in delictis à ſe commiſsis,
quid ſi de hæreſi accuſetur,p.1.nu.4.pag.11
Ludere aleis clericis eſt prohibitũ,& quare,p.1.n.2 p.94
Etiam per alios,ead p.nu.3.p.95. Contrafacientes
peccant,ib.n.1.p.96.Qua pœna puniantur,ibi. nu.2
Acquiſitum in ludo eis prohibito an retinere habeãt:
Et quid ſi ei vicerit qui dominus non ſit,ead.p.nu. 2
Ludorum ſpecies quod ſint p.1.nu.1.pag.94
Qui ingenio utuntur an clericis prohibiti ſint par.1.
nu.1.pag.98.Et quid de ludis,qui corporis fortitudi
ne imprimis utuntur,ibi.nu.1. Et quid de ludo ni-
uis,ibi.n 3

M

MALEFICI, & ſortilegi à ciuitate eijciendi ſunt,
p.1.num.7.pog.34
Materia poteſtatis Epiſcopalis quotuplex ſit,por.2.nu-
mero 1.pag.1
Matrimonium contractum coniux maritus à coniuge
diuerti non debet,p.1.nu.3.pag. 4
Matrimonium coram parocho, & duobus teſtibus ad-
miniſtratur,par.2.nu.1.pag.139
Et quiſnam hic parochus ſit,ibi.n.2.Et an parochus

I N D E X.

ſponſi intereſſe poſſit in parochia ſponſa, & è contrario, ib. nu. 3. Non requiritur neceſſario parochi verba, p. 1. n. 4. pag. 40. Parochus hic Sacerdos eſſe dēt, ibi nu. 5. Non requiritur vt ſit rogatus, ibi. n. 6

Matrimonium, & coram inuito Sacerdote contrahitur, ibi. nu. 7. Contractum valet contra interdictum Epiſcopi, ibi. nu. 8. Duobus tribus ve teſtibus præſentib. ebtrahitur, ib. n. 9. Nihil itereſt an ſint rogati. ib. n. 10

Matrimonium contractum præſente parocho ſine teſtib. vel è cōtrario, vel non Sacerdote parocho nullum eſt, p. 1. nu. 1. pag. 142. Contracto vt proximè dictū peccatur, p. 1. nu. 2. pag. 143. Pœna ordinarij arbitraria eſt contra prædictoc. Matrimonium clandeſtinum contrahentec puniuntur ab Epiſc. p. 1. nu. 4. pag. 145

Matrimonium contrahentium nomina tempus, locus, & teſtes ſcribi debent, & idcirco parochus librum habere debet ad id, par. 1. nu. 9. pag. 144

Medicinæ Doctor quis non ſit, niſi iuret ſe ſeruaturum Bullam Pij V. de ægrotis, p. 1. nu. 9. pag. 64

Mercator abſens à quo abſoluatur, p. 2. nu. 1. pag. 70

Meretrices diſcerni ab honeſtis mul. dēnt, p. 1. n. 3. p. 51

Menſa Epiſcopi qualis, p. 1. nu. 5. pag. 13

Mercatus, ac nundinæ an dieb. feſtis fiāt, p. 1. n. 10. p. 47

Miſſā feſtis dieb. celebrare parochus dēt, p. 1. n. 1. p. 146
An alijs diebus, ibi. nu. 2.. An ſingulis dieb. ibid. nu. 3

Miſſam vnam in die quis celebrat, p. 1. nu. 4. p. 146
Excepto Natali Chriſti Domini, ibi. nu. 5. p. 147
Plures celebranc qua pœna puniatur, nu. 6. ead. pag.

Miſſa vna an pluribus ſatisfiat p. 1. n. 7. pag. 147

Miſſam celebrans ieiunus eſſe debet, ibi. n. 1
Non ſibi conſcius alicuius mortiferi peccati, ibi. n. 2. pag. 148. Non cenſura irretitus, ibid. num. 4
Non irregularis, ib. nu. 5. Non precio ductus, ib. n. 6
Matutinas precec ſaltem recitaſſe debet, p. 1. nu. 1. pag. 149. Veſtibus aptis ad id indutus, ibid. nu. 2
Aperto capite, ib. n. 3. Miſſali Ro. vtēs, ib. n. 4. p. 150
Latino ſermone latinus, ib. nu. 5. Excluſis excōicatis, & interdictis, & omnibus impedientib. ib. n. 6.
Præſentib. aliquib. ib. n. 7 p. 1 1. Si aggreſſorem celebrans occidat an miſſam perficere dēt, p. 1. n. 3. p. 148

Miſſa celebranda in Eccleſia conſecrata, p. 1. n. 8. p. 151
Non polluta, ibi. n. 9. p. 152. Non interdicta, ib. n. 16
Super altare conſecrato, ibi. nu. 11

Miſſa quo tempore celebranda, p. 1. nu. 12. pag. 152

Miſſæ ſancti Gregorij quænam ſint, & an hodie celebrentur, p. 1. nu. 13. pag. 153

Miſſam idest ad miſſam celebrandā peregrinus, & ignotus non admittendus, p. 1. nu. 14. pa. 1 3 (p. 154

Miſſa celebrans paruc. concionē hēre debet, p. 1. nu. 1. Ieiunia indicere, ibi. nu. 3. Item dies feſtos, ibi. nu. 4

Miſſæ, aliaque pia opera pro mortuis ſecundum ritū Eccleſiæ fieri debent, p. 1. nu. 1. pag. 162 (n. 2. p. 102

Miſſam celebrare habens per alium id facere poteſt, ibi. An ſingulis diebus ad id cogatur, ibid. nu. 013. Obligatus ad miſſam celebradam ſingulis dieb. de aliquo ſancto, an ad eam teneatur, p. 1. nu. 4. pag. 103

Miſſam feſtis diebus chriſtiani audire debent, p. 1. n. 1. pag. 55. Sacerdotem an liceat vitare ob eius improbos morec, par. 1. nu. 2. pa. 57. Dum miſſam celebratur laici in choro eſſe non debent, ibi. n. 3. p. 58

Miſſæ nomen quid ſignificet, & vnde dicta, ibi. nu. 4

Miſſam ſolemnem celebrat Epiſcopus, p. 2. n. 3. pag. 49

Monaſteria & huiuſmodi commendata, vbi non viget regulariū obſeru. viſitantur ab Epo, p. 1. n. 1. p. 178

Monaſteria Monialium extra Vrbē exiſtentia intra reducenda ſunt ſi Epo videtur, p. 1. nu. 1. pag. 186

Monialis habitum voluntare ſuſcipere debet, p. 1. nu. 2. pag. 186. Maior annic duodecim eſſe, ibi. nu. 1

Monialis volens profiteri debet, ibi nu. 3. pag. 186
Et contra facta profeſſio an valeat, ibi. n. 4. p. 187
Ante decimumſeptimum annum expletū non profitetur, ibi. n. 2. Nec ante probationem factam per annum poſt ſuſceptum habitum, ibi. nu. 3

Monialis, & vota, & conſtitutionec religionis ſeruare debet, ibid. nu. 4. pag. 188. Semel in menſe in confiteri, & Euchariſtiam ſumere, ibid. nu. 5
Sub clauſura eſſe ibi, nu. 1. Ob tres cauſas inde exire poteſt; & an ob alias cauſas, ibi. nu. 3. Exeunti in caſibus non conceſſis opem ferens punitur, ibi. nu. 4
Ne exire habeat quæ facienda, p. 1. nu. 5. p. 189

Monialic exempta excommunicata ab Epiſcopo abſoluitur, p. 1. n. 2. p. 192. Quoad clauſurā Epo eſt ſubiecta, ibi. nu. 3. pag. 193. Ab Epo benedicitur, p. 2. n. 2. p. 47. Reliq. vide in ver. Ingredi, & ver. Regulares.

Monialib. Eccleſia ſubiecta animarum curam habēc quo ad curā Epiſcopo ſubijcitur, p. 1. nu. 1. pag. 192

Monitoria ſub pœna excōicationis pro reb. inueniendis Epiſcopuc concedit, & an alius, p. 2. nu. 1. pag. 85
Promulgantur inſtante parte, & ex officio, ibi. n. 1. pag. 86. Duplicis finis gratia, ib. n. 1. Pro reb. magni momenti tantum & certis, ib. nu. 1. p. 87. §. 3

Monitorio hoc qui rem habet nō ſe pateſacere debet, ſed reſtituere, ib. nu. 1. & 2. pag. 89

Monitorij vi qui denunciare teneatur, ibi. nu. 1
Et qui teſtimonium ferre, ibi. nu. 1. pag. 91

Monitorij forma, vide in verb. Forma.

Monitoria concedit Eps ad delicta ēt denuncianda, ibi. n. 1. p. 92. Et ad quē ſi ib. n. 2. p. 93. & n. 1. § 1 p. ea.

Monitorij vi delinquēc an ſe pateſaciat, n. 1. §. 3. ib. p. 93
Qui denunciare debeat delinquentem, p. 2. n. 1. p. 94
Qui teſtimonium ferre contra eundem, ibi. nu. 1

Monitorij materia quanā ſit in ciuilib. ib. n. 1. §. 3. p. 87
Et quæ in criminalibus, ibi. nu. 1. §. 2. pag. 93

Montiū pietatic cura ad Epm pertinet, p. 1. n. 4. p. 205

Mulieres ſuſpectas domi cler. hēre nō dēnt, p. 1. n. 1. p. 98
An in dubio ſuſpectæ habeantur, ib. nu. 2. p. 99

Munera obeunda ab habente ſimplex beneficiū, p. 1. n. 1. p. 98

N

NEGOCIARI Clericus non poteſt, p. 1. n. 1. p. 83
Negociatio quid ſit, ibi. n. 2

Negociator quis dicatur & quis fur, ibi. nu. 3

Negociatio quotuplex, ibi. nu. 4. Quæ licita, ibi. num. 5
Quæ illicita, & quotuplex, ibi. n. 6. p. 84

Negocians clericuc punitur, ib. 1. Peccat, ibi. n. 2. p. 87
An conducere bona Eccl. poſſit, p. 1. n. 2. p. 85. An preſumatur clericus habere vnde viuat, p. 1. n. 3. p. 86. Vēdere fructus rerū ſuarū pot ſine nota negotiationis p. 1. nu. 4. pag. 86. Et infra in ver. Vendere.

INDEX.

Acquiſita illicita an retinere poſſit. Acquiſita p vnà negotiationẽ à clerico an ad ſpolia pertineant: An ab ipſo acquiſita per negotiationẽ acquiſita cẽſeãtur. vid. in verb. Acquiſita.

Artificium aliquod exercere an per ſe, vel per alios poſſit. p. 1. n. 1. pag. 89. & ibi. nu. 2.

Nepos natus ex legitimo matrimonio à patre illegitimo habere poteſt beneficium, quod auus habuit. p. 2. a. 2. p. 116. Idem de Nepote nato ex legitime patre. ibi. nu. 2. pag. 117.

Nouitij an incidant in caſus reſeruatos regularium ante profeſſionem. p. 2. n. 7. pag. 53.

O

ORdo ad quẽ finem ſuſcipiendus. p. 1. n. 2. p. 43. Ordines quib. tpibus conferẽdi. p. 2. n. 1. p. 32. Et ſi contra fiat quæ pœna. ibi. n. 2. p. 33. Gradatim, & non per ſaltũ. ibi. n. 1. & 2. Non iterandi. ibi. nu. 8. p. 35. Sacrorum ordinum vnus vno die conferendus. ibi. n. 4. pag. 35. Et quid ſi contra fiat. ibi. num. 5.

Ordinandus irregularitatem nullam animi habere debet. p. 2. n. 1. p. 12. Nec corporis. ibi. n. 2. Nõ vxorẽ. ibi. n. 3. Aetatẽ, quã ordo poſtulat. ibi. n. 4. p. 13. Et ſi contra fiat quæ pœna. ibi. nu. 5.

Ordinandus ad tonſurã quæ habere debet. p. 2. n. 1. pag. 14. Ad minores quæ habere. ibi. nu. 2.

Ordini ſacro initiandus habere debet aut beneficiũ. p. 2. n. 1. p. 15. Quantum eſſe debeat. ibi. nu. 2. Et quale. nu. 3. Reſignare illud non poteſt. ibi. n. 4. p. 16. Et reſignationẽ admittẽs an in pœnam incidat. ibi. n. 5. Aut Patrimoniũ habere debet. p. 2. n. 2. p. 17. Re vera obtinere. ibi. n. 2. De re immobili eſſe. p. 2. nu. 1. p. 18. Et quid ſi de re quaſi immobili. ibi. n. 2. Certa. ibi. n. 1. pag. 19. Frugifera. ibi. n. 2. Alteri non obligata. ibi. nu. 3. Quantitas eius quæ eſſe debeat. ibi. n. 1. A quo habeat nihil intereſt. ibi. nu. 3. pag. 17. Vel à patre. ibi. n. 4. p. 18. Vbi ſit nihil intereſt. ibi. nu. 4. p. 19. In pluribus rebus eſſe poteſt. ibi. n. 2. p. 20. Alienari nõ põt. ibi. n. 1. p. 20. Non remitti. ibi. n. 2. Si contra facit alienatio nulla eſt ſi non hẽt, vnde viuat. p. 2. n. 3. p. 20. Si habeat an ſine licentia alienari poſſit. ibi. n. 4. p. 21. Et ſi cõtra fiat quæ pœna. ibi. n. 5. An donans patrimonium ad ordinem pactum valeat, vt poſt ſuſceptionem ordinis recipiat. nu. 6. pag. ead. An conſtitui poſſit ſuper bonis alicuius ſimpliciter. p. 2. n. 2. p. 22. An ad titulũ ſeruitij ordinari poſſit. p. 2. n. 6. pag. 27. Aut penſionem habere debet. p. 2. n. 1. p. 22. Si ſuſcipiat ſine vno ex his tribus an in pœnã incidat. p. 2. n. 1. pag. 24. Et quid de ordinante. p. 2. n. 1. pag. 22.

Ordinandorũ nõia in Eccleſijs publicè ſunt proponenda. p. 2. n. 1. p. 24. An in ſingulis ordinibus hæ denunciationes fiant. p. 2. n. 2. pag. 27.

Ordinandus qua ratione examinandus. ibi. n. 3. Suſcipere ordinem velle debet. p. 2. n. 1. pag. 11.

Et quid ſi inuictus ſuſcipiat. n. 2. ibid. An ad continentiam obligetur. ibid.

Ordini Sacro initiatus Eccleſiæ ipſi adſcriptæ inſeruire debet. p. 1. nu 1. pag. 72. Philoſophiæ, aut Poeſi vltra quinquenniũ operam dare nõ poteſt, niſi Theologiæ, aut ſacris Canonibus operam dederit. p. 1. nu. 5. p. 84. Votum continentiæ ſeruare debet. p. 1. n. 1. p. 67. Suſcipitur enim cum ordine. nu. 2. ibid. Et ſi metu ſuſcipiatur quid ſit. ibi. n. 3. Vbi non eſt Sacerdos diebus ſolemnibus feſtis Euchariſtiam ſumere debet inſeruiẽs altari. p. 1. n. 2. p. 72. Tonſuram ferre itidem. ibi. n. 4. Veſtes clericales. ibi. nu 5. Quales ſint. p. 1. nu. 7. p. 73. Contrafaciens qua pœna puniatur. p. 1. nu. 6. pag. 72. Quæ vitare habeat. vid. in verb. Clericus.

Ordo ſubditis conferri debet. p. 2. n. 1. p. 7. Subditus quatuor modis hic dicitur. ibi. nu. 2. Originẽ. p. 2. nu. 3. p. 8. Et qua ratione hæc contrahatur. ibi. n. 4. Et quid de eo qui ortus eſt à matre peregrinante. ibi. n. 5. Et quid de eo qui in aliqua religione profeſſus fuit ab ea eiectus. ibi. n. 6. Ratione beneficij quod habet quis in diœceſi ſubditus etiam eſt. p. 2. n. 1. p. 9. Subditus item dicitur qui per triennium meritus eſt cum Epiſcopo ſe beneficium ſtatim ei conferat. p. 2. n. 1. p. 10. Subditus etiam eſt ratione domicilij. p. 2. n. 2. pag. 9. Subditis alterius ordo non confertur ſine ſui Superioris licentia. p. 2. n. 1. p. 26. Et quid ſi cõtra fiat. p. 2. n. 1. pag. 30. & nu. 2. pag. 32. Et quid de Epiſcopo titulari. vid. ibi.

Ordo in ſua diœceſi ab Epiſcopo conferendus. p. 2. nu. 1. pag. 31. In Eccleſia cathedrali. ibi. n. 2. Non interdicta. nu. 3.

P

PArochi nomen quale ſit. p. 1. num. 1. pag. 118. Item quotuplex. ibi. num. 2. Quid ſit ſimplex parochus. ibi. nu. 3. Plures haberi poſſunt. p. 1. n. 6. p. 119. Sacerdos eſſe debet. p. 1. n. 1. p. 122. Et ſi non eſt Sacerdos quid iuris. ibi. n. 2.

Parochus reſidere ĩ parochia debet. p. 1. n. 1. p. 123. Quot modis quis reſidere dicatur. p. 1. num. 2. pag. 124. Reſidens ſed ſua munera non obiens an in pœnas incidat non reſidentium. p. 1. n. 3. pag. 124. Reſidentiam omittens mortiferè peccat. p. 1. n. 1. pag. 125. Fructibus beneficij priuatur. ibi. n. 2. Si moriatur extra ſuam parochiam, & abſens, bona acquiſita ex beneficio tãquã ſpolia ad Camerã Apoſt. ptinẽt. p. 1. n. 3. p. 126. Ad reſidẽtiam cõpelli põt. ibi. n. 4.

Parochus non reſidere in Eccleſia ſine licentia, & ſine pœna quando poſſit. p. 1. n. 1. pag. 117. Nõ reſidere per multũ tempus, vt per duos mẽſes vel quatuor quis poteſt cauſa probata, & licentia in ſcriptis habita. ibi. n. 2. Si abſuturus eſt, Vicarius in Eccleſia conſtitui debet. p. 1. num. 4 pag. 128.

a 2 Paro-

I N D E X.

Parochus hic baptiſmum adminiſtrare habet. p. 1. n. 1. pag. 129. Vbi fons baptiſmi adeſt. ibi. n. 2.

Pœnitentiam adminiſtrare. p. 1. n. 1. pag. 134.

Licentiam facile dare debet ſuis parochianis confitendi alteri. ibi. nu. 2.

An debeat credere parochiano alterius dicenti ſe habere licentiam à ſuo parocho ei confitendi peccata. p. 1. n. 3. pag. 135.

An audire in confeſſione parochianum debeat quoties vult. p. 1. n. 8. pag. 136.

An abſoluere ab oïb. caſibus. p. 1. n. 10. pag. 137.

Caſus reſeruatos Bulla Cœnæ Domini, & ſuo Epiſcopo, necnon cōfeſſionale in Eccleſia habere debet. p. 1. n. 4. pag. 137.

Debet habere cognitionem ſacramentorum. p. 1. num. 12. pag. 145. (n. 13.

Si deneget Sacramenta quo pœna puniatur. ibi.

Parochus doctrinam chriſtianam docere debet. p. 1. num. 1. pag. 156.

Veſpertinas preces recitare feſtis diebus. ibi. n. 2.

Proceſſione ſanctiſs. Corporis Christi vbi Societates ſunt facere. ibi nu. 3. & 6.

Candellas benedictas in die Purificationis diſtribuere, oliuarumq́; ramos in Dominica oliua; et benedictos cineres primo die Quadrag. ſuper caput fidelium ponere. ibi. nu. 4.

Sepelire ſuos parochianos dēt. p. 1. n. 1. pag. 159.

Et vbi extra parochiam ſepulturam eligunt, quartam funeram habere debet. ibi. n. 2.

Preces, & ſacrificia pro ſuo populo offerre debet. p. 1. n. 1. pag. 162.

Ad oïa tenetur, quæ ad ſuum munus obeundum pertinent; & quid de Capellano? ibi. nu. 3.

Parochus an permittere poſſit vt quis prædicet in ſua Eccleſia ſine licētia Epi. p. 2. n. 3. pag. 80.

Dans licentiam peregrinandi, an & facultatem tribuat confitendi. p. 1. n. 3. pag. 69.

Parochus dandus eſt qui parochianorum linguam intelligat. p. 2. n. 6. pag. 121.

Parochia quid ſit. p. 1. n. 4. pag. 118.

Parochianus quis ſit. ibi. nu. 5.

Parochialis Eccleſia quæ vaſa habere debet. par. 1. num. 1. pag 157.

Quas veſtes. ibi. nu. 2. pag. 158.

Quos libros. ibi. num. 3.

Sacrarium habere debet. ibi. n. 4.

Parochialibus Eccleſijs certos fines nō habentibus certi conſtituendi ſunt. p. 2. n. 1. pag. 142.

Parochia nouo cōſtituere pōt Eps. p. 2. n. 1. pag. 139

Et quando. ibi. nu. 2. pag. 140.

Et qua ratione ei prouideatur. ibi. nu. 3.

Patria poteſtate liberatur Eps. p. 1. num. 4. pag. 11.

Patrimonium clerici. vid. Ordo.

Pauper quiſnam dicatur. p. 1. n. 5. pag. 116.

Pauperū curā Epiſcopus habet. p. 1. n. 1. pag. 206.

Qua ratione ei ſubueniat. ibi. nu. 2.

Peccatum reſeruatum cur caſus nominetur. par. 2. num. 3. pag. 53.

Peccatum reſeruatum. vid. Reſeruari.

Pœnæ, in quas incidit Epiſcopus. p. 1. n. 5. pag. 11.

Et non ſeruans Bullā Pij V. de reſignatione. p. 2. n. 5. pag. 127. & n. 6. pag. 128.

Pœnam inferre Epiſcopus poteſt. p. 2. n. 1. pag. 143.

Quot eius ſpecies. ibi. nu. 2.

Quæ corporalis. ibi. num. 3.

Pecuniariam etiam infert. p. 2. n. 5. pag. 145.

Spiritualis quæ. ibi. num. 2.

Penſionē an Epiſcopus imponat. p. 2. n. 7. pag. 139.

Pœnitens, qui peccatum ſæpius commiſſum confeſſus eſt, an teneatur Sacerdoti interroganti eū ſi illud cōmiſerit, ei dicere. p. 1. n. 5. pag. 135.

Peregrinus vbi ſepeliendus. p. 1. n. 11. pag. 161.

Quibus confiteatur. p. 2. n. 1. pag 69.

Et quis ſit. ibi. num. 2. Et an à caſibus reſeruatis abſoluatur. p. 2. n. 4. pag. 70.

Pœnitentiarius in Eccleſia Cathedrali ab Epiſcopo conſtituendus. p. 2. n. 1. pag. 49.

Cur inſtituatur. ibi. nu. 2. pag. 50.

An abſoluat à reſeruatis. nu. 3. ead. pag.

Præbendam habere debet. ibi. nu. 4.

Audiens pœnitentes in choro eſſe cenſetur ob diſtributiones. ibi. nu 5.

Qualis eſſe debeat. num. 6. ibidem.

Piſcari an liceat clericis. p. 1. n. 10. pag. 94.

Poſſeſſionem Epiſcopatus ſuſcipere Epiſcopus debet. p. 1. n. 1. pag. 9.

Et quid ſi per procuratorem. ibid.

Poſſeſſionem accipere debet beneficium conſecutus. p. 2. nu. 1. pag. 123.

An pro ea quicquam detur. ibi. num. 2.

An adminiſtrare ante eā poſſit. ibi. n. 3. pag. 124.

Pontificalia in aliena diœceſi Epiſcopus non exercet. par. 1. nu. 5. pag. 11.

Et quid ſi conſecret calices, vel patenas. ibid.

Permutatio voti quid ſit. p. 2. n. 1. pag. 166.

Quæ cauſa permutandi. ibi. nu. 2.

Qui modus. ibi. nu. 3. pag. 167.

Quis poſſit permutare. ibi. nu. 1. pag. 166.

Qui pōt diſpenſare, an permutare poſſit. ibi. n. 5.

Permutatio beneficiorū quid ſit. p. 2. n. 2. pag. 129.

Duplex eſt. ibi. nu. 3.

Iuris patronatus permutatio nō fiat ſine licentia patroni. ibi. num. 4.

Permutatio piorum volūtatum fit ab Epiſcopo aliquando. p. 2. n. 1. pag. 173.

Permutatione beneficia reſignata confert Epiſcopus permutantibus. p. 2. n. 1. & 2. pag. 130.

Permutationis forma quæ. ibi. nu. 3. pag. 130.

Et quis effectus. ibi. nu. 4.

Pollutio Eccleſiæ vid. in verb. Eccleſia.

Pœnitentias publicas imponit Eps. p. 2. n. 2. pag. 84.

Quando. ibi. nu. 2. In foro conſcientiæ Sacerdos non poteſt. ibi. num. 3.

Septēnis pœnitētia an imponatur. ibi. n. 2. pa. 84.

Pœnitentia per Canones impoſita mixti fori ſunt. p. 2. n. 1. pag. 84.

Prædi-

Prædicare munus Epiſcopi eſt.p.2.nu.1.pag.78. Et eorum qui curam animarum habent. ibi.n.2.
Delegati ab homine prædicant, & quando. p.2. num.1.pag.79.
Regularis vbi prædicat quæ requirãtur.ibi.n.2.
Prædicator clericus eſſe debet. p.2.n.1. pag.28.
Non ſeminare errores. ibi.n.2.
Non ſuſpectus de hæreſi.ibi.nu.3.
Non regularis extra clauſtra, & obedientiam viuens. ibi.nu.4.
Non quæſtuarius.p.2.n.3.pag.80.
Prædicatori q ſũpens ſubminiſtret.p.2.n.1.pag.81.
Prædicandum quando ſit.p.2.n.1.pag.81.
Quæ prædicanda.ibi.nu.2.
Qua forma.ibi.num.3.pag.82.
Præsẽtat ad Eccleſiã q ius patronatus hẽt.p.2.n.1. pag.133. Niſi amiſerit. ibi.n.2. cũ duob.ſeq.
Qui eſt in poſſeſſione bona fide.p.2.n.5.pag.134.
Impubes maior ſeptennio.p.2.n.6.pag.135. Tutor, vel tutrix eius.ibi.nu.6.
Plures patroni, vbi ſunt qua ratione præſentent. p.2.n.8.pag.135.
An cum filijs ibi.nu.9.pag.136.
Præsẽtari põt patronus aliquãdo.p.2.n.1.pag.136
Extraneus. ibi.nu.2.
Abſens. ibi.num.3.
Plures.ibi.nu.4. Et quis præferatur ſi æquè idonei. p.2.n.2.pag.137.
Præſentandus clericus eſſe debet.ibi.n.5.
Aetate ea præditus, quam beneficium poſtulat. ibi.num.6.
Præſentatio cui fiat.p.2.n.1.pag.134.
Quomodo fiat in iure patronatus Eccl.ibi.nu.2.
Forma eius quænam ſit. ibi.nu.3.
Præcepta Eccleſiæ chriſtiani ſeruare debent.par.1. num.4. pag.174.
Et qui non cogantur. ibi.nu.5.
Proceſſiones publicæ quænã ſint.p.1.n.6.pag.175.
Philoſophi legentes publicè refellere debẽt opiniones philoſophorum à chriſtiana fide alienas. p.1.nu.4.pag.63.
Priuilegia plura Epiſcopus habet; Et quæ.p.1.n.4. pag.10. cum ſeq.
Profeſſionem fidei facere debet ad Epiſcopatũ promouendus.p.1.n.1.pag.7.
Doctoratus inſignia ſuſcepturus. par.1.num.3. pag.31.& pag.63.nu.3.
Rector vniuerſitatis.ibi.nu 4.
Docentes artes liberales.ibi.n.5.& n.2.pag.63. Vbi Bulla Pij IV. refertur.n.6.pag.31.
Prouiſus de beneficio ante poſſeſſionem. par.2. num.1.pag.124.
Quodcunque ſit. num.3. pag.125.
Canonicatum adeptus.p.2.n.2.pag.124. Et quæ pœnæ. Et quando imponuntur contrafacientibus. ibi.nu.4. & 5.
In prima Synodo Diœceſana clerici, in prouinciali Epiſcopus eam faciant.ibi.nu.6.
Regulares prouiſi de dignitatibus facere debẽt. p.2.num.7.pag.126.
Prouiſus Epiſcopus à Romano Pontifice quo ab inferioribus conſecretur licentia ab ipſo habenda. par.1.num.6. pag.9.

Q

QVæſtores qui prohibendi ne eleemoſynas quærant.p.1.nu.6.pag.52.

R

RApere mulieres nemo debet.p.1.n.2.pag.50.
Reconciliare Eccleſias pollutas Epiſcopus habet; Et qua ratione, et cuius ſũptibus. p.2. nu.1.pag.43. & nu.6.pag.44.
Regularẽ ideſt i Regularẽ Epiſcopus iuriſdictionẽ nõ hẽt caſib. qbuſdã exceptis.p.1.n.1.p.171.
Probatus eſſe debet ab Epõ ad pœnitentiã clericis ſecularib., et laicis adminiſtrãda.ibi.n.2.
Probatus ſemel iterum non examinatur niſi à ſucceſſore. ibi.num.4.
Probatus ad omnium confeſſiones, oĩbus adminiſtrat.p.1.n.5.pag171. Et an in hoc ſtatutis Epiſcopi ſubijciatur.p.1.n.2.pag.182.
Probatus ſimpliciter ad confeſſiones à reſeruatis non abſoluit.p.1.n.8.pag.172.
Probatus in vna Diœceſi alterius ad ſe venientes an abſoluat.p.1.n.9.pag.ead.
Probatus in vna diœceſi, in alia non eſt probatus.p.1.n.7.pag.172.
Regularis an alia Sacramenta è confeſſione ſecularibus adminiſtret.ibi.nu.10.
Regularis ab Epiſcopo loci ordines ſuſcipit.par.1. nu.1. pag.173.
Cũ ipſo diſpẽſat Epſ ĩ interſtitijs tẽporũ.ibi.n.2.
Concionari non poteſt in ſuis Eccleſijs ante benedictionem Epiſcopi.p.1.n.2.pag.174.
Proceſſionib ĩtereſſe dẽt.vid.ĩ ver.Proceſſionib.
Feſtos dies ſeruare ab Epiſcopo indictos.p.1.n.1. pag.175. Et quos ritus tunc ſeruet.ibi.nu.2.
Cenſuras ab Epiſcopo latas ſeruare. ibi.n.3.
Campanas pulſare in Sabbatum maioris hebdomadæ quando debeat.vid.Campanas pulſare.
Regularium Eccleſiæ ſecularium curam habentes ſubijciũtur quoad curam Epõ.p.1.n.1.p.176.
Regularium militũ etiã Eccleſiæ tales. ibi.n.2.
Regulares ratione contractus quando Epiſcopo ſubijciantur. p.1.n.1.pag.179.
A Nouitio quæ habuerunt ſi profeſſionẽ non facit ad reſtitutionem ipſos cogit. ibi.nu.4.
Cognoſcit an vi, metu ve profeſſionem fecerit. p.1.nu.5.pag.180.
Conuenitur etiã regularis extra clauſtra degens coram Epiſcopo. ibi.nu.6. & quando.num.2.
Et quando ratione delicti.ibi.num.1.
Excommunicatus regularius vbi eſt fugitiuus denunciatur.p.1.nu.3. pag.181.
Extincta eorum religione, vel alias liberi à iuriſdictione Regularium Epiſcopo ſubijciuntur.ibi. num.1.

Regu-

Regulares excommunicati, an denunciari poſſint ab Epiſcopo.p.1.n.1.pag.182.
Et in plurib. ſubiecti ſunt Epo.ibi.n.1.pag.183.
Regulares non poſſunt accedere ad monaſteria, ſeu domos Monialium ad colloquendum cum eis. p.1.nu.1.pag.191.
Nec miſſi ad prædicandum, vel Miſſam celebrandam eo.ibi.nu.2.
Regulares in quorum Eccleſia laicus ſepulturā elegit an ingredi parochiam alicuius ad mortuū ſuſcipiendum propria, authoritate poſſunt. p.1.nu.3.pag.153.
Regulares tertij ordinis.vide in verb.Fratres.
Regularis factus Epiſcopus an ad regulam ſeruandam teneatur.p.1.nu.6.pag.13.
Reliquiæ Sanctorum in loco honeſto habendæ. p.1. nu.10.pag.106.& nu.5.pag.155.
Reſeruare caſus Papa ſibi poteſt.p.2.nu.1.pag.53.
Et quæ natura eorum.ibi.num.2.
Patriarchæ poſſunt.nu.3.
Archiepiſcopi.ibid.
Epiſcopi.ibid.& nu.1.pag.52.
Generales ordinum ibi.Et Prouinciales; Et quid de Abbatibus ibi.n.4.pag.53.
Reſeruantes iuriſdictionem Eccl. habere debent. p.2 nu.1 pag.54. Actu.ibi.nu.2. Non ſuſpenſam vlla ratione.ibi.nu.3.
Reſeruari peccata debent.p.2.n.1.pag.65.
Mortalia, & grauia.ibid.
Mentalia an poſsint.p.2.n.3.pag.66.
Pauca reſeruanda.ibi.nu.4. (pag.66.
Reſeruatione obligātur ſubditi reſeruātis.p.2.n.1.
Vel in alterius diœceſi cōmittātur.ibi.n.1.p.67.
Vicarius Epiſcopi.p.2.n.2 pag.67.
Domicilium transferens in loco reſeruationis, vel quando commiſit vel eſſet vbi non erat reſeruatum.p.2.n.1.pag.67.
Reſeruatione non obligatur non ſubditus.p.2.nu.1. pag.81.Vel quando delictum reſeruatū commiſit eſſet ſubditus.ibi.nu.1.
Item qui delictum non cōmiſit.ibi.n.2.Vel commiſit vſum rationis nō habēs.ibi.n.3.pag.72.
Et vbi ab eo fuit abſolutus.ibi.nu.4.
Reſeruatio quot modis fiat.p.2.nu.1.pag.72.
Forma abſoluēdi ā reſeruatis quę.p.2.n.1.p.72.
Reſeruatio tollitur ipſo iure multis modis. par.2. num.1.pag.63.
Reſeruatio caſuum cur fiat, & quid operetur. p.2. nu.1.pag.64.& nu.1.§.1.pag.ead.
Reſidere in diœceſi Epiſcopus debet.p.1.nu.1.p.24.
Non reſidens qua pena puniatur. p.1.n.2 p.25.
Quando excuſetur.p.1.num.3.pag.26.
Reſidere beneficium ſimplex habens non tenetur. p.1.nu.5.pag.105.
Reſidere quot modis quis dicatur.p.1.n.2.pag.124.
Ad reſidentiam obligatus nō reſidens qua pena puniatur; Et ſi extra parochiam moriatur.p.1. n.2.p.125.& ibi.nu.3.p.126. Quando excuſetur à pena, & quæ cauſæ excuſationis.p.1. n.1.et n.3.p.127.Reliqua vid.ī ver.Paroch°.
Reſignata ſimpliciter beneficia in manu Epiſcopi ab ipſo conferuntur.p.2.nu.1.pag.127.
Reſignata beneficia Eps nec ſuis, nec reſignātium coniunctis conferre debet.p.2.n.4.pag.128.
Reſignatio ſine cauſa non fit; Et quæ cauſæ ſint. p.2.nu.2 pag.127.
Et ſi admittatur ſine cauſa, quæ pena admittentis.p.2.nu.6.pag.128.

S

SAcerdos penitentiam adminiſtrare non poteſt ante probationem Epiſcopi. p.2.n.1. pag.51.
Semel approbatus amplius non examinatur. ibi.num.2.
Quos penitentes audire poſſit.p.2.nu.3.pag.52.
Sacræ Scripturæ lectio in ſtudijs generalibus habenda eſt.p.1.n.1.pag.63.
Sāctorū facta an referri in publico.p.1.n.4.p.102.
Seminariū Epiſcopus errigere debet.p.1.n.8.p.64.
Et quomodo habendum.ibi.n.3.pag.207.
Scripturam ſacram publicè docens, & diſcens, vel iuri Pontificio operam dans quæ priuilegia habeant. p.2.nu.1.pag.83.
Sntiam Eps per aliū recitare poteſt. p.1.n.4.p.11.
Sepeliendus vbi ſit beneficium Eccleſ. habens. p.1. num.8.pag.160. Item Regularis. ibi.num.9. Vxor.ibi.nu.10. Peregrini.ibi.nu.11.
Sepultura Eccl. qui carent.p.1.n.4.pag.161. Locus ad ſepulturam an vendi poſſit. ibi.num.5. pag.161. An ius ſepeliendi. ibi.nu.6. An facultas ibi.nu.7.
Scholares longe abſentes à quibus abſoluantur. par.2.num.1.pag.70.
Subditus qui non eſt in caſus reſeruatos non incidit. p.2.n.1. pag.71 Et quando non incidat. vide in verb. Reſeruatione.
Subditus quo ad ordines. vide in verb. Ordo.
Succeſſor in beneficio an obligatus ſit ad penſiones præteritas ſoluendas; & quid de alijs debitis. p.2.nu 3.pag.126.
Suſpenſione, & interdicto Epiſcopus nō obligatur, niſi eius mentio expreſſe fiat.p.1.n.4.p.10.
Superiorum præcepta laici ſeruare debent, & idcirco cenſuras.p.1.nu.1.pag.48.
Synodus quid ſit. p.2.nu.1. pag.99.Vnde dicta. ibi. num.2. Quotuplex.ibi.num.3.Singulis annis celebranda.ibi.nu.4. Effectus eius. p.2.nu.5. p.100.Qui ad Synodū venire debeāt.ibi.n.1.
Synodo, ideſt in Synodo decreta Trid.Synodi de reſidentia legenda. p.2.nu.1. pag.101.
Profeſſio fidei facienda ibi.nu.2.
Statuta Concilij Prouincialis recitanda.ibi.n.5.
Examinatores creandi ibi.n.3. (dæ.ibi.n.4.
Perſonæ deſignandæ quib. Eccl.cauſæ cōmittenConſtitutiones factæ publicandæ.ibi.nu.6.
Vicarij foranei; Teſtes Synodales, Punctatores creandi.ibi. num.7.

Agen-

INDEX.

Agendum vt ſides ac religio conſeruetur,& improbati mores corrigantur,p.2.nu.8.pag.101

Statuta Epiſcopus facere poteſt,p.2.num.1.pag.96 Cum pœna ipſo iure,ib.n.2.An ſine conſenſu cleri ea facere poſſit,p.2.nu.7.pag.97

Statuta contra ius commune facere non poteſt,p.1.nu.4.pag.ea.Nec in præiudicium Eccleſ.ibi.n.5 Nec prohibere ne quis exorcizet,p.2.n.6.p.97

Statuto Epiſcopi obligantur omnes de diœceſi,p.2.nu.1.pag.98.Et quid ſi extra territorium contra ſtatutu fiat,ibi.n.2.An eo ipſo obligetur,ib.n.3. An occultè delinquens pœna ſtatuti afficiatur ipſo iure,p.2.nu.3.pag.96

Statutum Epi eo mortuo non tollitur,p.2.n.1.p.98 Quid de ſententijs generalibus,ib.n.2.Et quando obligari incipiant.ibid.nu.3.p.99

T

THEOLOGVS *an præferendus iuriconſulto ad aliquam Eccleſiam,par.1.nu.3.pag.3*

Trid.Synod.admonitio ad Epiſcopos,p.1.nu.3.p.17

Teſtimonium ferre vi monitorij qui teneantur,vide in verbo Monitorium.

Teſtimoniũ ferre an clericus debeat,uide in ver.Cler.

V

VAGABVNDI *quinam ſint,p.2 nu.1.pag.68 An habeant parochum,ibi.nu 2. An ſubijciantur diſpoſitioni,c.omnis,de pœn.nu 3.An in caſibus reſeruatis incidant,ib.nu.4.Cui confiteri debeant.p.2.nu.1.pag.69*

Veſtes ſacerdotales ad diuina ab Epo benedicuntur,p.2.nu.1.pag.47.An à Sacerdotibus benedicantur,ib.nu.4.An poteſtas hæc delegari ab Epiſcopo eis poſsit,p.2.n.5.p.48. Et veteratæ vbi ſunt quid faciendum,ibi.num.6

Veſtes clericales quales eſſe debent,vid.in verb.Ordini ſacro initiati.

Viatores tempore Paſchatis à quo ſacramenta recipiant,p.1.nu.8.pag.34

Vicarius & œconomus,& Capitulum Eccleſiæ Cath. Epo creato quas rationes reddant,p.1.n.2.p.10

Vicarius reuocatur ad arbitrium Epi,p.1.n.5.p.18 Habere tamen illum debet,p.1.n.1.& 2.p.18 Clericus eſſe debet,nu.1.pag.21.non coniugatus,ibi.nu.4.Non cenſura inetitus,n.4.ibid. Mandatum de Vicariatu in ſcriptis habere debet,ib.n.5.Autoritas eius quænam ſit p.1.n.1.p.19 Quæ agere nequit niſi ſpeciatim ei mandentur,ib.nu.2.An vſum iuriſdictionis habeat Epiſcopo cẽſura irretito,nu.7.pag.ea.An præcedat Canonicis,p.1.n.3.pag.10.Si damnum dedit Epiſcopus tenetur,p.1.num.3.pag.18.Vicarius datur parocho vbi adminiſtrare non poteſt,p.2.n.1.pa.142

Vicarium Foraneũ Epi habere poteſt.p.1.nu.1.p.21 Iuriſdictionem delegatam habet,ibid.nu.2

Viſitare diœceſim ſingulis annis Epiſcopus debet,p.2 num.1.pag.102.Etſi inferiores alij viſitent quid agant,ib.2.Quoties opus eſt,ibi.n.3.Intra triennium eam perficere debet,ibi.nu.4.Per alios poteſt ibi nu.5.Quam iuriſdictionem tunc habeat,p.2.nu.5.pag.102

Viſitanti ſumptus debentur,p.2.nu.2.pag.103.& nu.1.p.105.Moderati eſſe debent,ibi.n.3.Pro ipſis pecunia dari poteſt,ibid nu.4.Nihil præterea recipere poteſt,ib.n. . Nec illi quos ſecũ duxit,p.2.nu.1.pag.104.Etſi contrafiat quæ pœna,ibi.num.4. Etſi viſitans non recipiatur quid facere debeat,p.2.numero 6.pagina 107

Viſitari laici debent,p.1.nu.1.p.106.Perſonæ tam Eccleſiaſt.quam ſæculares,ibi.n.3.Monaſteria aliqua regularium,ibidem,nu.4.Moniales,ib.nu.5 Infideles,ibi.n.6.Hoſpitalia,nu.7.Montes Pietatis,nu.8.Loca pia,nu.9

Viſitati ad ſumptus præſtandos tenentur,p.2.nu.2.pag.105.Et qui non tenentur,ibid.nu.3

Viſitandi modus qui nam ſit,p.2.nu.4.pag.107

Viſitans Epiſcopus clericos qua ratione erga eos ſe habeat,p.2.nu.5.p.107

Viſitatio vnde initum ſumat habito reſpectu ad locũ p.2.nu.2.pag.107.Item ad viſitanda,ibi.num.3 Forma eius quæ ſit,par.2.nu.1.pag.107

Viſitationis effectus eſt orthodoxæ fidei auctio,& conſeruatio,p.2.nu.1.p.102.Vitiorum ſublatio,ibi.nu.2.Virtutum introductio,ib.nu.3 Vt chriſtiani tam laici,quam eccleſ.in officio ſint.ib.n.4.Per accidens eſt pœnæ illatio,p.2.n.1.p.13

Vnire beneficia Epiſcopus poteſt,p.2.nu.1.pag.138

Vnio beneficiorum quid ſit,p 2 n.2.pag.138 Quotuplex,ibi.nu.3.Quamobrem,ibi.nu.4

Vnita Eccleſia alteri Eccleſiæ eſt qua ratione ei prouideatur,p.2.n.2.p.139

Vnione vbi proſpici non poteſt Eccleſiis parochialib.quid faciendum,p.2.nu.4.pag.139.

Vniri beneficium Seminario poteſt,p.2.n.6.p.139

Votum quid ſit,p.2.n.1.p.1 8. Quotuplex.ibi.n.2 Eius diſpenſatio quid,ibi.n.3.p.159.Quæ cauſa diſpenſandi in eo,ibi.nu.4

Votum factum ab impubere irritari poteſt à patre,eſto deinceps pubes factus ſit,p.2.n.2.pag.164. Reliqua vide in verb.Diſpenſare

Vouens aliquando poteſt per ſe votum non adimplere,vel differre,p.2.n.2.p.163

Vxor poteſt irritare votum continentiæ mariti factum ſine eius conſenſu,vel ratihabitione,p.2.numero 5.p.162

F I N I S.

TABVLA DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI.

Officij & Poteſtatis Epi cognitio habetur, cognitis ipſius cauſis, quarũ alia dr,

- Efficiens Epiſcopus in quo alia requiruntur.
  - Antequam creetur, cap.1.
  - Poſtquam creatus eſt, cap.2. cum ſeq.
- Finis, cuius alius eſt.
  - Remotus cuius alius eſt.
    - Primus Dei Honos, cap.5.
    - Secundus ſalus animarum eod. cap.
  - Proximus Gubernatio Diœceſis vnius, cuius alia eſt.
    - Per ſe.
      - 1 Laicorum c.6 cum 4.ſeq.
      - 2 Vniuerſitatum eorum, c.11.
      - 3 Clericorum quorũ alij ſunt
        - 1 Minores ordin. c.12.
        - 2 Maiores. cap.13.
        - 3 Bñficiũ ſine cura, c.14
        - 4 Beneficium cum cura, ca.15. cum trib. ſeq.
      - 4 Canonicorũ. cap.19.
      - 5 Regularium. cap.20.
      - 6 Monialium c.21.
    - Per accidens.
      - Infideliũ quorũ alij ad fidē
        - 1 Non veniunt, ca.22.
        - 2 Veniunt, cap.23.
      - Hoſpitalium, & piorum locorum c.24.
- Materia, cuius alia eſt.
  - Circa quam
    - Hoĩes. Loca. Res. — De quibus ſupra.
  - Ex qua cuius alia eſt.
    - Ordo, cuius eſt
      - 1 Cõfirmat. c.25
      - 2 Ordo. c.26.
      - 3 Cõſecratio. ſ.
        - 1 Sacramẽtalium, c.27.
        - 2 Eccleſiæ, ca.28. cũ ſeq.
        - 3 Altarium, ca.30
        - 4 Calicis, Patenæ, & Cãpanæ, c.31.
      - 1 Benedictio Abbatis, Monialium, & indumentorum, cap.32.
      - 2 Miſſæ Pontificalis celebratio, & benedictio ſolemnis, eod c.
    - Iuriſdictio cuius alia eſt.
      - Ordinaria, cuius alia eſt fori.
        - Interioris
          - 1 Pœnitẽtiarij inſti. c.33
          - 2 Probatio Sacer. ad pœnitentiam, cap 34
          - 3 Reſeruatio caſuum, ca.35. cum quinq. ſeq.
        - Mixti.
          - 1 Indulg. conceſsio c.41
          - 2 Concionatoris probatio a datio, c.42
          - 3 Lect. Sac. Script. c.43
          - 4 Pœnitent. publi. c 44.
          - 5 Monitoria. c 45 cũ .ſ.
        - Exterioris
          - 1 Statutorũ pmul c.47
          - 2 Synodi congreg. c.48
          - 3 Viſitatio Diocœ c 49
          - 4 Beneficiorũ collatio, c.50. & inſtitutio. c.51.
          - 5 Bñficiorũ vnio. c. 52.
          - 6 Cõſti. nouæ paro. c.53
          - 7 Coadiuto datio. c.54
          - 8 Ius dicere. c.55.
          - 9 Pœnas inferre. c.56.
      - Delegata cuius alia eſt fori.
        - Mixti.
          - Diſpēſat.
            - Irregularit. c.57.
            - Voti. c.58. cũ ſeq.
            - Impedimentorũ matrimoo. c.60
          - Permut.
            - Votorum.
        - Exterioris. c.62.
          - Relictorum piorum. cap.61.
- Forma, de qua cap.63.

TRACTATVS
DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI.
BARTHOLOMAEO VGOLINO EX MONTE SCVTVLO

Diœceſ. Ariminen. Iuriſconſ. ac Barbiani Archipræsbytero Autore.

De ijs, quæ requiruntur in eo, cui Epiſcopatus conferendus eſt. Cap. I.

SVMMA.

1 *Epiſcopatus ordo quotuplex ſit.*
2 *Epiſcopus vnde dictus.*
3 *Epiſcopus ſimplex quid ſit.*

QVONIAM de Officio, ac Poteſtate ſimplicis Epiſcopi agendum mihi propoſui ob rationes in Proœmio allatas; ideo, quò materia hæc dilucidior, ac perfectior habeatur quatuor contemplabimur. Primùm perſonam, quæ poteſtatem hanc habet, officiumq; hoc exercet. Deinde effectus huius poteſtatis, atq; officij. Tertiò materiam eorundem. Poſtremò formã. Hac enim ratione ordinatim rem agemus, & confuſionem omnino vitabimus. Iam igitur, id, quod primò explicandum nobis propoſuimus, aggrediamur. Verùm, quòd Epiſcopus eſt, qui poteſtatem hanc habet, atque exercet, ob eam rem de ipſo hæc breuiter tractabimus. Primùm, quæ requirantur in eo, qui Epiſcopus creandus, ſeu Epiſcopatus conferendus eſt. Secundò creatus Epiſcopus, vbi eſt, quæ itidem in eo poſtulentur. Poſtremò, quæ facere habet cùm habito reſpectu ad ſe, tùm ad alios ſuis functionibus obeundis; præmiſsis tamen prius quotuplex Epiſcopatus ordo ſit, & de quo hìc agatur. Secundò, vnde dictus. Poſtremò Epiſcopus, de quo nunc agimus, quid ſit.

1 Quoad primum igitur † Epiſcopatus ordo quadripartitus eſt, vt habetur in c. cleros §. ordo verò Epiſcoporum d. 21. iunct. Bull. Pij V. in ordin. 5. & 6. & 8. cum multis aliorum Pontif. quæ in Bullar. habentur, & proœmio Decretal. In primo enim gradu Maximus Pontifex eſt; quandoquidem Catholicæ Eccleſiæ, ideſt vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus eſt, ac dicitur c. cuncta per mundum 9. q. 3. cum ſeq. Nec obſtat c. fin. d. 99. vbi Gregorius renuit ſe vocari vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum; nam, vt inquit Turre Cremat. ibid. vel humilitate ductus id fecit, vel quòd non præficitur cunctis Eccleſijs, vt Rector ſingularis. In ſecundo gradu ſunt Patriachæ, qui pluribus prouincijs præſunt, & primates etiam nominantur c. 1. d. 90. In tertio Archiepiſcopi, qui & Metropolitani dicuntur, qui in vnam Prouinciam iuriſdictionem habeat, vt in cit. c. 1. In quarto gradu ſunt ſimplices Epiſcopi, qui vni Diœceſi præſunt, qui & Archiepiſcopi Suffraganei

Digitized by Google

nominantur, & Ordinarij, vt habetur in Extrauag. Execrabilis verſ. Cęteros ordinarios de præben. & dicuntur Sanctiſsimi Chriſti Domini legati, & etiam Spirituales Patres, & Fratres Romani Ponr. & Coepiſcopi, & Colum. Eccleſiæ, vt in Clē. 1. §. r. de pęn. & ibi Glo. & DD. & ita Abb. in c. ſcriptū n. 15. de elect. & Apoſtolorum ſucceſſores, vt inquit Trid. Synod. ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin. cap. 4. & de his potiſsimum agendū nobis eſt. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † Epiſcopus dictus eſt à verbo græco ἐπισκοπέω. quod latinè ſignificat ſuperintendere, ac ſpeculari, quò ſcilicet ſuperintendat, curam gerens ſubditorū; & ſpeculetur & ſuperſpiciat populorū intra ſe poſitorū mores, & vitā, ita habetur in cit. c. cleros §. Epiſcopus autem, & in c. legitimus d. 93. & in c. qui Epiſcopatum 8. q. 1. quamobrem Epiſcopus dicitur Speculator, Superintendens, & Explorator. Idq; meritò; tùm enim Epiſcopis Eccleſiarum, & animarum cura mandata ſit, onus Angelicis humeris formidandum, vt dixit Trid. Synod. ſeſſ. 6. de Reform. cap. 1. meritò ſpeculari, ſuperintendere, & explorare Chriſti fidelium oues habent, ne à recta via aberrent; & ne Lupi, ideſt Dęmones ipſas rapiant, ac macteot. Hinc S. Paulus ad Timot. hac de re ipſum admonens ſic inquit. Tu verò vigila, in omnibus labora, & ad Roman. cap. 12. Qui præeſt in ſolicitudine, & ad Corinth. de ſe loquens 2. cap. 11. ait Inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarū. Hinc Epiſcopi nomen oneris, & non honoris, eſſe dixit S. Auguſt. relat. in c. qui Epiſcopatum 8. q. 1. & Azo in ſumm. C. de Epiſcop. & cler. & Specul. in tit. de inſtrum. edict. §. decimoquartò verſ. De Epiſcopo in fin. Hinc negligentes Epiſcopi in grege ipſis credito cuſtodiendo, & peccant grauiter, vt dixit Gloſſ. in c. ea quæ de off. Archid. & non corrigentes exceſſus puniuntur, vt habetur in c. 1. cum ſeq. Curam igitur populi ſibi crediti Epiſcopus habere debet; atq; re, verbo, & exemplo eum paſcere; nā & apud Ethnicos dicebantur Epiſcopi, qui præerant pani, & cæteris venalibus rebus, quæ Ciuitatum populis quotidianum victum ſuggererent, vt habetur in l. munerum 2. ff. de mun. & honor. Sic ergo, & Epiſcopi Eccleſiæ ipſis creditæ ſuggerere ea debent inprimis, quæ ad vitam ſpiritualem pertinent. Ex his patet, vnde Epiſcopus dictus ſit. Appellatur etiam Dioeceſanus à Dioeceſi, ita Gloſſ. in Clem. 1. de vit. & honeſt. cler. alijs etiam nominibus nominatur, de quibus Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 3. c. 27. & de hoc itidē ſatis.

3 Quoad poſtremum, † ſcil. quid Epiſcopus ſimplex ſit, de quo hic potiſsimum agimus, eſt Epiſcopus poteſtatem ordinis Pontificalis, necnon Iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori exterioris, interioris, ac mixti Eccleſiæ ad animarum ſalutem Dioeceſis alicuius habens.

Dixi Epiſcopus; nam non ſolùm de ſimplici Epiſcopo dicitur, verùm etiam, & de alijs, de quibus ſupra.

Dixi Poteſtatem ordinis Pontificalis; quò ſeparetur à ſimplicibus Sacerdotibus, qui, etſi fori interioris poteſtatem habent, non tamen exterioris, & minus ordinis pontificalis poteſtatem. Item, quò ſeparetur ab ijs, qui fori exterioris iuriſdictionem etiam habent; ſed pontificalem poteſtatem nequaquam obtinent, cuiuſmodi ſunt Generales, & Prouinciales Regularium, nec non Abbates communi iure.

Dixi Ad animarū ſalutem Dioeceſis alicuius, quò ſeparetur primum à Pontifice Max qui poteſtatem tum pontificiam, tum iuriſdictionem in omnes habet cit. c. cuncta per mundum cum ſeq. Etenim aſſumptus ipſe eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis; at inferiores Epiſcopi non in plenitudinem poteſtatis, ſed in partem ſolicitudinis vocati ſunt c. ad honorem de poteſt. & vſu pall. & c. qui ſe ſcit 2. q. 7. & c. decreto 2. q. 6. & Socin. Sen. in c. ad liberandam nu. 104. de iudæ. & Pariſ. de Reſign. benef. lib. 8. q. 7. nu. 4. cum ſeq. Poſtremò, vt ſeparetur à Cardinalibus, qui etſi iuriſdictionem fori exterioris in ſuis titularibus Eccleſijs habent, non tamen in vna Dioeceſi c. his, quæ de maior. & obed. Et his præmiſsis, iam rē aggrediamur, id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus nullam irregularitatem pati debet.*
2 *Epiſcopus quam ſcientiam habere debeat.*
3 *Præferri Theologus Canoniſtæ an debeat in Epiſcopatu conferendo.*
4 *Corporis irregularitatis pati non debet, qui Epiſcopus creandus eſt.*
5 *Matrimonio ex legitimo natus eſſe debet, qui Epiſcopus creatur.*
6 *Aetas, quæ requiratur in Epiſcopo.*
7 *Infamis, qui ad Epiſcopatum promouetur eſſe non debet.*
8 *Accuſatus de aliquo crimine an admitti ad Epiſcopatum debeat.*
9 *Accuſatus quid faciat, vbi delictū nō probetur.*
10 *Crimino ſus crimen aliquid habēs an pateſacere illud debeat.*

Præ-

§. I.

SPræmiſsis iā dictis, videamus, quę in eo requirātur, qui Epiſcopus creandus eſt.

1 Primùm igitur † hic nullam animi, corporis, famæq; irregularitatem pati debet; nam, ſi in inferioribus gradibus Eccleſiæ conſtituendi nullam irregularitatem pati debent, vt probaui in Tract. meo de Irregular. multomagis Epiſcopi, qui in Eccleſia Sancta Dei aliorum Principes futuri ſunt arg. auth. multomagis C. de ſacroſ. eccl.

2 Quare † vt ab irregularitate animi initiū ſumamus, quòd Epiſcopus exercere habet, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, nec non, quæ Iuriſdictionis, non ſolùm fori conſcientiæ, verùm etiam fori exterioris Eccleſiæ, ob eā rem non vulgarem, & Theologiæ, ac Iuris Pontificij, atq; ciuilis ſcientiam habere debet. Hinc Inn. in c. cum in cunctis n. 1. de elect. inquit eam ſcientiam in eo requiri, quam poſtulat locus, ad quem aſſumitur, & ſequitur eum ibi Abb. n. 4. & in c. qualiter n. 3. de elect. & in c. ſicut te n. 2 a. ne cler. vel monac. & communiter DD. vt teſtatur Nauar. in c. ſi quādo Except. 14. n. 1. de reſcript. & Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. can. cap. 21. in verb. Ordinari, & Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 32. & Pariſ. de Reſign. beneſ. lib. 4. q. 10. n. 23. & lib. 5. q. 1. n. 67. verſ. Tertia cauſa cum multis ſeq. Eandem doctrinam tradidit. S. Thom. ab omnibus receptá p. 2. q. 76. art. 2. Omnes tenentur ſcire, inquit enim ibi, ea, quę ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta; ſinguli autem, ea, quæ ad eorum ſtatum, & officium ſpectant. Hæc ibi S. Thom. Facit quoq; Gloſſ. in c. congregato in verb. litteratura de elect. Cum igitur vnuſquiſq; ſcire debeat, quæ ad ſuum munus pertinent, ad Epiſcopum prædicta ſcire pertinebit. Hinc Apoſt. ad Timoth. cap. 3. Epiſcopum doctorem eſſe debere ſcripſit. Idem quoq; alijs verbis ad Titum ſcribens ſignificauit dum de Epiſcopo agens inquit Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. Hæc Apoſtolus: facit quoq; d. 86. Hinc iure pontificio autum eſt, vt ſacros Canones noſcant, & ſcripturam diuinam, vt habetur in c. omnes d. 38. vbi etiam ignorantiam omnino à Sacerdotibus fugiendam eſſe probatur; nam Iudices tam perſonarum, quam animarum ſunt c. de perſona xj. q. 1. Hinc Innoc. III. in c. inter cætera de off. ordin. inquit in Epiſcopis defectum ſcientię omnino reprobandum, & non tollerandum; & in c. niſi de renuntiat. ait ob defectum ſcientiæ poſſe Epiſcopum ſe abdicare Epiſcopatu, & ab ordinibus repellendum præcipit Gregor. relat. in c. præcipimus d. 34. Idem habetur in c. fin. de temp. ordin. lib. 6. Quare Trid. Synod. Spiritu ſancto ducta ſeſſ. 22. de Reform. cap. 2. ſanciuit, vt Epiſcopus creandus Magiſter, vel Doctor, vel licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico eſſet; vel publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos iudicatus; Scientiam igitur eam habere debet Epiſcopus creandus, quæ ad ſuum munus exercendum pertinet, vt inquit Sancta Synod. eod. cap. 2. quæ eſt iam dicta. Idem dixit Trid. Synod. ſeſſ. 7. de Reform. cap. 1. Idem multo ante Alex. III. voluit in cit. c. in cunctis §. præſenti de elect. nam aliàs ſi per ignorantiam ſui muneris errorem aliquem committat, tenetur, vt ſentit Abb. in cit. c. ſicut te in fin. & facit c. non eſt ſine culpa de reg. iur. lib. 6. & l. illicitas §. ſicuti de off. præſid. & § Imperitia in Inſtit. de leg. aquil. & l. ſi quis fundum §. pen. ff. loc. & l. imperitia ff. de reg. iur.

3 Verùm quid † ſi concurrant Theologus, & Iureconſultus ad aliquam Eccleſiam quis erit præferendus? Quoad quæſtionem hanc breuiter ſequor opinionē Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. 1. de conſang. & affinit. qui inquiunt in loco, in quo hæreſes pullulant, & qui hæreticis proximus eſt, Theologum Canoniſtæ præferendum eſſe. Vbi verò hæc ceſſant, ſed contra cauſæ ciuiles, ac criminales ſunt, tunc è contrario Canoniſtam Theologo anteponendum, modò aliàs partes ſint. Si verò aliquis Canoniſta, & Theologus, hunc vtriq; præferendum. Hanc opinionē ſequitur quoq; Abb. in cit. c. 1. n. 9. de conſ. & affinit. & Viu. in ſua Sylu. opin. 153. nu. 9. vbi quoſdam alios idem ſentientes refert, & Fuſch. de Viſit. Eccl. lib. 2. cap. 5. n. 5. & facit c. in cauſis verſ. Quòcirca mandamus de elect. vbi in electione ad Eccleſiam, in qua hæreſes ſunt, inſpicitur perſona, quæ eligitur, an ſit apta ad hæreſes euellendas. Facit quoq; c. fin. de magiſt. Idq; meritò; facilius. n. Theologus, quæ opiniones hæreticæ ſunt, cognoſcet; ſicut Canoniſta cauſas ad forum pertinentes, necnon iudiciorum formam, contractuū, beneficiorum, poenarum Eccleſiaſticarum, nec non aliorum ad prædicta pertinentium. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; quæ vt dixi locum habet, vbi aliàs pares ſunt, eſto Caiet. 22. aſſerat Epiſcopum ſemper Theologum eſſe debere, cuius opinio locum habere poteſt in eo, qui ſolùm iuris peritus eſt, &

cognitionem nullam habet Theologiæ, quatenus ad ſuum munus pertinet. Alijs quoq; animi irregularitatibus carere debet, quæ, quoniam poſuimus in Tract. de Irregular. cap. 1. vſq; ad cap. 44. ob eam rem illinc ſumantur.

4 Non etiam † irregularitatem corporis pa
5 ti debet. Quare poſtulatur in ipſo, vt † ex legitimo matrimonio natus ſit c. cum in cunctis de elect. & c. innotuit eod. & ita Trid. Synod. ſeſſ. 7. de Reform. cap. 1. De legitimo matrimonio natus autem quis dicitur, vel per ſubſequens matrimonium legitimus factus ſit c. tāta vis qui fil. ſint leg. & ita Gloſſ. inquit in cit. c. innotuit in verb. Coniugata, quam ſequitur ibi Abb. n. 17. de elect. & cōmuniter eam receptā eſſe teſtatur idem in eod. c. tanta n. 7. in fin. Idem Iaſ. in l. generaliter §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. n. 8. & Dec. & alij, quos refert, ac ſequitur Viu. in ſua Sylu. opin. 304. & Ego in Tract. meo de Irregular. cap. 44 §. 3. Id quod & in alijs clericis locum habet, vt allegati DD. inquiunt, & ego in eod. cap. vbi & an Epiſcopus cum illis diſpenſare poſsit, & quid de infantibus expoſitis, & alia multa ad rē pertinentia declaraui.

6 Item requiritur, † vt trigeſimum annum exegerit, vt habetur in c. cum in cunctis de elect. quam ætatem Trid. Synod. ſeſſ. 7. de Reform. cap. 1. maturam appellat. Id quod fit, quò maiori prudentia, ac ſcientia, necnon morum grauitate fulgeat; eſto in alijs inferioribus Eccleſiæ miniſtris requiratur, vt ſolum eam ætatem attigerint, quæ in ipſis poſtulatur cit. c. cūm in cunctis §. inferiora de elect. & c. licet canon. & Clem. fin. iunct. Gloſſ. verſ. In decimooctauo de ætat. & qualit. & facit Trid. Synod. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 12. de quorum miniſtrorum ætate egimus in eod. Tract. de Irregular. cap. 55. vbi etiam in cap. 44. vſq; ad cap. 60. de alijs irregularitatibus corporis tractauimus, & idcirco huc pertinentia illinc ſumantur.

7 Non etiam † Irregularitatem ab infamia ortam pati debet; ab infamia enim, & irregularitas naſcitur, vt probaui in eod. Tract. De irregular. cap. 60. Epiſcopus enim verbo, & exemplo oues ſibi creditas paſcere debet, id quod vtiliter, atq; commodè facere non poteſt, vbi infamia notatus eſt. Hinc Epiſcopum Apoſtolus irrepræhenſibilem eſſe debere dicit, cuius dictum accipitur de publicis delictis; hæc. n. offendunt, & ſcandalum præbent, & ob ipſa repræhendi Epiſcopus poteſt. Accipitur etiam de occultis, quorum pœnitentia peracta vſum officij quis nō recuperat, vt habetur in c. niſi verſ. Sed in his omnibus eſt obſeruanda cautela de renunc. de alijs enim occultis non accipitur; quandoquidem, ſi hoc daretur, nemo, vel pauci idonei eſſent, qui Epiſcopi fierēt, vt inquit Romanus Pont. in eod. c. niſi verſ. Cùm ſi omnes. Verùm quid ſi quis accuſetur de delicto, vel inquiratur, vel excipiatur, an interim ad Epiſcopatus ordinē admitti debet? Quid ſi delictum non probetur an in hoc caſu pateſacere ſe debet?

8 Quoad primam quæſtionem † concludendum eſt interim admitti non debere, vt habetur in c. omnipotens, & ibi Gloſſ. fin. de accuſat. Valde graue (dicitur ibi) vt vir, de quo tanta, & talia nunciantur, cùm antea diſcuti, & requiri debeant, honoretur. Ecce hìc dici graue eſſe accuſatū honorare, ideſt ad honores eum promouere, vt ait Gloſſ. & idcirco ad ordines, & ad beneficia, & ob eā rem ad Epiſcopatum, & ſequitur Abb. ibi, vbi rē hanc pluribus egit viden. Facit quoq; c. tantis d. 81. apertius id habetur in c. fin. de teſtib. ibi. n. dicitur accuſatos, niſi prius ſe probauerint innocentes, repellendos eſſe ab accuſatione, & à ſuſceptione ordinum, ergo interim irregulares ſunt. Idq; meritò; nam contingere poſſet, vt delictum, de quo accuſatur, huiuſmodi ſit, quo probato, vel accuſatus infamis erit, vel depoſitione dignus, vel irregularis; abſurdum autem eſt ordinem ei conferre, cuius executionem deinceps non habeat; vel beneficium, quo deinceps priuetur, ita Gloſſ. in cit. c. fin. de teſt. & ibi DD. & Abb. in eod. c. omnipotens, & ibi reliqui, & Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 17. n. 7. cum ſeq. & Nauar. in conſ. 6. & conſ. 7. n. 2. de accuſat. vid. In hoc igitur caſu non admitteretur ad ordines, beneficiauè, antequā ſententia lata ſit. Id quod locum habet vel poſt ſententiam appellauerit; etenim appellatio nō ſuſpendit, quin in infamia iuris ſit, quæ inhabilem reddit, meritò interim impedit, & ita Nauar. in eod. conſ. 7. nu. 2. quem omnino videas, & dilucidius materiā hanc eod. & Maiol. ibid. vbi habetur etiam ſi in Epiſcopum hæc obiecta ſint quo ad electionem, intra tres menſes iudicium expediri debere. Idem quoq; ait Gloſſ. in cit. c. tantis per §. 4. & in Auth. de Sanctiſs. Epiſcop. interimq; in hoc ſæpe permitti non debet, vt miſſæ ſacrum celebret ob ſcandalum, vt de Sacerdote in tract. habetur in c. accuſatū de ſimon. & de habente carcerē ipsū Palatiū, vel ciuitatē, dixit Prax. Archiep. Neap. c. 33. n. 12. Excipitur tamen, vbi quis à maleuolis, & ab inimicis eſt accuſatus, & apud graues,

& bo-

Digitized by Google

& bonos viros infamatus non eſt, ita inquiunt Hoſt. & Ioan. Andr. quos refert, ac ſequitur, & plurimũ commendat Felin. ſicut etiã Nauar. in cit. conſ. 6. de accuſ. Idq; meritò, ſi enim contrarium fieret, maleuolis materia daretur impediendi bonos, & doctos viros à concurſu beneficiorum, ex quo ſtatim ad concurſum aduenientes poſſent accuſare, & à concurſu beneficiorum eos impedire, quod abſurdum eſt, & iniquum contra l. meminerit C. vnde vi, & l. nã abſurdũ ff. de bon. libert. & de prima queſtione hactenus.

9 Quoad ſecundam quæſtionem †, ſi delictũ obiectum non probetur, quid faciendum. Sic diſtinguendum eſt. Aut infamia inde orta eſt, eaq; grauis, & graue ſcandalum, vel ſuſpicio grandis, ſed tamen non huiuſmodi, vt poſsit quæſtioni ſubijci, ſeu, vt aiunt, torturæ (fama enim ſine adminiculis alijs non facit indicium regulariter ad torturam, vt teſtatur Clar. de cõmuni ſententia in Prax. Crim. §. fin. q. 22. & q. 63. verſ. Solet etiam) & in hoc caſu purgatio indicenda ei eſt; nã iurabit per Dei Euangelia ſe non commiſiſſe delictum ei obiectum arg. c. accepimus de purg. can. Aſſumet deinceps Iudex Compurgatores, quot ipſi videbantur, habito reſpectu ad cauſam, qui iurabunt ſe credere eum verè iuraſſe c. quoties de purg. can. Quales autem purgatores eſſe debeant habetur in c. P. Mancunella, & c. conſtitutus eod. formã huius purgationis poſuit Foller. 2. p. vid. cap. 34. n. 9. Interim tamen ſi electus non eſt, eligi non debet; vel ſi electus eſt, nec confirmari, nec conſecrari; quandoquidem, ſi in purgatione deficeret, haberetur pro conuicto, & puniretur c. inter ſolicitudines eod. & Abb. in c. cùm dilectus n. 8. eod. Suſpendi etiam debet, vbi de graui delicto infamatus eſt, quod graue ſcandalum populo præbeat, quouſq; ſe purgauerit cit. c. inter ſolicitudines eod. Sicut etiam ſi negligens fuerit in ſe purgando c. ſi quis præsbyter eod. Hanc autem purgationem, vt dixit Diaz. in prax. Crim. can. cap. 148. vbi hac de re agit pluribus, & Addit. ad eum rarò fieri debere inquiunt, ſicut etiam Clar. ead. q. 63. eod. verſ. Solet etiam; & Foller. eod. cap. 34. Item purgatio hæc indici poteſt non ſolùm, vbi de delicto quis infamatus eſt, vt ſupra, verum etiam, & de alijs irregularitatibus, quæ ſine peccato ſunt, exempli gratia initiandus ordini quis eſt, & obijcitur ei defectus, ſeu vitium nataliũ, in hoc caſu, ſi infamatus ſit, nec probari poſsit, infamia durante indicetur ei purgatio c. accedens de purg. can.

Aut non eſt inde infamia orta, & in hoc caſu liberè, & confirmari, & conſecrari poterit. Et de quæſtione hac ſatis.

10 Quoad tertiam quæſtionẽ † an ipſe ſcil. ad patefaciendum delictum, ſeu crimen teneatur. Videbatur dicendum ad id non teneri; nemo enim ſe infamare debet iux. illud. Non dico, vt te prodas in publicum, & ne apud alios, vt dixit S. Chryſoſtom. relat. in c. quis aliquando § non dico tibi de pœnit. d. 1. Etenim ſi infamare alium quis non debet, minus ſe ipſum arg. l. præſes C. de ſeruit. & aqu. Contrarium ſuadet c. pœnitentibus, & c. ſi quis viduam d. 50. vbi deijciendus de gradu dicitur, qui crimine irretitus irrepſit ad ordines, ergo. Quid igitur concludendum? In hac quæſtione breuiter ſic diſtinguendum eſſe cenſeo. Aut delictum commiſit, quod, & ad ordines ſuſcipiendos, & eorum functiones exercendas inhabilem quem reddit, etiam peracta pœnitentia, vtpote irregularem (irregularis enim, & ad ordines, & ad beneficia ipſo iure inhabilis eſt) Et in hoc caſu, vel non permitti debet ſe ad Epiſcopatum promoueri, vel patefacere crimen debet, ita dixit Inn. in c. Inquiſitionis n. 4. verſ. Item non dicimus de accuſat. & ſequitur eum Archid. in c. ex pœnitentib. d. 50. & Gloſſ. in c. licet canon. in verb. Priuatus verſ. Idem ſi ante adeptum beneficium de elect. lib. 6. & Abb. in c. innotuit n. 6. eod. in antiq. vbi quæſtionem hanc diſputauit, & in c. ſciſcitatus n. 14. vbi rem hanc etiã pluribus egit de reſcript. & Felin. ind. n. 22. & Patiſ. de Reſign. beneſ. lib. 10. q. 2. n. 90. cum ſeq. nam ait reſignatarium non exprimentem inhabilitates, quas habet, nullam reſignationẽ reddere, & meminit, ac recẽſet plures irregularitates, & Ego in Tract. de Irregular. cap. 65. n. 4. Et in hoc caſu iura pro ſecunda opinione allata loquuntur (An autem, ſi deinceps diſpenſatio detur proſit, tradit idem Abb. in cit. c. innotuit.) Aut eſt delictum, ſeu crimen, quod pœnitentia tollitur, nec reddit ipſum inhabilẽ, ſeu irregularem, & in hoc caſu prior ſententia locum ſibi vindicabit, ita DD. allegat. concludunt in eod. loco. In hac quæſtione igitur ſic concludendum eſt. Ex cuius deciſione, ac diuiſione habetur, an tuta conſcientia crimine obligatus ordines, beneficiauè recipere, acceptauè retinere poſsit. Nam iuxta propoſitam diuiſionem indicabitur. Ex prædictis igitur conſtat, qui ad Epiſcopatũ promouendus eſt, nullam irregularitatem pati debere. Idq; meritò; nam collatio beneficij Eccleſiaſtici facta irregulari, nulla

eſt,

eſt, vt inquit Innoc. communiter recept. in c. cùm noſtris paulopoſt principium de conceſſ. præben. & ſequitur Abb. ibi n. 22. nam ait ſi irregularitas præcedat collationem, collationem non tenere; & hoc ob id, quòd facta eſt indigno, & inhabili ad executionẽ officij, & Ego id pluribus probaui in Tract. de irregular. cap. 65. §. 1. Neq; per Clauſulã Bullæ inſeri ſolitam in collatione beneficiorũ, vel aliarum gratiarum Teq; abſoluentes, irregularitas tollitur, vt probauit Rebuff. in Prax. benef. in declaratione formæ nonæ prouiſionis verſ. Teq; abſoluentes, & infra nos in materia diſpenſationis; nam per eã clauſulam ſolùm Cenſuræ tolluntur, vt inquit Rebuff. ibid. & infra probaui. Sed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Sacro ordini initiatus fuiſſe debet, qui Epiſcopus creandus eſt.*

2 *Examinari debet ad Epiſcopatum promouẽdus, & qua ratione.*

3 *Electus vbi eſt confirmatus, vel electus de Epiſcopatu, an beneficia Eccleſiaſtica eius ipſo iure vacent, & quid de penſione.*

§. II.

1 Secundò requiritur †, vt qui ad Epiſcopatum promouendus eſt, antea per ſex menſiũ ſpatium ſaltem in ſacro ordine fuerit conſtitutus, ita Trid. Synod. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 2. Cuius conſtitutio iuri antiquo conſentanea etiam eſt; eo etenim iure cautum erat, vt talis in ſacro ordine eſſet conſtitutus c. à multis de ætat. & qualit. & ibi not. & vt dixit Abb. in c. cùm in cunctis n. 4. verſ. In Gloſſ. 1. de elect.

2 Quare, † quò ſciatur, an hæc huiuſq; dicta in promouẽdo adſint, diligẽs inquiſitio prius haberi debet; ita enim cautũ habetur in Cartaginenſi Cõcilio quarto, quod refertur in c. qui Epiſcopus d. 23. & facit c. nihil de elect. & vt dixit Addit. ad Diaz. in Prax. Crim. Can. c. 25. in littera A. verſ. Et nõ ſolũ in promouendis, & Abb. in c. 1. n. 34. verſ. Vltimò hic opponitur vid. de poſtul. prӕl. & c. cùm nobis de elect. Qua ratione autem prӕdictorum cognitio habeatur, & examen de prӕdictis faciendum ſit, docuit Trid. Synod. ead. ſeſſ. 22. in cit. c. 2. & cap. 1. de Reform. ſeſſ. 23. ac nouiſsimè declarauit, & amplificauit Greg. xiiij. in Bulla incip. Onus Apoſtolicæ ſeruitutis lata anno 1591. Idibus Maij Pontificatus ſui anno primo relac. à Pariſ. de Reſig. benef. lib. 8. q. 5. nu. 61. in qua quæſtione ponit etiam formam proceſſus, qui fit de eo, qui ad Epiſcopatum promouendus eſt, relata etiam eſt ead. Conſtitutio Greg. xiiij. in ſumm. Bullar. à Stephan. quarant. pag. mihi 230. omnino videnda. Hæc igitur ſunt, quæ in eo poſtulantur, qui ad Epiſcopatum promouetur.

3 Verùm † vbi quis electus, & confirmatus eſt, vel de Epiſcopatu prouiſus, an beneficia eccleſiaſtica, quæ habet, ipſo iure vacent? (an autem prius renunciare poſsit, declarauit Pariſ. de Reſign. benef. lib. 3. q. 6.) De Iure communi, ſi eſt electus, poſt confirmationem, & conſecrationem, & Epiſcopatus pacificè poſſeſsionis conſecutionem, ideſt poſtquam adeptus eſt poſſeſsionem Epiſcopatus; vel ſi eſt prouiſus per Romanum Pontificem, (quæ prouiſio, & electionis, & confirmationis vim habet) poſtea quam conſecratus eſt, & pacificam poſſeſsionem eſt cõſecutus, ipſo iure beneficia vacant, quæ habebat c. cùm verò de elect. & ita ibi Abb. ac DD. not. & facit Extrauag. cum nonnullę verſ. Adijcimus de præben. & Clem. ſi plures eod. vbi per ſuſceptionem alicuius beneficij habita eius pacifica poſſeſsione, reliqua priora beneficia vacant, vt ibi dicitur, & Gloſſ. not. Idem habetur in Clem. fin. eod. & in c. licet de præben. lib. 6. & Clem. Gratiæ de reſcript. & Addit. ad eam vid. & Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 7. cap. 16. q. 1 a. & Pariſ. de Reſign. benef. lib. 3. q. 1. nu. 76. cum ſeq. Iura tamen hęc non ſeruari inquit Abb. in cit. c. cùm verò n. 1. & Azor. ibid. & idẽ Pariſ. eod. n. 78. qui de ſtylo Romanæ Curiæ teſtatur. Nam ſtatim atq; Epiſcopus quis pronunciatus eſt, ipſius beneficia conferri poſſe ait. Addit tamen eam collationem effectum non habere, ſeu habere non debere, antequam conſecratus, & poſſeſsionem Epiſcopatus adeptus ſit. Idq; meritò, nõ n. quis amittere primum beneficium debet, niſi ſecundum omnino cõſecutus ſit c. ſi quis iam translatus 21. q. 2. & c. ſi qui Epiſcopi, & ibi Gloſſ. d. 92. & facit c. licet Epiſcopus de præben. lib. 6. Idem dicit Gloſſ. not. in Clem. 1. in verb. Collatio verſ. Item aduertendũ eſt vt lit. penden. & Nauar. in conſ. 14. de elect. & in conſ. ſeq. Idem quod vacet, vbi per eũ ſtetit quòminus poſſeſsionem haberet, habetur in cit. c. licet Epiſcopus, atq; ſic obtentum ſæpius teſtatur Pariſ. ead. q. 1. n. 78. vt ſcilicet verè nõ vacare dicantur, niſi adepta poſſeſsione pacifica, pacifica autem poſſeſsio eſt, vbi quis ſtatim neq; de iure, neq; de facto turbatur per litem, ita Gloſſ. in c. commiſſa §. annus de elect. Pariſ. ead. q. n. 130.

Exci-

Digitized by Google

Excipitur tamen, vbi eſſet Epiſcopus tim latis, non. n. tunc beneficia vacant; quippe, quia Epiſcopatus poſſeſsionem adipiſci nequit arg. c. ſi quis Epiſcopi d. 92. cum duob. antecedentibus, & ſeq. & ita de communi teſtatur Pariſ. ead. q. 1. n. 89.

Secundò excipitur, vbi non reciperetur à Populo, vt habetur in alleg. proximè.

Tertiò excipitur, vbi Papa cum ipſo diſpenſaret, vt poſſet retinere beneficia, quæ habet, ita Nauar. In eod. conſ. 14. Id quod Papa concedere ſolet, ita Pariſ. ead. q. 1. num. 84.

Quartò excipitur, vbi non perciperet fructus Epiſcopatus, ideſt percipere non poſſet; tunc enim beneficij, quod habebat, fructus percipiet, quo vſq; Epiſcopatus fructus percipiat, ita Gloſſ. in c. ſi tibi conceſſo in verb. Vacare de præben. lib. 6. & Anchar. in conſ. 328. & Tuſch. in littera B. Concluſ. 71. n. 24. & n. 26. Quod verum eſt, vel poſſeſsionem adeptus ſit. At quid de penſionibus, quas habet, an eas amittat? Gigant. de pẽſ. q. 56. tenet extingui, niſi priuilegio Romani Põtificis eas retineat, & Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 8. c. 10. q. 2. & Pariſ. eod. n. 8. Quid iuris autem de eo, qui penſionem habet in aliquo Epiſcopatu, & deinceps fit Epiſcopus eius Eccleſiæ, quam deinceps dimittit, an penſio tunc reuiuiſcat, & reperi poſsit? Vid. Gigant. eod. q. 49. de clerico hoc diſputantem. Sed iam ad tertium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Profeſsionem fidei facere debet ad Epiſcopatum promouendus.*

2 *Epiſcopus propriè an dici quis poſsit ante conſecrationem.*

§. III.

1 §. Tertiò requiritur † vt promouendo ad Epiſcopatum profeſsionem de fide faciat iuxta formã traditam à Pio Quarto in Bulla incip. Iniunctum nobis, quæ eſt in ordine 114. atq; ſic iubetur à Gregor. xiiij. in Bulla ſupra cit. incip. Onus Apoſtolicæ ſeruitutis.

2 Verùm † an prædictis factis, ſcilicet Inquiſitione de natalibus, ætate, moribus, & ſcientia, necnon fidei profeſsione, collationeq; facta Eccleſiæ, ante conſecrationem Epiſcopus propriè dici poteſt? Planè communiter concluditur propriè Epiſcopum dici non poſſe, ita Gloſſ. 1. in c. 1. de Relig. dom. & Abb. in c. eam te not. 1. & ibi Addit. ad eum de reſcript. & Felin. vbi pluribus rem hanc egit in verſ. Ante conſecrationem eod. vbi multis modis materiam hanc amplificat, & coarctat quoad ea, quę agere poteſt. Verũ, quò materiam hanc ego dilucidiorem reddam ſic diſtinguendum eſſe cenſeo. Aut agimus de ijs, quæ ordinis Epiſcopatus ſunt, & in hoc caſu electus, & confirmatus non compræhenditur; nam ea efficere non poteſt, ex quo ordinem Epiſcopatus nõdum adeptus eſt. Item nec ea habet, quæ in fauorem ordinis Pontificalis conceſſa ſunt, ob eã rem, quòd eum ordinem non habet: poteſt tamẽ ea, quæ ordinis Epiſcopatus ſunt alteri Epiſcopo mandare; quippe quia non ordinis hoc eſt, ſed iuriſdictionis, & ita Gloſſ. ſentit in Clem. 1. de priuil. vbi qui habet beneficiũ curatum, licet Sacerdos non ſit, poteſt tamẽ licentiam dare alteri Sacerdoti, vt Sacramenta adminiſtret, ergo idem, & hìc. Facit quoq; Gloſſ. in Clem. 1. de tranſlat. prælat. nam ait Archiepiſcopum mandare poſſe ea, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, eſto pallium non habuerit, cuius adeptione munera Epiſcopalia gerit: idq; ob prædictam rationem, quòd mandantis iuriſdictione vtitur, & non ordine, & ita in re noſtra aſſeruit quoq; Abb. in c. ſuffraganeis n. 2. de elect. vid. omnino, & Gloſſ. in c. qui ſicut §. ſuper eo in verſ. Sine pallio de elect. & Idem Abb. in c. at ſi clerici §. de adulterijs de vid. n. 17. verſ. Sed circa hoc. Ratione ordinis igitur Epiſcopus propriè dici nequit. Aut agimus de ijs, quæ iuriſdictionis ſunt; & in hoc caſu pro Epiſcopo habendus eſt; nã ſtatim atq; electus, confirmatuſuè eſt, vel à Papa prouiſus, de iure antiquo omnia agere poteſt, quæ iuriſdictionis Epiſcopalis ſunt, ita tradidit Gloſſ. communiter recept. in c. tranſmiſſam de elect. & colligitur ex traditis à DD. & in primis à Felin. in cit. c. eam te de reſcript. & not. Abb. in c. noſtri de elect. eſto quædam non ordinaria reſpiciat. Pro regula igitur habebimus poſſe omnia, quę iuriſdictionis ſunt. Ex his apparet ante cõſecrationem Epiſcopum propriè dici non poſſe. Sed iam ad alia tranſeamus.

De ijs, quæ poſtulantur in eo, qui de Epiſcopatu prouiſus eſt, Cap. II.

S V M M A.

1 *Conſecrandus in Epiſcopum Sacerdos eſſe debet.*

2 *Conſecratio intra quod tempus facienda ſit.*

3 *Conſecratio vbi fieri debet.*

4 *Conſecratio quo die fieri debeat.*

5 Con-

5 *Conſecratio Epiſcopi à quot Epiſcopis ſit facië la.*
6 *Epiſcopatum adeptus à Romano Pontifice licentiam habere debet ab eo, vt inferiores eum conſecrent.*

Secundò, poſtea quam quis de Epiſcopatu prouiſus eſt, hæc in eo poſtulantur
1 † Primò, vt conſecretur, in qua conſecratione hæc ſeruanda ſunt, ſcilicet, vt Sacerdos ſit, vt habetur in c. 1. d. 77. & vt dixit Abb. in c. cùm in cunctis §. cùm verò n. 5. de elect. & Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. Can. cap. 24. verſ. Item promotus. Idq; meritò, nam, vbi conſecratur, miſſam celebrat, vt habetur in Miſſali Romano, & in Pontificali nouo, hoc autem facere non poteſt, niſi Sacerdos ſit, vt probaui in Tract. meo de Sacram. Tab. 4. quod & dubitationem non habet, cùm conficere corpus, & ſanguinem Christi Domini habeat, quæ ſine Sacerdotij ordine fieri nequeunt, vt eodem in loco aſſerui. Atqui quòd de ſubſtantia conſecrationis non eſt ipſa miſſa ſi conſecretur, antequam Sacerdos ſit, an Epiſcopalem poteſtatem recipit? Canoniſtæ tenent poteſtatem ab eo recipi; communiter. n. concludunt de iure poſitiuo eſſe, vt conſecrandus Sacerdos ſit, ita Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 10. nu. 15. & Socin. Sen. in c. tuæ litteræ n. 16. qui de communi teſtatur de cler. per ſalt. promot. Contrariam opinionem tamen tenent communiter Theologi vt teſtatur Azor. Inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. q. 9. quorum opinio mihi magis placet, & Azor. eod. q. 13. diſputat quæſt. illam, an inſtitutio Epiſcoporum ſit de iure diuino, an poſitiuo.

2 Secundò † intra tres menſes conſecratio hęc fieri debet cap. quoniam d. 75. & §. tempus autē conſecrationis ead. diſt. alioquin ipſis elapſis, ſi conſecratio facta non ſit, ad reſtitutionem fructuum perceptorum tenetur, ita Trid. Synod. ſeſſ. 23. de Reform. cap. 2. Currit autem tempus hoc à die promotionis ei, qui præſens adeſt, ita Calderin. in conſ. 4. & conſ. 50. de elect. quem refert, ac ſequitur Illuſtriſs. Cardinal. Tuſch. in littera C. concluſ. 743. num. 3. & concluſ. ſeq.

Excipitur tamen, vbi iuſto impedimento detineretur, vt pote morbo, aliouè facti impedimento; tunc enim excuſatur, & pœnam euadit arg. cit. cap. quoniam, & tot. tit. de cler. ægrot. Idq; meritò, nam Conſtitutio S. Synodi lex eſt, lex autem de re poſsibili eſſe debet cap. erit autem lex. d. 4. ergo, vbi conſecrari nequit, excuſatur arg. l. impoſsibilium ff. de reg. iur. atq; ſic habetur in cit. cap. quoniam, & ibi Gloſſ. d. 75.

Excipitur etiam, vbi de iure impediretur, vt pote, quia excommunicatus, cenſuraue alia irretitus eſt; & per ipſum non ſtatur, quòminus abſoluatur; vel de aliquo delicto accuſatus eſt, & antequam innocentem ſe probet, tempus hoc elabitur; non enim in pœnam hanc incidet; quandoquidem non valenti agere non currit præſcriptio, ita Felin. in cap. ex tranſmiſſa num. 7. cum ſeq. de præſcript. & Patiſ. & alij ab eo cit. de Reſign. benef. lib. 11. q. 13. num. 11. Quare, etſi lis eſſet ſuper Epiſcopatu, lite pendente excuſabitur, ſi interim tempus elabatur: ſicut etiam ſi eſſet promotus à Papa, & licentiam conſecrandi non haberet, in eo enim caſu licentia tunc petitur, ita Gemin. in conſ. 42. quem refert, ac ſequitur Tuſch. ead. concluſ. 743. nu. 8. & num. 9. Secus autem ſi ſua culpa, vt pote ſi per indignationem membrum ſibi mutilaſſet. Vel igitur de iure, vel de facto impediatur, pœnam propoſitam euadit, vbi culpa vacat.

Si poſt tres menſes itidē intra tres alios menſes id facere neglexerit, ipſo iure Epiſcopatu priuatus eſt, niſi & hic, vt ſupra impediatur, atq; ob eam rem dicitur in eod. cap. 2. Neglexerit; at, qui impeditur, non negligit, & idcirco in prædictas pœnas incidere non debet; requiritur ergo negligentia, & inertia, quò prędictis pœnis afficiatur, atq; ſic etiam habetur in cap. 1. d. 100. Ex his apparet non habere locū in hac conſecratione diſpoſitionem cap. licet. canon. & c. commiſſa de elect. lib. 6. vt ſcil. intra annum conſecrari poſsit, ſicut, qui beneficium curam animarum habuit, qui intra annum Sacerdos fieri poteſt, vt dicitur in eiſdem iuribus, atq; ſic Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. Canon. cap. 53. verſ. Deinde aduerte. Hinc etiam apparet pœnam cit. c. 1. d. 100. contra negligentes, qui ſe conſecrandos non curāt, locum omnino non habere.

3 Tertiò † vbi Conſecratio hæc extra Curiā fit, in Eccleſia fieri debet, ad quam quis promotus eſt, aut in prouincia, ſcilicet in qua eſt Epiſcopatus, ſi illud commodè fieri poſſit, ita dicitur in eod. cap. 2. apud Trid. Syn.

4 Quartò † Die dominico conſecratio faciēda eſt cap. 1. & cap. quo die, & ibi etiā Gloſſ. d. 75. & ita etiam Gloſſ. ibi Summ. At qui an ſi die Sabbathi Sacerdos quis factus ſit, die Dominico ſequenti Epiſcopus conſecrari poterit? Planè ſentio id poſſe; quandoquidem id prohibitum non reperitur, atq; ſic ſenſit Gloſſ. in cap. quid à patribus in fin. d. 75.

5 Quintò † tres Epiſcopi eſſe debent, à

quibus

quibus conſecretur, ita habetur in ca. Epiſcopi, & in cap. comprouinciales, diſt. 74. & per totum, & cap. fin. diſt. 80. & cap. fin. diſtinct. 66. Idque exemplo Apoſtolorum; nam beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, fuit conſecratus Archiepiſcopus Hieroſolymitanns à Petro, Ioanne, & Iacobo Apoſtolis, vt refertur in cap. fin. diſt. 66. Idem habetur in cap. Coepiſcopi, §. quod antem, diſtinct. 86. & in cap. ſi Archiepiſcopus cum ſeq. de tempor. ordin. Olim verò ab Archiepiſcopo, & comprouincialibus Epiſcopis conſecrabatur, vt habetur in cap. Epiſcopi, & in cap. ordinationes, diſt. 64. & ita Azor. Inſtit. Moral. par. 2, lib. 3. cap. 3. quæſt. 2. De iure enim poſitiuo eſt hoc.

6 Poſtremò † vbi ad Epiſcopatum quis promotus eſt, à Papa, licentia eius poſtulatur, quo inferiores eum conſecrent, quę licentia datur in ipſis litteris promotionis, vt à quocunque Catholico Epiſcopo conſecretur, ſicut dixit Felyn. in cap. per tuas, num. 2. de maior. & obedien. Verùm, an characterem conſecratione recipit Epiſcopus? De Theologorum ſententia ipſum non recipit, vt ait S. Thom. libro 4. diſtinct. 24. quem ſequitur Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 27. quęſtio. 4. quandoquidem apud Theologos Epiſcopatus ordo non eſt; ſecus de ſententia Iuris Pontificij interpretum. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Fidelitatem Romano Pontifici Epiſcopus iurare debet.*

2 *Litteras promotionis, ac conſecrationis habere debet antequam poſſeſſionem Eccleſiæ conſequatur.*

§. I.

1 Secundò † fidelitatem Romano Pontifici iurare debet, inxta formam cap. ego, de iureiur. & vt habetur in Pontificali nouo in tit. de Conſecra. electi in Epiſc. vbi etiam compræhenduntur alia, quæ ad Epiſcopnm agere pertinet vid. & extrauagan. iniunctæ nobis, §. ſimiliter, de elect. & Illuſtriſs. Tuſc. in littera E. Concl. 302.

2 Tertiò, † vbi apud Sedem Apoſtolicam promouetur, litteras dictæ Sedis promotionem, conſecrationemque continentes habere debet; alioquin ad ſuam Eccleſiam accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non poteſt, à nemineque abſque hniuſmodi litterarum oſtenſione recipi obedientiæuè ei præſtari, atque audiri debet. Et ſi contra præſnmptum fuerit, quod ab ipſo geſtum fuerit, initum habetur, & de Eccleſiæ prouenribus nihil recipere poteſt. Capitula verò, & alij quicunque ipſum abſqne huiuſmodi litteris Apoſtol. recipientes eidemque obedientes à beneficiorum ſuorum fructuum perceptione ſuſpenſi ſunt, donec ſuper hoc eiuſdem Sedis gratiam meruerint obtinere, ita habetnr in cit. Extrauag. iniunctæ nobis, & ita no. Abb. in cap. qnaliter eodem, in antiq. & Gloſſ. in Clement. 1. §. 1. in verbo, Sede vacante, de hæret. & idem Abb. in cap. noſti, num. 4. de elect. & Petrus Aduen. in Reg. 224. num. 4. & Pariſ. de Reſign. benefic. lib. 10. quæſt. 1. num. 23. qui ait capientem poſſeſſionem litteris non expeditis intruſum dici, & omne ius amittere, quod habuit, & id locum babere etiam in Epiſcopo ſub pęna, de qua in cit. Extrauag. iniunctæ. Quare diſpoſitio, cap. tranſmiſſa, de elect. & Gloſſ. ibi, autequam prædictas litteras babeat Epiſcopus, & iuſiurandum præſtiterit, locum non habet. Idem ex his patet non ſat eſſe probare per teſtes quem Epiſcopum pronunciatum, quò Epiſcopus in Eccleſiã recipiatur; ſed oportere, vt probetur per litteras Papę, vt dicitur in cit. Extrauag. & ita Abb. in cit. cap. noſti, num. 4. Idem de collatione beneficij aſſeruit de magis communi opinione, Pariſ. eadem quæſtio. num. 33. ſed iam ad alia traoſeamus.

S V M M A.

1 *Poſſeſſionem Epiſcopatus recipere Epiſcopus debet.*

2 *Epiſcopus poſt conſecrationem, & acceptam poſſeſionem actu poteſtatem ordinis, atque ordinis conſequetur.*

3 *Inſignia ordinis Epiſcopatus, etiam conſequitur.*

4 *Priuilegia plura babet Epiſcopus, & quænam ſint.*

5 *Pœnæ in quas incidit Epiſcopus ob varia delicta.*

§. I I.

1 Poſtremò † poſſeſſionem Epiſcopatns recipere Epiſcopus debet; eſt enim poſſeſſionis conſecutio factæ prouiſionis executio; quam per ſe, vel per procuratorem ſuſcipere poterit. Et ſi in Curia poſſeſſionem per procuratorem accipit, collatio beneficiorum ſuorum vacantium ad Romanum Pontificem pertinet, cap. 2. de pręben. lib. 6. & facit Extranag. Regimen. eod.

Digitized by Google

2 Hibita autem poſſesſione† actu poteſtatem ordinis, atque iuriſdictionis cooſequitur;& quę ordinis, atque iuriſdictiooís ſunt, legitimè adminiſtrat.

Secundò rationem à Vicario,& ab Oeconumo electis à Capitulo Sede vacante exigere habent ſuæ adminiſtrationis, iuxta diſpoſitionem Trident. Synod. ſeſſ.24.de reform.cap.16.& capitulum Eccleſiæ Cathedralis rationē reddere tenetur de ſcripturis ad Eccleſiam Epiſcopalem pertinentibus.

3 Tertiò † inſignia dignitatis Epiſcopatus gerere poteſt, vt Mitram, bacculum, annullum, de quibus alibi ſuo loco.

4 Quartò † Priuilegia hæc conſequitur. Primum in Altari, vbi Epiſcopus Miſſam in Pontificali ſolemnirer celebrauit, eo die nullus alius Sacerdos ibi Miſſam celebrare poteſt, cap.fin.de cooſecrat.diſt.2. Id quod fit ob Pontificalem dignitatem. Excipitur tamen, vbi ipſe Epiſcopus celebrandi licentiam daret; tūc enim quis poteſt; ex quo reoūciare ſuo fauori quilibet valet, l.ſi quis in conſcribēdo, C.de pact. Item excipitur, vbi neceſſariò Miſſa alia celebranda eſſet, vt pote, quia dies feſtus eſt,& quāplures Miſſam non audieruot; aliudque Altare io Eccleſia non adeſt, ita Glo.ibid. Item ſi hoſtiæ conſecraudæ eſſent pro adminiſtrando Eucharеſtiæ Sacrameuto.

Secundò Altare viaticum habere poteſt, in quo valet priuatis in locis, dum eſt in itinere, Miſſam celebrare, cap.fin. de priuileg. & ibi Gloſſ. ac DD. quod priuilegium pee Trident. Synod. ſeſſ.22. in Decreto, De obſeruand.& enitan. in celebrat Miſſ. quo cautum eſt, ne in priuatis ædibus Miſſæ ſacrum fiat, ſublatum non eſt. Nam intentio propoſita Concilij eſt, vt colligitur ex cit. Decreto tollendi abuſis, qui in Epiſcopo oon ſunt, cùm id fiat ex cauſa, vt ſcilicet quotidie Epiſcopus Miſſam audiat, cit.cap.fi. quam non audiret, ſi hoc priuilegium ei ademptum eſſet,& ita Sacra Congreg. præpoſita eius declaratione Cōcilij die nona Iunij 1586.declarauit. Quare, vt dixi, Epiſcopus in itinere priuatis in ædibos celebrare poterit. Item ſi ægrotus ſit, ita eadem Congreg. ibi. Tertiò vrgente aliquo periculo, vtpote belli, vel inceodij, quamobrem in Eccleſia celebrari oon poſſit; nam & tunc in priuatis ædibus celebrabit,& ita ſacra Congregat. ibi per cap. concedimus, de Confect. diſt. 1.& in ſeq. caſu. Quartò in prædictis caſibus omnibus per alium celebrare ſibi facere poterit. Quintò, vel locus interdictus ſit interdicto vniuerſali, ſeruata tamen forma, cap.fi. de ſentent. excommon. lib.6. ita habetur in cap.fin.de pœn. Poſtremò & in aliena Diœceſi id poterit, quicquid dixerit Nauar. in conſ.1.de priuileg. qui contrarium ſenſit,& male. Nec facit Trideo. Synod. eodem Decreto; permittit enim, vt Epiſcopus non obſtantibus,&c. nam loquitur de pœnis, quas ferre Epiſcopi poſſunt in eos, qui non obediunt nooobſtantibus priuilegijs, &c. non ergo de alijs. Excipitur tamen Romæ; nam Epiſcopi eo priuilegio non vtuntur ſine licentia Romani Pontif. quam rarò ipſis concedit, vt teſtatur Nauar eodem conſ.5. Imò nec Cardinales ſine licentia Papæ facultatem hanc habent. Id quod fortaſſe fit ob abundantiam Eccleſiarum, aliàs ergo priuilegium hoc Epiſcopus habebit. Non poteſt tamen licentiam alteri Epiſcopus dare in prædictis caſibus; eam enim ſolum Romanus Pontif. concedit, ita ſacra Congreg. declarauit in eod. Decreto.

Tertiò confeſſarium ſibi eligere poteſt, cap.fin. de pœn. Id quod ei permiſſum eſt, ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineret animarum, quod priuilegium, & Epiſcopi ſuperiores habent, necnon inferiores Prælati, vt ibi dicitur. Qui tameo eligitur, ſi alterius Diœceſis ſit, à ſuo ordinario probatus eſſe debet, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ.23. de reformat. cap.15. atque ſi declarauit Summus Pont. vt refert ſacra Coogreg. in cit. cap.15. & vt alibi diximus.

Quartò in ſuſpenſionem, & interdictum oō icidit, vel à iure, vel ab homine lata ſint, niſi ipſius expreſſa mentio fiat. Id quod ei conceſſum eſt ob munera Pontificalia, quæ frequentius exercere habet, quamobrem in ſubditorum damnum id redūdaret, cap. quia periculoſum,& ibi gloſſ. de ſenten. excommun. lib.6. ac DD. not. Id quod non ſolum locom habet in ſuſpenſione ab officio, verum etiam,& in ſuſpenſione à beneficio, ita Gloſſ. ibi, in verbo, Officij per capitu. ſi compromiſſarius, §. huinſmodi, de elect. eodem lib.

Quintò, vbi iurat, etſi Euangeliorum liber proponi, ei poteſt, non tamen tangere ipſum tenetur, cap. fin. de iuram. calum. & Rot. deciſ. 7. de præſump. in antiq. Sed ſat eſt, vt pectus ſuum tangat, vt dixit Couar. in cap. quamuis, de pact. par.1. §.1. num.3. Id quod in omnibus alijs Clericis conſuetudine receptum eſt, vt tacto pectore iurēt, ita Viui. io ſua Syl. op.931. num.14. Excipitur tamen, vbi contrarium ſpeciatim cautum

Digitized by Google

tum eſſet, vt ſcripturam tangeret, tunc enim ita iurabit, ita Couar. ibidem. & Bertachin. in tract. de Epiſcop. parte ſecunda, lib. 4. numero 15.

Sextò, qui Epiſcopi comenſales domeſtici ſunt, vel Clerici regulares, ſeculareſuè ſint, in diuinis officijs ſe accommodare poſſunt ad ipſum Epiſcopum, ideſt poſſunt dicere illud officium, quod Epiſcopus, non autem, quod ſua religio, aut Eccleſia poſtulat Clemen. fin. de celebr. Miſſ. Verùm an Monachus inſeruiens Eccleſiæ ſeculari. officia celebrare ſecundum conſuetudinem ſuæ Religionis, vel vt Clericus ſecularis debet? Ego ſentio ſeruare debere conſuetudinem Eccleſiæ cui inſeruit, ſcilicet in Miſſa celebranda, in diuinis feſtis, & huiuſmodi, in reliquis verò conſuetudinem ſuæ Religionis ſeruabit.

Septimò à patria poteſtate liberatur, capitu. per venerabilem, qui fil. ſint legit. Authen. Sed dignitas Epiſcopalis, C. de Epiſc. & Cler. quod accipitur habito reſpectu ad commodum, & non ad incommodum, ita Vin. in ſua Syl. opin. 318. & opin. 334. Quare, vt ſuus hæres patri ſuccedit, idē de Cardinalibus ait Vin. eodem, & pertinet huc, cap. ſi ſeruus, 2. diſt. 54.

Octauò ab officialib. Archiepiſcopi cenſura irretiri non poteſt, vbi Archiepiſcopus in prouincia eſt, vel propè, cap. 1. §. 1. de offic. ordin. lib. 6. vbi Gloſſ. & DD. communiter not. An autem ſi contrafiat, cenſura valeat? DD. ibi queſtionem hanc diſputant, mihi tamen eorum ſententia placet, qui aſſerunt non valere ob verbum illud. Non attentent, quo verbo prohibetur initium, & ideirco reliqua.

Nonò Epiſcopus ſententiam recitare per alium poteſt, quamuis aliàs pro regula habeatur Iudicem per ſe ſententiam recitare debere, cap. fin. de re iud. libro 6. & ita Soc. in ſuis fallent. reg. 201.

Decimò in delictis à ſe commiſſis per alium litigare poteſt, cap. quia Epiſcopus, 5. quæſt. 3. quamuis alias contrarium fiat, l. fin. C. de procur. & cap. paſtoralis, de iudic. & Socin. eodem reg. 245. Et idcircò per Trident. Synod. ſeſſ. 13. de reform. cap. 6. citari non poteſt, vt perſonaliter compareat, niſi ob cauſam, ex qua deponendus, ſeu priuandus eſt, vbi comparere habet, coram Romano Pontif. referri, ac terminari cauſa debet ita Sancta Synod. ibi cap. 8. & in cauſa criminali teſtes recipi non debent, niſi conteſtes, & omni exceptione maiores ſint, ita S. Synod. in eod. loco, cap. 7.

Vndecimò, ſi de hæreſi inquiratur, in ipſis Inquiſitor procedere non põt, niſi ſpecialiter id ei cõmittatur, c. inquiſitioni, de hær. libro 6 certior tamen Romanus Pont. fieri debet, vt ibi dicitur. Item in delictis alijs depoſitione dignis cognitio tamen ad Papam pertinet, & non ad inferiores, ita Trident. Synod. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5. iud. & Nauar. in conſil. ſecundo, de foro competen.

Duodecimò priuilegia omnia habet tam habito reſpectu ad perſonam, quam ad res, quæ habent reliqui inferiores Clerici, de quibus in alio Tractatu egimus. Item ob ipſum, & Palatium Epiſcopi, Coloni, & famuli priuilegia quædam habent, de quibus Doctiſſimus Tuſch. Pract. concluſ. in littera E. concluſ. 293. & ego alibi. Immo in excommunicationem incidunt, qui Epiſcopum hoſtiliter perſequuntur, vt habetur in Clem. 1. de pœn. & in Bulla Cœnæ Domini, cap. 11. verſicu. ac Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, num. 1. vbi ego rem hanc in Tractat. meo declaraui.

Decimotertiò, etſi exigi quicquam à ſubditis non debet, ex cauſa tamen, vbi ſuis facultatibus non poteſt, ſubſidium præbere tenentur, quod charitatiuum ſubſidium dicitur, ita habetur in cap. cum Apoſtolus, §. penult. de cenſ. quantum autem ſit, arbitrio iudicis collocatum eſt, in Menoch de arbit. iudic. libro ſecundo, Centu. 2. caſ. 178. cum ſeq vbi quaſdam cauſas petendi recenſet. Cathedraticum etiam exigere poteſt in ſignum ſubiectionis, quod, quia in Synodo ſoluitur ſynodaticum etiam dicitur, ita Sbroz. de Vic. Epiſcop. lib. 2. quæſt. 47. Sed de priuilegijs hactenus, iam ad pœnas, in quas incidit Epiſcopus, tranſeamus.

5 Primùm igitur † in aliena diœceſi cuiuſuis priuilegij nomine, ſi Pontificalia exerceat, ſine expreſſa Ordinarij licentia, ab exercitio Pontificalium ipſo iure ſuſpenſus eſt, ita Triden. Synod. ſeſſ. 6. de reformat. capit. 5. & ita Nauar. in conſil. 12. de Cler. excommun. min. Pontificalium autem nomine comprætenduntur, quæ ordinis Epiſcopatus ſunt, vt ordines conferre, necnon confirmationem, item Eccleſias, Calices, & Altaria conſecrare, Corporaliaque benedicere, & alia, de quibus infra ſuo loco egimus, atque ſic ſenſit Nauar. in eodem conſil. 12. Sic hæc igitur exerceat, in alterius diœceſi, ſuſpenſus eſt, vt dixi. Excipitur tamen, vbi de expreſſa Ordinarij licentia ea exercet; tunc enim nullam pœnam incurrit, ita Trident. Synod. ibi, Niſi de licentia Ordinarij

loci,& ita Nauar. in conſil. 55. de tempor. ordin. & pertinent huc dicta à DD. in l. fin. ff. de iuriſdict.omn.iud. Secundo excipitur vacante Sede Epiſcopatus; nam poſt annum à die vacationis, ſi exterus Epiſcopus ad hæc inuitetur à Capitulo eius Eccleſiæ vacantis pœnam euadit, & pontificalia licitè exercet: pro regula enim habetur Capitulum ſuccedere in omnem poteſtatem Epiſcopi, cap. ſi Epiſcopus, & ibi Gloſſ. Sed capitulum, & in verbo Spiritualibus, de ſupplen negligen. prælat & cap. fin. eodem, & cap. his, quæ, & cap. cum olim, de maior. & obedien. Intra annum tamen Capitulum hoc facere non poteſt, niſi in quibuſdam caſibus expresſis à Trident. Synod. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 10. Tertiò excipitur, vbi in Pontificali Miſſam celebrat; id enim poteſt, vt ſupra diximus.

Secundò, ſi concubinam habet, & à Synodo Prouinciali admonitus eam non dimittat, ipſo facto ſuſpenſus eſt, ita Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 14. Etſi in hoc vitio perſeueret, Romanus Pontifex certior faciendus eſt, qui huic morbo proſpiciat: hoc autem crimen, quàm longè à Clericis eſſe debeat, pluribus id probauit Viu. in ſua Sylu. opin. 98. Suſpenſio autem hęc quid operetur, & quando irregularem quem reddat declaraui in Tract meo de Cenſur.

Tertiò in omnem excommunicationem iuris incidit, necnon in excommunicationes latas generaliter ab homine, niſi aliàs ſpecialiter exceptum ſit; etſi enim vt ſupra diximus, in ſuſpenſionem & interdictum non incidit, niſi Epiſcoporũ ſpeciatim mentio fiat, c. quia periculoſum, de ſent. excom. libro 6. ſecus tamen quoad excommunicationem, ita DD. ibi.

Quartò in excommunicationem incidit, ſi ad Curiam profectus Papam non viſitet; abeoque non obtenta licentia diſcedat, ita habetur in Extrauag. Vt prælatorum cum ſeq. de maior. & obed. Ioan. 22. vbi etiam habetur, eum mutato habitu ſine cauſa vagari non debere.

Quintò ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpẽſus eſt, ſi à ſuis Clericis beneficia incompatibilia habentibus diſpenſationem non petat, quò videat, an licitè ea retineant per Extrauag. Vt quos virtutis, de off. iud ordin. Ioan. 22. vt enim id diligẽter animaduertat, iure antiquo, cap, ordinarij, eodem lib. 6. & nouiſſimè per Trid. Synod. ſeſſ. 7. de reform. cap. 5. cautum eſt.

Sextò per triennium ſuſpenſus eſt à perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum, qui Clericos capiendos, ac retinendos curat; quouſque beneficia renunciẽt, vel citati, ne ad Curiam eant, Clemen. ſecunda, de pœnitent.

Septimò per triennium ab officio ſuſpenſus eſt, ſi in hæreſis officio aut faciendo, aut omittendo aliquid delinquat, Clem. 1. §. verum, de hæret.

Octauò ad dandum gradus Doctoratus per ſex menſes ſuſpenſus eſt, ſi non ſeruet conſtitutionem Clem. 2. de Magiſtr.

Poſtremò, & ob aliàs cauſas in pœnas incidit, vt in c. cum in cunctis, §. ſi de elect. & in cap. fin. de vſur. lib. 6. & in cap. 1. de homic. eod lib. & in cap exigit, de cenſ. eodem lib. 6. Sed iam ad ea, quæ Epiſcopus facere debet, habito reſpectu ad ſe, vt polliciti ſumus, tranſeamus.

De ijs, quæ facere Epiſcopus debet, habito reſpectu ad ſe. Cap. III.

S V M M A.

1 *Epiſcopus gradus, & decorem ſuæ dignitatis conſeruare debet.*

2 *Epiſcopus in diuinis celebrandis morem ſuæ Eccleſiæ ſeruare habet.*

3 *Epiſcopus virtutibus, ac diuino auxilio ſe munire debet.*

4 *Epiſcopus meminiſſe debet ſe ad labores vocatum.*

5 *Epiſcopi ſuppelex, ac menſa, qualis eſſe debet.*

6 *Regularis ſi Epiſcopus fiat an ad regulã ſeruandam teneatur.*

7 *Epiſcopus ad concilium prouinciale, necnon generale ire debet.*

8 *Epiſcopus limina Apoſtolorum viſitare debet, iuxta Bullam Sixti V.*

9 *Epiſcopus ea gerere, ab eiſque ſe abſtinere debet, quæ agere, & à quibus ſe abſtinere debent inferiores Clerici.*

TERTIO explicandum nobis propoſuimus, quæ facere Epiſcopus debet cùm habito reſpectu ad ſe, tum ad alios. Primum igitur priua explicemus.

1 Habito igitur reſpectu ad ſe † dignitatem, & grauitatem gradus, in quo eſt tam in Eccleſia, quam foris tueri debet, in memoria habens ſe patrem, & paſtorem eſſe; ſic enim admonuit Epiſcopus Trid. Synod. (vt Canones

Digitized by Google

nones antiquos omittam) ſeſſ.25. de reformat.cap 17.Hinc miniſtris Regum, Regulis,& Baronibus,ne Epiſcopus ſuo loco cædat,ne vè per ſe illis inſeruiat, eadem Sancta Synodus ibidem mandauit.Hinc eadem Sancta Synodus ſeſſ.25.de reformat.cap.6. præcepit, vt Epiſcopis vbique his honor tribuatur,qui eorum dignitati par eſt; eiſque in Choro,& in Capitulo,in Proceſſionibus,& alijs actibus publicis ſit prima Sedes, & locus,quem ipſi elegerint,& præcipua omnium rerum agendarum auctoritas,& facit cap.Epiſcopos,diſtinct.17.In hoc igitur Epiſcopus cautior ſit: quare nunquam mihi placuit quorundam conſuetudo,qui in ſecularium Curijs malunt verſari, quàm in ſuis Eccleſijs ouium ſuarum curam gerere.

2 Secundò † in diuinis celebrandis Eccleſiæ ſuæ ritum,ac morem ſeruabit; nam ad quamcunque Eccleſiam quis venit,eius conſuetudinē quoad diuina officia ſeruare debet,argum.cap.illa,diſtinct.12. & ita Helyas in Clemen ſecunda,de celebr.Miſſ.Quare ſi Monachus Epiſcopus creetur, non ſecundum ſuam regulam officium celebrabit; Sed vt dixi Eccleſiæ,cuius eſt Epiſcopus, cōſuetudinem ſequetur,ita Gloſſ. in capit. vn. 18.quæſt.1.& in cap.3. 16. quæſt.1.& infra etiam probabimus.

3 Tertiò,† quoniam Epiſcopus neceſſe habet plura,ac varia negoria agere,& in odiū multorum,vel iuſtè agat incurrere, vt inquit Trident. Synod. ſeſſ.13.de reformat.cap.6. quamobrem ſit,vt apud perditos homines malè audiat,& metus ab eiſdem inijciatur, ob eam rem,ita viuere debet,vt eius vita aliorum norma,atque regula ſit, & leuia etiā delicta,quæ in ipſo maxima ſunt,effugiat; nam ſic de alijs Clericis inferioribus dixit Trident.Synod.ſeſſ.22.de reformat. cap.1. & vt Epiſcopi in hanc curam incumberent, ibidem præcepit. Præterea virtutibus omnibus eſſe præditus debet; & inprimis iuſtitia,fortitudine,atque prudentia. His enim munitus S. Thomas Cantuarienſis Henrico reſtitit,& glorioſam mortem pro libertate Eccleſiaſtica tuenda ſubijt,cap ſicut dignū, de homicid & Ambroſius Theodoſium excommunicauit,& Valentiniano pro Arianis Eccleſiam petenti inuito animo eam denegauit,cap.conuenior,23.quæſt.8. Poſtremò aſſiduis precibus ſacriſq; faciendis ſe, populumq; ſuum commendare.

4 Quartò † meminiſſe debet Epiſcopus ſe ad non propria commoda,non ad diuitias, aut ad luxus,ſed ad labores,& ſolicitudines pro Dei gloria vocatum eſſe; hac enim ratione reliqui fideles ad Religionem, innocentiamq; facilius inflamabuntur, cum viderint ſuum Epiſcopum non ea, quæ mundi ſunt,ſed animarum ſalutem, atque cœleſtem patriam cogitare,ita inquit Trid. Syno.ſeſſ. 25.de reform.cap.1.

5 Quintò † reſpectu habito ad modum viuendi modeſta ſuppellectili,frugaliq; menſa vtatur,ita enim dicitur in cap. ſi Epiſcopus,diſtinct.41.vid.& ſancta Synod.eadem ſeſſ.25.cap.1.de reformat. & ſeſſ.2. verſicu. Et quoniam oportet Epiſcopos eſſe. Benè acta vita enim Antiſtitum eſt veluti perpetuum quoddam prædicandi genus,vt inquit S. Synod.eadem ſeſſ.25. c.primo, ad reformandū fidelium mores. Quales enim inquit Plato,in Republica Principes ſunt, tales ſolent eſſe reliqui ciues. Modeſta autem ſuppellex,ac mēſa fugalis quænam ſit, arbitrio iudicis declarabitur,habito reſpectu ad reditus beneficij, & qualitatis perſonæ, ita inquit Moliu.quem refert, ac ſequitur Menoch.de arbitr.iud.libro ſecundo,Centu.6. caſ.520.num.10.& facit,quod dixit Gloſſ. in l.idemque,§ Labeo,ff.mand & in l ſeruis vrbanis,ff.de legat.3.Non enim Sancta Synod.tollit.quin Epiſcopus viuat reſpectu habito ad prædicta, vt not. Menoch. ibidem, num.13.Et hæc de veſtitu etiam dicta eſſe volumus.In publico autem, & in Eccleſia ſuper indumentis lineis vtatur, ita habetur in cap.Clerici munera,de vit. & honeſta.Cler. Quoad familiares ſuos vero huiuſmodi ſint, cuiuſmodi Sancta Synodus præſcribit ſeſſ. ſecunda,Familiares verò ſuos, inquit enim Sancta Synodus de Epiſcopis. vnuſquiſque inſtruat,& erudiat,ne ſint rixoſi,vinoſi, impudici,cupidi,elati,per blaſphemi, & voluptatum amatores,vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur:& in veſtitu,& vultu & omnibus actibus, honeſtatem præſeferant, ſicut decet miniſtros miniſtrorum Dei.

6 Verùm † an Regularis Epiſcopus creatus ad obſeruandam regulam tenetur, quam profeſſus eſt? Planè pro regula habendum eſt ad eius obſeruationem ipſum obligari. Quare habitum ſuæ regulæ deferet cum mozetta ad modum Epiſcopi,cap. Clerici officia,in fine,de vita,& honeſt.Cler.& ita Glo. in cap.noua,16.quæſt.7.& in cap.de Monachis,eadem quæſt prima. Idem ſi eſt factus Cardinalis,ſecus ſi Papa,ita Tuſch.de viſit. libro 2.cap.15.num.50.Item votum continentiæ ſeruabit. Tertiò,& paupertatis. hæc enim cum ordine Epiſcopatus eſſe poſſunt, nec à dignitate Epiſcopali aberrant. Exci-

piuntur

piuntur tamen, quæ dignitati Epiſcopatus repugnant. Primùm ergo ſuperioribus Regularibus obedientiam præſtare non tenetur, cum alijs ipſe præfectus ſit, & liberatus ab ipſa, cap. vnic. & ibi Gloſſ. 18. quæſt. 1. & Gloſſ. ſupra cit. & Iaſ. in Authen. ingreſſi, numero 14. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Couar. in cap. 1. num. 18. de communi teſtatur, de teſtamen. Secundò quò ad ieiunia, & ſilentia, & vigilias; ad hæc enim immoderata nõ tenetur, ne ſcandalum daret. Item non acquiret ſuo Monaſterio, ita dixit S. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 186. articu. 8. & ibi Caiet. & Gloſſ. in cap. de Monachis, 16. quęſtio. prima, nam ait, quoad ea, quæ ſunt de ſubſtantia Monachatus, vt de habitu gerendo, & continentia ſeruanda, & de nõ habendo propria non abſolui à Regula: ſed à ieiunio, ſilentio, & vigilijs, & facit cit. cap. vnic. 18. quæſt. 1. Idem dixit Abb. in cap. Clerici, 2. num. 18. Nam ibi concludit Monachum Epiſcopum factum non penitus abſolui à Regula Monachali, vt Gloſſ. ibi, & idcirco non abſolui ab habitu; nam debet portare habitum Monachalem, vt de communi ſententia teſtatur ibi Addit. ad Abb. in littera D. Item nec à voto continentiæ, & paupertatis, & idcirco nihil poſſe ſibi acquirere; ſicut nec poterat, dum eſſet Monachus; ſubiungit tamen ibi ipſum abſolui à Regula Monachali quoad diuina, aliaque inditia ab Eccleſia, & à vigilijs, & in hanc ſententiam accipiendum eſt, capit. primo, iunct. Gloſſ. 18. quæſt. 1. vbi dicitur à iugo Monaſterij hunc liberari; intelligitur enim non quoad ſubſtantialia excepta obedientia. Sed quoad alia. An autem ſi carnibus non veſcebatur ex conſtitutione Regulæ, vel ad ieiunia aliqua obligatus erat, ad ea teneatur? Gloſſ. in cap. 3. 16. quæſt. 1. tenuit poſſe. Hugo tamen contrarium tenuit in cap. carnem, de conſecrat. diſtinct. 5. Archidiac. tamen in cita. cap. 3. ſic diſtinxit. Aut poteſt ſine ſcandalo ſe abſtinere à carnibus, & tunc ſe abſtinere debet, alias ſecus. Idem & de ieiunijs; & hãc diſtinctionem ſequitur Abb. in cit. cap. Clerici, eodem num. 18. & Couar. de teſtamen. cap. 1. num. 18. vbi materiam hanc pluribus egit, & Tuſch. de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 15. numero 50. cum ſequenti, quorum opinionem vti veriſſimam ego quoque ſequor.

7 Septimò † ad Concilium Prouinciale ire debet, vt habetur diſtinct. 17. per totam, & cap. Epiſcopus, diſtinct. 5. & apud Trident. Synod. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 2. vbi multa adhæc pertinentia aguntur, & vbi non poteſt ipſemet ire, procuratorem mittere debet; nam & ad Concilium Generale, quõ etiam conuenire habet, vbi impeditur, quominus conueniat, procuratorem mittere poteſt, ita Sbroz. de Vic. Epiſcop. libro 2. quæſtione 47.

8 Octanò † iuxta Bullam Sixti Quinti, incipien. Romanus Pont. latam anno Domini 1585. Decimotertiò Calen. Ianuarij, Pont. ſui anno primo, ſi Epiſcopus Italus ſit tertio quoque anno limina Apoſtolorum viſitare debet, & Pontifici de eius Paſtorali officio rationem reddere; & ſi per ſe id nequeat per nuntium certum ſpeciale ad id mandatum habentem in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, vel perſonarum habentem, vel Diœceſanum Sacerdotem id facere debet. Aliarum verò Prouinciarum Epiſcopi longius tempus habent, vt ibi dicitur, alioquin ſuſpenſi ſunt ab ingreſſu Eccleſiæ, & adminiſtratione tam ſpiritualium, quàm temporalium, necnon à perceptione fructuum ſuarũ Eccleſiarum, quos in opus fabricę, ſeu ornamentorum Eccleſiæ collocari debent à Capitulo eius, quouſque à contumacia, & à ſuſpenſione ab Apoſtolica Sede liberatus fuerit; vt latius patet in cit. Bulla. Quod decretum, & Gregor. Magn. tulit, vt in eius vita habetur. Idem quoque per Gregor. III. ſtatutum fuit in cap. ego, de iureiurand. Quare ad hoc etiam obligatur iureiurando antequam munus conſecrationis ſuſcipiat, etſi ad aliam Eccleſiam transferatur, antequam adminiſtrationi ſe immiſceat. In quorum autem manibus iuſiurandum fiat in eadem Bulla apertiſſimè habetur, & in eo iureiurãdo obligatur, ſcilicet ad limina Apoſtolorũ viſitanda (vt dixi) & ad reddendam rationem ſuæ diœceſis.

9 Poſtremò † ea agere, abſque ſe abſtinere debet; quæ agere, & à quibus ſe abſtinere debere inferiores Clericos infra tradidimus. Quare ex reditibus Eccleſiæ ſuos ditare non debet; ſed ſi pauperes ſint ij, vt pauperibus diſtribuere; nam vt inquit Sanctus Hieronymus gloria Epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere, ignominiaque Sacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs, ita refertur in c. gloria. 12. quæſt. ſecunda. Hinc Sancta Synodus eadem ſeſſ. 25. capit. primo, de reformat. Epiſcopos monet, ac reliquos Eccleſiaſticos, vt affectum hunc humanum, & carnis erga fratres, nepotes, propinquosq; omnem penitus deponant, ſed iam ad ea transſeamus, quæ habito reſpectu ad alios habere, ac facere debet.

De ijs, quæ Epiſcopus facere debet habito reſpectu ad alios, ideſt ad ordi nis, iuriſdictioniſque functio nes exercendas. Cap. IV.

SVMMA.

1 *Epiſcopus debet habere Epiſcopatum actu, quò ſua munera obeat.*

HABITO reſpectu autẽ ad alios, ideſt ad functiones cum ordinis, tum iuriſdictionis exercendas legitimè, atque commodè, hæc habere debet. Pri-
2 mum †Epiſcopum actu, vt habeat, opus eſt, etſi enim confirmatione, ſeu prouiſione poteſt item iuriſdictionis, ordinis verò conſecrationem recipit, vt tradit Gloſſ. communiter recept. in cap. tranſmiſſa. de elect. ſeruatis ſupradictis proximè. Actu tamen non habet ſine Epiſcopatu, & Eccleſia. Hinc E-piſcopi titulares proprio iure nihil poſſunt, niſi ab alijs Epiſcopis licentia eis concedatur, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. 14. de reformat. capit. ſecundo, quippe qnia ſubiectos actu non habent. Sed iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Epiſcopus priuatus eſſe non debet Epiſcopatu, quò legitimè ſua munera obeat.*
2 *Epiſcopus priuatus ipſo iure epiſcopatu, an ſua munera obire poſſit.*
3 *Epiſcopus priuatus vbi eſt ipſo iure, an geſta ab eo valeant.*

§. I.

1 §. Secundò reqniritur, † quò legitimè ſua munera obeat, ne ipſo iure ob delictum aliamuè cauſam Epiſcopatu priuatus ſit. Atqui an priuatus ipſo iure ſua munera obire poteſt? Et ſi ea obeat, an valeant.

2 Quoad primum † cenſeo poſſe ſua munera obire; qnandoquidem pœna ipſo inre illata effectum non conſequitur, niſi à iudice per ſententiam declaratum id ſit, vt dicit Gloſſ. communiter recept. in cap. fraternitas, 12. quæſt. 2. & facit cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. Multo magis id locum habet, ſi per renunclationem, vel permutationem alinm Epiſcopatum adeptus ſit; qnandiu enim in poſſeſſione eſt, ſua munera obire poteſt, vt infra de alijs parochis probanimus.

3 Quoad ſecundnm † an ab ipſo geſta valeant, Conclndendum eſt quandiu remanet in poſſeſſione, ab eo geſta valere. Primò ob rationes ſupra allatas; etenim, qui in poſſeſſione eſt, vel lis ei mota ſit de proprietate, obediendum ei eſt tot. titu. vt lit. penden. & ita Nauar. in conſil. 23. num. 4. de pœniten. Secundò, quoniam geſta vi pnblici officij ab eo, qui eſt in poſſeſſione auctoritate ſuperioris, valent, eſto ipſo inre per delictum priuatus ſit, vt dixit Abb. communiter recept. in cap. nihil, num. 12. verſic. Quartus caſus, de elect. & Gloſſ. in cap. nonne, 8. quæſtio 4. ac Epiſcopus talis eſt, ergo ab ipſo acta valebunt. Poſtremò facit, quoniam adminiſtrata ab hoc Epiſcopo ſe habent ſicut pœnitentia adminiſtrata à Sacerdote, qui beneficinm habebat, & auctoritate ſuperioris erat in poſſeſſione; ſed ex cauſa deinceps ipſo iure prinatus fuit; (non enim ratio diuerſa reddi poteſt inter hunc, & illũ caſum) ac pœnitentia ab hoc Sacerdote adminiſtrata valet, vt dixit Abb. communiter recept. in cap. dudum 2. num 21. verſic. Sed in his, quæ habnerunt, de elec. ergo & geſta ab hoc Epiſcopo, ex quo adhnc eſt in poſſeſſione, atque ſic quoque concludit Nauar. in conſilio primo, de offic. ordin. & ego infra pluribus.

Hęc autem conclnſio locum habet, vel ob aliam cauſam ipſo iure priuatus ſit, vel quia alium epiſcopatum adeptus eſt, vel quia cũ alio permutanit, vel aliàs renunciauit; interim enim dum eſt in poſſeſſione, ſua munera obire poteſt, ita Abb. & ſupra cit. eiſdem in locis aſſerunt.

Poſtremò locum habet, vel electio, confirmatione non valuerit, quæ tamen confirmatio fuit à ſnperiore facta, & auctoritate ſuperioris in poſſeſſione eſt, & pro legitimo poſſeſſore habetur; nam hæc publici muneris ſunt; at geſta ab eo, qui eſt in poſſeſſione auctoritate ſnperioris, & qui pro legitimo cõmuniter habetur, valent, eſto nulla ſit electio, & conſtitutio, argum. l. Barbarius, ff. de off. præſid. & l. ſi arbiter, C. de ſentent. omn. iud. & vt tradidit Abb. communiter recept. in cit. cap. nihil, num. 12. verſic. Tertius caſns, ergo.

Hæc, quæ diximns, locum habent tã quoad ea, quę ordinis ſunt, quàm quoad ea, quę iuriſdictionis. Excipitur tamen, vbi intruſus

Digitized by Google

ſ·aseſt, ſcilicet quia anctoritate ſuperiotis
non eſt in poſſesſione; nam tunc ab eo geſta
non valent, vt dixit Abb. in eodem cap. ni-
hil, verſic. Et primus caſus. Sublimiratur ta-
men in ijs, quæ ordinis ſunt; nam vi poteſta-
tis ordinis (quæ poteſtas tolli non poteſt)
omnia ab ipſo geſta valent, vt habetur in ti
tu. de ordin. ab Epiſcop. qui renunc. Epiſc.
Secus autem ea, quæ iuriſdictionis ſunt. Sed
de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus cenſura irretitus eſſe non debet, quò ſua muncra obeat.*

2 *Cenſura irretitus agens ea, quæ ordinis ſunt, irregularis fit.*

3 *Geſta ab Epiſcopo cenſura irretito, an valeant.*

4 *Epiſcopus irregularis eſſe non debet.*

§. II.

1 S. Tertiò † Epiſcopns cenſura irreritns
eſſe non debet, ideſt excommunicatio-
ne, ſuſpenſione, interdictovè (tot enim ſpe-
cies cenſuræ ſunt, cap. quærenti, de verbor.
ſignificat.) & ita Bertach. in tract. de Epiſc.
par. ſecunda, lib. 4. num. 53. Nam excommu
nicatione communione Sacramentorum, &
Chriſti fidelium caret: ſuſpenſione ſpiritua-
lium adminiſtratione: Interdicto autem di-
uinis, vt probaui in Tracta. meo de Cenſur.
Quare non facile ſua munera obire ſic affe-
2 ctus poterit. † Immo, vbi excommunicatus,
ſuſpenſusvè eſt, ſi ea, quæ ordinis ſunt effi-
ciat, irregularis efficitur, cap. r. de ſent. ex-
communicat. lib. 6. & cap. r. de re iudic. eo-
dem lib. Et vt ego in eodem tracta. pluribus
egi præterquam quòd mortiferè regulariter
peccat. Hæc autem locum habent, vel noto-
rius, denunciatusvè non ſit, ſed occultus.
Non enim extrauag. ad euitanda quicquam
ei prodeſt, vt in eodem Tracta. declaraui.
3 An † autem ab ipſo geſta valeant. Conclu-
dendũ eſt, vbi notorius, denunciatusvè non
eſt, omnia valere. Vbi verò notorius, de-
nunciatusvè eſt, exceptis ijs, quæ ordinis
ſunt, quæ iuriſdictionis ſunt, non valere.
Quare, etſi ordines conferendo, confirman-
dovè, necnon reliqua conſectando, omnia
hæc valeant, quandoquidem poteſtas ordi-
nis impediri omnino non poteſt, beneficio-
rum tamen collationes, atque inſtitutiones,
cenſuræ ab eo latæ, necnon ſentẽtiæ de alijs
rebus, nullæ erũt, vbi denũciatus, notoriuſvè
eſt, vt in eodem meo Tract. probaui. Imò ſic
affectus cẽſura, vbi eſt, & Vicarij eius iuriſ-
dictio ſuſpenſa eſt, ita habetur in cap. 1. &
ibi Gloſſ. in verbo, ipſius officialis, & An-
charan. & Philip Franc. de off. Vic. libro 6.
iunct. extrauag. ad euitanda, & ita Sbroz. de
off. Vic. lib. 3. quæſtio. 17. & ſuo loco dixi-
mus.
4 Quartò † non irregularis etiam factus
eſſe debet; nam ſicut impedit irregularitas,
ne ordines quis legitimè ſuſcipiat, & pote-
ſtatem omnino iuriſdictionis, ita ſi poſt ſu-
ſceptum ordinem interueniat, ordinis, ac iu
riſdictionis functiones ne exerceantur, pro-
hibet, vt probaui in Tract. meo de irregu-
larit. capitu. 64. Sed iam ad alia tranſea-
mus.

S V M M A.

1 *Pretio ductus ſua munera obire Epiſcopus non debet.*

2 *Pro chriſmate, & oleis Sacris nihil recipi debet.*

§. III.

1 S. Quintò † pretio nullo ductus ſuas fun-
ctiones exercere debet, vt habetur in
toto tit. De Simon. & ego in Tracta. meo de
Simon. pluribus egi; nam ſimonia commit-
titur, quod graue delictum eſt, etſi in ordi-
ne, beneficiovè committatur realis, ipſo iu
re excommunicatus eſt, vt habetur in Ex-
trauagan. Cum deteſtabile, de ſimon. & ego
probaui in Tract. meo de ſimon. & alijs pœ-
nis etiam afficiuntur per Bullam Sixti V.
quam retuli in eodem Tract. Tab. 4. cap. 3.
§. 1. quæ etſi in alijs reuocata eſt, quoad ſimo
niacos tamen viget, vt ibi dixi. Quare nihil
etiam pro diſpenſatione recipere poteſt, ita
Triden. Synod. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 18.
& ſeſſ. 24. de reformat. matrimon. cap. 5. in
diſpenſatione matrimonij. Nihil pro licen-
tia prædicandi, ita Triden. Synod. ſeſſ. 5. de
reformat. cap. 2. Nihil etiam pro Chriſma-
te recipi valet ratione olei, capit. ea quæ, de
2 ſimon. † Nihil pro eodem chriſmate, & alijs
oleis Sacris, à Parochis, quibus dantur, reci
pi debet. Quare eorum, qui præpoſiti ſunt
ad diſtributionem huiuſmodi conſuetudo
tollenda, qui nollunt ea dare, niſi ona, ali-
quidvè aliud ipſis tribuatur, vt dixit Tuſch.
de Viſit. libro 1. cap. 6. num. 13. Immo ſi in
Eccleſia Cathedrali, collegiata, aliavè Ec-
cleſia ſtatutum, vel conſuetudo ſit, vt in Ele
ctione, præſentatione, & in alia huiuſmodi
actione aliquid detur, quod ſimoniam ſa-
piat,

piat, tollere ipſa Epiſcopus omnino debet, vt habetur apud Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 14. viden. Verùm quòd de hac materia egi abundè in Tracta. meo de ſimon. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc ſummantur. Ad alia tranſeamus. Sic hoc addiderimus à Clericis nihil exigere debere, niſi quæ cauta ſunt in capitulo conquerente, de off. ordin.

S V M M A.

1 *Odio, gratia vè ſuas functiones Epiſcopus exercere non debet.*

2 *Non etiam, vbi delictum ei prælatum eſt ſtatim ei fidem adhibebit.*

3 *Trid. Synodi admonitio ad Epiſcopos.*

§. I V.

1 §. Sextò odio, † gratia vè impulſus nihil agere iniuſtè debet, cap. 1. de re indic. lib. 6. Caueant Eccleſiaſtici iudices, dicitur enim ibi, & prudenter attendant, vt in cauſarum proceſſibus nil vendicet odium, vel fauor vſurpat, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iuſtitiam non auertat, ſed ſtateram geſtent in manib. lances appendant, ex quo libramine, &c. alioquin, ſi ob hęc contra iuſtitiam quicquam in damnum partis fecerint, inferiores iudices Eccleſiaſtici ab executione officij per annũ ſuſpenſi ſunt, qua ſuſpenſione durante, ſi ſe in diuinis ingeſſerint, irregulares fiunt, à qua liberari nequeunt, niſi per Summum Pontificem, vt dicitur in eodem cap. 1. Et quamuis Epiſcopi in ſuſpenſionem non incidant, ex quo ipſorum ſpeciarim mentio non fit ob capitu. quia periculoſum, de ſentent. excommunic. lib. 6. mortiferè tamen peccant, argumen. cap. cum quidam de iureiur. & ad damnum partis ſarciendum tenentur, argumen. cap. fina. de iniur. Vel non appelletis, contra quem ſententia iniquè lata eſt, modò non conſentiat ei ſentẽtiæ, vt remittat damnum illatum, quod non præſumitur, ita dixit Nauar. in Man. cap. 25. num. 12. verſicu. Secundò peccat. Ad quæ duo etiam iudices ſecu-
2 lares obligantur. † Quare ob ſuperiores cauſas, vbi delictum de aliquo ei defertur, non ſtatim id verum arbitrabitur, & animũ infenſum cõtra delatum habebit, cap. ſi quid verò, & ibi Gloſſ. diſtinct. 86. & ita Bertach. in tract. de Epiſcop. 3. parte, lib. 4. num. 33. Sed prius cognoſcet, quandoquidem, vt dixit Salomon. Qui facilè credit, leuis eſt corde, & M. Cic. ad Q. & fratrem ſcribẽs admonuit eum neruos ſapientiæ eſſe haud temerè credere; qua in re vidi quoſdam errare, qui ſtatim atque de delicto alicuius certiores facti ſunt, aduerſus accuſatum ira afficiuntur. Seruandum igitur erit, quod Calliſtratus prudentiſſimè admonuit in l. obſeruandum, ff. de off. prę ſid. Sed & in cognoſcendo (ait enim Iureconſ. ibi) neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putant; neq; precibus calumniatorum illacrimati oportet; id enim non eſt conſtantis, & recti iudicis; cuius animi motum vultus detegit. Hæc ibi Iureconſul.

3 Et ad ſummam, † vbi de criminibus agitur admonitio Epiſcopis facta à Triden. Synod. ſeſſ. 13. de reformat. capit. 1. ſeruanda omnino eſt. Illud primùm admonendo cenſet de Epiſcopis agens, inquit Sancta Syno. Vt ſe paſtores, non percuſſores eſſe meminerint; atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tanquam filios diligant; elaborentque vt hortando, & admonendo ab illicitis detereant, ne vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quod tamen, ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cùm ſæpè plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas; plus exhortatio, quam comminatio; plus charitas, quàm poteſtas. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tũc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aperitate diſciplina populis ſalutaris, ac neceſſaria conſeruetur; & qui correcti fuerint, emendẽtur; aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animaduerſionis exemplo à vitijs detereantur; cùm ſit diligentis, & pij ſimul paſtoris officium morbis ouium leuia primum adhibere fomenta; poſt, vbi morbi grauitas, ita poſtulet, ad acriora, & grauiora remedia deſcendere; ſin autem, ne ea quidem proficiant illis ſubmouendis, cæteras ſaltem oues à contagionis periculo liberare. Hæc ibi Sancta Synod. ex quibus formam Epiſcopi habent, quam ad crimina punienda adhibere debent. Sed de his hactenus; iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus in propria cauſa iudex eſſe non poteſt.*

2 *Et quid in cauſa ſua dignitatis, & Eccleſiæ.*

§. V.

1 §. Septimò † Epiſcopus in rę ſua Iudex
eſſe non debet. Tum quòd id prohibe-
tur in toto tit. C. ne quis in propr. cauſ. Tum
quòd id permiſſum eſt ſolùm Principibus
iuris, qui ſuperiorem non agnoſcunt, capit.
cùm veniſſent, & ibi Gloſſ. Abb. ac DD. de
iud. & l. proximè, ff. de his, quæ in teſtamen.
delent. vbi Bar. & alij; & Nauar. in cap. no-
2 uit, nume. 47. not. 3. cum ſeq. † Excipitur
tamē, vbi agitur cauſa ſuæ dignitatis, & Ec-
cleſiæ, ſeu ad Epiſcopatum pertinens; tunc
enim Iudex legitimus eſt, vt habetur in cap.
ſi quis erga, iunct. Gloſſ. communiter recep.
2. quæſt. 7. & ſequitur Innoc. in capit. noſti,
num. 1. & Abb. in fine, de elect. & Addit. ad
eū, & ita Bal. in l. vnic. C. ne quis in ſua cauſ.
vbi in fine, ait conſuetudine ſeruari, vt Epi-
ſcopi omnia iura Eccleſiæ coram ipſis iudi
cio proſequantur. Et hoc ob hanc rationem,
quoniam principaliter eſt cauſa Eccleſiæ, &
non perſonæ, & ita communiter à Canoni-
ſtis teneri teſtatur Bald. ibi. Sicut etiam Na-
uar. in conſ. 30. & 9. de reſcrip. & nouiſſimè
Steph. Quarant. in Summa Bullar. in verbo,
Archiepiſcopi auctoritas, verſic. Decima-
octaua, num. 19. verſic. ibi hinc dubitari poſ
ſet, & Viu. in ſua Sylu. opin. 866. num. 2. & ſa
cit optimè, cap. 1. de pœn. lib. 6. viden. & ibi
Gloſſ. in verbo, Punire, & DD. Quare ſi de
decimis, de viſitatione, & de alijs oppugne-
tur, coram ſe cauſa agetur. Idem ſi moueа-
tur lis ab Epiſcopo, & aliquid aſſertur eſſe
Eccleſiæ, ſicut etiam ſi contemneretur eiuſ-
dem dignitas, ita Bald. ibidem eſto conſul-
tus faciat, vt inquiunt DD. ſe alij cauſam cō
mittat, vt ſuſpectus tamen allegari poteſt,
vt dixit idem Quarant. ibi, & hanc opinio-
nem magis communem eſſe teſtatur Capic.
deciſ. 137. num. 6. & Viu. eadem opin. ſi ta-
men iniuriam quis facit Epiſcopo dum iu-
riſdictionem exercet, vel priuilegiatus ſit,
punire eum poteſt, l. nullum, C. de teſtamen.
& ita Abb. in cap. primo, de off. deleg. & In-
noc. in cap. dilectus, de pœniten. & Prax. Ar
chiepiſcop. Neapolit. capit. 57. num. 5. cum
ſequenti, vide tamen Ancharan. in Clemen.
prima, numero 8. verſicu. Septimò nor. de
for. competen. vbi diſtinguit optimè in hac
materia. Sed iam ad alia transeamus.

S V M M A.

1 *Vicarium Epiſcopus habere debet.*
2 *Vicariū vt ſuſcipiat cogi ab Archiepiſcopo pōt.*
3 *Vicarij de damno Epiſcopus tenetur.*
4 *Vicarius reuocatur ad arbitrium Epiſcopi.*
5 *Vicarius an vſum iuriſdictionis habeat, vbi Epi ſcopus cenſura irretitus eſt.*

§. VI.

1 §. Octauò † Epiſcopus Vicarium ſibi aſſu
mere debet, argum. toto tit. de off. Vic.
lib. 6. nam, cùm Epiſcopus exercere habeat
cùm ea, quæ ordinis ſunt; tùm quæ iuriſdi-
ctionis, vt ſenſit Gloſ. in cap. transmiſſam,
de elect. meritò, quò hæc facilius, ac commo
dius agat, Vicarium quaſi coadiutorem ſi-
bi aſſumere debet; etenim & alij Iudices Aſ
ſeſſorem ob hanc cauſam eligunt, vt habe-
2 tur in toto tit. de off. aſſeſſ. † Quare & ab Ar
chiepiſcopo cogi Epiſcopus poteſt ad Vica
rium ſuſcipiendum, argumen. capit. cùm ſu-
mus, 9. quæſt. 5. & cap. innoua, 8. quæſtio. 7.
atque ſic tradidit Abb. communiter recept.
in cap. quoniam, num. 3. de off. ordinar. eſto
enim Epiſcopus diligentiſſimus ſit, non ta-
men omnia facere poteſt, ſaltem commodè,
arg. c. ſi. de off. Archid.
3 In ipſo eligendo † tamen ſummam curā,
& diligentiam adhibere debet; nam de dam
no ab eò iniuſtè dato in officio tenetur, ita
Rot. deciſ. 6. De offi. Vic. in antiq. ſibi enim
tribuat, qui malorum hominum opera vti-
tur, l. ex maleficijs, ff. de act. & oblig. argum.
§. fina. in Inſtit. de ſociet. Idem habetur de-
ciſ. 6. in nouiſs. eodem, & Addi. ad eū viden.
& Sbrox. de off. Vic. lib. 3. quæſtio. 30. Quod
verum eſt, vbi in aliqua culpa eſt, vt ibidem
Sbroz. aſſerit, eſto enim, vel ignarus ſit, con-
ſtitutio eius valeat, vt tenuit Nauar. in con-
ſil. vnic. de off. Vic. peccat tamen etiam, vt
ibidem aſſerit, præter prædictam pœnam ſu
pra poſitam.
4 Sicut autem † electio Vicarij ad Epiſco-
pum pertinet; ita & eius reuocatio: id quod
duobus modis fit, ſcilicet ab homine, & à iu
re. Ab homine, ſcilicet ab Epiſcopo; ad ſuū
enim arbitrium reuocare ipſum poteſt; idq;
aut expreſsè, aut tacitò. Expreſsè, vbi aper
tè eum reuocat. tacitò, vbi alium Vicarium
conſtituit (modò appareat priorem reuocaſ
ſe) ita dixit Rebuff. in Prax. benef. in tit. de
Epiſcop. num. 152. cum ſeq. & num. 218. a-
liàs enim vterq; Vicarius erit, plures enim
conſtitui poſſunt, vel æquè principales, vel
vnus ad ſpiritualia, alter ad criminalia: al-
ter ad ciuilia præter generalem: id quod Il-
luſtriſs. Cardinalis Federicus Borromeus
pro vtilitate ſuæ Eccleſię obſeruat. Secundò
ipſo iure reuocatur mortuo Epiſcopo; ſta-
tim

tim enim reuocatus intelligitur, ita Gloſſ. dixit in Clem. fin. de procurat. in verbo, conteſtata. Item ipſo iure reuocatur vbicunque ratione alia Epiſcopus remotus eſt, vtpotè renunciatione, permutatione, & priuatione, nam ſtatim & Vicarius reuocatus intelligitur, argum. capit. 1. de off. Vic. libro 6. & ita Rebuff. eodem in loco. Idem ſentio, vt ipſo iure reuocatus ſit, ſi Epiſcopus ab hoſtibus capiatur. Verùm quid ſi Vicarius, antequã eſſet reuocatus, dedit alicui poteſtatem abſoluendi, & Sacramentum Pœnitentię adminiſtrandi, an morte Epiſcopi extinguatur. Ego ſic diſtinguendum eſſe cenſeo. Aut probauit aliquem ad confeſsiones audiendas; & in hoc caſu non extinguitur probatio, ſicut nec etiam conceſſa licentia alia; nam hic poterit admitti à Parochis ad confeſsiones audiẽdas. Aut delegauit facultatẽ huiuſmodi, & ĩ hoc caſu extinguitur delegatio, arg. l. & quia, ff. de off. eius. Et de hoc primo ſatis.

Verùm, an ſi vſum iuriſdictionis Epiſcopus amittat, exempli gratia, quia eſt excommunicatus notorius, vel denunciatus, vel eadem ratione ſuſpẽſus, an nihilominus poterit Vicarius iuriſdictionem exercere? Planè non, vt habetur in cap. primo, de off. vic. libro 6. & ita Gloſſ. eadem, & in cita. Clem. fina. de procurat. in verbo, Conteſtata. Suſpenditur enim eius officium: idque meritò; nam idem forum eſt Epiſcopi, & Vicarij, vnde nec ab ipſo ad Epiſcopum appellatur. Excipitur tamen, vbi ab alio Vicarius datus eſſet, vtpotè à Romano Põtifice Coadiutor; non enim tunc eius officium ſuſpenditur. Secundò excipitur, vbi Epiſcopus, etſi cenſura eſt irretitus, non tamen notorius, denunciatus vè eſt; nam ſicut tunc nec ipſius Epiſcopi iuriſdictio ſuſpenditur habito reſpectu ad alios, ita nec Vicarij, & hoc ob Extrauag. ad euitanda.

Atqui an quoad aliquod reuocare Vicarium poteſt? Planè ſic. Tum habito reſpectu ad ſpeciem aliquam iuriſdictionis, vtpotè ne hanc, vel illam exerceat. Tum habito reſpectu ad vnam cauſam. Quare ſi cauſa cœpta coram Vicario ſit, & ab Epiſcopo ad ſe auocetur, Vicarius deinceps nihil agere poterit, ita Capell. Tholoſ. deciſ. 480. Sed de his hactenus, iam de eius poteſtate agamus.

S V M M A.

1 *Vicarij Epiſcopi auctoritas quænam ſit.*
2 *Vicarius Epiſcopi, quæ agere nequeat, niſi ſpeciatim ei mandata ſint.*
3 *Vicarius an præcedat Canonicis.*

§. VII.

1 §. Vicarij poteſtas autem † quouſque pertineat, ex mandato ei ab Epiſcopo facto cognoſcitur; nam, ſi generale mandatum factum ſit, quod ſæpius ſit, & in ſpiritualib. & temporalibus, quo caſu Vicarius Generalis nominatur, quædam tamẽ, niſi ſpeciatim ei mandentur, agere nequit. Verùm, quod explicando, quæ ſpeciale mandatum poſtulent, quæ per generalem mandatum ei ſint permiſſa, cognoſcemus, argum. in Inſtitu. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & l. qui accuſare, ff. de accuſ. ob eam rem, quænam hæc ſint explicemus.

2 Primùm igitur † ſine ſpeciali mandato beneficia conferre, inſtituere, præſentareq; ad ea non poteſt, cap. fin. de off. Vic. libro 6. atque ſic pluribus aſſeruit Rebuff. in ſua Prax. benefic. nu. 49. cum multis ſequentib. quamuis nequeat ſpeciali etiam hoc mandato conferre beneficia, quæ auctoritate Apoſtolica Epiſcopus conferre poteſt. Non etiam beneficiorum reſignationes accipere, ita de communi ſententia teſtatur Pariſ. de reſignat. benef. Tomo 1. lib. 7. q. 24. vbi pluribus rem hanc egit, & Sbroz. de Vic. Epiſc. lib. 2. q. 130. per cap. dudum, de præbend. libro ſexto.

Secundò, nec beneficia vnire, niſi ſpeciale mandatum interuenerit, valet, ita Rebuf. eodem num. 102. Non etiam interponere auctoritatem permutantibus poteſt ſine ſpeciali mandato.

Tertiò nec viſitare etiam poteſt; nam ad ad Epiſcopum hoc pertinet, vt videbimus, etſi ex cauſa id mandare valeat, atque ſic dixit Rebuff. eod. num. 100.

Quartò nec Synodũ congregare, c. ſi Eps, de off. ord. lib. 6. & ita Rebuff. eod. nu. 151.

Quintò dimiſſorias, & commendatitias litteras ad ordines ſactos, niſi ſpeciatim id ei conceſſum ſit, vel abſens Epiſcopus ſit, capit. pen. de temp. ord. lib. 6.

Sextò non etiam diſpenſare in caſibus, in quibus Epiſcopus poteſt communi iure, niſi ſpeciatim id ei concedatur, & multominus, ſi à Romano Pontifice Epiſcopus id habeat, ita Rebuff. eod. nu. 41. cum ſeq.

Septimò inquirere, & corrigere, ac punire non poteſt, niſi hoc mandato comprehendatur, capit. ſecundo, de off. Vic. libro 6. & ita Clar. dixit in ſua Prax. crim. §. fi. quæſtio. 40. verſic. Item quęro, vbi communiter ſeruari teſtatur; & idcirco nec beneficijs priuare, eod. c. 2. de off. Vic.

Octauò nec confirmare Abbates,& inferiores ſibi ſubiectos,nec Abbatiſſas,Moniales benedicere valer, capit. primo, de ſupplen.negat.prælat.& Clem.fin § ſtatuimus, de ſtat.monach.

Nonò cauſas matrimoniales etiam tractare nequit ſine ſpeciali mandato; nam ad Epiſcopos pertinent,cap.ex litteris, de integr.reſtit.& Trid.Synod.ſeſſ. 24 de reformat.capitu. 20.& ita Rebuff.eodem numero 155.

Decimò non poteſt interponere auctoritatẽ donationi iuris patronatus,ita Rebuff. eod.num. 184.

Vndecimò ſine ſpeciali mandato conſtituere Vicarium alium generalem nequit,ita Capell.Tholoſ.deciſ.39.quæſt.37. in Addi. At quid ſi Epiſcopus Vicario abſoluendi facultatem dedit à caſibus reſeruatis,an delegare alteri eam poterit? Planè ſic; nam delegatus hac ratione ád vniuerſitatem cauſarum delegatus dicitur, ergo tunc delegare poteſt,l.more, & ibi DD. ff.de iuriſd.omn. iud.& l.Iudice,vbi Iaſ.C.de iudi. Id quod facere poteſt,vel ſacerdos ipſe non ſit; delegare enim facultatem hanc poteſt; quandoquidem hoc eſt iuriſdictionis, atque ſic dixit Nauar.in conſilio vigeſimoſecundo, de pœniten.

Duodecimè nec commiſſa ipſi Epiſcopo, ſeu delegata Vicarius agere poteſt; ſicut è contrario,nec cõmiſſa Vicario Epiſcopus, ita Paul.quem refert, ac ſequitur Zaber. in Clemen.ſecunda,quęſt.9.num.8.de reſcrip. Quod locum habet, vel ſub nomine officij delegatio facta eſſet,ita Dec.in c. quoniam, vbi pluribus materiam hanc egit, de offic. delegat. An autem Epiſcopus delegare poſſit Vicario his verbis ei commiſſa, Oneramus tuam conſcientiam. Felin. ſenſit poſſe, in capit. finali, §. lis autem, de offic. ordinar.

Poſtremò, nec abſoluere à caſibus reſeruatis ab ipſo Epiſcopo; Nam in generali cõceſſione hæc non veniunt,cap.penul.de pœniten.libro 6.& facit,capit. generali, de regul.iur.lib.6.cum ſimil.& ita Rebuf.eodem num.179.Vbi tamen conceditur hæc poteſtas,concedi ſolet, vt & alteri delegari poſſit,ita Rebuff.eodem num. 180. Quod & de diſpenſatione diximus, & ita Felyn. in cap. at ſi clerici,§ de adulterijs, de iud. nume.3. verſic. Vicarius etiam Epiſcopi. Quare forma mandati Vicariatus diligenter erit conſideranda;nam ſi ſpeciatim non concedantur,vel ſinguli prædicti caſus;vel generatim videlicet concedendo facultatem in omnib. caſibus,qui ſpeciale mandatum requirunt; ſicut etiam,ſi concedatur de aliquibus ſpeciatim,ac deinceps clauſula generali, ſcilicet addendo idem in alijs caſibus reſeruatis eiuſdem ſpeciei,nihil poteſt. Sed de hoc Vicario hactenus, qui iuriſdictionẽ habet, & ordinariam,vt DD. communiter concludunt,& Capel.Tholoſ eadem deciſ. numero 97.in Addit.His, & huiuſmodi exceptis reliqua omnia facere poteſt, & ita Iacob. Sbroz.de off.Vic.lib.2.

3 Verùm † quid ſi Vicarius Canonicus ſit, an præcedere alijs Canonicis debet in Choro,& in Capitulo? Planè non,ita Gloſſ in capitulo à Collatione,in verb.Prælatis,de appellat.& ita nut.ibi Gemin. in caſu noſtro, num.6.Etenim non interuenit ibi, vt Vicarius,ſed vt Canonicus, & ideo in ſuo loco eſſe debet, quamuis contrarium nonnulli ſenſerint,& malè,quos refert Nauar. in conſil.primo,num.2 de maior.& obedient. Excipitur tamen,vbi non collegialiter ſederẽt, vel incederent, & non, vt Canonicus, tunc enim præcedere debet, vt aſſeruit Iacob. Sbroz.eodem lib.2.quæſt.25.vbi diſputauit an præcedat Archidiaconus, idem fuit deciſum in Rota,vt ſcilicet Vicarius præcedat Archidiaconum, ſeu Archipresbyterum habentem primam dignitatem poſt Pontificalem,vt teſtatur Pariſ.de reſign.benefi. libro ſeptimo,quæſt.24.in fine. Secundo excipitur,vbi aliàs eſſet conſuetudo contraria,ita Nauar.in conſil.4.eodem, ſcilicet vbi vt Canonicus interuenit,præcedat,ita Nauar.eodem. Verum,quòd diximus Vicarium generalem in ſpiritualibus, & tẽporalibus creari, ſpiritualia accipiuntur, quæ ſpiritualia mere ſunt vel ipſis annexa, vt Sacramenta, Sacramentalia, & beneficia Ecclesiaſtica; temporalia verò reliqua, vel in iudicio, vel extra iudicium agãtur,vid.Rebuff.in pract. benef.in tit.de Vic.Epiſc.num. 18. cum ſequenti.Sed iam qualis Vicarius eſſe debet, videamus.

S V M M A.

1 *Vicarius Clericus eſſe debet.*
2 *Non coniugatus.*
3 *Peritus in ijs, quæ ad ſuum munus pertinent.*
4 *Non cenſura irretitus.*
5 *Mandatum habere debet de Vicariatu in ſcriptis.*

§. VIII.

§. Poſtremò Vicarius, qui creatus eſt, præterquam quod vigeſimum quintum annum

annum habere debet, iuxta capit. cùm in
1 cunctis, § inferiora, de electio. † Clericus eſſe debet, & ſaltem primam tonſuram habere; per ipſam enim quis in Clericorum numerum adſcribitur, cap. cùm contingat, de æta. & qualit. nam cùm habeat exercere cauſas eccleſiaſticas, & ſpirituales, nec non de perſonis eccleſiaſt. iudicare, ſi laicus ſit, hæc nõ poteſt, cap. decernimus, & cap. at ſi Clerici, & cap. Clerici, de iud. & cap. nullus, & capit. diligenti, de fot. competen. iure meritò igitur laicus Vicarius eſſe non poteſt, atque ſic habetur in cap. in noua, 16. quæſt. 7. vid. & ſic inquit Gloſſ. in capit. præter, §. verum, in verbo, Ducibus, diſt. 32. & in cap. benè quidem, in verbo Laico, diſtinct. 4. & Abb. in capit. decernimus, & Viu. qui de communi ſententia teſtatur in ſua Sylu. opin. 440. numero 1. Quare, & Clericalem habitum gerere debet, alioquin pro laico haberetur, & exiſtimaretur, cap. ſi iudex, de ſenten. excommun. lib. 6. & l. item apud, §. ſi quis virginẽ, ff. de iniur. & Rebuff. in ſua Prax. benef. in forma Vicariatus, numero 37. cum ſequen. Et idcirco neceſſe habet probare ſe eſſe Vicarium.

Secundò requiritur non ſolum, vt Cleri-
2 cus ſit † verùm etiam ne ſit coniugatus; nam Clericus talis, eſtu habeat duo priuilegia Clericorum, ſcilicet priuilegium fori, & priuilegium, cap. ſi quis ſuadente diabolo, cap. vnic. de Cler. coniug. libro 6. (ſeruatis tamẽ illis, quæ ibi habentur, & apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.) In reliquis tamen pro Laico habetur, & idcirco Vicarius eſſe non poteſt, ita DD. tradunt in eodem capit. vnic. & Abb. in c. ſanè eodem, in antiq. & Viu. eadem opin. num. 2. Monaci autem, & Canonici Regulares, necnon Mendicantes, an Vicarij eſſe poſſint, dixit Rebuff. eo. num. 35. cum ſeq.

3 Tertiò † debet eſſe peritus in ijs, quæ ad ſuum munus exercendum pertinent. Quare in iure Pontificio, ac ciuili verſatus eſſe debet. Item Moralem Theologiam non ignorare, quo munus ſuum, vt decet, præſtare poſſit; non enim imperitia excuſatur, ſi delinquat, argum. § imperitia, in Inſtit. ad leg. Aquil. & facit, cap. non eſt putanda, & ibi Gloſſ. prima, quæſt. prima, alioquin mortiferè peccat, ſi ob eius imperitiam veriſimile eſt damnum aliquod notabile eneuturum, ita dixit Nauar. in Mau. capitu. 25. num. 12. Immo Epiſcopus tenetur ad reſtitutionem damnorum, quæ iniuſtè dedit; ipſi enim tribuitur, qui malorum hominum opera vtitur, l. ex maleficijs, in fine, ff. de act. & oblig. ex malef. & vt ſupra diximus. Excipitur tamen, vbi communi opinione pro bono haberetur; ſed corruptus fuit ignorante Epiſcopo, ita tradidit Rebuff. in ead. forma Vicar. nu. 188. cum ſeq.

4 Quartò † cenſura irretitus eſſe nõ debet; non enim electio eius valeret, vel occultus eſſet, vt probaui in Tracta. meo De Cenſur. Atqui an valebũt interim ab ipſo acta, quouſque ignoratur ipſum eſſe talem? Planè acta valebunt, ex quo eſt in quaſi poſſeſſione ſuperioris auctoritate, & communi opinione pro habili habetur, l. Barbarius, ff. de off. prætor. & tradidit Innoc. in cap. nihil, de elect. & Ego in Tract. meo de Irregul.

5 Poſtremũ † antequam munus ſuum exerceat, mandatum in ſcriptis teſtibus munitum ab Epiſcopo habere debet; non enim ſat eſt inſtrumentum ſecretarij ſigillo ſignatum, l. inſtrumenta, & l. rationes, C. de probat. & ita Rebuff. in eadem Prax. in titu. De Vicar. Epiſcop. num. 8. iunct. nume. 13. Hic autem Vicarius electus ordinarius eſt, & ſuum tribunal idem cenſetur, quod Epiſcopi. Quare ab eo ad Epiſcopum non appellatur, vt DD. communiter concludunt: maiorem tamen iuriſdictionem ſibi retinet, vt dixit Rebuff. in forma Vicar. Epiſcop. atque idcirco ſtatutis Epiſcopi obligatur, & caſib. reſeruatis. Sicut autem Vicarium habere debet, ita in aliquo loco Diœceſis, vt in ciuitate debet habere tribunal, ſcilicet, vbi conſuetudine ſolet habere, eſto in quacunq; parte Diœceſis ius dicere poſſit, capit. cum Epiſcopus, de off. ord. lib. 6. & ita Nauar. in conſ. 2. de off. ordin. De Vicario autem Epiſcopi egit Bertach. in 7. par. 4. libri, & nouiſſimè Iacob. Sbroz. in Tract. de Vic. Epiſcop. Sed quoniam Vicarium foraneum etiã conſtituere ſolet, ob eam rem, & de ipſo agamus.

S V M M A.

1 *Vicarium foraneum habere Epiſcopus poteſt.*
2 *Vicarius foraneus iuriſdictionem delegatam habet.*

§. IX.

1 § Nonò † Epiſcopus etiàm Vicarios foraneos habere poteſt. Idque meritò; ſi enim generalem conſtituit, & habet multo magis & hos particulares habere, & conſtituere poteſt.

2 Hic autem † Vicarius delegatam iuriſdictionem habet, vt dixit Gloſſ. in Clemen. 2.

in

Digitized by Google

in verbo, Foraneo, de reſcript. & ſequitur ibi Zabar., & Nauar. in conſ. 36. nume. 1. & Bart. in l. prima, in fine, ff. quis, & à quo, & Alexa. & alij in Rubr. ff. de off. eius, & Sbroz. de off. Vic. lib. 1. quæſt. 23. num. 6. Quare ab ipſo ad Epiſcopum appellatur; non enim idem tribunal facit, ſicut Vicarius generalis, ita Cardin. in Clem. 2. num. 24. de reſcri. & magis communem opinionem hanc eſſe teſtatur Couar. lib. 3. var. reſol. capitu. 20. & ſequitur Sbroz. eodem numero 9. Quare in hoc differt à Vicario Generali, qui eſt ordinarius, cap. Romana, de appellat. libro 6. & communis opinio eſt, vt teſtatur Couar. eodem cap. 20. num. 4. Differt etiam à Vicario Generali, quandoquidem foraneus in certo loco, vel certa parte diœceſis, vel in certis actibus conſtituitur Generalis verò in tota diœceſi, & in omnibus caſibus, quamobrem cenſetur eadem perſona cum Epiſcopo, & facit idem auditorium, & conciſtorium cum eo, cap. ſecundo, de conſuetud. lib. 6. cit. capit. Romana, de appell. Hinc factum eſt, vt ab eo ad Epiſcopum non appelletur, ita Sbroz. ibidem. Auctoritas igitur eius à delegatione pendet, & idcirco delegationis forma diligenter erit inſpicienda. Verum quid, ſi ſimpliciter conſtituatur, quam iuriſdictionem habebit? Planè habebit vniuerſam in toto loco, vbi eſt conſtitutus, vbi ſimpliciter data ſit, argum. l. de pretio, ff. de pub. in rem act. & idcirco ad vniuerſitatem cauſarũ delegatus exiſtimabitur. Excipitur tamen, niſi conſuetudo alia eſſet; ea enim ſeruabitur, Quare hodie in quibuſdam diœceſibus nullam, vel modicam iuriſdictionem habent, ſed meri executorea mandatorum epiſcopi, atque Vicarij eſſe videntur. Vicarij autem prædicti, & Generalis, & foraneus ad ſyndicatum non tenentur, ita Gregor. XIII. quem refert Prax. Archiepiſcop. Neapolit. cap. 71. Sed iam de alijs agamus,

S V M M A.

1 *Aſſeſſorem etiam Epiſcopus aſſumere ſibi poteſt.*
2 *Aſſeſſor an iuriſdictionem habeat.*
3 *Aſſeſſor Epiſcopi laicus eſſe poteſt.*

§. X.

1 §. Decimò † aſſeſſorem epiſcopus aſſumere ſibi poteſt; nam epiſcopus ordinaria iudex eſt, tot. tit. de off. ordin. Iudex autem ordinarius quilibet aſſeſſorem aſſumere ſibi poteſt, l. fina. C. de aſſeſſ. atque ſic tradidit Iaſ. in rubr. in fine, de off. aſſeſſ. Id autem ſumma ratione factum eſt, quo eius cõſilio atque prudẽtia adiuuetur, & cauſas celerius peragat, quod maximè curare debẽt cap. finem litibus, de dol. & contuma. l. properandũ, C. de iud. Accedit contingere poſſe ordinarium iuris peritum non eſſe, vel ægrotum, vel multis negotijs detentum, & idcirco aſſeſſorem ei neceſſarium eſſe, vt dixit Gloſſ. in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem de reſcript. lib. 6. vbi quando à delegato ſumatur, & quorum ſumptibus, ſcilicet litigantium dicitur.

2 Hic autem aſſeſſor † communi iure iuriſdictionem non habet, ſed ſolum Ordinario conſulit in iure quid facere debeat, ita Iaſ. dixit in eadem rubr. num. ſecundo, vbi alios quoſdam idem ſentientes refert; Appellaturq; aliquãdo Vicarius poteſtatis, vt dixit Iaſ. in eadem rubr. & hodie appellatur Auditor; audit enim cauſas, & quid iuris ſit conſulit; non autem ſententiam deinceps fert; & officiũ nobile eſt, quandoquidẽ eo functi ſunt Iureconſulti tam veteres, quã recentiores celeberrimi, vt refert Iaſ. in eadem rubr.

3 Atqui, † an laicus aſſeſſor eſſe poteſt? Videbatur dicendum non poſſe; ſic enim aſſeruit Gemin. in eodem §. aſſeſſorem: Accedit quòd Vicarius Epiſcopi laicus eſſe non poteſt, vt vidimus.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet & laicum aſſeſſorem eſſe poſſe, ita dixit Abb. in cap. decernimus, de iud. & Iaſ. in eadem rubr. num. 3. vbi plures alios idem ſentientes refert, & Addit. ad Abb. in cap. cum cauſam, nume. 9. in littera B. de elect. & Viu. in ſua Sylu. opin. 440. numero 3. qui ſententiam hanc communiter receptam eſſe teſtatur, & cuiuſuis Iudicis eccleſiaſtici laicum aſſeſſorem eſſe poſſe dixit; Id quod etiam ratione probatur; nam hic nullam iuriſdictionem habet, vt diximus, ſed ſolum quid in iure ſit, conſulit; hoc autẽ quemuis laicum facere poſſe nemo dubitat, quamobrem id tollitur, quod de Vicario dictum eſt, qui iuriſdictionem ordinariam habet, vt diximus. Sed iam ad delegatum tranſeamus,

S V M M A.

1 *Delegare Epiſcopus, quæ ordinis ſunt, poteſt.*
2 *Item, quæ iuriſdictionis ſunt fori pœnitentiæ.*
3 *Tertiò, quæ ſunt fori exterioris, vel meri, vel mixti imperij ſint,*

§. XI.

§. XI.

Vndecimò præter Vicarios, & aſſeſſorem delegare Epiſcopus cauſas poteſt: Tum eas, quæ ordinis, quam quæ iuriſdictionis ſunt, ita dixit Gloſſ. in cap. peruenit. diſtinct. 95. & Gloſſ. cap. in capit. quarto, de conſuetud. & facit cap. aqua, de conſe. eccl. vel altar. & quamuis ea, quæ ordinis ſunt, qua ratione delegarentur infra explicauimus, hic tamen ſummam omnium breuiter faciamus.

1 Primùm † igitur delegare poteſt, quæ ordinis ſunt, vt collationem Confirmationis, & Ordinis: Secundò conſecrationes eccleſiæ, altaris, calicis, patenæ, cãpanæ, criſmatis, & olei ſancti, necnon catechumenorum. Tertiò reconciliationes eccleſiæ conſecratæ pollutæ. Quartò benedictionem veſtium ad diuina facienda pertinentium, vt Amictus, Albæ, Cinguli, Manipuli, & Stolæ, ac Caſulæ; ſicut enim prædicta ordinis Epiſcopatus ſunt, vt habetur in cit. cap. aqua, de conſecr. eccl. vel alt. ita benedictio proximorum cõſuetudine ad Epiſcopos ptinet, ita dixit Zabar. in Clemen. attendentes, §. ſtatuimus, num. 3. quæſt. 2. de ſtat. monach. & Fran. in capitu. Abbates, de priuileg. libro 6. & de communi ſententia teſtatur Abb. in conſi. 2. num. primo. Item benedictionem Corporalium, Cœmiterij, Abbatum, & Monialium. Poſtremò benedictionem ſolemnem ſupra populum; hæc enim omnia ordinis Epiſcopatus ſunt, & ſuo loco id probauimus, & habetur in tit. de ſacr. Vnct. & in tit. de conſe. eccl. vel altar. in antiq. & 6.

Hæc autem delegari poſſunt ijs tantùm qui Epiſcopi ſunt, vt habetur in cit. c. aqua, de conſe. eccl. vel altar. ibi enim dicitur, quę ordinis ſunt Epiſcopalis, non eſſe inferioribus Clericis demandari. Idem dixit Glo. in cap. peruenit, diſtinct. 95. & facit, capitu. manus, de conſe. diſtinct. quinta, & Couar. variar. reſolut. libro 3. cap. 20. (vbi delegationis materiam pluribus egit) num. 3. verſ. Non me latet. Idque merito; nam per delegationem iuriſdictio ſolùm quodammodo tribuitur, vel potius materia apta ad has conſecrationes faciendas; non enim ſat eſt materia, & poteſtas iuriſdictionis, ſed requiritur ordo, qui p delegationẽ non tribuitur, ita dixit Gloſ. ſingul. in cit. c. aqua de conſe. eccl. vel altar. & Gloſ. in cit. c. quando, de tẽpor. ordin. & Abb. in cap. accedentibus, de exceſſ. præla. & communiter DD. vt teſtatur Azor. Inſtit. Moral. par. 2. libro 3. capit. 30. quæſt. ſeptima. Non poteſt etiam dare inſignia Epiſcopatus, ſcilicet Mitram, Bacculũ, Annullum, & huiuſmodi, cap. vt Apoſtolicæ, de priuileg. libro 6. Quare non eſt amplexanda opinio Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 22. num. 9. qui aſſerũt Vicarium Epiſcopi in remotis agente poſſe ordines conferre per cap. cùm nullus, de tempor. ordin. lib. 6. nam eo iure id non dicitur, ſed hoc ſcilicet licentiam dare poſſe, vt ordines ſuſcipiãtur, quod diuerſum eſt à collatione. Etenim delegatio prædicta, ſi fiat ſimplici Sacerdoti, nulla eſt, & ea vtens nihil facit, ita Gloſſ. in cit. cap. manus, de conſe. diſtinct. quinta, & Azor. ibidem eius tamen opinio locum habere poteſt, vbi Epiſcopus eſſet. Ex cauſa tamen licentiam dare poteſt Clericis ordini ſacro non initiatis vaſa ſacra tangendi iuxt. Turrecrem. in cap. ſancta, de conſe. diſtinct. prima, Benedictio etiam Monialium à Sacerdote fieri poteſt mandante Epiſcopo, capitulo primo, & capitulo ſecundo, 26. q. 6.

2 Secundò † quæ iuriſdictionis ſunt, etiam delegari poſſunt, vt dixi, & primò, quæ fori pœnitentiæ ſunt, vt abſoluere à caſibus ipſi Epiſcopo communi iure reſeruatis, vt habẽtur in cap. finali, de off. ordin. omnia enim, quæ Epiſcopo permiſſa ſunt, ob eius dignitatem, delegare poteſt, vt ibi dicitur.

De caſib. verò, quos ſibi Epiſcopus reſeruauit, poſſe ipſum delegare facultatem abſoluendi dubitationem non habet, arg. cap. pen. de pœn. lib. 6.

3 Tertiò † delegari queunt, quæ fori exterioris ſunt, vtpote cauſæ, vel meri imperij ſint. De iure Pontificio enim omnia, quæ ordinis, & iuriſdictionis ſunt, delegari queũt, vt habetur in cap. quod ſede, & ibi Abb. no. ac DD. de offic. ordin. & in cita. capit. aqua, & ibi Gloſſ. ac Abb. Item cenſuras ferre, vt ab ipſis abſoluere, & alia, de quib. infra.

Verùm quibus delegatio fieri poteſt? Habito reſpectu ad cauſas fori pœnitentiæ, Sacerdoti tantum delegari queunt, capit. omnes, de pœnitent. & habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 14. de pœnitent. capitu. 6. & ſeſſ. 23. de reformat. cap. 15. Habito reſpectu ad cauſas fori exterioris Clericis permitti poſſunt, vel ſimplices ſint. Immo cauſas eccleſiaſticas ciuiles laico delegari poſſe dixit Gloſſ. communiter recept. in capitulo decernimus, de iud. & teſtatur ibi Dec. num. ſeptimo, & nume. 44. & ſequitur, ac refert Viu. eadem opin. 140. Secus autem de ſpiritualibus & criminalibus, vt dixi. Sed iam de alijs, quorum opera ſuas functiones Epiſcopus obire facilius poteſt agamus.

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Fiſchalem Epiſcopus habet.*
2 *Familiam armatam habere poteſt, ideſt gli ſbirri.*
3 *Carcerem itidem habere debet.*
4 *Brachium ſeculare implorare poteſt.*
5 *Iudicem laicum habere debet, ſi iuriſdictionem ſecularem habet.*
6 *Coadiutorem habere poteſt.*

§. XII.

1 §. Duodecimò † Fiſchalem Epiſcopus habere debet; per ipſum enim expurgatur diœceſis ab omnibus delictis, de quo egit Diaz. in pract. Crim. Canon. cap. 4. & cap. 5. & in cap. fin. & appellat cap. iura clamor, & ibi DD. de teſt.

2 Decimotertiò † familiam armatam itidē habere poteſt ad iuſtitiam exequendam, ideſt *gli ſbirri*: & quamuis Abb. in cap. ſignificaſti, de off. delega. leuioribus quibuſdam rationibus contrarium ſentiat, à prædicta tamen opinione diſcedendum non eſt, quæ eſt communis, vt teſtatur Diaz. in eadem Prax. cap. 151. num. 23. & ita tenet Bald. in l. nam ſalutem, §. fina. ff. de præfect. vigil. & Dec. in eodem cap. ſignificaſti, num. 5. pluribus probat, & Sbroz. de off. vic. libro 2. quæſtio. 191. & Fuſch. de Viſitat. lib. 2. cap. 32. num. 16.

3 Decimoquartò † Carcerem habere debet. Tum ad cuſtodiam delinquētium; tum etiā ad pœnam, vt habetur in cap. 3. de pœn. nō tamen in eodem carcere mares, & fœminæ poni poſſunt, l. 3. C. de cuſtod. reorum. Qua ratione autem viſitandi ſint, & quid faciendum, infra declarauimus.

4 Decimoquintò. † vbi Epiſcopus per ſe exequi ſuas ſententias non poſſet, & ſuam iuriſdictionem, brachium ſeculare implorare valet, cap. 1. & ibi DD. ff. de off. ordin. & cap. dilecto, de ſenten. excommun. lib. 6. & nouiſſimè Triden. Synod. ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat. & ſeſſ. 25. cap. 5. de reformatio. cum ſimil. De qua re pluribus egit Diaz. eodem cap. 151. etſi id recuſet, arbitraria pœna puniri poteſt, vt cenſuris, & alijs pœnis, cap. 2. de maled. & Diaz. eodem num. 10. Præterquam quòd impedientes Epiſcopos, & prælatos, quominus ſuam iuriſdictionem exerceant, per Bullam Cœnæ Domini, capit. 16. quam explicauimus in Tract. eiuſdem, par. ſecunda, eodem capit. 16. ipſo facto excommunicati ſunt. Poteſt etiam petere, vt accommodet eum de familia, ita Prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 43. vbi etiam habetur, an cognoſcere Iudex laicus poſſit de ſententia.

5 Decimoſextò † ſi habet iuriſdictionem ſecularē, cuiuſmodi habet Epiſcopus Imolæ in oppido Bagnaræ, iudicem ſecularem habere debet, ne contingat ipſum irregularem fieri, ſi cui mors inferenda, membrumvè mutilandum ſit, vt habetur in cap. fina. & ibi DD. ne Cler. vel Monac. lib. 6. cuius Canonis materiam egi pluribus in Tract. de Irregul. cap. 5. § 8.

6 Decimoſeptimò † ſi ipſe Epiſcopus inhabilis factus ſit, Coadiutor ei datur, capit. ex parte, de Cler. ægrot. & ibi Abb. not. & in capit. fin. eodem, & Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 7. & Pariſ. de reſigo. beneſ. lib. ſeptimo, quæſt. 20. vbi etiam cauſas recenſet, quamobrem detur. Hic Coadiutor autē à Romano Pontifice tantum datur, vt dixit Abb. in cap. fi. de Cler. ægrot. His ergo, ac prædictis Epiſcopus vtitur ad ſuam Eccleſiam gubernandam.

SVMMA.

1 *Reſidere in ſua diœceſi Epiſcopus debet.*
2 *Pœna qua efficitur Epiſcopus non reſidens.*
3 *Epiſcopus quando à reſidentia excuſetur.*

§. XIII.

1 §. Decimooctauò † in ſua diœceſi Epiſcopus reſidere debet; ſi enim inferiores Clerici, qui animarum curam habent, ad id tenentur tot. tit. de Cler. non reſiden. multo magis Epiſcopus, qui grauiorem curam habet, reſidere debet, atque ſic nouiſſime Trident. Synod. ſanciuit, ſeſſ. 6. de reformat. capit. 1. & ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. & Diaz. in ſua Prax. Crim. Canon. & Addi. ad ipſum, vbi pluribus rem hanc egit. capit. 52. Idque meritò; nam Epiſcopus, & Paſtoris, & Sacerdoris, & Iudicis in primis perſonam gerit; ac paſtor ſi abſit, nec verbi Dei prædicatione, neque exēplo paſcere oues ſuas poteſt, nec egentibus opem ferre, vt per ſe patet. Vt Sacerdos verò nec Sacramenta adminiſtrare, nec alia cōmodè obire valet. Vt denique Iudex, nec nocentes punire, vitiaque cōmodè coercere valet. & pulcherrimè dixit Triden. Synod. eadem ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. Iure igitur reſidere in diœceſi debet. Nec facit, ſi dicatur per alios prædicta obire poſſe; nam hoc nihil eſt. Tum quòd electa perſonę induſtria eſt, ergo niſi neceſſitas cogat, mandare ſua munera alteri non debet.

bet, atq; c.fin.§. fin.de off. deleg. Tum quòd per alios facere remedium extraordinariũ eſt, per ſe autem ordinarium: & quando locus eſſe poteſt remedio ordinario, extraordinarium remedium ceſſat, ita DD. in l.incautè, 2.ff.de oper.non.nunc.& facit, c.3. & cap.penult.& capit.fin.de Cler.ægrot. Tum quòd ſi per alios ſua munera Epiſcopus exercere poſſet, liceret etiam Epiſcopus non dignos elegi, cuius contrarium probatum eſt. Debent enim eſſe ætate, ſcientia, ac moribus præſtantes. Tum quòd diuino præcepto mãdatum eſt, vt Epiſcopi, qui paſtores sũt, ſuas oues agnoſcant, vt dixit Trid. Synod. ſeſſ.23.cap.1. at qua ratione poſſunt hoc facere abſentes? Tum quòd ſi magiſtratus ſeculares à ſua iuriſdictione diſcedere non poſſunt, nec foris pernoctare, vt dicitur in l. illud obſeruandum, ff. de off. præſid. & omnes Artifices ſuis artibus aſſiduè operam dant, quanto magis Epiſcopi, qui animarũ curam habent, præſentes eſſe debent, & ab ipſorum curam non diſcedere? Ob has cauſas igitur Epiſcopus in ſua diœceſi reſidere debet, & functiones ſuas, quantum poteſt, per ſe obire. Non enim ſatisfacere mihi videntur ſuo muneri, qui ab Eccleſia ſua quidem non diſcedunt, atque diœceſi; ſed tamẽ ſua munera alijs obeunda prorſus mandãt; nam reſidere intelligitur cum effectu, ita vt operetur, vt diximus de Parochis, & facit ca pit. relatum, de Cler. non reſid. & iura allegat. per Zabat. in Clem. vnic. de for. compe. quæſt. 13. num. 22. Quare non mihi placuit quorundam Epiſcoporum conſuetudo, qui omnia Vicarijs facienda relinquunt. Tum quòd ipſi Paſtores ſunt, & de grege ipſis credito rationẽ Deo reddere in primis habent. Tum quod pro Coadiutore Vicarius datur, ergo, & ipſi ordinarij operari debent. Tum quod Chriſtus Dominus, dum in hac vita eſſet ſuas oues nemini commendauit, ſed earũ ipſe curam geſſit. Poſtquam autem ſurrexit dixit: Paſce oues meas. Ioan. 12. Reſidere autem debet in Eccleſia Cathedrali, vt ait Gloſſ. in cap. Epiſcopus diœceſanus, diſtinct. 3. nec vagari debet per diœceſim, niſi cauſa aliqua vtili, aut neceſſaria: aliquando tamen vtile eſt, vt abſit, quo magis rediens charior fit, ita Bertacb. in Tract. de Epiſcop. parte prima, lib. 4. num. 4. Vbi autem reſidet Epiſcopus, priuilegio hoc fruitur, quoniam contra Clericos ſeculares, & etiam regulares extra clauſtra degentes quacunque ratione exemptos iuriſdictionem exercet, vt habetur in Bulla Pij Quarti, incip. De ſalute gregis, verſ. Et inſuper ipſis Epiſcopis, quæ eſt in ordine 17. & in Bullar. pagin. 679. & refert Steph. Quarant. in ſumma Bullar. in verbo, Exemptio. Sed de his hactenus iam de pœnis Epiſcoporum non reſidentiũ agamus.

a Primùm igitur † ſi abſque cauſa à ſua Eccleſia Epiſcopus abſit, mortiferè peccat, vt DD. communiter concludunt, ſicut teſtatur Tolet. lib. quinto, Inſtit Sacerd. cap. 4. numero 1. & vt nouiſſimè tradidit Triden. Syno. eadem ſeſſ. 23. de reformatio. cap. 1. verſi. ſi quis autem.

Secundò pro rata temporis, quo abeſt, fructus ſuos non facit, nec tuta conſcientia retinere ipſos poteſt etiam declaratione alia non ſecuta: ſed tenentur illos fabricæ eccleſiæ, vel pauperibus erogare, ipſovè ceſſante ſuperior Eccleſiæ id facere debet, & nulla conuentio, vel compoſitio de fructibus fieri poteſt, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs cuiuſcunque Collegio, vel fabricæ conceſſis, vt ibidem dicitur.

Tertiò, ſi vltra tres menſes abfuerit, tunc præter mortiferum peccatum. ipſo facto quarta parte fructuum illius anni priuatur, quæ pars per ſuperiorẽ Eccleſiæ applicanda eſt fabricæ, & pauperibus loci. Item ſi per alios ſex menſes in abſentia perſeuerauerit, aliam quartam eàdem ratione amittit applicandam per eundem eiſdem, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. 6. cap. primo, verſ. ſi quis à Patriarchali. Poſtremò creſcente contumacia intra tres menſes Metropolitanus de abſentia ſuffraganei Romanum Pontificem per litteras, nunciumvè certiorem facere debet; alioquin elapſis tribus menſibus ipſo facto ingreſſu Eccleſiæ priuatus eſt ipſe Metropolitanus, ita dicitur in eodem cap. 1. ſeſſ. 6. Quare Romanus Pont. priuare poterit Epiſcopum, & de alio Eccleſiam prouidere; poteſt enim Epiſcopus hac ratione Epiſcopatu priuari, cap. 2. & capit. ex parte veſtra, & cap. qualiter Archiepiſcopus, de Cleric. non reſiden. Hæc igitur ſunt pœnæ præſcriptæ à Trident. Synod. non reſidentibus.

Poſtremò, ſi foris moriatur, & extra diœceſim bona acquiſita Eccleſijs, cuiuſcunque quantitatis, nõ & qualitatis tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertinent, ita habetur in Bulla Pij Quarti, incip. In ſuprema militantis Eccleſia publicata die 4. Decembr. 1564. in Bullar. 833. quæ eſt in ordine 115. & executorem idem Pius Quartus, dedit Auditorem Cameræ iuxta formam, quæ habetur in Bulla eiuſdem incip. Cum

tam per ſacroſanctã, quæ eſt in ordine 113. in Bullar. pag. 848. Et hęc locum habent; vel facultas ei conceſſa eſſet teſtandi de ipſis, ac diſponendi liberè, etiam ſi diſpoſuerit.

3 Pœnas † euadit primò tamen, vbi modicum abeſt; quandoquidem modicum pro nihilo reputatur, argum. l. ſcio, ff. de in integr. reſtit. Hinc mulier, quæ diuertit à marito, ſed breui reuerſa eſt, diuertiſſe non videtur, l. diuortium, ff de diuort. & l. pleriq; ff. de ritu nupt. atque ſic Trident. Synod. dixit, ſeſſ 23. de reformat. cap. 1. verſ. Quoniã autem Quo autem pęnam effugiat, quatuor concurrere debent. Primùm, vt ex cauſa æqua id fiat, vt dicitur in eodem verſi. ibi. Et haberi rationem, vtpote valetudinis gratia, récipiendi aliquem Principem virum, viſendi ſuos, qui vel ægrotant, vel inter ſe diſſident, quò ipſis opem ferac, concilietq; inter ſe, ita Tolet. ibidem, nume. 2. verſ. prima. Secundò requiritur, vt fiat abſque gregis ſui detrimento, vt dicitur in eodem verſicu. ibi Abſque vllo gregis detrimento. Si ergo Eccleſia ſua eius opera egeret, diſcedere nequaquam debet. Tertiò requiritur ne intra annum tempus huius abſentiæ ſit vltra duos, vel tres menſes, ſiue coniunctim, ſiue ſeparatim. Vel igitur ter, vel quater, vel ſæpius abſit abſentiæ tempus hoc menſes tres egredi non debet, vt dicitur in eodem verſicu. abſentiæ ſpatium. Poſtremò, ne abſentia hæc ſit his temporibus, ſcilicet tempore Aduentus, Natiuitatis Chriſti Domini, Quadrageſimæ, Paſchatis, Penteco ſtes, Corporis Chriſti Domini, ita dicitur eodem verſ. His enim temporibus Eccleſia ſuo paſtore inprimis eget. His igitur quatuor concurrentibus pęnas euadet, quas ſubeunt ij, qui abſunt etiam ſi tres menſes nõ egrediantur. Item per hoc tempus non requiritur alia ſuperioris licẽtia, vt dixit Addit. ad Diaz in ſua Prax. Crim. Canon. cap. 55. verſ. illud verò circa. Ex his patet ſine iuſta cauſa nunquam licere à diœceſi Epiſcopo abeſſe.

Secundò Epiſcopus non incidit in pęnas, in quas incidunt, qui vltra tres menſes abſunt, vbi adeſt legitimum impedimentum, ſeu iuſtæ, & rationabiles cauſæ, vt colligitur ex cit. cap. 1. ſeſſ. 6. Tunc enim nec peccat, & prædictas pęnas euadit, cauſæ autem quinque ſunt præpoſitæ à Trident. Synod. ſeſſ. 23. de refor. c. 1. ſcilicet.

Aut Chriſtiana charitas, vtpote in alterius diœceſi inter magnos Principes graues inimicitiæ ortæ ſunt, quas inter ſe conciliare Epiſcopus poteſt, vel Princeps eget conſilio ſuo in re aliqua graui; in hoc caſu, & huiuſmodi abeſſe poterit. Sicut etiam ſi periculum eſſet alicuius hæreſis in aliqua Ciuitate, & Epiſcopus ſuccurrere poſſet, modo graue damnum in ſua non ſequatur, ordinata enim charitas eſſe debet, l. præſes, C. de ſeruit. & aqu.

Aut vrgens neceſſitas, vtpote graui morbo affectus eſt, & niſi locum mutet, vitæ periculum adit, vel perſecutiones in ipſum ortæ ſunt; in his igitur caſibus abeſſe poteſt, atque ſic Sacra Congregatio declarauit, & Addit. ad Diaz. eodem capit. 52. verſ. Quintus, & verſ. Octauus, modò tamen Eccleſia ſua detrimentum ſpirituale non patiatur; tunc enim potius mortem oppetere debet, quã gregẽ ſuũ deſerere iuxta illud Chriſti Domini, Bonus Paſtor ponit animam pro ouibus ſuis, ita habetur in cap. ſuggeſtum, & in duob. ſeq. & in §. hnc etiã, vbi Gloſſ. magiſtr. viden. 7. quæſt. 1. & in capit. niſi, § propter malitiam, de renunc. & ibi Innoc. numero 4. & Abb. in verbo, Propter malitiam, vbi habetur quando paſtor Eccleſiam deſerere poteſt ob perſecutiones, atque ſic dixit Tolet. eodem nume. 3. verſicu. Tertiò. Si ergo periculum eſt, ne aliquis hæreticus inficiat ſuas oues, vel Tyrãnus aliquis abire nõ dẽt.

Aut debita obedientia; hoc autem contingit, vbi Romanus Pont. Epiſcopum aliquò mitteret pro Nuncio ad aliquem Principem, vel Rempublicam, vel ad aliquod bellum; tunc enim excuſatur. Idem ſi apud ſe habere ipſum velit. Si enim, qui eſt in ſeruitio Epiſcopi, excuſatur, capit. quod dilectus, & c. ad audientiam, & c. de cætero de cler. nõ reſid. multo magis, q Romano Põt. inſeruit, atque ſic dixit Addit. ad Diaz. eodem capit. 52. verſicu. Tertius caſus: itidem Tolet. qui limitationem quandam refert.

Aut euidens Eccleſiæ vtilitas, vtpote, vel ſuæ Eccleſiæ; tunc enim abeſſe poteſt, argumen. cap. ex parte tua, de Cler. non reſiden. vbi periurus Clericus non fuit, qui iurauit reſidere, ſi quo iura ſuæ Eccleſiæ tueatur, abſit; idem ſi adeſt vtilitas Eccleſiæ vniuerſalis, vtpote ad Concilium generale vocatus eſt, vel ob aliud ſimile, quod non ab alio æquè atque ab Epiſcopo fieri poteſt, ita Tolet. eodem verſ. Quarta, & Addit. ad Diaz, eodem cap. 52. verſi. Quartus caſus, quamuis hi duo caſus in antecedenti cauſa collocentur, vtilitas autem hæc euidens eſſe dẽt.

Aut Reipublicæ euidẽs vtilitas vtpote ſuæ Ciuitatis, vel alterius, modo tñ vtilitas id poſtulet, & euidens ſit; ſecus ergo ſi nõ adeſt euidens vtilitas. Hæc igitur cauſę ſunt, quam-

Digitized by Google

quamobrem vltra tres menſes Epiſcopus ſine vlla offenſa abeſſe poteſt.

Requiritur tamen primo, vt talis cauſa probetur, aut Romano Pontifici, aut Metropolitano, aut eo abſente, antiquiori Epiſcopo reſidenti, vt habetur apud Triden. Syno. eadem ſeſſ. 23. cap. primo, de reformat. verſic. Decernit eandem. Excipitur tamen vbi aliquod repentinum interueniret, quamobrem neceſſe eſſet propter aliquod munus, & Reipubl. officium Epiſcopatui adiunctum abeſſe, & certiores prædicti fieri nõ poſſent; tunc enim licentia non petita licet, ita ſancta Synod. eodem cap. verſic. Niſi cum abſentia.

Secundò requiritur, vt licẽtia hæc in ſcriptis detur; alioquin ſine ſcripiis nihil operatur; nam, vbi datur alicui facultas aliqua, quam non habebat cum aliqua qualitate, actus ille ſine illa qualitate geſtus non valet, vt dixit Gloſſ. in Clem. prima, in verbo, Iubentes de iurepatron. & Iaſ. in l. vniuerſa, num. 9. C. de precib. Imper. offer. At Metropolitanus non habebat hanc facultatẽ dandi hanc licentiam, & fuit ei data per Trid. Synod. cum hac qualitate, vt in ſcriptis daret, ergo aliàs data nihil operatur, atque ſic in re noſtra reſpondit Nauar. in conſil. ſecundo, numero decimo, de Cleric. non reſiden.

Poſtremò requiritur, vt dum abeſt, ſua eccleſia nullum detrimentum patiatur, ita Triden. Synod. eod. cap. Quare idoneum Vicarium relinquet.

His interuenientibus, vel vltra tres menſes, vel ſex, vel annum abſic, pęnas prædictas euitabit, ita Tolet. eodem verſ. ſecũdo. Altera abſentia. Ex his patet Epiſcopũ longiores peregrinationes facere non poſſe ſine licentia Romani Pontificis, cap. magna, de vot. vbi DD. Quid ſi vouit Epiſcopus religionem? vid. cap. per tuas, de vot. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus in ſua diœceſi tam ea, quæ ordinis ſunt, quam quæ iuriſdictionis exercere debet.*

2 *Extra diœceſim ſi exerceat functiones Epiſcopus an valeant.*

3 *In alterius diœceſi exercere non debet ſuas functiones; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

§. XIV.

1 §. Decimononò † Epiſcopus in ſua diœceſi, & in ſuos ſubditos ſuas functiones exercere debet, vel ordinis, vel iuriſdictionis ſint. Idque meritò. Tum quòd diœceſos diſtinctæ ſunt, quo quiſque ſuam gubernet, & ne quis in aliorum fines ingrediatur, capit. nullus, nona q. 2. & per totam illam quæſt. Tùm ne ſubditi neceſſe habeant ſuo incommodo foras exire. Tum deniqùe, quod ſi extra territorium exercere velit, parere eius ſubditi non coguntur, l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & cap. fin. de conſt. lib. 6. Quare vt ordinis functiones exerceat, vtpotè ordinib. cõferendis, Eccleſijs, Altaribus, rebuſque alijs cõſecrandis in ſua diœceſi eſſe debet; idem ſi, quæ iuriſdictionis ſunt, exerceat.

2 Atqui † ſi extra diœceſim hæc faciat, an nihilominus valebunt? Planè, quæ ordinis ſunt, rata erunt, ex quo poteſtas ordinis tolli non poteſt, nec impediri, quin operetur, vbi materia adeſt; quoad ea verò, quæ iuriſdictionis ſunt, non vtique omnia. In ſua diœceſi ergo ſuas functiones exercere debet, in quacunque parte diœceſis autem eas exerceat, nihil intereſt, cap. cùm Epiſcopus & ibi Gloſſ. & DD. de off. ordin. libro 6. Sic enim & Legatus in qualibet parte ſuæ legationis poteſt expedire, quæ ad illã ſpectant, & cauſam vnius Prouinciæ in alia Prouincia, quæ ſit ſuæ legationis, vbi multarum legatus eſt, cap. nouit, de off. delega. Idem & Archiepiſcopus in qualibet parte ſuæ diœceſis Archiepiſcopalis poteſt, cap. vt litigantes, de off. ordin. libro 6. Quare, etſi iure ciuili in loco maiorum ius dicere debent Iudices, l. penul. ff. de iuſt. & iur. locum tamen nõ habet in Epiſcopis, per cit. cap. cùm Epiſcopus, de off. ordin. lib. 6. Excipiuntur tamen loca exempta, quæ ſunt in Diçceſi; nam in ipſis iuriſdictionem exercere non poteſt, cita. cap. cùm Epiſcopus, & Clem. Archiepiſcopo, de priuileg. & ibi Gloſſ. in verbo, Etiam celebrare, & facit cap. luminoſo, 18. quæſtio. ſecunda. Poteſt tamen in eo loco in Pontificali celebrare, & coram ſe facere celebrare, & populo benedicere ſolemniter per cit. Clem. Archiepiſcopo, verſ. ſimili, & ibi Glo. & Zabar. in verſ. Si verò quæritur, ibi ſecundo caſu. Atqui ſi reſiſtant exempti ab Epiſcopo, & nollit, aut celebret, an Epiſcopus punire ipſos poſſit? Planè non, ſed aget coram Superiore exemptorum, quò ipſas cogat ſeruare conſtitutiones cit. Clemen. Archiepiſcopo, & ibi dixit Zabar. ibi, in fine,

verſ.Secundò quæro.Hoc autem de iore antiquo, ſecus de iore nooo, quod retulimus infra io cap.De Regularibus.Aliàs igitur in ſua diœceſi ſoa munera obire debet. Et de hac regula ſatis.

4 Altera regula eſt, ſcilicet † extra ſuam Diœceſim Epiſcopum ſuas functiones exercere oon poſſe,& primò, quæ iuriſdictionis per cit.cap.fin.de conſtit.& l.fin. ff.de iuriſdict.omn.iud.& cap.Epiſcopus cum duobus ſeq.9.qoæſt.2.& Rot.deciſ.7.num.3.de offic.Vicar.in nouis,& ita Gloſſ.in cap. nouit, de off.deleg. & Clem. 1. & ibi Gloſſ. de foro compet.etenim quoad iuriſdictionem contentioſam pro priuata perſona habetur Epiſcopus,vbi ſuam Diœceſim egreſſus eſt, argumen.l.2.ff.de off.proconſ.& leg.& l. fioa. ff.de off.præt.nam iuriſdictio cohęret territorio,l.fiu.& ibi Bart. C. vbi, & apud quos. Nõ etiam iu loco exempto ſuæ diœceſi, quæ iuriſdictionis ſuut exercere poteſt;vt habetur in cap.lominoſo,& ibi Gloſſ.iu ver.Collocare,18.quæſt. 2.& in cap.cum Epiſcopus de off.ordin.lib.6.& ibi Glnſſ. in verb. Non exempto,& Gemio.Ftanc.& DD.ibid.& ſupra proximè dixi.

Excipitur tamen primò,vbi agit ea, qoæ cauſæ cogoitioоem noo poſtulant, & iuriſdictionis voluutariæ ſunt,& ſine ſtrepitu iudicij fiunt,vt dixit Anchar. in Clem. dudum, nom.21.de ſepult.viden.Nam & hæc in alterius diœceſi fieri poſſunt, ita DD. inquiũt in cit.cap.nouit,de off.deleg.& Gloſſ. 2. in cit.l.fin.& ſequitur Iaſ.ibi,num.6. & numero 25.& DD.& Couar.var. reſolut. libro 3. cap.20.num.2.& Capic.deciſ.203.num.16. & Illuſtriſ.Tuſch.Pract.concluſ.in littera I, concluſ.546.vbi etiam declarat,quæ iuriſdictio voluntaria ſit,ſcilicet, vbi actus ſit ſine contradictore,& de plane, & ſine cauſæ cognitioue,nec tribonalis errectio ſeu Sedis. Quare iu aliena diœceſi delegationem facere poteſt,quandoquidem ſine cauſæ cognitione fit:quamois ſi ei,cui delegatio fit,nollet delegationẽ ſoſcipere,ad eam ſuſcipieodam cogere ipſum nõ poteſt,l.vlt.ff.de præfect.vrb.& ita Gloſſ.in cit.cap.nouit, & Iaſ. in eadem l.fiu.num. 89. Item poteſt beneficium conferre,cap.poſt electionem,de conceſſ.præbend.& cap.qua fronte, de appella. & ita Iaſ.io eadem l.fiu.num.7.& Rot.deciſ. 7.in Addit.num.5.de off.Vicar. io nouis, & not.io cap.primo,de inſtit.lib.6.ſcilicet cõferre beneficia eſſe iuriſdictionis voluntariæ,& Sbroz.de Vic.Epiſcop.libro ſecundo, q.112.vbi & Vicarium poſſe præſentatum extra diœceſim inſtituere aſſerit ſicut etiam beneficium conferre, vbi poteſtas conferendi ab Epiſcopo ei data eſt,ita Sbroz.eodem quæſt.102. Noo tamen concurſos fieri ab eo ibi poteſt.Et ad ſummom omnia poteſt, quæ caoſę cognitionem nou poſtulant, quandoqoidem alterius territoriũ hiſce functionibus nou violatur,ex quo tribunal non erigitur.Hinc Parochos extra Parochiam ſoũ ſubditum abſoluere in foro pœnitentiæ poteſt,vt dixit Hoſtien.in ſumm. de pœuitent. §.cui confitendum,verſ.Et modo, qui extra territorium,& ſupra Iaſ.in l.fin.num.6.ff.de iuriſdict.omn.ind.Poterit etiam vti inſignibus ſoæ dignitatis,vt anullo.Non autem inſignibus officij,& baculo, ita Ancharan. in Clemen.vnic.nom.3.de for.competen.Non etiam benedictiones ſolemues dare.

Secundò excipitur,vbi Epiſcopus diœceſis id ei permitteret; oam & contentioſam iuriſdictionem exercere tuuc poteſt, modo litigantes io id conſentiant,ita DD.& Iaſ.in cit.l.fina.num.14.& Rot.deciſ.7.numero 3. de off.Vic.in noois,& Abb. qui de communi teſtator in cap.nouit, de off. legat. & vt nos probauimus in Tract.de cenſuris, Tab. 1.cap.27.§.1.vbi materiam haoc pluribus egimos;Quæ igitur huc pertinẽt;illinc ſummautur; locos.n. ille omnino videndus eſt.

Tertiò excipitur caſus Clement. vnic. de for.competen.vbi quis à ſua diœceſi expulſus eſt,& nec per ſe,nec per alios io ſua diœceſi iuriſdictiouis poteſt:idem non recipiatur,vt ſenſit Gloſſ.ibi in verb. Expulſores, quod intelligit Zabar. ſi aliquando poſſeſſionem habuit,ita ibi.

Secundo principaliter Epiſcopus exercere noo poteſt in aliena diœceſi, quæ ordiois Epiſcopalis sũt, & ſic nec Pontificalia, vt habetur apud Triden.Synod.ſeſſ.6.de reform. cap.5.Nulli Epiſcopi(dicitur enim ibi) liceat cuiuſuis priuilegijs prætextu Pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de ordinarij expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario ſubiectas tantum. Hæc ibi ſancta Synod.Ex quibus propoſita concluſio habetur. Quare,nec ordines conferre,neque Eccleſias altaria,calices,aliavè conſecrare poterit,nec etiam corporalia, ita dixit Paul. Fuſch.de Viſit.lib.1.cap.22.nu.9.& reſpondit Nauar.in conſ.12. de Cler. excom.min.

Id quod locũ habet adeo,vt ſi contra fiat Eps ab exercitio Pontificaliũ ſuſpenſus ſit, & ordinati ab executione ordinũ,vt ibid.dicitur,vel bona fide id fecerit,ita Nauar.ibi.

Secundò locum habet, vel prætextu priuilegij id ſe poſſe aſſerat; tollit enim quodcunque priuilegium S.Syno. vt ibi dicitur.

Tet-

Digitized by Google

Tertiò, vel Epiſcopus Cardinalis eſſet; non enim ſancta Synod. diſtinguit, quiſnam Epiſcopus ſit, ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Quare, nec Patriarcha id poterit, nec Archiepſ.

Quartò locum habet vel in alterius Epiſcopi diœceſi beneficium Eccl. habeat, vel Eccleſiam aliquam ei ſubiectam ob eandem rationem, ita Sacra Congregat. in eodem capit. quinto.

Excipitur tamen, vbi haberet licentiam à Papa; præeſt enim ipſe Concilio, vt probaui in Tract. de Bulla Cœnæ Domini, & dubitationem non habet.

Secundò excipitur, vbi licentiam expreſſam ab Ordinario loci ad id haberet, vt inquit eadem Sancta Synod. eodem cap. quinto. Quare tacita non ſat eſſet. Vnde dictum Hoſtien. quem refert, ac ſequitur Zabar. in Clem. Archiepiſcopo, verſ. ſimili ibi. In ſecundo caſu, de priuileg. qui exiſtimauit tacitam licentiam ſat eſſe, ob diſpoſitionem Trident. Synod. hodie locum non habet. Quæ autem Pontificalia ſint, declaratur infra, vbi de materia agitur. Non tamen peccat, nec pęnam vllam incurrit Epiſcopus, qui per diœceſim alterius tranſiens à pijs hominibus rogatus benedictionem non ſolemnem tribuit, abſque animo iuriſdictionis exercendæ, ita dixit Epiſcopus Montis Marani in Man. Paſt. cap. 63. in fine. Idque meritò; eſt enim actus, qui & à laicis priuatis fieri poteſt ſine pęna. Hinc & Clericus ab officio ſuſpenſus, ſi recitet ſeptem Horarum preces tanquam laicus irregularis non fit, vt probaui in Tract. meo de Cenſur. Tab. 1. cap. 13. §. 14. & in pluribus alijs locis. Sed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Feriatis diebus iuriſdictionem exercere Epiſcopus non debet.*
Feriatis diebus an acta valeant.

§. XV.

1 Vigeſimò † diebus feriatis iuriſdictionem exercere Epiſcopus non debet, vbi cauſæ cognitio poſtulatur, cap. fin. de fer. &
2 l. actus, C. eodem. † An autem ſi contrafiat, facta valeant, & fieri poſſint? Breuiter concludendum eſt, primò fieri poſſe, quæ ordinis ſunt; quandoquidem in illis actionibus Deus in primis colitur. Quare tunc Confirmationis Sacramentum adminiſtrare, conſecrationes omnium rerum facere poterit, & multo magis ſolemniter Miſſæ ſacrum celebrare, & ad ſummam omnia, quæ ordinis ſunt obire ei licebit.

Quoad ea verò, quæ iuriſdictionis ſunt, & cauſæ cognitionem iudicialem poſtulant, regulariter fieri nequeunt. Excipiuntur tamen, quæ diximus de Cenſuria in eod. Trac. Tab. 1. cap. 77. §. 2. Secundò excipiuntur extraiudicialia, cuiuſmodi viſitare Eccleſias, & alia loca pia, examinare ad beneficia, ad confesſiones etiam huiuſmodi, hæc enim, vti pia quædam opera, fieri quocunque tempore etiam feriato poſſunt. Sed de Epiſcopo efficiente cauſa, & miniſtro Poteſtatis, atque officij Epiſcopalis hactenus, ad eiuſdem effectus iam tranſeamus.

De effectibus remotis, ſed primis officij, ac poteſtatis Epiſcopalis. Cap. V.

SVMMA.

1 *Dei honos*
2 *Salus animarum vnius Diœceſis*
} *Effectus remotis ac primi poteſtatis, atque officij Epalis.*

DE Epiſcopo, qui officium, ac poteſtatem Epiſcopalem exercere habet, iam egimus; modo de effectibus, eiuſdem poteſtatis agamus. Verùm, quod hi partim remoti, ſed primi ſunt; partim proximi, ſed ſecundi; ob eam rem prius de remotis, deinceps de proximis agamus.

1 Effectus igitur † remotus primus, ac princeps officij, ac poteſtatis Epiſcopalis, Dei honos eſt. Huc enim tota Epiſcopi mens, huc omne ſtudium, huc omnis denique eius actio ſpectare debet. Hinc Chriſtus Dominus inquit, Primum quærite Regnū Dei, &c. Hinc Decalogi Primæ tabulæ pręcepta ad Dei honorem reſpectum habent; ſicut etiam initium Orationis Dominicæ. Hinc denique Sancta Trident. Synod. in Decreto, de inchoando Concilio ſeſſ. 1. finem hūc ſibi propoſuit, & ſeſſ. 21. de reformat. cap. 8. inquit quæcunque in diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab ordinario diligenter curari debere. Ex quo igitur finis hic primus eſt officij, ac poteſtatis Epiſcopalis, iure meritò Epiſcopus, ne à recta aberret, ob oculos ipſum ſemper habebit. Et de hoc primo effectu ſatis.

2 Alter effectus † remotus, ſed ſecundus eſt ſalus

ſalus animarum vnius diœceſis,ſcilicet ſuæ.

Dixi ſalus animarum. Tumquòd finis poteſtatis Eccleſ. quam Epiſcopus habet, quatenus Epiſcopus, eſt, ſtatus ſupernaturalis Chriſti Domini fidelium in hoc ſeculo per grariam, & in altero per gloriam, vt id pluribus aſſeruit Nauar. in conſ. primo, numero 3. verſ. Poteſtas autem Eccleſiaſtica, iunc. verſ. Penes autem finalem, de ſoro compet. & in cap. nouit, num 88. & 97. de iudi. Tum quòd fini iuris Pontificij, quod ſeruare Epiſcopus debet, cap. ego, de iureiurand. & vt ſupra probauimus, ſalutem animarum ſubiectam eſſe dixit Gloſſ. in cap. cum contingat, eodem, & Abb. in Proem. Decretal. numero 16. verſ. Eſt ergo hæc ſcientia: & idem Abb. in cap. fin. num. 5. verſicu. Antonius de Butr. de conſuetud. nam ait finem iuris diuini, ac Canonici eſſe fęlicitatem animæ. Idem inquit Addit. ad eum ibi, atque ſic ſenſit Couar. pract. quæſt. prima, num. 2. verſic. Secunda concluſ. & Fuſch. de Viſit. lib. 1. capit. 1. num. 14. Idem apertisſimè dixit ſanct. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 5. nam ait per ſuſceptionem Epiſcopatus Epiſcopos obligari ad exequendum paſtorale officium propter ſubditorum ſalutem. Quibus verbis maniſeſto conſtat ſalutem animarum Epiſcopis propoſitam eſſe debere. Quare ſi quempiam ab hæreticis decipi videret, tanquam bonus paſtor, vel vitæ periculum adeat, ſubuenire ei debet, ita generaliter de omnibus dixit S. Thom. opuſ. 18.

Dixi vnius Diœceſis, quandoquidem ſimplicis Epiſcopi in partem ſolicitudinis vocati ſunt, & non in pleuitudinem, vt Romanus Pont. cap. cùm honorem, & ibi Gloſſ. & DD. de aut. & vſu pall. & extrauag. vnã ſanctam, de maior. & obed. & ita Innoc. in cap. presbyter, de ſacram. non iteran. & in capit. ſuper his, vbi quoque Abb. de vot. Dixi ſuę, non enim alterius curam gerere habet. Hic ergo effectus remoti, ac primi poteſtatis Epiſcopalis ſunt, iam de proximis agamus.

De gubernatione laicorum, qui baptizati ſunt, effectu proximo, ac primo poteſtatis Epiſcopalis. habito reſpectu ad ea, quæ pertinent ad fidem. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Laicos, ideſt in laicos Epiſcopus iuriſdictionem in ſpiritualibus habet.*

2 *Laici Chriſtiani credere omnia debent, quæ Eccleſia Catholica credit, & quæ in Symbolo continentur.*

3 *Doctoratus inſignia ſuſcepturus* }
4 *Rector vniuerſitatis ſtudij* } *profeſſionem fidei facere debent.*
5 *Docentes artes liberales* }

6 *Bulla Pij Quarti, de fidei profeſſione facienda refertur.*

DE effectibus remotis poteſtatis, ac officij Epiſcopi egimus, iam de proximis agamus: Et quoniam hi effectus nil aliud ſunt, quàm cura, & gubernatio diœceſis in ſpiritualibus potisſimum, vt videbimus. Et hæc cura, ac gubernatio partim per ſe, & partim per accidens eſt. Et quę per ſe partim ſpectat ad fideles laicos, partim ad Eccleſiaſticas perſonas; & quæ ad laicos partim eſt gubernatio ſingulorum, partim vniuerſitatis; ideo prius (omisſia in pręſenti alijs) de laicorum ſingulorum gubernatione agamus. Quæ gubernatio, vt in quib. verſetur, ac quouſque pertineat, cognoſcatur, atque vt Epiſcopus ſciat quam laicorũ curam ſuſcipere ad ipſum ſpectet. Quæ ad fideles pertinent, quatenus Chriſtiani ſunt, contemplabimur: quemadmodum, atque ordinem in quocunque ſtatu fidelium perpetuò in hoc opere ſeruabimus. Nam etſi Epiſcopus iuriſdictionem in laicos regulariter non habet, vt pro regula id poſuie, atq; aſſeruit Gloſſ. ſumm. communiter recept. 11.
1 quæſtio. 1. † In ſpiritualibus tamen iuriſdictionem in ipſos habet, ita Mar. Socin. ſen. in cap. ſelicis, num. 7. de torneam. & Gloſſ. in cap. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. & in cap. fina. de præſcript. & meritò; ex quo enim eorum curam gerere habet, quò æternam vitã couſequantur, iure ipſo, & poteſtatem habere debet, qua ipſos compellat ad agenda, quæ ad eum finem conſequendum neceſſaria ſunt; conceſſo enim aliquo omnia conceſſa intelliguntur, ſine quo conceſſum haberi nequit, l. 2. & ibi DD. ff. de iuriſdict. omnium iudic.

Verùm, vt rem ordinatim agamus, quoniam hæc partim pertinent ad fidem, ideſt ad ea, quæ credere habent; partim ad ſacramenta, quæ recipere, partim ad ea, quæ facere, quæuè vitare debent (quæ in Decalogo & primarijs Eccleſijs præceptis continentur) ideo ſingula hæc inſpiciamua, & prius primùm.

2 Primum igitur † fideles credere omnia debent, quæ Eccleſia Catholica & Apoſtolica cre-

Digitized by Google

ea credit,& quæ in Symbolo in primis continentur. Eſt enim fides baſis, ac fundamentũ Chriſtianæ Religionis, & ſine ipſa impoſſibile eſt placere Deo, vt aſſeruit Trident. Synod. De iuſtiſic.cap.8.(quæ res, ideſt cuius rei tractatio quod ad Theologos in primis pertinet,& ab ipſis agitur,& à S.Thom.2.2. quæſt.1.cum multis ſequ. ob eam rem ſatis hic habui proponere quod primum Chriſti fideles habere debeant, ſcilicet fidem reliqua à Theologis petent.

Hinc, vbi quis baptiſmum ſuſcepturus eſt ante eius ſuſceptionem vel per ſe, ſi adultus ſit, vel per eum, à quo ſuſcipitur, ſi infans, fidem profitetur per interrogationem factã à Sacerdote baptizante, vt habetur in ca. ante baptiſmum,& cap.ante viginti, & in cap. baptizandos,& cap.non liceat,& cap.poſtquam ſe baptizandus, de conſe. d.4.

3 Hinc † qui Doctoratus inſignia ſuſcepturus eſt prius hanc fidem in manibus ordinarij, vel eius Vicarij, aut Doctorum promouentium profiteri debet, ita habetur in Bulla Pij Quarti, incip. In ſacroſancta beati Petri, quæ eſt in ordine 12. Idque vel Clericus, vel Secularis, vel Regularis ſit, qui Doctoratus inſignia ſuſcipere vellet.

4 Hinc † qui eligitur Rector, vel Cancellarius Vniuerſitatum, huiuſmodi profeſsionẽ prius facere etiam debet, vt habetur in eadem Bulla, vbi traditur forma profeſsionis à prædictis facienda.

5 Hinc † docentes artes liberales ad hanc profeſsionem faciendam tenentur, & etiam ludi Magiſtri, qui non publicè, ſed in priuatis ædibus Grammaticam docent, vt habetur in cit. Bulla, verſ. Publicè, vel priuatim, & ita Sacra Congreg. interpretata eſt apud Triden. Synod. ſeſſ. 24. de reform. capit. 12. Verùm quod hæc omnia habentur in citat. Bulla, ideo eam, quoad rem noſtram pertinet, huc inſerendam curauimus. Quæ incipit.

6 . In ſacroſancta † beati Petri Principis Apoſtolorum Cathedra,&c.

. Motu proprio,& ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ Sedis poteſtatis plenitudine, quòd deinceps nullus Doctor, Magiſter, Regens, vel alius cuiuſcunque artis, & facultatis profeſſor, ſiue Clericus, ſiue Laicus, ac Secularis, vel cuiuſuis ordinis Regularis ſit, in quibus ſtudiorum generalium Vniuerſitatibus, aut Gymnaſijs publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam Lectoris Cathedram aſſequi, vel iam obtentam retinere, ſeu aliàs Theologiam Canonicam, vel Ciuilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes in quibuſcunque Ciuitatibus, Terris, oppidis, ac locis, etiam in Eccleſijs, Monaſterijs, aut Cõuẽtibus Regularium quorumcũque publicè, vel priuatim quoquomodo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipſi, aut Vniuerſitatum, ſeu Gymnaſiorum eorundem Rectores, Cancellarij, vel alij Superiores. Sed nec etiam palatini Comitis, aut alij particulares facultatem eruditos viros ad eoſdem gradus promonendi etiam à nobis,& Apoſtolica Sede, aut aliàs vndecunque habentes Seculares, tã Laicos, quam Clericos, & cuiuſuis ordinis Regulares, vel alios quoſcunque quantalibet eruditione præditos ad vllum gradum in eiſdem facultatibus ſuſcipiendum recipere, & admittere. Neque Doctores Magiſtri, & Scholares electionem alicuius in Rectorẽ, & Cancellarium Vniuerſitatis, aut Gymnaſij procedere. Nec ipſi Scholares, vel alij quantumlibet docti,& alioqui habiles gradus huiuſmodi, vel eorum aliquem palam, vel priuatim recipere valeant, niſi Doctores videlicet, ac Regẽtes, Magiſtri, & alij profeſſores iam ad Cathedras,& lecturas recepti, in Italia infra tres, extra verò illam infra ſex menſes à die publicationis præſentium computandos, reliqui verò ad Cathedras, & alias lecturas ibidem in poſterum aſſerẽdi ante illorũ receptionẽ in Rectoris vel aliorum Superiorum; Eligẽdi autẽ in Doctores, vel Cãcellarios ante illorum electionem, vel ſaltem admiſſionẽ in ordinarij loci, vel in eius ſpiritualibus Vicarij, ac promouẽdi Scholares,& alij præfati ante illorum promotionẽ in eiſdem Ordinarij, ſeu eius Vicarij, aut Doctorum aliorumuè promouentiuè manibus pretio etiam proceſſu, vel debita informatione, quantum eis ſufficere videbitur ſuper religione, fideque Catholica Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum,& Promouendorum, eorundem per ipſos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios ritè facta præcedente eandem Catholicam fidem verbis, iuxta formæ infraſcriptæ tenorem conceptis palam, & ſolemniter profiteri teneantur. Et deſuper inſtrumentum publicum confici, ac de proceſſu, ſeu confirmatione,& fidei profeſsione in Priuilegio Doctoratus, vel alterius gradus huiuſmodi ſpecialis, ac de verbo ad verbũ mentio, & relatio fieri debeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſtatuimus,& ordinamus, ac omnibus, & ſingulis eorundem Vniuerſitatum,& Gymnaſio-

rum

Digitized by Google

rum Rectoribus, Doctoribus, & alijs Superioribus, & aliàs facultatem doctorandi habentibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, condirionis, & præeminentiæ fueriot, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali, vel maiori dignirare etiam Cardinalatus honore, ac Ducali, vel alia etiã Regia, & Imperiali auctoritate præfulgeant, ne quem in Vniuerſitatibus, Ciuitatibus, oppidis, vel alijs locis in ſpiritualibus, vel temporalib. ſibi ſubiectis aliter Cathedras, aut alias lectiones retinere, conſequi, vel ad gradus promoueri reſpectiuè patiantur in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ quoad Antiſtes; quo verò ad inferiores ſub excommunicationis latæ ſententiæ, necnon priuationis omnium, & ſingularium dignitarum, beneficiorum, officiorum, & feudorum Eccleſiaſticorum per eos quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda eo ipſo per contrafacientes incurrendis pœnis diſtrictiuis inhibemus. Ar quaſcunque receptiones, promotiones, electiones, & admiſſiooes abſque proceſſu, certaque de religione, & fide Catholica notitia, ac dicta fidei profeſſione ſic (vt præfertur) præcedeote pro tempore factas, nullas inualidas, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, nec cuiq; in iudicio, vel extra ſuffragari poſſe. Sicque per quoſcunque indices, & commiſſarios qnauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet, quamuis aliter iudicandi, & ioterpretandi facultate, & auctoritare iudicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus à quoque quauis anctoritate ſciēter, vel ignoranter attentari cõtigerit, irritum, & innane decernimus, &c. Ex hac conſtitutione igitur cooſtat quãtum Eccleſia elaboret, vt Catholica fides floreat, & nulla ratione coinqulretur. Sed iam ad aliam tranſeamus, quibus etiam idem ſtudium Eccleſię operatur.

S V M M A.

1 *Itali extra Italiam habitare nequeunt in locis, vbi liber, & publicus Catholicæ religionis cultus non exiſtit.*
2 *Bulla Clementis VIII. refertur, ex qua habetur à quibus Itali habitantes extra Italiam ſe abſtinere debent, vbi hæretici ſunt, & quæ facere.*
3 *Ab hæreticis Sacramenta recipere non debemus, quæ regula quouſque pateat, declaratur, & quid de alijs diuinis.*
4 *Hæretici excommunicati ſunt ſingulis annis per Bullam Cœnæ Domini.*
5 *Fautores hæreticorum quacunque ratione excommunicati ſunt.*
6 *Impreſſores librorum ſine licentia imprimere libros nequeunt.*
7 *Hæreticorum libri legi, ac retineri nequeunt, nõ ſeruatis regulis Indicis.*
8 *Malefici, & ſortilegi à Ciuitate eijciendi ſunt.*
9 *Conſulentes Ariolos, & Auruſpices ipſo iure excommunicati ſunt.*
10 *Iudiciaria Aſtrologia, & alia iudiciaria huiuſmodi prohibita ſunt.*
11 *Inquiſitor contra hæreticos etiam inſtitutus.*
12 *Iudæorum conſuetudo prohibita etiam eſt.*
13 *Verba Sacræ Scripturæ ad ſcurilia, & iocoſa adhiberi non debent.*
14 *Imagines Sanctorum qua ratione formandæ.*
15 *Veſtibus Clericorum laici vti non debent.*

§. I.

1 Secundò † ob eandem rationem, vt fidei iotegritas Chtiſtianæque religionis ſeruetur, Itali, cuiuſcunque condirionis ſint, habitare, vel domicilium tenere prohibentur, vbi Eccleſia aliqua cum Parocho Catholico non exiſtit, in qua liberè, & ſine omni periculo palam, & publicè celebrari, & audiri poſſunt Sacroſanctæ Miſſæ, & alia diuina Officia, & Cantiones, ac Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrari mortuorum corpora ſepeliri, & cætera fieri iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſię, ita habetur in Bulla Clemen. VIII. lata Romę die 26. Iulij 1596. in qua, quòd plura alia ad id pertinentia habentur, & paſſim non hanc ob eam reoi hic collocaodam curauimus, & hæc eſt.

2 Cum † ſicnt oon ſine magno animi noſtri dolore accepimus, quãplures Chriſti fideles ex diuerſis Italię partibus, eorũ patrijs (vbi vera, & ſancta Catholica, & Apoſtolica Religio viget, & publicè prędicatur) diſcedentes abeant in longinqua loca, vbi noo ſolũ hæreſes impunè graſſantur, ſed quòd peius eſt, Catholicę religionis vſus publicè interdicitur, ac perſonæ ibi permanentes etiam ſi Catholicæ ſint coguntur tamẽ contra pia eorum deſideria Sacroſanctæ Miſſæ ſacrificio, alijſque diuinis Officijs, ac Sanctorum Sacramentorum perceptione in ſuarum animarum diſcrimen, diutius carere. Quare nos his, & alijs malis, & periculis inde prouenientibus, quantum cùm Domino poſſumus obuiare cupientes, hac noſtra in perpetuum valitura cooſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero nullus Italus, ſiue mercator, ſiue alterius cuiuſuis conditionis, vel ſtatus exiſtat, quouis quæſito colore, & præte-

prętextu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Ciuitate, oppido, ſeu loco, vbi aliqua Eccleſia eum Parocho, vel Paſtore, ſeu Sacerdote Catholico non exiſtat, in qua liberè, & ſine magno periculo palam, & publicè celebrari, & audiri poſſint ſacroſanctæ Miſſæ, & alia diuina officia, & conciones, ac Sacramenta Eccleſiaſtica, & mortuorum corpora ſepeliri, & cætera fieri iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Vtquè ijdem Itali abſtineant à matrimonijs cum hæretieis mulieribus, & ab hæreticorum ſepulturis, filios ſuos de ſacro fonte leuari per hęretieos non permittant, nec ipſi vicisſim hæreticorum filios niſi pet Catholicum Sacerdotem Catholico more baptizentur, leuare præſumant. Medicorum quoque hęreticorum opera (necesſitate ceſſante, & vbi adſit eopia Catholici Medici idonei) non vtantur. Cùm verò Itali prædicti ex Italia recedunt ad morandum, ſeu inhabitandum in partibus prædictis id ſignificent ſuis ordinarijs, vel Inquiſitoribus locorum, à quibus ſeriò admonentur, vt in eis perpetuò Catholicam Orthodoxam fidem conſtanter retinentes, & profitentes piam, & Catholicam vitam ducant, Dominicos, & feſtos dies, abſtinentias, & ſacra ieiunia ab Eccleſia præcepta religioſè collant, atque omnem hæreſim & errorem, hęreticos, ſchiſmaticos, & orthodoxa fide aberrantes fugiant, & euitent, vt ſaltem ſingulis annis de eorum Sacramentali peccatorum confesſione, & ſanctisſimæ Eucharistiæ perceptione per eos facta, fidé, ſeu teſtimonium ipſis ordinarijs, vel Inquiſitoribus in Italiam trãſmittant, ad quos nos Italos tenore pręſentium teneri, & obligatos eſſe decetnimus, & mandamus. Quod ſi quis propriæ ſalutis immemor cótra pręmiſſa facere pręſumpſerit, poſſe aduerſus eum per locorum Ordinarios, & Inquiſitores hęreticę prauitatis, vt de hęreſi ſuſpectũ procedi. Non obſtantibus, &c. Hęe ibi Summus Pont. Ex qnibus habetut quæ facere, à quibuſuis ſe abſtinere Itali debent, qui in huiuſmodi loca ad habitandum eunt.

3 Tertiò † ob eandem rationem Chriſtianus Sacramenta ab hęreticis recipere non debet, vt habetur in cap. veſtra generatim, & cap. fin. de vita, & honeſt. Cler. & extrauagan. ad euitandam, vbi notorij denunciatiuè ſunt. Idem habetur ſpeciatim de hęreticis in eap. ad hoe, verſ. cęterum, diſt. 32. Excipitur tamen baptiſmi Sactamentum, vbi baptizandus in mortis articulo conſtrictus eſt, & non adeſt Catholicus, qui baptizet; tunc enim ab eo reeipi debet, ac poteſt, vt dicitur in cit. §. Cęterùm, & ibi Gloſſ. in verbo In baptiſmo, & vt ego pluribus probaui in Tract. meo de Cenſur. cap. 13. § 17. nume. 2. Tab. 1. Excipitur etiam Sacramentum pœnitentiæ, vbi quis in eodem articulo eſt conſtitutus, vt in eodem §. aſſeruimus, num. 13. Alia verò Sacramenta recipi non licet, & ſi recipiantur, an valeãt, ibidem, tradidimus, Tertiò, nec etiam Sacramentalia ab hęretico recipi debent. Quare benedictionem nuptiarum ab ipſo quis non recipiet, quandoquidem benedictio hęc neceſſaria non eſt ad ſalutem, & ita dixit Nauar. in conſil. 15. de ſponſ. Atqui an matrimonium contractũ coram parocho hæretico, notorio, vel denũciato valebit? Hoc abſoluimus in Tracta. De ſimon. Tab. 1. c. 2. § 3.

Cum hæretico etiam, vel hæretica matrimonium contrahi non licet, ita habetur in cap. non oportet, & ibi Gloſſ. 28. quæſtio. 1. & id aſſeruit Couar. de ſponſ. 2. par. cap. 6. §. 11. nume. 4. Quare contrafaciendo quis peccat. Item dos mulieris, quæ ſciens cũ hęretico matrimonium contraxit publicatur, vt dicitur in cap. decreuit, de hęret. libro 6. & ibi not. Gemin. & Philip. Fran. & Anchar. ac DD. Excipitur tamen, vbi probabiliter id ignorauit, quod re dubia pręſumitur, l. verius, ff. de probat. & ita Gloſſ. in eit. cap. decreuit, quam DD. ſequuntut. Secundo excipitur, vbi poſt matrimoninm cõtractum hęreticus factus eſt, quandoquidem futura cõtingentia mulier noſcere non poterat, ita inquit Gloſſ. in eodem eap. decreuit, & DD. quamuis in hoc diuortinm peti posſit, iuxta cap. quanto, de diuort. & cap. 2. eodem, & Couar. eodem §. 11. in fine, & in tit. de ſpõſ. 2. par. cap. 7. num. 4. vbi & alios caſus refert, quibus dinortium fit. Poſtremò excipitur, vbi ſponſalia tantum eontraxit; nam cit. capit. decreuit de matrimonio loquitur, ergo ſecus de ſponſalibus, cap. nonne, de pręſum. & l. eum pręcor, ff. de iud. præſertim cùm ſimus in pœnis, & idcirco benignior interpretatio facienda, l. interpratatione, ff. de pœn. & cap. odia, & cap. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & quamuis ſponſalia per hęreſim tollantur, cap. non ſolum, 28. quęſt. 1. matrimoniũ tamen contractum valet, ita inquit Gloſſ. communiter recept. in cit. cap. non oportet, & DD. in eod. cap. decreuit.

Quartò, ſi Sacerdos hęreticus ſit, & notorius, denunciatusvè, & idcirco ab Eccleſia non tolleratur, diuinis intereſſe, dum ab ipſo ſiunt, Chriſti fideles non debent, cit. cap. veſtra, & cap. fin. de vita, & honeſtat. Clericor. & extrauag. ad euitanda.

4 Quintò † inprimis ob eandem rationem hęretici ipſo iure excommuoicati ſunt, cap. excommunicauimos, 1. & 2. de hęret. & per Bullam Cœnę Domioi ſingulis annis eadem pœna, atque anathemate feriuntur, quas cẽſuras in Tract meo de Bulla Cœnæ Domini declarauimus, par. 2. cap. 1. vbi & de Apoſtaris à fide, necoon de ſchiſmaticis etiam
5 egimos. † Et ob eandem rationem eorundem ſautores quacunqoe ratione eiſdem pęnis per eandem Bullam afficiuntur.

6 Sextò † libri de Sacris Scriptoris, vel de ſacris rebus imp. imi nequeunt, nec facere, vt imprimantur ſine nomine Auctoris, oeq; illos veodere, vel apud ſe retinere, niſi examinati, & probati fuerint ab Ordinario. Secundò, ſi regulares ſint, vltra prędictam approbationem liceotiam quoque à ſuis Superioribus impetrare debent. Alioquin contraſacientes anathematis pœna coerceri poſſuor, & etiam puniri iuxta Canonem Cõcilij nouisſimi Lateranenſis. Hęcque locum habent etiam in ijs qui libros ſcriptos communoicant, vel euolgant, eſto impresſi oon ſint, vbi nou ſunt approbati. Probatio autem hoiuſmodi io ſcriptis fieri debet, & in fronte libri apponi, & probatio, & examen libri gratis fieri, ita habetut apud Trid. Synod. ſeſſ. 4. in Decreto de ædicto libror. verſ. Sed & impreſſoribus.

7 Septimò † ob eandem rationem hęreticorum libri legi nõ debent per eandem Bullam Cœnę Domini, & per Indicem librorũ prohibitorom auctoritate Pij Quarti editũ, & à Sixto Quinto auctum, ac demum Clem. Octaui, iuſſu recognitum ooo ſeruatis regulis eiuſdem Indicis, vbi & contraſacientes pœnis afficiuntur, ſicut etiam eos retinentes per eandem Bullam, & Indicem. Id quod in eadem. Secunda parte Bullę pluribus declaraoi. Quare Epiſcopus aliquem deſtinabit, qui viſitet librariorum Bibliothecam, vbi libri veoales habentor, necnon impreſſorũ; ne quid imprimatur, vendaturvè etiam ab hęredibos eius, qui libros habebat, qui cootra fidem Catholicam ſint, vt habetur regula 10. Indicis, qui Index ab Epiſcopis diligenter legendus eſt.

8 Octaoò † ob eandem rationẽ maleficos, & ſacrilegos perſequi Epiſcopus, debet, & è Ciuitate eos eijcere, & hsbetur in c. Epiſcopi, & c. idolorum, 26. quæſtio. ſeptima, vide per tot.

9 Nonò † conſulentes Ariolos, Aruſpices, & incantatores ob eandem rationem ipſo facto excommunicati ſunt, c. ſi quis Ariolos eadem quęſt. quinta, ſicut etiam fabricãtes, vel curantes, vt fabricentur imagines, annuli, phialę, ſpecolum, ad dęmones pellendos, & reſponſa ab eis petenda, & hoc per Extrauag. Ioao. 22. quę eſt impreſſa in Director. Inquiſitor. ſecunda par. quęſt. 45. Nam oec maleficia facta tolli per alia huioſmodi debent, ſed precibus ad Deum fuſis pœnitentię, & Euchariſtię frequentatione, & exorciſmis adbibitis, c. fina. 33. quęſt. prima, & tot. tit. de frigid. & malef. Deſtrui tamen poſsũt ea, per quę maleficia facta ſunt, vt imagines ſine vlla tamen dęmonum inuocatione, ita Nauar. in Man. cap. 2. oum. 29. & commuois opinio DD. eſt.

10 Decimò † ob eandem rationem ars exercendi iudiciariam Aſtrologiam, & legendi libros de ipſa, & tenendi eos prohibita eſt etiam per Sixtum Quiotum, in Bulla incip. Cœli, & terrę, quę eſt in ordine 21. de qua etiam Leo X. in Bulla 11. & Alexand. VI. in Bulla V.

11 Vndecimò † ob eaodem rationem, qoò facilius, quę contra fidem Chriſtianam ſunt tollantur, non ſolum Epiſcopus in ijs procedere cõtra poteſt, verum etiam Iudex proprius creatus eſt, ſcilicet inquiſitor hæreticæ prauitatis, quamobrem etiam ſauore fidei multa priuilegia contra hæreticos conceſſa ſunt, vt habetur in Tract. Gundiſal. de hære. & Carter. eodem, & in multis alijs. Hinc etiã permiſſum eſt, vt Monitoria etiam cõcedaotur contra hęreticos oon reuelãtes, vt infra ſuo loco videbimus. Ob hanc ratiooem etiã vt hæreſes tollantur, viſitanris Epiſcopi munus hoc præcipuum eſt, ita Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. cap. 3.

12 Duodecimò, † ob eandem rationem, Ne Chriſtiaoi à fide aberrent, in pluribus Iudæorum, atque infidelium conſoetudo prohibita eſt, vt habetur io rit. de Iudæ. & vt infra ſuo loco videbimus; nam infideles Medicos vocare non debent ad infirmos.

Decimotertiò, ob eandem rationem laicis prohibitum eſt, ne de fide palam, clàvè diſputare præſumant, cap. 2. §. inhibemus, de hæret. lib 6. nam ſi contraſaciunt, excommunicari queunt, & ita Fuſch. de Viſit. Eccl. lib. 2. cap. 21. num. 6. Quare, & prædicandi munus exercere non debent, nec poſſont; oõ enim laicorum hoc eſt, c. cum ex inioncto, de hæret. & c. ſicut, 2. eodem ibi enim Epiſcopis mandarur, vt prohibeant, ne laici prædicent. Idem ſenſit Triden. Synod. ſeſſ. quiota, in fine, vbi prohibet, ne quæſtuarij, vel eleemoſynarij per ſe, vel per alios prædicent. Idque meritò. Tum quòd munus hoc Epiſcoporũ, & Paſtorum eſt, vt dixit Triden. Syno. ſeſſ. 5.

Digitized by Google

ſeſſ.5.capit.2.& ſeſſ.24. de reform. capit. 4. Tum quòd probati non ſunt ad hoc munus, quod requiritur, quamobrem periculum eſt ne falſa prædicent.

13 Decimoquartò,† ne quid omnino contra Chriſtianam religionem, ac fidem fiat, verba Sacræ Scripturæ prohibitum eſt, ne adhibeant ad ſcurilia, ſcilicet fabuloſa, vana adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias, ac diabolicas tentationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ.4. in fine, verſ. Poſt hæc, & Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. Canon. capit.110. verſ. Quæ ſanè ſunt obſeruanda, alioquin contra facientes arbitrio ordinarij puniuntur, vt permittit ibi Sancta Synodus, præter iuris pœnas. Quare, etſi ars paraſiti, ludicra illicita non eſt ad oblectandos homines, modo factis illicitis, ac verbis obſcenis non vtantur, vt dixit S. Thom. 2.2. quæſtio. 168. art.3. in reſp. ad 3. & ibi Caiet. & Conar. in Reg. Peccatum, ſecunda par. §.2. numero 5. vbi tamen verba, quæ per ſe mortalia ſunt, vel facta huiuſmodi, vel quæ redundant in præiudicium alterius, vel Sacræ Scripturæ ſunt, prohiberi debent.

14 Decimoquintò † ne ſanctorum imagines pingantur, ornenturvè laſciuia, aut procaci venuſtate, prohibuit Triden. Synod. ſeſſ.25. De inuocatione, & veneratione Sanctorum; ſic enim inquit ibi. Omnis denique laſciuia vitetur, ita vt procaci venuſtate imagines nō pingantur, nec ornentur. Hæc Sancta Synod. quæ & in ſculpturis locum habet. Quare multomagis, ne miracula falſa promulgentur, prohibitū eſſe debet, ſicuti de reliquijs Sanctorum, vbi dubitatur, an tales ſint, quid faciendum eſſet Triden. Synod. eadem ſeſſ.25. in eodem Decreto, docuit; Epiſcopus ergo, vbi imaginem aliquam miracula facere audit prohibere concurſum populi debet, & occludere imaginem, quouſque cum Theologis, ac pijs viris, an miracula vera ſint, iudicetur, nam & vera reperta ipſe publicanda curabit, ita Epiſcop. Mōtis Mariani in Man. Paſtor. in cap.83. Epiſcopus ergo pictores de prædictis admonebit, & ita Fuſch. de Viſit. Eccl. lib. primo, capit.9. nume.7. Contra blaſphemos etiam Clericos adeſt Bulla Pij Quinti, incip. Cum primùm; & qui prima, ſecunda, & tertiavè vice accuſatus, varijs pœnis afficitur. Et prima vice dicitur, q. primò eſt accuſatus, vel ſæpius blaſphemauerit, ita Prax. Archiepiſ. Neap. c.76.

Poſtremò † ne veſtibus Clericorum ſecularium, regularium vè laici vtantur, exilij pœna, & corporis etiam iure ciuili prohibitum eſt, ita habetur in Auth. De Sanctiſ. Epiſco. §. pen. eſto hodie pœna hæc vſitata non ſit, & idcirco arbitraria pœna punientur, ita Fabius Monte Leo, quem refert, ac ſequitur Menoc. de arbitr. ind. lib.2. Cent.6. caſ.561. nume.7. Epiſcopus ergo, vbi diœceſim viſitabit, an ibi Orthodoxa, Catholicaq; fides vigeat, inueſtigabit. Hic .n. viſitationis præcipuus ſcopus eſt, vt dixit Triden. Syno. ſeſſ. 24. de reformat. cap.3. Sic enim inquit ibi viſitationum autem omnium iſtarum præcipimus ſit ſcopus ſanam, orthodoxamque doctrinam expulſis hæreſibus inducere. Hæc ſancta Synod. Hinc Epiſcopus, qui in hoc negligens eſt, deponi debet, cap. excommunicamus, 1.§. fin. de hæret. & ſi omittat contra aliquem procedere per triēnium ſuſpenſus eſt, Clem. prima, eodem. Sed his hactenus; iam ad alia tranſeamus, quæ Chriſtianus laicus ſcire debet, ac facere, ne à fide aberret, quæ in ſeq. videbimus.

S V M M A.

1 *Laicus, quatenus Chriſtianus eſt, hæc potiſſimum ſcire debet, ſcilicet Symbolum Apoſtolorum, Decalogi præcepta, Eccleſiæ præcipua præcepta.*
2 *Doctrinam Chriſtianam laici diſcere debent.*
3 *Locus in quo Chriſtianam Doctrinam doceri debet.*
4 *Tempus, quo doceri debet.*
5 *Fructus, qui percipiuntur ab eis, qui Chriſtianam Doctrinam docent, diſcunt.*
6 *Societas Doctrinæ Chriſtianæ inſtitui ab Epiſcopo debet.*

§. I I.

Secundò laicus, quatenus chriſtianus eſt, in quocunque gradu, & dignitate cōſtitutus ſit ob prædictam rationē ſupra ſub pœna peccati hęc ſcire debet.

1 † Primum articulos fidei, ideſt Symbolum Apoſtolorū. Secundò Decem præcepta Decalogi. Tertiò primaria Sanctæ Eccleſiæ præcepta, atq; ſic ſentit S. Thom. parte 2. quæſtio.76. art.2. in reſp. nam omnes teneri ſcire communiter ea ait, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta. Hæc autem ſunt prædicta. Idem reſpondit Nauar. hac de re conſultus in conſil.10. num.1. de pœnit. & ego in Tracta. meo de Irregularitate, capit.3.§.2. num.2. idque meritò; nam ex quo Chriſti fidem in baptiſmo quis profitetur, meritò, quæ fidei ſunt, generaliter ſaltem ſcire debet. Præterea chriſtianus factus quædam facere à quibuſdam

ſe abſtinere debet; & hæc in Decalogo, & præceptis Eccleſiæ inprimis continentur, ergo ea ignorare non debet; alioquin peccat, vt DD. allegat. eiſdem in locis inquiunt.

Hinc Triden. Synod. quò facilius Chriſti fideles haberent, vnde hæc diſcerent, parochis inſtructionem quandam, qui Catechiſmus dicitur, tradendam curauit, quo ſcirēt rerum capita, quæ ipſi Parochi Chriſti fideles docere debent, eademque præcepit eiſdem Parochis, vt Dominicis præſertim diebus Chriſtianam Doctrinam docerent; ſic enim habetur apud eandem Synod. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 4. verſic. Idem etiam.

2 Hinc † quòd ob rationem ſupra allatam Chriſtianam Doctrinam docere Parochi habent, & Parochiani eam diſcere debent; conceſſo enim aliquo conceſſum etiam illud intelligitur, ſine quo conceſſum haberi nequit, argum. l. 2. & ibi Iaſ. ac DD. ff de iuriſdict. omn. iud. Ex quo igitur ſancta Synod. voluit vt Parochi eam docerent, & Parochianos ipſam vt diſcerent dicendum eſt voluiſſe, atq; ſic etiam argumentata eſt Sancta Synodus, de confeſſ. ſeſſ. 14. cap 5. Laici ergo omnes Chriſtianam Doctrinam diſcere habent.

Id quod locum habet non ſolum in pueris, vt inquit Sancta Synod. eodem verſicu. Verùm etiam in alijs, qui grandiores nati ſunt; nam Pius Quintus, & Grego. XIII. pertinere voluerunt diſpoſitionem Triden. Synod. ad omnes etiam rudes, & diuinæ legis experres, & Doctrinæ Chriſtianæ, ac bonorum morum, vt habetur in Bulla Pij Quinti, incip. Ex debito paſtoralis, quæ eſt in ordine 156. & Gregoc. incip. illius in ordine 11.

Item locum habet etiam in mulierib. modò id cautiſſimè agatur, vt à mulieribus mulieres edoceantur.

Poſtremò, & ad id compelli poſſunt, quāuis quoad puellas ob verecundiam, & ingenuum quendam pudorem ad Eccleſiam eundem non eſſe Sacra Congregat. interpretata ſit, eod. cap. 4.

3 Locus autē, † in quo laici doceri debent, Eccleſiaſticus eſt. Tum quod maiori pietate id fit, ea diligentius. Tum quòd facilius, ac libentius Chriſti fideles eò conueniunt; nam in alijs locis immineret periculum fœminis, & ſcandalum; & itam etiam ſeruatur, vt ſcilicet in Eccleſijs doceantur.

4 Tempus verò † quo edoceri debent, dies feſti, ac Dominici præſertim ſunt, vt dicitur eodem cap. 4. Id quod, & Pius Quintus, vt ſaltem Dominicis diebus fieret in ſua Bulla mandauit. Quæ autem laici doceri debeant, præter ſupradicta, habentur in varijs libellis Doctrinæ Chriſtianæ, quamuis ſicuti vna fides eſt, ita vnus docendi modus eſſe deberet, quod in Litanijs Clemens VIII. decreuit prudentiſſimè fieret, ſi vnus etiam Doctrinæ huius modus eſſet.

Docendi autem hic modus, & antiquitus obſeruabatur, vt habetur in Concil. Lateranen. ſub Leon. Decimo, ſeſſ. 9. quod refert Palçot. in ſuo Archiep. par. 2. de Doctrina Chriſtiana.

5 Effectus denique † qui naſcitur ex hac inſtitutione plurimus eſt. Primùm enim Chriſti fideles edocentur ea, quibus ſalus comparatur. Deinde & docentes, & diſcentes merentur. Poſtremò Indulgentias conſequuntur, quas Pius Quintus, & Gregor. XIII. per cit. Bullas condonarunt. Quando igitur Epiſcopus diœceſim viſitabit, vt hæc fiant, operam dabit; nam ipſius munus eſt, & decernere loca, in quibus Chriſti fideles Doctrinam Chriſtianam edoceantur; necnon
6 qui docere eam habent, † ac demum auctoritate Apoſtolica ſocietatem Doctrinæ Chriſtianæ inſtituere, vt habetur in cit. Bulla Pij Quinti. Sed iam ad Sacramenta transeamus.

De gubernatione laicorum, qui baptizati ſunt effectu proximo, ac primo Poteſtatis Epiſcopalis habito reſpectu ad ea, quæ pertinent ad Sacramenta. Cap. VII.

S V M M A.

1 *Baptiſmum vt infantes quamprimùm ſuſcipiāt parentes eorum curare debent.*
2 *Confirmationis etiam Sacramentum.*

SECVNDO laici Sacramenta à ſuo Parocho ſuſcipere debēt, vti ſancta Eccleſia præcipit, ita Innoc. Abb. & DD. in rubr. de Paroch. Verùm quod Sacramenta ſeptem ſunt, ob eam cem de ſingulis, & prius de baptiſmo, agamus.

1 Primùm igitur † ſuos filios infantes quāprimùm baptizandos curare parentes debent; nam ob corporis imbecillitatem, mortis pericula multa ipſis imminent, & nullū aliud remedium habent, vnde ſalui fiāt, niſi

baptiſ-

Digitized by Google

baptiſmi ſuſceptione: alioquiñ graui ſcelere eorum parentes ſe obſtringunt, atque ſic dixit Catechiſ. Roman. in cap. De baptiſmo, verſ. Hortandi ſunt magnopere fideles, & Illuſtriſs. Paleott. admonuit in 3. par. ſui Archiep. in titu. Quædam admonit. Paroch. de Baptiſ. adminiſtran. Quare non eos laudo, qui baptiſmum morantur, quò patrinos longè abſentes expectent; Epiſcopus ergo, ne hoc fiat diligens ſtudium adhibebit.

2 Secundò † laici Confirmationem ſuſcipere etiam debent: qua in re magna iniuria multorum eſt; nam ſæpius ſunt, qui ſeniores iam facti, Sacramentum hoc non ſuſceperũt. Id quod ſignificauit Catechiſ. Roman. eod. in loco, quod faciendum non eſt; quandoquidem veteres tanti hoc Sacramentum fecerunt, vt plenos Chriſtianos eos non eſſe dixerint, qui Sacramentum hoc non ſuſcepiſſent, vt refertur de conſecr. diſtin. prima, in initio. Sed iam ad alia Sacramenta veniamus.

S V M M A.

1 *Euchariſtia à laicis ſuſcipi debet.*
2 *Euchariſtia in Paſchate ſuſcipi debet.*
3 *Euchariſtiam ſi in Paſchate quis non ſuſcipit, an alio tempore debeat.*
4 *Semel in annum ſuſcipi debet.*
5 *Ieiunus ſuſcipiens eſſe debet.*
6 *Euchariſtia à proprio parocho recipi debet.*

§. I.

1 §. Tertiò laicus † vbi rationis vſum habet (id quod in Maribus decimoquarto anno, in fœminis in duodecimo contingit, qua in re parentum, vel parochi arbitrium plurimum operatur, vt de pœnitentia diximus) laicus inquam Euchariſtiam ſuſcipere debet, vt habetur in c. omnis, de pœnit.

Excipitur tamen, vbi de facto, aut de iure impediretur. Quare, qui retinere cibum nequeunt, qui cum periculo eam recipiunt, vt furioſi, & huiuſmodi, eam recipere non debent, neque eis danda eſt. Non etiam, qui excommunicatus, interdictus vè eſt; quandoquidem ſi communione Sacramentorum priuari ſunt, vt habetur in c. pen. de ſentent. excommun. & in cap. fin. eodem lib. 6. An autem aliquando ſic effectis ſummere liceat, poſui in Tract. meo de Cenſur.

2 Secundò † in Paſchate recipere eam quis debet, vel diebus octo ante Paſcha, vel poſt Paſcha, atque ſic declarauit Eugen. Quartus quem refert ac ſequitur Nauar. in Man. capitu. 21. num. 45. Verùm quid ſi eò tempore communionem ſummat, quò indulgentiam accipit, vel voto ſatisfaciat, an & præcepto Eccleſiæ ſatisfaciet? Ego ſentio ipſum ſatiſfacere; ſicut ſatisfacit is, qui vouit ieiunare die Quadrageſimæ; nam obligationi Eccleſiæ, & præcepto ſatisfacit ieiunando.

3 Atqui † ſi in Paſchate communionem quis non ſuſcipit, quia vel noluit, vel non potuit, an deinceps elapſo tempore recipere Euchariſtiam debet? Videbatur dicendum ipſum non teneri; nam, qui non ieiunauit in aliqua vigilia, vel diem feſtum non coluit, vel Horarum Canonicarum preces alcuius diei non recitauit, hic non tenetur alio die ieiunare, vel diem feſtum agere, vel omiſſas preces recitare, vt inquit S. Anton. par. 2. capit. 9. §. 3. quem ſequitur Syluest. in verb. Euchariſtia, tertia, quæſtione 15. verſicu. Quidam alij.

Contrariam opinionem tamen ſequitur Nauar. in Man. capit. 21. num. 45. & hanc opinionem ego etiam ſequor, vt veriſsimam. Primò, quoniam obligatio hæc ad communionem ſuſcipiendam in Paſchate eſt obligatio, quæ ſe habet ſicut obligatio ſoluendi aliquid aliqua die. At obligatus ea ratione, elapſo die, remanet adhuc obligatus, c. cum dilecti, de dolo, & l. Celſus, ff. de arbitr. ergo, & hic dicendum, idem eſt; non enim ratio vlla contrarium ſuadet. Præterea nonne abſurdum eſſet obligatum ad decem in die Paſchatis, elapſo Paſchate obligatione hac liberari? Ergo idem & hic. Obligatio enim hæc duo continet, ſcilicet ſumptionem communionis; & hoc in die Paſchatis; eſto igitur Paſcha elapſum ſit, remanet tamen obligatio. Poſtremò facit, quod tempus Paſchatis adiectum eſt non ad tollendam obligationẽ eo tempore elapſo, quo caſu contraria opinio vera eſſet, c. ſicut. de ſponſ. ſed ad differendam ſumptionẽ, quo caſu obligatio non finitur, nec tollitur per temporis lapſum, vt not. Abb. communiter recept. in eodem c. cum dilecti, num. 10. Nec repugnant, quę dicta ſunt de ieiunio, de die feſto, & de recitatione Horarum Canonicarum; nam hæc sũt qualitates quædam eorum dierum, & idcirco diebus elapſis, & ipſe elabuntur; ſublata enim ſubſtantia corruit accidens, l. 1. & 2. ff. de vſufruct. Tanquam igitur onera illorũ dierum ſunt, atque ſic dixit Ancharan. in capit. 1. de celebr. Miſſ. quem refert, ac ſeqsitur Nauar. in eod. cap.

4 Tertiò † ſemel in annum, vt dixi recipere eam debet; non enim ſæpius ipſam ſuſcipere communi iure quis tenetur. Excipitur tamen,

Digitized by Google

men, vbi voto quis ſe obligaſſet ad ſæpins eam ſummendam. Secundò, vbi præcepto ſuæ regulæ ad id tenetur, vel lege alia ſpeciali; cuiuſmodi præcepto omnes Mooiales tenentur; nam ſingulis menſibos Euchariſtiam ſumere debent, vt habetur apud Triden. Syood. ſeſſ. 25. de regul. capitu. 10. & de Monachis habetur in Clem. 1. de ſtat. regul. § ſanè.

5 Quartò † ieiunus eſſe debet, qui Euchariſtiam ſomit. An igitur non ieiuno Euchariſtiam dari debet? Videbatur dicendum dari poſſe; nam omnis Chriſti actio debet eſſe noſtra ioſtitutio, c. exemplum Chriſti, 12. quæſt. 1. At Chriſtus Dominus poſt Cœnam Euchariſtiam diſcipulis tribuit, ergo; nam & non ieiunis dari poſſe, vbi mortis periculum adeſt, & ſequens dies expectari nequit, vt dixie S. Thom. communiter recept. vt teſtatur Nauar. in eodem conſ. 40. nome. 7. & in Man. num 21. cap. 53. in fine. Contrarium tamen habetur in c. liqoido, de conſe. diſtinctio. 2. vbi hanc eſſe conſuetudinem vniuerſalem Eccleſiæ docet, vt à ieiuno ſumatur. Et redditur etiam ratio, cur Chriſtus Dominus poſt Cœnam eam diſtribuit; Idque meritò; dignitas enim tanti Sacramenti poſtulat, vt prius omnibus alijs cibis ſuſcipiatur.

Quid igitur concludendum? Ego pro regula habendum cenſeo ooo debere Sacramentum hoc, niſi ieiunis triboi per cit. c. liquido, & ita communis Eccleſiæ conſnetudo habet ob rationem proximè allatam. Excipitur tamen, vbi quis morbo graui affectus eſſet, & vſque ad ſequentem diem expectare non poſſet; tunc enim & non ieiuno dari poteſt, vt in priori ſententia diximus, & facit, c. presbytero, de conſe. diſt. 2.

Atqui an in eadem infirmitate non ieiuno ſæpius conferri poteſt. Ego ſentio poſſe, vbi deinceps morbus diutius durauit ob rationem ſupra allatam.

Verùm an de pręcepto obligatus quis eſt io articulo mortis cõmunionem ſuſcipere? Breuiter concludendum eſt de iore diuino, vbi ſemel in vita ipſom ſuſcepit hunc nõ teneri. De iore poſitiuo autem ſemel in annũ, vt vidimus, & ideo ſi ſuſcipiat in Paſchate, in periculo mortis noo tenetur.

6 Quartò † à ſuo Parocho recipere eam debet, etiam extra tempus Paſchatis, & hoc per Clem. 1. de priuil. vbi excommunicantur religioſi, qui laicis Euchariſtiam adminiſtrant. Immo idem locum habet vel io articulo mortis quis ſit conſtitutus, vt ſcilicet non recipiat niſi à ſuo Parocho, atque ſic dixit Cardin. in cit. Clem. prima, quæſt. 21. quem & ſequitur Naoar. eodem cap. 21. numero 52. Excipitur tamen, vbi licentiam haberet à ſuo Parocho tacitam, vel expreſſam, argum. c. omnis, de pœnit. Secundò excipitur, vbi prìuilegium haberet à Romano Pontif. cuiuſmodi priuilegiom habent hodie omnes regulares extra tempus Paſchale, vt refert Nauar. eodem cap. 21. nec non Ieſnitæ, & infra videbimus, modò in ſuis Eccleſijs eam admioiſtrent. Sed de Euchariſtiæ ſatis, ad Pœnitentiam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Chriſtiani ſingulis annis ſemel ſaltem peccata ſua parocho ſuo confiteri debent.*

2 *Confeſſio facta quocunque tempore an ſatisfaciat obligationi iuris.*

3 *Confeſſio an de iure ſæpius intra annum fieri debeat.*

4 *Confeſſio facta extra charitatem an iteranda ſit.*

5 *Confeſſione extra charitatem facta an quis ſatiſfaciat præcepto Eccleſiæ.*

6 *Epiſcopus diſpenſare poſſit, vt qois confeſſionem differat.*

7 *Confeſſorem quemcunque eligendi ab Ordinario approbato poteſtate ſibi tradita à quo Ordinario probatus eſſe debet.*

8 *Coofeſſorem ſibi eligendi poteſtate tradita per Iubilæum, an regularis poſſit quemcunque ſibi eligere.*

9 *Confiteri per litteras, ſeu nuncium, & abſolui, ideſt abſens an quis poſſit.*

§. II.

1 §. Quartò † Chriſtiani ſingulis annis ſemel ſaltem mortiferæ ſua peccata confiteri proprio Parocho debent, vbi rationis vſum habent, vt habetur in c. omnis, de pœnit. & ibi communiter not. Quando autem vſum rationis quis habeat, in arbitrio parentum, & Parochi collocatũ eſt; ipſi enim hæc facilè cognoſcere poſſunt. Verùm, vt materiam hanc ordinatam habeamus, hæc contemplanda ſunt. Primò an quocunque anni tempore, ſi quis confiteatur, præcepto Eccleſiæ ſatisfaciat. Secũdò, an de iure ſemel tantum coofiteri quis habeat. Tertiò, an coofeſſus extra charitatem iterare confeſſionẽ teneatur. Qoartò, an ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, ſic confeſſus. Quintò, ao Epiſcopos diſpenſare poſſit, vt quis confeſſionem differat. Sextò, ao cooſuetudine iodocatur vt alteri ſine licentia Parochi quis confiteatur. Septimò, cooſeſſarij eligendi cuiuſcun-

que

ſque ab Ordinario approbati facultate quacunque tradita, à quo Ordinario probatus eſſe debeat. Octauò confeſſarij ſecularis, vel Regularis ab Ordinario approbati eligendi facultate tradita, an Regulares facultate hac vti posſint. Nonò an confesſio per Nuntium, litteratusvè abſenti fieri poſſit: hæc ſunt quæſtiones hìc breuiter explicandæ.

2 Quoad primam quæſtionem igitur, † an quocunque anni tempore quis confiteatur, præcepto Eccleſiæ ſatisfaciat. Videbatur dicendum ſatisfacere; nam in cit. c. omnis, de pœniten. confesſionis tempus non præſcribitur, ſed ſolum præcipitur, vt ſua ſolus peccata ſemel ſaltem in anno fideliter confiteatur; ergo nec nos tempus præſcribere debemus, argumen. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. atque ſic aſſeruit Melch. Can. in Relect. de pœnit. quinta par. propè finem, & Ioan. Maior. quem refert, ac ſequitur Couar. in c. alma mater, de ſenten. excommun. libro 6. par. prima, cap. primo, verſ. Hanc præterea neceſſitatem. Contrarium tamen ſuadet cõſuetudo Eccleſiæ; nam omnes Chriſtiani de conſuetudine Quadrageſimæ tempore confitentur, & eam conſuetudinem, & morem probat, & amplectitur tanquam piũ, ac meritò retinendum Trident. Synod. ſeſſ. 14. de Sacramen. pœn. cap. quinto, in fine, ſic enim inquit ibi. Vnde iam in vniuerſa Eccleſia cũ ingenti animarum fidelium fructu obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ, quem morem hæc Sancta Synod. maximè probat, & amplectitur, tanquam pium, & meritò retinendum. Hæc ibi Sancta Synod. Si ergo S. Synod. eum morem, & conſuetudinem probat, & amplectitur, conſuetudo lex eſt, §. ex non ſcripto in Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. ergo erit obſeruanda. Quid igitur concludendum? Ego ſic eas opiniones conciliandas inter ſe cenſeo. Aut quæritur de iure antiquo, an ſatisfieret; & prior ſententia verisſima eſt ob cit. c. omnis. Aut de iure nouo, & conſuetudine probata per Sancta Synod. in eodem loco, & poſterior opinio locum habebit, quã & ſeruabimus, vt ſcilicet Quadrageſimę tempore quis ſua peccata ſaltem confiteatur. Et de prima quæſt. hactenus.

3 Quoad ſecundam quæſt. † an de iure confiteri ſemel tantum, quis debeat; quò quæſtionem hanc magis abſolutam habeamus, primò id contemplabimur de iure diuino. Deinde de iure poſitiuo. De diuino igitur tenetur quis primò confiteri, vbi in mortis articulo conſtitutus eſt; ſi enim tunc mortiferi peccati quis ſibi conſcius eſt, & non confitetur, cum id posſit mortiferè peccat, & nõ ſaluabitur, ita de communi Theologorum ſententia teſtatur Couar. in eodem §. primo, verſ. Tertia concluſio: periculum autẽ mortis illud dicitur, vbi frequenter in eo ſtatu quem mori contingit. Secundo de iure diuino tenetur confiteri, vbi mortiferi peccati ſibi conſcius eſt, & facultatem habet confeſſarij, vbi Euchariſtiam eſt ſuſcepturus; nam cùm iuxta illud S. Paul. ad Corint. 1. cap. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de Calice bibat, probare ſe debent, probatio illa per confesſionem fieri debet, vt aſſerunt DD. & extat conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ, vt teſtatur Couar. eod. §. primo, num. 7. verſ. Quarta concluſio, atq; ſic nouisſimè Trident. Synod. ſeſſ. 14. De Sacramen. cap. 7. declarauit. Tertiò tenetur de iure diuino, vbi periculum eſt, ne, tempore neceſſario ad confitendum, confeſſarium habeat; & tunc enim ante confiteri debet, atq; ſic inquiunt Angel. in Sum. in verb. Confeſſio. 1. quęſt. 31. & Sylueſt. eodem, 1. quæſt. 2. & Melch Can. quinta par. propè finem, & cõmuniter DD. vt teſtatur Couar. eod. num. 7. verſ. Quinta Concluſio.

De iure poſitiuo itidem præter diſpoſitionem, c. omnis, de pœnit. quo cautum eſt, vt ſemel in annum quis cõfiteatur, vt vidimus, confiteri quoque debent ægroti ſua peccata ſi velint, vt Medici ipſos viſant; nam poſtquam tribus diebus eos viſitauerint, vlterius viſitare ipſos non debent, niſi fides ipſis fiat à Confeſſario in ſcriptis ipſos confeſſos eſſe; modò confeſſarius lõgius temporis ſpatium ex cauſa non conceſſerit; & ideirco omnes Medici, cùm ad infirmos in lectum iacentes vocati fuerint; monere ipſos antea debent, vt idoneo Confeſſori omnia peccata ſua confiteantur, alioquin Medici ipſo facto ingreſſum Eccleſiæ interdictum habent; perpetuò ſunt infames; & gradu Medicinæ omninò priuari debent, & à Collegio Medicorum eijci, & pecuniaria pœna arbitrio Ordinarij etiam puniri, ita habetur in Bulla Pij Quinti, incip. Supra gregem Dominicum lata anno Domini 1566. & eſt in ordine 3. quam hic collocandam curauimus, & hæc eſt.

Super gregem Dominicum noſtræ vigilãtiæ diuinitus creditum vigilis ſpeculatoris, prout nobis deſuper conceditur exercẽtes officium ad ea, quæ animarum ſaluti cum Diuini nominis gratia conſuli valeat, libenter intendimus, vt Chriſti fideles poſt baptiſmum

ptiſmum in peccata lapſi per Sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur. Sanè cum infirmitas corporalis non vnquam ex peccato proueniat, dicente Domino Languido; quem ſananerat, Vade, & noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat; ac propterea fœl. Record. Inno. III. Prædeceſſor noſter Medicis præcepit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, nec cũ eis boc in extrema ægretudine conſtitutis ſuadetur in deſperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc ram ſalutare præceptum nulla temporis præſcriptione aboleri, ſed ſemper obſeruari conſtitutionẽ præfatã auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium innouamus, & hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, quòd omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentea vocati fuerint ipſos ante omnia moneant, vt idoneo Confeſſori omnia peccata ſua iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ confiteantur, neque tertia die vlterius eos viſitent, niſi longius infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus conceſſerit, & eis per fidem Confeſſoris in ſcripris factam conſtiterit quòd infirmi, vt præmittitur peccata ſua confeſſi fuerint. Coniunctos verò, ac omnes familiares, & domeſticos infirmi in Domino rogamus, & monemus, vt de infirmitate Parochum certiorem faciant, ac tam Parochus, quàm coniuncti, ac præfati infirmum ad Confeſſionẽ peccatorum ſuadeant, & inducant. Quod, ſi qui Medicorum præmiſſa nõ obſeruauerint vltra pœnas in dicta Conſtitutione contentas, quas incurrere declaramus perpetuò ſint infames, & gradu Medicinę, quo inſigniti erant, omnino priuentur, & à Collegio, ſeu Vniuerſitate Medicorum eijciantur, ac pęna etiam pecuniaria arbitrio Ordinariorum, vbi deliquerint mulctentur. Et vt hæc omnia inuiolabiliter obſeruentur, volumus, & eadem auctoritate præcipimus, & mandamus, vt nullus poſthac, vbique locorum in Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à Collegio, & Vniuerſitate concedatur, niſi omnia in præſenti noſtra Conſtitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & teſtibus obſeruare, & in eorum manibus, vel Ordinarij iurauerint, & de huiuſmodi iuramento in priuilegio, ſeu licentia medendi ſpecialis mentio fiat. Quod ſi Collegia, & Vniuerſitates præſatæ non recepto à promouendis iuramento huiuſmodi eoſdem ad gradũ prædictum promomouerint, aut eiſdẽ medendi licentiam præſtiterint, pœnam priuationis, facultatis, alios vlterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus, & Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis quatenus in Ciuitatibus, & Diœceſibus proprijs præſentes noſtras Litteras publicari faciant, ac iuramentum prædictum à Medicis iam promotis, ſeu licentiam medendi habentibus omnibus iuris remedijs exigant, neque aliquoa ad medendum in Ciuitatibus, & Diœceſib. prædictis admittant, niſi eis conſtiterit eoſdem iuramentum huiuſmodi præſtitiſse & contumaces, & iurare, ac iuramẽtum huiuſmodi præſtitum exhibere recuſantes, gradu Medicinæ, & omnibus priuilegijs eiſdẽ Medicis tam coniunctim, quàm diuiſim eis, & eorum cuilibet conceſſis per quoſuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingreſſu Eccleſiæ arceant, donec reſcipuerint. Non obſtantibus priuilegijs præmiſſis indultis, litteris Apoſtolicis quibuſuis perſonis, Collegio, & Vniuerſitati, ſub quibuſuis verborũ formis, & tenoribus conceſſis. Quæ omnia quoad effectum validitatis Conſtitutionia noſtræ tantùm reuocamus, caſſamus, & annullamus, & omnes Principes Seculares, & alios Dominos, & Magiſtratus temporalea rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti eiſdem in remiſſione peccatorum nihilominus iniungentes, quod in præmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtanr, & ſuum ſauorem, & auxiliũ præſtent, ac contrafacientes pęnis etiam tẽporalibus afficiant. Volumus autem quòd pręſentes Litterę in Cancellaria, & acie Cãpi Florę publicentur, & inter Conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur, &c. Hæc Pius V. ex quib. prędicta habentur, ſicut etiam quòd Epiſcopi munus in hac re ſit.

Secundò Moniales ſemel ſaltem ſingulis menſib. peccata confiteri, & Euchariſtiam ſummere debent per decretum Trident. Synod. ſeſſ. 24. de Regul. cap. 10. Poſtremò, qui ſe voto ad id obligaſſet. Et de quæſtione hac ſaris.

4 Quoad tertiam quæſtionem † an, qui confitetur extra charitatem, iterare confeſſionẽ debeat. Antequam quæſtionem abſoluamus, pręmittimus quęſt. hanc non diſputari vbi quis ita attritus eſt, vt virtute Sacramenti fiat contritus; hic enim per Sacramentum peccatorum remiſſionem recipit; & iterare confeſ-

Digitized by Google

confeſſionem nõ debet. Præmittimus etiam non diſputari, vbi nec attritionẽ, nec contritionem habet; hæc enim omnino iteranda eſt, vt omnes ſentiunt, ſicut teſtatur Couar. in eodem c. Alma, in prima par. §. 4. numero 13. verſ. Primum illud. Diſputatur ergo de eo, qui integrè quidem peccata mortalia cõfitetur, nullo peccato ſcienter omiſſo; ſed attritionem adeo habet imperfectam, vt virtute Sacramenti contritus non fiat, ſed contra potius aliud graue delictum committat, iuxta illud, c. quod quidam, de pœnitent. In hac quæſtione igitur communis opinio eſt iterandam non eſſe modo confiteatur ſuam imperfectionem. Alij diuerſa ſentiunt, quos refert Couar. ibidem, Ego autem in hac quæſtione ſic generatim de omnibus Sacramentis breuiter concludendum cenſeo. Aut Sacramentum collatum effectum confert, qui cum peccato mortifero eſſe poteſt; & in hoc caſu iteranda Sacramenta hæc non eſſe pro certo habeo; nam ſtatim atque eum, qui Sacramenta recipit, verè pœnituit, effectus omnes Sacramenti conſequitur; huiuſmodi autem Sacramenta quatuor ſunt. Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, & Matrimonium; nam priora tria characterem imprimunt, qui cum peccato eſſe poteſt, & idcirco ſublato peccato vi eius characteris gratiam conſequitur. Ex matrimonio etiam contracto naſcitur vinculum inter coniuges, quod cum peccato itidem eſſe valet; quamobrem peccato ſublato, gratia etiam illius Sacramenti aduenit, ex quo fundamentum eius eſt poſitum. Hinc & ab excommunicato matrimonium contractum valet, vt probaui in Tract. meo De Cenſur. Tab. prima, cap. ſeptimo, §. ſecundo, numero 4.

Aut in peccato mortali exiſtẽs Sacramentum recipit, quod nullùm effectum confert, qui cum peccato eſſe poſſit, immo effectus, qui confertur eſt gratia, à qua omnes alij effectus Sacramenti pendent, & enaſcuntur, vt in hoc caſu Sacramenta non conferri; & iteranda eſſe pro certo habeo, cuiuſmodi eſt pœnitentia, & extrema vnctio, & Euchariſtia, quamuis ipſa Euchariſtia recipiatur, ex quo ante receptionem Sacramentum eſt, ſed non res Sacramenti, ideſt gratia, qui ergo eius effectus habere vult, eam ſuſcipere iterum debet contritione, confeſſioneve tamen habita. Ex his apparet quæ ſacramenta iteranda ſint, & quæ non iteranda; nam pœnitentia, ſeu confeſſio prupoſita erit iteranda, ex quo nihil remanet, vnde prodeſſe poſſit. Et de quæſtione hac ſatis.

5 Quoad quartam quæſtionem, † an Confeſſus, vt proximè dixi, vbi Confeſſionem iterare debet, ſatisfaciat ſaltem præcepto Eccleſiæ de ſemel in annum confitendo. In hac quæſt. ſatisfacere ipſum præcepto Eccleſiæ dixit Couar. eodem c. alma, par. prima, §. 4. num. 13. verſ. Nec ſtatim ſequitur, & in §. is, vbi pluribus rem hanc egit, numero 1. verſ. Primò infertur, modò tamen ſtatum ſuum patefecerit ipſius conſcius, & hoc ob hanc rationem, quoniam finis præcepti non eſt in præcepto, niſi vbi præceptum exequi nequiuit, niſi in gratia. Hanc opinionem etiam Ego ſequor; nam Eccleſia de occultis nõ iudicat, c. ſicut tuis, de ſimon. & hoc, quoniam ſumus in foro conſcientiæ, eſto contrarium ſentiat Nauar. in c. placuit, numero 183. de pœnit. diſtinctio. 6. & ob hanc rationem, quoniam præceptum de ſemel confitendo in annum, c. omnis, de pœnit. videtur iubere etiam, vt abſoluatur. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

6 Quoad quintam quæſtionem, † an Epiſcopus diſpenſare poſſit, vt quis Confeſſionem differat. Pro certo habeo ipſo iure pœnitentem cõfeſſionem differre poſſe, vbi aut de facto, aut ipſo iure impeditur. De facto, ſi vel ab hoſtib. vel carceribus detẽtus ſit, quamobrem confeſſarij facultatem non habet, etenim neceſſitas legi non ſubijcitur, c. diſcipuli, de conſe. diſtinct. quinta. Item ſi furioſus factus, & id generis. De iure verò, vbi eſſet excommunicatus, vel interdictus, & per ipſum non ſtatur, quominus abſoluatur; in hoc enim caſu etiam excuſatur. An autem ſi excommunicatis, & interdictis pœnitentia adminiſtretur, valeat, declaraui in Tracta. meo De Cenſur. Tab. 2. cap. 7. §. ſecundo, numero 5. cum ſeq.

Aut non impeditur de iure, nec de facto, ſed ob inimicitias, odium, & huiuſmodi; & in hoc caſu neque à iure excuſatur, nec etiã diſpenſare poteſt in hoc caſu Epiſcopus, quandoquidem eſſet fouere ipſum in peccato, & aſſentiri ei, quod graue peccatum eſt; agentes enim, & conſentientes pari pœna puniuntur, argum. c. quantæ, de ſentent. excommun. & eorum quæ dixit Gloſ. in cap. 1. de off. deleg. & facit cit. c. omnis, vbi etiam permittitur prorogatio, receptionis Euchariſtiæ, non tamen pœnitentiæ. Excipio tñ, vbi recens iniuria grauis alicui facta eſſet, & animo non poſſet ſtatim eam remittere, tunc enim Epiſcopus, & Sacerdos tollerare poteſt, ne eum puniat. Nam & ex cauſa parochus dilationem Confeſſionis ægroto dare poteſt, vt ſupra vidimus. Cohortationibus tamen interim habitis, vt iniuriam remittat, F paro-

parochus operam dabit, quamuis ſi in periculo mortis eſſet conſtiturus, elaborandum eſſet, ne ſine confeſſione moreretur. Sed de quæſtione hac ſatis.

7 Quoad ſextam quæſtionem † an conſuetudine induci poſſit, vt ſine Parochi licentia alteri Sacerdoti peccata quis confiteatur. Breuiter concludendum eſt nõ poſſe, c.pen. & ibi not. de pœnit. lib.6. Excipitur tamen, vbi Parochus conſuetudinem hanc ſciret, & taceret; tunc enim tacitò licentiam tribuit, quod ſat eſt; par enim virtus taciti, & expreſſi eſt, l.cum quid, ff. ſi cert. pet. modò ille alter probatus ſit ab ordinario pœnitentis. Quare Epiſcopus, qui nouit ſuos diœceſanos confiteri Sacerdotibus vicinis, & confinibus alterius diœceſis, & tacet hac taciturnitate, & ipſos probare videtur iuxta diſpoſitionem Trident. Synod. ſeſſ. 23. cap. 15. de reformat. & licentiam concedere vt ſui diœceſani ipſis cõfiteantur. Id quod ſæpius contingit ijs, qui in confinibus diœceſum ſunt, atque ſic reſpondit Ludouicus Paleſtrell. in reſp. caſ. conſ. p.1. caſ.16.

8 Quoad ſeptimam quæſtionem, † ſcilicet ſi facultas conceſſa ſit pœnitenti virtute alicuius Bullæ, ſeu Iubilæi eligendi ſibi confeſſarium quemcunque Secularem, vel Regularem ex approbatis ab ordinario, an intelligi debeat de approbato ab Ordinario loci, vbi pœnitens eligit, an ſat ſit, approbatũ ab alio Ordinario, eſto in alio Epiſcopatu deinceps pœnitens huic confiteatur. In hac quæſtione, quia variȩ de ipſa DD. opiniones ſunt, Ioan. Riber. Archiep. cõſuluit Illuſtriſſ. Cardinales Sacri Concilij Interpretes eique reſcriptum fuit in hunc modum ſcilicet.

Congregatio Concilij Reſpondet approbatum ab alio, quàm à Valentino Archiepiſcopo in diœceſi Valentina non cenſeri approbatum ab Ordinario. Ex quibus verbis apparet amplexandam eam opinionem eſſe, ſcilicet vt approbatus ſit Confeſſarius ab eo Ordinario, in cuius diœceſi quis peccat Confitetur. Non ergo pœnitens Confiteri poterit Sacerdoti approbato ab Ordinario Fauentiæ in Diœceſi Imolẽſi ob declarationem dictæ Sacræ Congregationis, atque ſic retulit, & ſequitur Steph. Quaran. in ſumma Bullar. in verb. Confeſſor. Si quis igitur vult confiteri approbato Fauentiæ in Diœceſi eius confiteri debet. Et idcirco poteſt quis à quocunque Sacerdote approbato confiteri modò in Diœceſi eius, qui probauit, pȩnitẽs confiteatur. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

8 Quoad octauam quæſtionem † an vbi virtute Iubilæi conceſſa eſt facultas eligendi ſibi Confeſſarium Secularem, ſeu Regularem ab Ordinario approbatum, an inquam Regulares ſecularibus Sacerdotibus confiteri poſſint? Nauar. diſputauit hanc quæſt. in cõſil. 13. de priuileg. & conſulit id ipſos poſſe, & Addit. ad eum refert in Sacram Congregationem ſupra Concilium declaraſſe. Contrarium ſuadere videtur Bulla Clem. VIII. lata Romæ die 23. Nouembris 1599. incip. Romani Pontificis circumſcripta benignitas, vbi per facultatem Bullæ cruciatæ, & aliorum priuilegiorum, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, cùm detur facultas eligendi confeſſarium ab Ordinario approbatum, qui poſſit abſoluere fideles Chriſti à caſibus reſeruatis, etiam dictæ Sedi, declarauit. Idem Summus Pontifex eam facultatẽ minimè habere Regulares, ſiue fratres, ſiue ſorores quorumcunque ordinum, & Congregationum mendicantium vbique locorum, ſed in hoc diſpoſitioni ſuorum prælatorum ſubiectos eſſe, ergo repugnare videtur ſuperiori opinioni; Bulla autem hȩc eſt.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmello, quòd cùm in Bulla Cruciatæ ſanctæ & alijs priuilegijs, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, detur facultas eligendi Cõfeſſarium idoneum ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſti fideles à caſibus Ordinario reſeruatis, & à quibuſdam etiam quæ dictȩ Sedi reſeruata ſunt. Religioſi dicti Ordinis, ſeu eorum nonnullis etiam ijs facultatibus vti pȩſumunt, & illorum prȩtextu eligunt Confeſſorem aliquando prȩter eos, qui à ſuis Prȩlatis eorum Confeſſionibus deputati ſunt, quod aliquãdo in ſpeciali eorum vergit detrimẽtum. Quare prȩdictus Procurator Generalis humiliter nobis ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati talem conceſſionem Sacrȩ Cruciatȩ & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis cum Fratribus, & Sororibus Monialibus Ordinis prȩdicti, & aliorum quorumcunque Ordinum, & Congregationum cuiuſuis inſtituti Mendicantium, & non Mendicantium, tam Prouinciæ Hiſpaniæ, quam extra eam vbilibet locorum minimè habere, nec cẽſeri, ſed noſtrȩ intentionis ea iſtere, quod ijdem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacram Pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem.

Digitized by Google

nem, depoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti ſint Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium perpetuò declaramus; eiſdem tamē Prælatis, vt in huiuſmodi vſu poteſtati ſecū ſubditis benignos, & faciles exhibeant, pręcipimus, & mandamus. Non obſtantib. &c. Hæc ſunt conſtitutionis verba, quæ antecedenti opinione repugnare videntur. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſerem. Aut per Iubilæum Generale Summus Pont. conceſſit hanc facultatem omnibus Chriſti fidelibus, & in hoc caſu prior opinio locum habebit; nam de huiuſmodi Iubilæo agit ibi Nauar. & Sacra Congreg. modò prohibitum non eſſet, ne Religioſi vti poſſint huiuſmodi gratijs ſine licentia ſuorum Superiorum. Aut per priuilegiū aliquibus conceſſa eſt, vt in Bulla Cruciatæ, vel in aliquo alio indulto particulari; & in hoc caſu Bulla Clem. VIII. & ſecunda opinio locum ſibi vindicabit; nam in his caſibus particularibus loquitur ea Bulla, vt habetur ibi. Cùm in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & alijs priuilegijs, & in verſ. Talem conceſſionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium. Ex quibus patet non de Iubilæo generali agi. Excipitur tamen, vbi eorum ſuperiores facultatem hanc eis concederent, quam concedere poſſunt: & Clemen. VIII. vt in hoc ſe faciles, & benignos præbeant, præcipit, & mandat, vt in eadem Bulla habetur. In Iubilæis tamen generalibus vidi regularibus etiam ſpeciatim facultatē hanc tribui. In hac quæſt. igitur ſic concludendum cenſeo.

1 Quoad poſtremam quæſtionem † an per litteras, ſeu Nuntium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere liceat. Breuiter concludimus non licere; nam præter quam quod S. Auguſt. id dixit relatus, in c. quem pœnitet, de pœnit. diſtinct. 1. ſic fuit concluſum in Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Vniuerſali Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram Clem. VIII. his verbis.

Sanctiſſimus Dominus Noſter auditis votis Patrum Theologorū, & re cum Illuſtriſſimis, & Reuerendiſsimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitoribus maturè, ac diligenter conſiderata hāc propoſitionem ſcilicet licere per litteras, ſeu internuntium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter Confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere ad minus vti falſam, & temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit, præcepitque ne deinceps iſta propoſitio publicis, priuatiſque lectoribus, concionibus, & congreſſibus doceatur, nevè vnquam tāquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur: quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit pręter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat; & à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exhiſtente Romano Pontifice abſolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis ſubiaceat. Hæc ſunt verba Decreti: ex quibus concluſio propoſita habetur; necnon pęnæ contra eius diſpoſitionem facientes.

At quid ſi Parochianus à Parocho interrogatus, ſi confeſſus ſit, reſpondeat ſe confeſſum eſſe, an fides ei adhibenda eſt? Planè ſic per Extrauag. inter cunctas, de priuileg. §. ſed Sacerdotes; nam nemo præſumitur immemor ſalutis, c. ſancimus, prima quæſtio. 7. & quia nemini præiudicium fit, duobus caſibus exceptis, vt ibidem habetur. Sed de Pœnitentiæ Sacramento hactenus, ad reliqua tranſeamus.

S V M M A.

1 *Extremam vnctionem Chriſti fideles recipere debent.*

2 *Ordo ſuſcipi debet, quo quis Deo inſeruiat; nō vt alijs rebus abundet.*

3 *Matrimonium, vbi contractum eſt maritus ab vxore diuertere non debet.*

§. III.

1 §. Quintò Chriſti fideles, † vbi grauiter ægrotant, vt in periculo mortis conſtituti ſunt, recipere extremam Vnctionem debēt; etſi enim Sacramentum neceſſarium nō eſt, plurimum tamen adiumenti affert in eo articulo conſtitutis. De quo Sacramēto, quòd egi in Trac. meo de Sacramen. & infra etiam in hoc Opere, ob eam rem nihil prætetea huc addimus.

2 Sextò, † etſi ordinem ſuſcipere quis nō cogatur, liberumq; ſit, an quis ei initiari velit, nec ne, qui tamen ſuſcipere ipſum volunt, non eo conſilio ad ipſum ſuſcipiendum venire debent, vt quæ ad victum, veſtitumque neceſſaria ſunt, ſibi parent; vel vt diuitijs

abundent; vel vt honores conſequantur, ſed vt Deo inſeruiant, vt pluribus id aſſeruit Catechiſ. Roman. De Sacram. Ordinis. verſicu. Sed quoniam in omni actione ſuſcipienda.

3 Poſtremò † Sacramẽtum Matrimonij vbi contractum eſt legitimè, diuertere maritus ab vxore ſine iudicio Eccleſiæ non debet, c. porrò, & ibi DD. de diuort. & ideo cogi debent ad habitandum ſimul. Excipitur tamẽ, vbi alterius adulterium notorium eſſet, vel coram iudice probatum; tunc enim innocẽs diuertere ab ipſo poteſt, nec deinceps cogi ad ſimul reddendũ, ita dixit Gloſ. in c. Agathoſa, 27. quæſt. 2. Cogi tamen poteſt ex officio à iudice ad ſimul habitandum, vbi deinceps adulterium, & ipſe commiſſit, ita dixit Abb. in c. fin. de adult. & in c. ex litteris, de diuor. & ibi DD. Sicut etiam, vbi fuit cauſa, vt coniux adulterium committeret, vel deinceps ſciens eſſe adulteram cũ ipſa rem habuit. Sed Sacramentis hactenus, ad præcepta Decalogi tranſeamus.

De gubernatione Laicorum, qui baptizati ſunt, effectu proximi, ſed tertio poteſtatis Epiſcopalis, habito reſpectu ad Decalogi præcepta. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Chriſtiani Decalogi præcepta ſeruare debet.*
2 *Dies feſtus ſolemnis quid ſit.*
3 *Dies feſtus ſolemnes quo iure ſint inuenti.*
4 *Dies feſti induci poſſunt etiam ab Epiſcopo in ſua Diœceſim.*
5 *Dies feſti ſolemnes omnes de iure poſitiuo ſunt.*
6 *Dies feſti ſolemnes qua ratione celebrandi ſint à Chriſti fidelibus.*
7 *Diebus feſtis ſolemnibus Chriſtiani ab operibus ſeruilibus ſe abſtinere debẽt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
8 *Bulla Pij Quinti, refertur de feſtis obſeruandis.*
9 *Opera non ſeruilia feſtis diebus fieri poſſunt, quibuſdam exceptis.*
10 *Mercatus, ac nundinæ, an fieri poſſint feſtis diebus.*
11 *Iudices laici, an licentiam dare poſſint, vt feſtis diebus opera ſeruilia fiant.*
12 *Comediæ an feſtis diebus fiant.*

1 TERTIO Chriſtiani † Decalogi præcepra ſeruare debent; leges enim ſunt, immo legum ſumma, & idcirco ſeruanda ſunt; alioquin grauibus pęnis afficiuntur à Deo, qui eas non obſeruant, vt id pluribus aſſeruit Catechiſ Rom. in cap. 1. Decalogi. Verum, quòd præcepta Decalogi partim reſpectum habent ad Deum, partim ad proximum, ſcilicet ſeptem poſtrema; & de primis, duobus præſertim, quod ad rem noſtram pertinet, ſatis egimus. (de iureiur. enim quòd legitimè fiat, & ſeruetur, etiam foro ſeculari per c. licet, de iureiur. lib. 6. alibi tractabimus;) ob eam rem hìc de tertiò, ſcilicet de obſeruatione feſtorum primò agamus; acturi deinceps infra de alijs. Id qđ vt facilius fiat, tria præmittenda duximus. Primùm dies feſti ſolemnes quid ſint. Deinde quo iure inuenti. Tertiò qua ratione celebrandi.

2 Quoad primùm igitur † dies feſti ſolemnes ſunt dies feſti, quibus ſeruilibus operis intermiſſis actionibus quibuſdam, etiã exterioribus Deo operam dare, ipſumq; collere Chriſtiani debent, vt colligitur ex tot. titu. De fer. & à Triden. Synod. ſeſſ. 25. de Delect. cibor. ibi enim mandat Paſtoribus animarum, & omnem diligentiam adhibeant ad Chriſti fidelium pietatem augẽdam, vt dies feſtos deuotè, ac religioſè celebrent: idem aſſeruit Couar. var. reſolut. lib. 4. cap. 19. in initio. Id quod ſumma ratione factum eſt; ius enim æquumque poſtulat diem aliquam præſcriptam eſſe, qua curis ſecularibus intermiſſis Deo Optimo Max. operam demus atque inſeruiamus; & non ſolum interiori, ſed etiam exteriori actu collamus. Id quod curare præſertim ad Epiſcopos pertinet; etenim & Gentes, quæ verum Deum non nouerant, id obſeruarunt, vt notum eſt, & tradidit Couar. ibidem. Et de hoc primo ſatis.

3 Quoad ſecundum † dies feſti partim de iure communi ſunt; & horum alij à iure ſcripto, alij à non iure ſcripto. Partim à iure ſpeciali. De iure communi ſcripto ſunt dies Dominici, dies Natalis Chriſti Domini cum tribus ſeq. Circuncifionis, Natiuitatis, Purificationis, & Aſſumptionis Puriſſimæ Virginis, Dedicationis ſancti Michaelis, Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ, & Laurentij, & duodecim Apoſtolorum, vt habetur in c. 1. de conſe. diſt. 3. & in c. fi. de fer.

4 Iure verò præcipuo † ac ſpeciali ſunt hi, quos Epiſcopi in ſuis dięceſes celebrandos mãdant, cuiuſmodi eſt feſtus dies S. Caſſiani

in

in Diœceſi Imolen. Poſſunt enim Epiſcopi feſtum alicuius ſancti ab Eccleſia Canoniaati mandare, vt in ſua Diœceſi celebretur, atq; ſic habetur in c. fin. & ibi not. Abb. num. 4. ac DD. de fer. & Couar. lib. 4. var. reſolut. cap. 19. num. 8. verſ. Præter has feſtorum dies, & habetur eadem diſ. 3. de conſe. in principio, & nouiſſimè apud Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reg. cap. 12.

Iure non ſcripto autem duob. modis itidem, ſcilicet conſuetudine, aut generali, aut ſpeciali. Generali, cuiuſmodi eſt feſtum ſancti Martini, ſancti Antonij, ſanctæ Luciæ; horum enim ſanctorum dies feſti vniuersè celebrantur. Speciali verò conſuetudine ſunt feſti dies quorundam Sanctorum, quos Ciuitates aliquæ, vel loca collunt, cuiuſmodi feſtum ſancti Hilari à populo Lugenſi. Sicut etiam Bononiæ feſtū ſancti Petronij ob eandem rationem, quod eius Ciuitatis Patronus eſt. Quandoque etiam ex voto, vel alicuius populi, vel feſtum ſancti Sebaſtiani à populo Solarolienſi; vt accepi; vel feſtū ſancti Macharij, quod à populis quibuſdam ſolemniter celebratur ob grandines. Et votum huiuſmodi à populo factum obligat etiam poſteros non vi voti, ſed promiſſionis, & quod idem populus ſemper cenſetur, l. proponebatur, ff. de iudi. Hæcque feſta ſeruari debent à quocunque qui eſt in loco, vbi celebrantur; & ideo etiam à vagabundis, & à peregrinis, & alterius diœceſes. ſubditis, eſto in ſua diœceſi, vel patria non ſeruentur, ſicut etiam ieiunia: idem quoad cibos iuxta illud. Cum fueris Romæ, Romano viuito more, c. illa, & ibi Gloſſ. diſt. 12. & Gloſſ. in c. quæ contra per eum Canonem, diſtinct. 8. & de cibis dixit hoc Abb. in c. cōſilium, de obſeru. ieiun. ſanct. Thom. 2. 2. quæſt. 147. arg. 4. Etſi ergo Mediolani oua, & caſeum comedere licet in vigilijs, & alibi carnes, Romæ tamen hoc non fiet, & alibi, vbi prohibita.

5 Ex his conſtat † dies feſtos, quos Chriſtiani ſolemniter colunt, non lege diuina naturali prçceptos eſſe, neque etiam lege diuina poſitiua, quam Chriſtus Dominus in Euangelio tulit: Sed iure poſitiuo humano præceptos eſſe, ita pluribus aſſeruit Couar. lib. quarto variar. reſolut. cap. 19. & Nauar. in Man. cap. 13. Id quod locum habet etiam quoad diem Dominicum, vt aſſeruit Nauar. eodem, & Couar. eodem cap. 19. & cap. 13. num. 2. cum multis ſeq. Nec repugnat tertiū præceptum Decalogi, vbi præſcriptum eſt, vt Sabbathum ſanctificetur; nam præceptū illud eſt partim ceremoniale, partim morale. Ceremoniale, vt Sabbathum ſanctificetur, quod hinc patet, quod à lege noua ſublatum eſt. Morale, vt aliquo tempore præſcripto exteriori cultu Deum colamus, & hoc ſublatum non eſt, ſed à Chriſto Domino in noua lege præſcriptum tempus hoc non eſt certum, ſed ab Eccleſia; non enim in Euangelio habētur dies feſti, qui coluntur; & ideo quatenus morale eſt, non eſt ſublatum. Et de hoc itidem ſatis.

6 Quoad tertium † ſcilicet qua ratiōne dies feſti ſolemnes celebrandi ſint, vt rem paucis abſoluamus, duobus modis celebrantur. Primum abſtinendo ſe ab operibus ſeruilibus, de quibus hic agemus. Secundò Miſſam audiendo, de qua re in præceptis Eccleſiæ infra tractabimus.

7 His præmiſſis † vt rem aggrediamur, pro regula habebimus diebus feſtis ſolemnibus Chriſtianos ſeruilia opera facere non debere, vt habetur in c. 1. & in c. 3. & c. fina. de fer. & ita DD. communiter concludunt: Opus autem ſeruile eſt opus corporale conueniens magis ac propriè ſeruis, quam ijs, quibus ſeruitur, ita ſenſit S. Thom. 2. 2. quæſtio. 122. art. 4. Ad tertium, & ſequitur Nauar. in conſ. 6. nume. 3. de fer. Hinc apparet peccata propriè non eſſe opera ſeruilia, eſto qui peccatū facit, peccati ſeruus dicatur, & peccatum cùm ſemper, tum diebus feſtis inprimis vitari debeat. Quare, quòd lege cautum eſt, ne feſtis diebus opera ſeruilia fiāt, de operibus ſeruilibus propriè lex accipienda eſt, & non per translationem, cuiuſmodi peccata ſunt. Qui ergo feſto die peccatū fecit (modò in contemptū eius illud non fecerit) in confeſſione eius peccati circunſtantiā diei feſti confiteri non habet, vt id pluribus aſſeruit Couar. lib. quarto, variar. reſolut. eodem cap. 19. nu. 11. verſ. Fit igitur, vt hoc præceptum Decalogi, & in c. alma, par. prima, §. 6. num. 3. verſ. Quartò hinc apparet. Pœnę verò eorum, qui feſtos dies ſolemnes non obſeruant, quód à Pio Quinto poſitæ ſunt in Bulla incip. Cum primùm, quæ eſt in ordine 5. pag. mihi 925. ob eam rem hunc inſerendam eam curauimus.

8 Cum verò † dierum feſtorum obſeruatio ad Dei cultum maximè pertineat, & in lege Diuina prçcipiatur, cupientes abuſus prauos, qui ex eorum in obſeruātia inualuerunt, omnino corrigere, & antiquorum Canonum ſtatuta renouantes, mandamus, vt omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, ſanctorum Apoſtolorum feriati cum omni veneratione celebrentur, & omnes in diebus prçfatis Eccleſias frequentent diuinis officijs deuo-

tè

Digitized by Google

tè intendant ab omni illicitò,& ſeruili opere abſtineant. mercatus non fiant profanæ negotiationes,& iudiciorum ſtrepitus conquieſcant. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciſſe deprehenſus fuerit, præter diuinam vltionem,& amiſſionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio noſtro, ſeu Vicari noſtri in Vrbe;in alijs verò locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorũ magiſtratuum,ita vt præuentioni locus ſit. Quib.omnib. diſtrictè præcipimus,vt hæc diligenter obſeruari procurent. Illas etiam feſtiuitates,quæ iuxta conſuetudinem locorum ſolẽniter celebrari conſueuerunt, iuxta laudabilem conſuetudinem debita cum reuerentia obſeruari faciant ſub pœnis arbitrio ipſorũ imponendis,& moderandis. Hæc ſunt verba Bullæ,ex quibus habentur pœnæ in eos, qui feſta non obſeruant. Opera ſeruilia igitur fieri à Chriſtianis feſtis diebus non debẽt,quò & peccatum,& pœnas euadant.

Excipitur tamen primò, vbi neceſſitate quis premeretur;tunc enim hæc opera facere poteſt;exempli gratia non babet quis vnde viuat,& mendicare erubeſcit,in hoc igitur caſu licitè quis operabitur, argumen. c. diſcipuli,de conſe. diſtinct. quinta. Atque eadem ratione Medicinæ pro infirmis fieri poſſunt,& ad ſummum, vbi periculum corporis imminet. Quare, & aggeres fieri, & arma conflari, & duci poterunt, quò quis ſe ab hoſtibus tueatur,ſicut etiam panem, & carnes coquere,& pabulum etiam animantibus parare licebit.

Secundò excipitur,vbi damnum rerũ graue immineret,niſi feſtis diebus quis operaretur;tunc enim licebit operari,argumen. c. 3.de fer. Si ergo frumenta aruerint, & vẽtus grauis flet,periculumq́ue immineat,ne grana à ſpicis cadant,metere ſegetes licebit; ſicut fœnum ob pluuias imminentes domum ducere,& linum,& canepam in fluminib. exiſtentia,ne aut marceſcant,aut aquarum impetu alio transferantur,è fluminibus educere. Itidem frumentum triturare, vbi plures pluuiæ extiterunt,quamobrem frumentum in aggeribus,vel naſcitur,vel marceſcit. Id quod contigit anno 1605. in noſtris regionibus,quo tempore mẽſis Auguſti ferè lapſus erat & frumentum triturari non poterat,vnde indictę ſupplicationes ad ſerenitatem petendam etiam fuerunt. Quare,& pauperes, qui non habent, qui eos adiuuent, vel qui meſſores feriatis diebus habere non poſsũt, diebus feſtis conducere ipſos licebit. Idem ſi à furibus damnum graue patiantur. Vendi etiam poſſunt, quæ ſeruando ſeruari nequeunt,cuiuſmodi ſunt ficus,ceraſa, piſces, olera,& huiuſmodi, & ita carnes, quando antea haberi non potuerunt,vel ſeruari, qđ æſtiuis temporibus præſertim contingit,vbi dies feſti plures interueniunt. Hinc Congregar. Concilij cenſuit licere diebus feſtis dare operã rebus ad victum neceſſari,ac tempore perituris, præſertim tempore vendemiarum, & meſſium, & recollectionis fructuum,vel vbi neceſſitas vrgeat,aut ſuadeat pietas,vt refert Addit.ad Sum. Bull. Steph. Quarant. in verb. Dies feſtus.

Tertio excipiuntur, quæ ad diuinum cultum pertinent. Verùm, quòd hæc opera triplicis generis ſunt, quędam conſiſtentia in ipſo cultu diuino,vt deferre Crucem,& Sanctorum Statuas aureas, vel argẽteas in proceſſionibus. Quædam ſunt præparatoria ad diuinum cultum;& hæc partim ſunt præparatoria ſimul cum cultu, vt pulſare campanas ad miſſam,& ad veſperam, & huiuſmodi. Planè duo hæc licitè obiri poſſunt. Partim ſunt præparatoria: Sed die antecedente feſtum præparari poterunt, vt ornare templum,ipſum verrere,ideſt ſcopare, conficere hoſtias pro miſſis celebrandis;hæc die feſto fieri non debent, niſi cauſa probabilis aliqua adſit, vtpotè,quia antea fieri non potuerũt;ſicut etiam,ſi plures dies feſti ſint,& immunda reddita ſint templa, expurgari poterunt,quamuis etſi ſine cauſa fiant, ſed ſimplici corde,leuiter peccetur. Quædam verò per accidens ad diuinum cultum ordinata ſunt,vt arare,fodere terras Eccleſiæ, & huiuſmodi;& hæc,niſi neceſſitas adſit, fieri nõ debent,ita tradidit Doctiſſimus Caieta. ſecunda ſecundæ quæſt. 122. articu. quarto, ad 3.

Quartò excipitur,vbi res parua eſſet,vtpote ſi candelæ vendantur, quæ pro miſſis offeruntur,vel modicum veſtis ſcruiatur, & id generis,in qualibet enim re paruitas rei excuſar à peccato,argum. l. ſcio, ff. de in integr. reſtit.

Quintò excipitur,vbi quis in loco pręsẽs eſt, in quò dies feſtus ſolemnis non agitur, atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 3. num. 5. verſ. Infertur ſextò. Ex quibus apparet feſta ea celebranda eſſe,quę in eo loco celebrantur, vbi quis adeſt; & non, quę in patria, à qua abeſt,iuxta c. illa,iunct. Gloſſ. diſtin. 12. quę ait Dum fueris Romę Romano viuito more. Dũ fueris alibi, viuito ſicut ibi. Quare, qui in feſto Sancti Caſſiani in Diœceſi Imolenſi inuenitur celebrare feſtum illud, & ipſe debet,eſto in ſua patria non celebre-

tur,

Digitized by Google

tur.& è contrario, qui de Diœceſi Imolenſi eſt, obſeruare illud non tenetur, ſi alio proficiſcatur, vbi illud non teneatur, & facit c. fi. de conſtit. lib. 6. Excipio tamen, vbi quis obligaret ſe ad aliquod feſtum agendum; quocunque enim proficiſcatur, illud ſeruare tenetur, ex quo obligatio perſonę inhęret, arg. c. ex litteris, de pign.

9 Secundò † excipiuntur opera non ſeruilia, vt docere, conſilium dare, libros componere, & id generis; ex quo enim opera ſeruilia non ſunt, licitè fiunt; nam ſeruilia tãtum prohibita ſunt, ergo non hæc; prohibitio enim vnius, alterius permiſſio eſt, arg. c. nonne de præſumpt. & l. cum prætor, ff. de iudi.

10 † Excipiuntur tamen primò Mercatus, cap. primo, de fer. Verùm quòd Mercatus, ſeu nundinæ partim ſunt priuatæ, & non ſolemnes, vt quę fiũt feſtis diebus alicuius ſancti, vt Lugi in Aſſumptione Sanctiſſimæ Virginis. In his, ſi conſuetudo ſit, vt feſtis diebus fiant, Sacra Congreg. ſuper Concilium declarauit nihil innouandum eſſe, vbi conſuetudo tollerata eſt, ſed peractis ſacris poſſe fieri etiam ante Eccleſiam, modò tamen extra ipſius atrium fiant, vt declarauit Sacra Congreg. apud Trident. Synod. ſeſſ. 25. c. De delect. cib. ieiun. & dieb. feſtis. Partim verò ſolemnes, ac publicæ, & in his ſeruabitur declaratio eiuſdem Sacræ Congreg. ſeu Decretum, quod refertur à Steph. Quaran. in Sum. Bullar. in verbo, Dies feſtus, quod Decretũ tale eſt. Præceptum de Dominicis, & feſtiuis diebus ſanctificandis, & obſeruandis prætextu mercatuum, & nundinarum, & feriarum, nullatenus eſſe violandum. Cæterũ his diebus licere Agaſonibus, & alijs iumentorum vectoribus, ſeu mercium conductoribus, baiulis, & alijs huiuſmodi ſeruientibus ac miniſtris ſarcinas, & onera nundinarum cauſa exonerare, & deponere, inceptumque iter, miſſa tamen prius audita, tranſeundo proſequi, & continuare. Non autem debere ſarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neque Mercatoribus, & alijs ciuibus, & viatorib. ijs diebus etiam clauſis Apotecis merces vendere, emere, aut exportare licere, niſi tantùm ad victum neceſſaria, & alia minuſcula, & modici momenti opera iam conflata pro tranſeuntium, hoſpitum, aduenarum, exterorũ vrgenti, & præſentanea neceſſitate, & opportunitate. In quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere, vt inprimis hi feſti dies debita obſeruatione colantur, ſimulq; populorum, & confluentium neceſſitatibus, quantum ſine diuina offenſione fieri poteſt, conſulatur. Quoad iudicia autem, quæ Dominicis, & feſtis diebus ſilere debent, id obſeruari poterit, quod iure communi promittitur, in quibuſdam vrgentibus caſibus, qui moram, & dilationem non patiũtur, in quibus, & alijs iuriſdictionem conſulum nundinis prępoſitorum concernentibus conſtitutiones, & Summorum Pontificum ſi quæ habent priuilegia, & allegatum Breue Fel. Record. Pij Quinti, ſeruanda eſſe ſtatuit. Hoc eſt Decretum. Ex quo conſtat feſtis diebus quid fieri queat in publicis nundinis. Secundò excipiuntur iudicia tam ciuilia, quàm criminalia, c. 1. & c. fin. de fer. & 15. q. 4. & tot. tit. C. de fer. Cauſæ tamen plures agi poſſunt, quas refert Gloſſ. Sum. ead. q. 4. & habetur in tit. alleg. Poſtremò iuſiurãdum, niſi pro pace, aliavè pia cauſa fiat, vt in cit. ca. 1. de fer. nullum. n. eſt, vel in contractib. alijſq; actibus voluntarijs interueniat; & ideo contractus minorum non confirmantur iureiurando per Auth. Sacramenta puberum, C ſi aduerſ. vend. nec contractus mulierum, per c. cùm contingat, de iureiuran. ſi die ſolemni feſto interueniat, ita Plot. in Tract. de in lit. iur. §. 49. pag mihi 245. Non denique feſtis diebus concilium, ſeu Vniuerſitas congregari debet ad concilium. Item nec Capitulum Eccl. Cathed. vel Collegiatæ, ita Fuſch. de Viſit. libro primo, capitu. 15. num. 27. niſi neceſſitas aliqua vrgeat, vt ſup. diximus.

Septimò excipitur, vbi diſpenſatio ab homine interuenit; ſi enim Romanus Pontifex diſpenſet, vt aliquo die feſto ſeruilia opera fiant, non peccabitur, ex quo de iure poſitiuo ſunt, cui prępeſt Romanus Pont. argum. l. digna vox, C. de leg. & c. propoſuit, de conceſſ. prębend. Atqui an Epiſcopus diſpenſare poſſit? Planè in feſtis, quę communi iure, ſeu generali conſuetudine inducta ſunt, diſpenſare non poteſt, quandoquidem ipſi iuri ſubiectus eſt per cap. 1. & c. fi. de conſtitu. & c. ego, de iureiur. non enim inferior maioris legem tollere poteſt, c. cum inferior, de maior. & obed. cum ſimil. In feſtis autem à ſe inductis diſpenſare poterit; quandoquidem ſuis legibus ipſe non obligatur. Poterit tamen declarare in feſtis à iure communi inductis, vbi probabilis ratio id poſtulat, opera ſeruilia fieri licere, ſcilicet in cit. caſibus proximè.

Poſtremò excipitur, vbi diſpenſatio à iure fit, quod contingit in ſuperioribus caſib. vbi aut neceſſitas, aut damnum imminet; ſi enim notoria hęc ſint, ſine alia licentia exercentur; quandoquidem à iure facultatem habent, argum. cit. cap. 3. de fer. Quare, ſi Iudices

dices operantes in his caſibus condemnare velint, licitè id non facient, vbi probabunt, vel neceſſitatem, vel damnum imminens; ſicut è contrario non excuſabūtur à peccato, qui licentiam habent à Iudicibus in caſibus non permiſſis. Et ex his conſtat licentiam non poſtulari, vbi neceſſitas manifeſta eſt, atque ſic dixit Nauar. in eodem capitu. 13. numero 6.

11 Verùm † an Indices laici poſſit hanc licentiam dare? Planè id ipſos non poſſe cenſeo; quandoquidem quæſtio iuris hæc eſt; at in cauſis Eccleſiaſticis vbi iuris quæſtio eſt, iudices ſeculares ſe intromittere non debent, ſicut probaui in Tracta. de vſur. eſto operantes poſſint ipſi Iudices laici punire, vbi cauſa neceſſitatis non apparet. Ad Eccleſiaſticum Iudicem igitur hoc pertinebit.

At quid de ludis, & Commedijs, & ſpecta-
12 culis? † Planè, vbi minus honeſta ſunt, non modò feſtis diebus fieri non debent, verùm etiam nec alio tempore; nam ſic habetur in Concil. Toletan. relat. in cap. 2. de conſe. diſtin. 3. Irreliginſa conſuetudo, dicitur enim ibi, eſt, quā vulgus per ſanctorum Solemnitates, & Feſtiuitates agere conſueuit, populi, qui debent diuina officia attendere, ſaltationibus turpibus inuigilant; cantica non ſolum mala canentes, ſed etiam Religioſorū officijs perſtrepunt: hoc enim, vt ab omnib. Prnuincijs depellatur, Sacerdotum, & iudicium à Concilio Sancto curæ committitur. Hæc ibi. Idem & apertius prohibetur in l. ſi. C. de fer. Quare, vbi hæc ſpectacula referenda ſunt, vel Commediæ recitādæ, inſpiciendum eſt, ne cōtra bonos mores ſint: id quod Epiſcopi munus inprimis erit; non ſolum enim poteſtatem habet ſupra peccatum, verùm etiam, vbi peccati periculum eſt. Immò diebus feſtis ſolemnibus vel honeſta ſint, exhiberi non debent, c. qui die, de conſe. diſtinct. 1. & cit. l. ſi. & id pluribus egit Mennc. de arbitr. iud. Cent. prima, lib. 2. caſ. 69. Idque meritò, ſi enim iudicia, quæ licita ſunt, ac neceſſaria prohibita, ſunt per cit. l. ſi. multomagis hæc inutilia. Conſuetudine tamen contrarium ſeruatur, vt fiant poſt diuina celebrata: id quod tollerari poteſt, modo non fiant tempore ieiuninrum, vt Quadrageſimæ, quandoquidem dies pœnitentiæ ſunt. Sed de hoc ſatis iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Superiorum præſcripta iuſta ſeruare laici debēt, & idcirco cenſuras latas.*

§. I.

1 **S**Ecundò † ſuperiorum præceptis parere laici debent. Quare excommunicatos, interdictos, atque ſuſpenſos, vbi notorij, denunciatiuè ſunt, vitare Chriſtiani debent in ijs, quæ per ipſas cenſuras prohibentur; alioquin puniuntur, vt abundè probaui in Tracta. De Cenſur. & ob hanc rationem Epiſcopus cenſuris affectos in ſua diœceſi, denunciare, ac publicare debet, vt vitentur c. curæ, 11. queſt. 3. & c. peruenit, 1. & c. paſtoralis, & c. conqueſti, de ſent. excom. & Clem. vnic. de conſang. & affin. & vt id ego probaui in Tract. meo de Cenſur. Tab. 1. capit. 21. §. 2. Sed ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Duellum permittens Princeps in ſuo territorio, quam pœnam incurrat.*
2 *Duellum committentes*
3 *Patrini*
4 *Dantes conſilium*
5 *Spectantes, qui duellum committunt*
(2–5:) *qua pœna puniantur.*
6 *In torneamentis pugnare non debent.*
7 *Non etiam cum beſtijs.*
8 *Bulla Pij V. de agitatione taurorum.*
9 *Libelli famoſi fieri non debent.*

§. II.

1 **T**Ertiò † Principes laici ī ſuis terris duellum permittere non debent; alioquin ipſo facto excommunicati ſunt. Item priuati eo loco, ac iuriſdictione, quam habent ab eccleſia; Etſi ab alijs habent, ad directos dominos redeunt. Hæc pœnæ locum habent, vel duellum non ſequatur. Secundò idem, ſi non impediant ipſum, ita Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reform. cap. 19. Tertiò locum habet etiam in duellis priuatis, & non ſolemnibus; nam duplex eſt duellum, quodam ſolemne, in quo interueniunt Patrini, fiunt ſcripturæ electio armorum, & loci duelli. Non ſolemne verò contra. Quæ igitur dicta ſunt, locum habent etiam in duellis priuatis, & hoc per Bullam Greg. vt infra videbimus, qui diſpoſitionem Concilij Trid. ad priuata duella produxit.

2 Se-

2 Secundò † pugnantes in duello ipſo iure ſunt excommunicati: Secundò ipſo facto ſuis bonis priuati. Tertiò perpetuò infames. Quartò, vt homicidæ puniri debent iuxta Sacros Canones. Quintò, ſi tunc moriantur, Eccleſiaſtica ſepultura carent, ita habetur eodem capitulo 19. apud Trident. Synod.

Hæc aut pœnæ locum habent, vel prouocatus ſe defendendo occidat aduerſarium; eſto enim aliàs quis excuſetur, vbi quis defenſionis cauſa quempiam occidit; ſecus tamen hìc, vt dixit Nauar. in conſil. 2. de torneam. Idque meritò, poterat enim inuitationem non ſuſcipere.

Tertiò locum habent vel priuatim duellum, ſeu non ſolemne committitur, nã per Greg. XIII. in Bulla incip. ad tollendam lata anno 1582. diſpoſitionem Trid. Syno. ad priuata duella traduxit. Nam duellum duplex eſt aliud ſolemne, aliud non ſolemne, quod dicitur priuatum, vt proximè diximus.

Quartò locum habent, ſi prouocatio fiat ad duellũ, & accipiatur, eſto deinceps duellum non ſequatur, & hoc per Bullam Clem. VIII. & ita ſeruatur in Romana Curia, vt teſtatus mihi eſt per Illuſtr. ac Reuerendiſs. Alexãder Iuſtus, & Doctiſſimus Petrus à Laguna è Societate Iesv.

Quintò locum habent, etiam ſi duellum committatur ab ijs, qui ſunt in Caſtris, vel in præſidijs, vel prouocent militem de exercitu hoſtium, vt habetur in eadem Bulla Clem. Excipiuntur tamen, qui animum committendi duellum habuerunt, ſed non commiſſerunt, neque ad id prouocauerunt; non enim Triden. Synod. mentalia duella prohibet pœnis appoſitis; Nec Romani Pontific. proximè allegat. Secundò excipiuntur, qui nulla prouocatione facta, ſed rixa orta de improuiſo ad arma venerunt; nam prædicti Pont. & ſancta Synod. puniunt ex condicto duellum committentes, vel ad ipſum prouocantes, ego ſecus quoad alia. Tertiò excipitur is, qui prouocatus eſt, ſed non accepit. Quartò excipiũtur, qui ad pugnos ſe prouocarunt; non enim ratio, ſcilicet periculum mortis verſatur in hoc caſu, ſicut in alijs caſibus, ſecus autem ſi bacculis ad pugnam ſe prouocarent, ex quo ratio hæc locum habet. Abſolutio autem prædictæ excommunicationis Romano Pont. eſt reſeruata, vt dixit Nauar. in conſil. ſecũdo, de purg. vulg. eſto ſint Duella priuata, vt habetur in Bulla Clemen.

3 Tertiò † Patrini eaſdem pœnas ſubeunt, quas proximè dixi, etiamſi pugnatum non ſit.

4 Quartò † dantes conſilium ad hoc tam de iure, quàm de facto, aut ratione alia ſuadentes; nam ipſo facto excommunicati sũt. Secundò ſunt perpetuò maledicti.

5 Poſtremò † qui duellum committentes inſpiciunt eadem pœna afficiuntur, modò dedita opera id faciant; nam excommunicationis perpetuò vinculo tenẽtur, vt habetur in eod. cap. 19.

Excipiuntur tamen, qui de improuiſo, & tranſeuntes ipſos inſpicerent; nõ enim propriè hi ſpectatores ſunt.

Ex his patet non licere Chriſtianis pugnare in Duella, & multominus Clericis, vt habetur in tit. de Cler. pug. in duel.

6 Secundò † inprimis in torneamentis pugnare Chriſtiani non debent, vnde ſæpius cædes interueniunt, vt habetur in c. 1. & 2. de torneam. & vt dixit Nauar. in Man. capit. 15. num. 9. iunct. Extrauag. quia in futurorum, eodem de torneam. eſto, vbi non interueniunt ſæpius cædes, ſecus ſit per citat. Extrauag. iunct. traditis à Nauar. ibid. Pęna autem quęnam ſit, habetur in eod. c. 1. & 2. de torneam.

7 Poſtremò † agitationes taurorum Principes, ac Reſpublicæ permittere non debent. Non etiam cum tauris, & alijs beſtijs milites, aliæuè perſonæ pugnare debent; id enim per Bullam Pij Quinti, prohibitũ eſt, incip. De ſalute gregis Dominici, & eſt in ordine 47. cuius verba ſunt hæc.

8 De ſalute gregis, &c. † Nos igitur conſiderantes hæc ſpectacula, vbi tauri, & feræ incirco, vel foro agitantur à pietate, & charitate Chriſtiana aliena eſſe; ac volentes hęc cruenta, turpiaque dæmonum, & non hominum ſpectacula aboleri; & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſimus, prouidere, omnibus, & ſingulis Principibus Chriſtianis quacunque tam Eccleſiaſtica, quàm mundana etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentib. quouis nomine nuncupentur, vel quibuſuis Communitatib. & Rebuſpublicis, hac perpetuò noſtra cõſtitutione valitura ſub excommunicationis, & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus, & interdicimus, ne in his Prouincijs Ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiuſmodi ſpectacula, vbi taurorum, ferarumvè agitationes exercentur, fieri permittant.

Militibus quoque, cæteriſque alijs perſonis ne cum tauris, & alijs beſtijs in ſpectaculis præfatis ipſi tam pedeſtres, quàm equeſtres,

eqneſtres congredi audeant, interdicimos, quod ſi quis eorum ibi mortuus fuetit,eccleſiaſtica careat ſepultura.

Clericis quoque tam regularibus, qoàm ſecularibns beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis ſub excommunicatioois pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint,ſimiliter prohibemus; omneſq; obligationes,iuraméta,& vota, à quibuſuis perſonis Vniuerſitare,vel Collegio, de huiuſmodi taurorum agitatione etiam, vt ipſi falſo arbitrantur in honorem Sanctorum, ſeu in quamuis Eccleſiaſticarum ſolénitatum,& feſtiuitatum, quæ diuinis laudibus,ſpiritualibus gaudijs,pijſqne operibus, non huioſmodi ludis celebrari, & honorari debent;hactenus factas,& facta, ſeu in futurum fienda,quæ, & quas omnino prohibemus,caſſamus,& annullamus, ac pro caſſis, nullis, & irritis haberi perpetuò decernimus,atqoe declaramus.

Mandamns autem omnibos Principibns, Comitibus, & Baronibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ feudatarij ſub pęna priuationis feudorum,quę ab ipſa Romana Eccl obtinent, reliquos verò Principes Chriſtianos,& terrarum Dominos,prædictos hortamur in Domino,& in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamns,vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmiſſa omnia in ſuis Dominijs, ac Terris huiuſmodi exactiſſimè ſeruare faciant, vberimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi. At vniuerſis venerabilibus Fratribus Patriarchis,Primatibns,Archiepiſcopis,& Epiſcopis,alijſque locorũ ordinarijs in virtote ſanctæ Obediẽtiæ ſub obteſtatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipimus, quatenus in Ciuitatibus, & Diœceſibus proprijs præſentes uoſtras litteras ſufficienter publicari faciant, & præmiſſa etiam ſub pœnis,& Cenſuris Eccleſ. obſeruari procorent.Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Romæ apud ſanctum Perrum anno Incarnatiooia Domini 1567. Calend. Nouembris Pont.noſtri anno ſecundo.Hęc ſunt verba Bullæ. Ex quibua habetur concluſio propoſita,necnoo pœnæ,in quas contrafacientes incidunt.

9 Immo † nec libellos ſamoſos permittere Epiſcopus debet;ſunt enim cõtra bonos mores;nam prohibiti ſunt iure Pontificio,vr habetur,5.q.2.& per Bullam Pij V.incip. Romani Pont.quæ eſt in ordine 115. & per Bullã Greg.XIII.incip. Ea eſt,in ordine 7.iam ad alia tranſeamua.

S V M M A.

1 *Concubinas laici habere non debent, alioquin ab Ordinario puniuntur; Sicut & Clerici.*
2 *Rapere mulieres non debent.*
3 *Meretrices diſcerni ab honeſtis mulieribus debent.*

§. III.

1 §. Qoartò † laici coocubinas habere non debrnt; alioqoin ab Ordinario puniri poſſunt, vt habetur apud Trid.Syno.ſeſſ.24. de reformat.capit.8.Pœna autem huiuſmodi eſt.Primò,ſi ter mooiti,vt cõcubinas reijciant,non paruerint, excommnnicari poſſunt,vt ibi habetur. Secundò,ſi per annum in contumaciam perſeuerauerint, ab Ordinario ſeuerè pro grauitate criminis puniuntur. Mnlieres verò,ſi publicè cum adulteris permanſerint, poſt trinam admonitionem excommunicari poſſunt; & ſi eis videbitur, extra Diœceſim ipſas eijcere, vt habetur eodem capir.8. Eccleſiaſticum enim crimen hoc eſt,& ab Eccleſia ſolum punitur, vt ſenſit Clar.in Prax. Crim § fin. qoæſt. 37. Alijs etiam pœnis affici poſſunt, ita Diaz.io Practi.Crimin. Canon. capitulo 39. Addit.ad eum.

Clerici quoqne grauiter puninntur, necnon Epiſcopi,qui concubinas habent, vt habetur apud Trident.Synod.ſeſſ.25.cap.14. quæ tamen pœnæ locum non habent, vt Sacra Congreg.ibi declarat, vbi concubinas noo habent,eſto incõtinentiæ peccatum cõmittant:quamnis Nauar.contrarium ſenſerit io conſ.1.de cohab.cler. & mul. Sed opinioni,& declarationi Sacræ Congreg.interpretis Concilij ſtandnm eſt.

2 Non etiam † mulietes rapere debent libidinis gratia,vt habetur apud Triden.Syno. ſeſſ.24.de reformat.matr.cap.6. Raptus autem eſt ablatio violenta, qua fœmina vel ipſa inuita, vel patre inuito ab vno loco ad alium locum trahitur libidinis gratia.Violentia autem fit mulieri expreſsè, ſeu patri apertè,vbi ſcilicet de facto trahitor.Nõ apertè,vbi muneribus,aut promiſſis trahitur,vt ſenſit Angel.io Auth.de lenon.§. fi.& ſequitur Nauar.in conſ.1.io fine,& in conſ.3.numero 2. de Rapt. Pœna autem raptus hęc eſt; nam primò inter ipſos matrimoniũ eſſe non poteſt, quandiu eſt io poteſtate raptoris,vt habetur apud Trideo.Synod.ibidem. Et ſi contra fiat, nullum eſt. Non etiam ſponſalia valeot,vt dixit Nauar. in conſil.4. de rapt.

rapt. qoippe quia liber conſenſus non exiſtimatur, qui ſicur poſtulatur ad matrimooiū, c. cum locum, de ſponſal. ita & in ſponſalib. vt dixit ibidem. Secundò raptor ipſo facto excommonicarus eſt. Tertiò perpetuò eſt infamis. Quartò omnium dignitatum incapax eſt. Poſtremò teuetur raptor vel vxorem ipſam ducere, vel ſi non ducat, arbitrio iudicis dotem ei dare. Addo ſi Clerici fuerint, de proprio gradu ipſos cadere.

Secondò, qui raptori conſilium, & fauorē præbuerint ipſo facto excommunicati, & omnium dignitatum incapaces ſunt; & ſic Clerici de ſoo gradu decidont.

Hæc, quæ diximus locum habent, vel mulier ipſa conſentiat, modò patre inuito id fiat, itá dixit Nauar. in eodem conſil. 1. & 2. de Rapt.

3 Meretrices itidem † ne ſuis obſceuis moribus, conſuetudineve honeſtas mulieres corrumpant, in aliquo ſeiuncto loco habitare debent, ita Bald. io l. ſecunda, in fine. C. de iure emphyt. & Caſtrenſ. in l. uollus, C. de Sum. Trinit. & Viu. in ſua Sylu. opio. 678. num. quinto. Item que notam aliquam habere, vode ab honeſtis dignoſcantur. Id quod Epiſcopus curare debebit ob animarum ſalutem. Id quod Pios Qoartus cauit in Vrbe per Bullam incip. Cum noſtræ intentionis, quæ eſt in ordine 27. pagin. 689. prohibet enim ipſis vſum Romani habitus ouncupati *il Lenzolo*, & rhedarum, nuncupat *gli Cochi*. An autem peccent, qui ædes eis locaot; Concludēdum eſt, ſi locator ſimpliciter locet ad habitaodom, oon peccare; eſt enim opus indeſerens, & idcirco á fine operantis regitur: alioquio, ſi contrarium diceremus, nec ad victum neceſſaria eis prę̨ſtanda eſſent, quod abſurdum eſt. Secos autem ſi pluris locatet ob illud turpe lucrum. Quare Cauponę, qui meretrices habeot, quò plores ad eorū cauponam diuertaotur, & plus lucrentur, mortiferè peccant, & abſoluendi noo ſuut, niſi eas dimittant, ita dixit Naoar. in conſilio 5. de pœniten. & in Man. capit. 17. de peccatis circa locata, oumero 195. vbi pluribus rem hanc egit. Verùm quid ſi meretrix publica ad pœnitentiam veoiat, an ſtatim Euchariſtia admioiſtraoda ſit, & quid de alijs publicis peccatoribus. Hoc explicauimus iofra de pœnitentia, & Euchariſtia.

Mymi, atque Hiſtriones demom, ne obſcena verba publicè recitent, actuſque impudicos agant, prohiberi debeot, de quib. etiam ſupra nonnulla egimus. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Laici, alij vè Eccleſia, & locorum piorum bona, fructus vè vſurpare non debent.*
2 *Vſurpantes bona eccleſia, locorum vè piorum qua pœna afficiantur.*
3 *Noua vectigalia, ſeu portoria inducere, ſeu imponere, impoſita vè augere laici non debent.*
4 *Non vſuras exercere.*
5 *Cyngari auocandi ſunt à furtis.*
6 *Quæſtores qui prohibendi, ne eleemoſynas quærant.*

§. IIII.

1 Quintò laici † bona, ſeu fructus quoſcūque Eccleſiæ, locorumque piorum, quaſi
2 iure ſuo vtentes vſurpare ooo debent; † alioquin ipſo facto excōmunicati ſunt, quouſque integrè reſtituerint, atque abſolutionē á Romano Pōt. habuerint, vt habetur apud Trideot. Synod. ſeſſ. 22. de reformat. capitu. vndecimo, & apud Bullam Cœnæ Domini capitu. 17. quam materiam explicaui eodeoi cap. p. 2. in Tract. de Bulla Cœnæ Domini.

Secundò locum habet, vel bona, quæ vſurparunt, ſint bona Eccleſiæ, ſcilicet beneficij ſecularis, vel regu. vel Montium pietatis, vel locorum piorum.

Tertiò locum habet, quæcunque bona ſint, vel immobilia, vel mobilia, vel iura, ſeu iuriſdictiones, vel fructus cuiuſcunque generis ſint.

Quartò locum habet, vel per ſe vſurpent, vel per alios, ſiue Clericos, ſiue Laicos, item vi, metuvè, ac demum quacunque ratione, & arte.

Secundò eadem pœna afficitur, qui impedit, ne ab ijs percipiantur ad quos iure ipſa pertineot.

Tertiò ſi Patronus hæc fecerit, præter excommunicationem iure patronatus ipſo iure priuatus eſt.

Poſtremo ſi Clericus hæc fecerit, vel fabricator, conſenſorvè fuerit huius fraudis; excommunicatus ipſe eſt; etſi ius patronatus habet, eſt eo priuatus, & quibuſcunque alijs beneficijs, & ad quæcuoque alia beneficia iohabilis redditur, & ad arbitrium ſui ordinarij ſuſpenditur à ſuorum ordinum executione, etiam poſt integram reſtitutionem, & abſolotionem, ita habetor apud Trident. Synod. eod. cap. Duæ autem poſteriores pœnæ Clericis noo ipſo iure, ſed per ſeutentiam inferuntur. In has autem pœnas

non incidunt,qui animo ſurandi id faciunt, & non quaſi ſuo iure, id faciant, ita Sacra Congreg.hìc.

Item Rectores piorum locorum cedentes arbores eorundem locorum in ſuum commodum. Quare Rectores Hoſpitalium caueant,ne quid vſurpent.Domini tamen beneficiorum,ſi incidant arbores ad ſuũ commodum,in eas pœnas non incidunt.

3 Secundò † nnua vectigalia imponere, impoſitavè augere non debent; Hoc enim & antiquo iure, & per Bullam Cœnæ Domini prohibitum eſt, cap. 5. quod explicauimus in Tract.de Bulla Cęnæ Domini,par.2.eod. &,quouſque pareat,declarauimus.

4 Tertiò † nec vſuras exercere debent, de qua vſura quòd abundè in Tracta. meo de vſur.egi, ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc ſumantur. Ad ſummam alterius bona atque iura inuito domino auferre non de-
5 bent. † Quare Cyngari,(ſic enim vulgo nominantur)quorum vita furtis, atque rapinis ſuſtentatur,ne rem alterius ſurripiãt dolo,ac falacijs,Epiſcopus curare debet.Sicut etiam ne eleemoſynas quærãt,qui ſani ſunt; id enim iure prohibitum eſt,vt habetur in l. vnicæ,C.de mẽdic.valid damnum enim inferunt pauperibus,qui non habent, vnde ſe ſuſtentent,nec ſuis laboribus victum ſibi parare queunt;etenim cura miſerabilium perſonarum ad Epiſcopum pertinet, vt alibi probauimus, ſcilicet capitu. 24. §. ſecundo,infra.

6 Poſtremò † eleemoſynarum quæſtores admittendi nõ ſunt, vbi per ſe,aliusvè prędicant,indulgentiasvè promulgant,vt habetur apud Trident.Synod.ſeſſ.5. de reforma. cap.2.in fine,& ſeſſ.21.de reformat. cap.5. Excipiuntur tamen fratres ſancti Antonij, ex quo poſt Concilium Trident.eis conceſſum eſt priuilegium eleemoſynas quærendi, ſicut etiam Regulares Mendicantes, vt dixit Nauar.in conſil.33.de pœniten. Ac demum reliqui pauperes,qui ſuis laboribus ſe ſuſtentare non poſſunt. Hæc igitur Chriſtiani ſeruare debent;ſicut etiam præcepta alia omnia,quæ in ipſo Decalogo continentur, quæ quoniam à doctisſimis viris plurib explicata ſunt,ob eam rem huc tantum ea inſeruimus,quæ ad ſubiectam materiam poteſtatis Epiſcopalis potisſimum pertinent, iam ad præcepta Eccleſiæ tranſeamus.

De gubernatione laicorum, qui baptizati ſunt effectu proximo,ac primo Poteſtatis Epiſcopalis habito reſpectu ad pręcipua Eccleſiæ pręcepta. Cap. IX.

S V M M A.

1 *Præcepta Eccleſiæ ſeruare Chriſtiani debent.*
2 *Ieiunium obſeruare Chriſti fideles debent.*
3 *Ieiunium naturale quid ſit.*
4 *Ieiunium Eccleſiaſticum quid ſit.*
5 *Ieiunia Eccleſiæ quo iure inuenta.*
6 *Ieiunia Eccleſiæ quando ſeruare quis non cogatur.*
7 *Ieiunium an frangat, qui vna commeſtione plus comedit, quam in duabus.*
8 *Ieiunij tempore quibus cibis veſcendum.*

1 POSTREMO † Chriſtiani Eccleſiæ præcepta ſeruare debent. Et quoniam præcipua quinque ſunt,ſcilicet ieiunium ſeruare, diebus feſtis ſolemnibus miſſæ ſacrum audire; decimas, ſeu primitias ſoluere: Semel in annum confiteri,& in Paſchate Sacram Euchariſtiam ſummere; & duo poſtrema iam explicauimus, ob eam rem reliqua tria nunc explicemus, & prius primum.

2 Chriſti fideles igitur laici † ieiunia ab Eccleſia indicta ſeruare debent, vt habetur de obſer.ieiun.toe tit.& diſtinc.76.per totam, & de conſe.diſtinct.3.per totam, & nouiſſimè apud Triden.Synod.ſeſſ.25. de Delect. cibor.ibi enim ſancta Synod. mandat Paſtoribus omnibus,vt omnem diligentiam adhibeant,quò Chriſti fideles obſeruent, quæ ad mortificandam carnem conducunt,vt ciborum delectum,& ieiunium. Non eſt igitur hac de re dubitandum. Verùm antequã vlterius progrediamur, duo præmittenda ſunt,ſcilicet quotuplex ieiunium ſit. Secundum,quo iure ieiunia indicta ſint.

Quoad primùm igitur, ieiunium duplex eſt. Aliud naturale, aliud Eccleſiaſticum:
3 † Ieiunium naturale eſt,quod frangitur cuiuſcunque rei ſumptione,vel medicinæ loco ſumatur; & ieiunium hoc ad Euchariſtiam ſumendam poſtulatur,& incipit à media nocte iux.l.more Romano, ff.de fer. & ita dixit

Digitized by Google

xit S. Thom. 2.2. quæſt. 147. art. 6. verſic. Ad ſecundum, & in 3. par. quæſt. 80. artic. 6. Ad quintum. Non frangitur tamen ſaliuæ, reliquiarumque antecedentis diei deglutione, neque etiam, dum quis os lauat, ſi gutta aliqua aquæ, viniuè, vel iuris, dum ipſum degu ſtat, caſu cum ipſa ſaliua deglutiatur, & ſic in parua quantitate, ita dixit S. Thom. ead. quæſt. 80. art. 8. Ad 4. Et de hoc ieiunio nihil eſt, quod hic præterea agamus.

4 Ieiunium autem Eccleſiæ † eſt ieiunium ab Eccleſia inſtitutum. Tum ad carnis vitia coercenda, peccatorumque pœnas expiandas. Tum ad mentem ad ſpiritualia excitandam; hos enim effectus inprimis ieiunium operatur, vt tradidit S. Thom. 2.2. quęſtione 147. art. primo, in reſp. & Couar. libro. 4. variar. reſolut. cap. 20. num. 1. verſic. Sextò, vbi rem hanc pluribus probauit, & de hoc ieiunio præcipua quædam hic agenda ſunt; cùm non deſint, qui materiam hanc abundè pertractauerint.

5 Quoad ſecundum † concludendum eſt dies omnes, quibus ieiunium ſeruare quis debet, ab Eccleſia præſcriptos eſſe, & idcirco Pontificio iure ieiunium hoc eſſe. Tum quòd ob hanc rationem ieiunium Eccleſiaſticum nominatum eſt. Tum quód ieiunia vniuerſalia, quæ inſtituta ſunt, hæc numerantur. Primùm totum Quadrageſima, Dominicis diebus exceptis. Secundò quatuor tempora. Tertiò Vigilia Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Quartò Pentecoſtes. Quintò Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis. Sextò Apoſtolorum omnium, excepta vigilia ſanctorum Iacobi, & Philippi, & ſancti Ioannis Euangeliſtæ. Septimò Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ. Octauò ſancti Laurentij. Nonò omnium Sanctorum, c. non liceat cum duobus ſeq. de conſe. diſtinct. 3. & c. Quadrageſima, de conſe. diſtinct. 5. & diſt. 76. ferè per totam, & c. 1. de obſer. ieiun. & Sylu. in verbo, Ieiunium, quæſt. prima. Ad horum ieiunia neque iure diuino naturali, neque iure diuino poſitiuo per Euangelium à Chriſto Domino inſtituta ſunt, ergo de iure Pontificio, atque ſic de communi ſententia teſtatur Couar. eodem cap. nume. 3. verſicu. Quarta concluſio, & nume. quarto, vbi idem teſtatur dę Quadrageſima non eſſe de iure diuino.

Iure ſpeciali verò ſicut ieiunia ab Epiſcopis in ſuis diœceſibus præcepta, cuiuſmodi vigilia ſancti Caſſiani ab Epiſcopo Imolæ (poſſunt enim & prælati hæc indicere, ita S. Thom. 2.2. quæſt 147. art. 3. in reſp. & Sylu. in verbo, Ieiunium, quæſt. ſecunda, vbi ſicut etſi Epiſcopus indiceret, ergo & hæc; & idcirco omnia ieiunia ab Eccleſia ſunt inſtituta. Hinc ieiunia inter præcepta Eccleſiæ numerantur, vt mittam ea, quibus ſe quis propria voluntate obligauit. Huiuſmodi autem ieiunia vigilię nominantur habito reſpectu ad antiquum Eccleſiæ morem; conſueuerunt enim Chriſtiani orantes, & ieiuni vigilare nocturno tempore in Eccleſijs ad ſepulchra ſanctorum, & huiuſmodi: quæ vigiliæ ob improbitatem quorundam, & fœda, quæ fiebant, ſublatę ſunt, vt id pluribus egit Couar. variar. reſolut. libro quarto, capitulo 19. numero decimo, vbi etiam de ſtationib. agit.

His præmiſſis pro regula habebimus omnes Chriſti fideles (vel mares, vel fœminæ, vel laici, vel Eccleſiaſt. perſonæ ſint) ob hanc rationem ad ieiunia obligari, vt habetur in toto tit. de obſer. ieiun. & dixit S. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtione 147. art. quarto, in reſponſ.

Hæc autem regula locum habet, etiamſi in die ieiunij haberi non poſſint, niſi carnes, & oua; nam, qui his cibis veſcitur, ſemel tamen commedere debet; nam neceſſitas eos cibos Quadrageſimalis (vt ita dicam) reddit; etenim, etſi Romanus Pont. diſpenſet, vt ieiunij tempore oua, & carnes commedantur, quoad reliqua tamē ieiunium obſeruari debet, ita Nauar. in conſ. fin. de obſer. ieiun. Semel igitur, ſeu vna commeſtio fieri debet. Non tamen, qui habet priuilegium, vt ieiuniorum tempore, quæ ab Eccleſia indicta ſunt, commedendi oua, & laticinia, poteſt, pro Iubilæo conſequendo, vti hoc priuilegio, ſi præcipiatur, vt ieiunetur, vt id pluri b. egit Nauar. eodem conſ. 5. Mihi tamen placet, vt conſuetudo loci ſeruetur, nam ad eā ſe accomodaſſe Sum. Pont. cenſetur, l. ſi vno, ff. loc. l. plenum, §. equilij, ff. de vſu & habitat. & ideo Mediolani conſuetudo ſua ſeruabitur.

Secundo tenetur quis ieiunare Quadrageſimæ tempore, etiam ſi aliquos dies non ieiunauerit, vt dixit Nauar. eodem de obſeruat. ieiun. conſil. 2. non tamen ob rationem, quam ibi reddit, quòd præceptum ieiunij in Quadrageſima duplex ſit. Aliud, vt intra totam Quadrageſimam ieiunetur. Alterum, vt ſingulis diebus; nam cōtingeret frangendo vno die ieiunium bis quem peccare, quod abſurdum eſt. Sed ratio ea eſt quoniam præceptum hoc de ieiunando in Quadrageſima ſe habet, ſicut ſtipulatio, quę vna forma concepta plures res complectitur iuxta l. ſtipulationes ff. de verbot. oblig. At ſtipulatio hæc tot ſtipulationes continet

quot

quot ſunt res in ſtipulatione deductæ; ergo idem in præcepro de ieiunando in Quadrageſima; præceptum enim vnum eſt, ſed continet plures dies; & ideo quot ſunt dies, tot præcepta ſunt, atq; idcirco, vbi vno die quis nõ ieiuniat, vnum peccatũ tantùm cõmittit. Se habet etiam ſicut propoſitio, quæ plura ſubiecta, pluravè prædicata ſub ſe habet, quę reſoluitur in plures propoſitiones.

Tertiò non ſolum quis tenetur ieiunare; verum etiam, quos ſubiectos habet, curare debet, vt ieiunẽt: Quare patresfam. operam dabunt, vt filij, vbi poſſunt, ieiunent; ſicut etiam Domini, vt ſerui, ita Nauar. in conſ. 3. eodem ac DD. communiter.

6 Excipiuntur tamen primò, † qui damnũ corporis paterentur; in quorum numero habentur adoleſcentes vſque ad vigeſimum primum annum; nam ob naturæ imbecillitatem, & corporis auctionem, frequentiori, ac maiori cibo indigent, ita dixit S. Thom. 2.2.q.147.artic.4.in reſp. ad 2. & ſeq. DD. Expedit tamen eos ad ieiunia aſſuefacere exemplo Niniuitarum, vt dixit S. Tho. ibid. Secundò ſunt in hoc numero homines ſexagenarij; nam ob imbecillitatem eorum, quia non poſſunt vna commeſtione tantum cibi ſummere, qui ſat ſit ad eos ſuſtentandos, non obligantur: eſto quandoque ob eorum naturam rubuſtiorẽ obligati ſint; non enim certa regula tradi poteſt, & idcirco in arbitrio prudentis viri, ideſt ſuæ conſcientiæ, hoc collocatum eſt, argum. l.1.ff. de iur. deliberan. Tertiò in eodem numero habentur nutrices, & mulieres pregnantes; quandoquidem non ſibi tantùm, ſed alijs etiam commedere debent. Quartò in hoc numero habentur pauperes; quandoquidem tantum panis habere nequeunt, qui ad vnã commeſtionem ſat ſit. Quintò ægroti. Item, qui ſtomachum debilitatum habent, & qui vertigines patiuntur, delirantvè, vel dormire nequeunt. Hi etiam omnes à ieiunio excuſantur, atque ſic aſſeruit Caieta. 2. 2. q. 147. art. 4. verſ. Ad ſecundum.

Secundò excuſantur à ieiunio, qui damnũ rei familiaris paterẽtur, ſi ieiunarent. Quare, qui munus aliquod exercet, vel artẽ quo ſe, ſuamque familiam honeſtè ſuſtentet, à ieiunio excuſatur, & idcirco Agricolæ, & Artifices omnes ad ieiunium obligati nõ ſunt. Id quod locum habet, vel diuites ſint. Hinc Eugenius Quartus priuilegium conceſſit, vel potius declarauit artes exercẽtes, agroſque colentes, ieiunio non obligari, & ita dixit Caiet. eadem quæſt. 147. artic. 3. verſicu. Ad hoc dicitur, vbi rem hanc plurib. egit.

Tertiò excipitur, vbi maius bonum impediretur, ita Caieta. ibidem. Quare, qui non poſſet concionari, confeſſiones audire, ſcriptis, aut verbo docere, ad quæ munera obeunda obligatus eſt, hic ieiunio non obligatur.

Quartò excipitur, vbi modicũ quis ſummeret; non enim ieiunium frangit, quandoquidem in vnaquaq; re minima non peccatur. Quare veſpere licet paululum ientaculi ſumere, iuxta loci conſuetudinem; poteſt enim in his plurimum conſuetudo, ex quo de iure poſitiuo ieiunium eſt, modò id fiat moderatè, & non in fraudem ieiunij, ita Couar. libro 4. var reſol. cap. 20. num. 11. verſ. *De illo verò ientaculo*, & Caiet. eodem artic. 3. verſ. Secundò ibi. Immo ſe de mane fieret huiuſmodi ientaculum, & conſuetudo eſſet, tantũdem dicendũ videtur. Si verò non adſit conſuetudo, in arbitrio Confeſſarij relinquitur; & hac ratione Bononienſes excuſari poſſunt de ientaculo matutino, quod fit in ieiunio Natiuitatis Chriſti Domini.

Poſtremò excipitur, vbi diſpenſatum eſſet; & quoniam de Romano Pont. dubitandum non eſt, ob eam rem de Epiſcopis hoc contemplandum, an diſpenſare poſſint. Aut igitur Epiſcopus diſpenſat generaliter, vt nemo ieiunet aliquo die ieiunij indicti à iure Pontificio ſine cauſa; & in hoc caſu id nõ poteſt, ex quo inferiot ſuperioris legem tollere non poteſt, c. cum inferior, de maior. & obed. Aut cum hoc, aut cum illo diſpenſat cauſa legitima, & in hoc caſu poterit; nam & conſuetudine receptum eſt, vt Parochi facultatem hanc concedant. Immo eadem cõſuetudine receptum eſt, vt quis licentiam non petat. Vbi tamen dubitaretur, an frangi poſſit, ipſe Epiſcopus id arbitrabitur, & ita ſenſit S. Thom. 2.2. quæſtio. 147. artic. 4. in Reſp. eſto in arbitro Parochi id collocatum conſuetudo declaret.

7 At qui † an ieiunium frangit, qui vna cõmeſtione tantùm comedit, quantùm duab. faceret? Item quid de parantib. cibos? Quoad primam quæſtionem Couar. libro quarto, var. reſol. cap. 20. num. 11. verſ. Cæterùm ieiunium frangi ſentire videtur, idq; plurib. probat. Contrariam opinionem tamen tenet S. Thom. 2.2.q.147.art. 6. ad 2. & Caiet. & Ioan. Medin. & Innoc. in rubr. de obſeru. ieiun. num. 3. Id quod communiter receptũ eſſe ſenſit Couar. ibidem non enim pręſcripta quantitas cibi eſt. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſco. Aut quęritur, an ieiunium ab hoc frangatur; & in hoc caſu opinionem S. Thom. ſequor, ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet ieiunium nō frangi. Tum quòd præſcripta quantitas cibi non eſt, vt dixi. Tum quòd ſemel commedit, quamuis non ſequatur effectus ieiunij, nihil tamen quoad hoc intereſt, ex quo finis præcepti in præcepto non eſt, vt communiter DD. concludūt; namque ferè omnes plus commedunt tempore ieiunij vna commeſtione, cùm ſciant eo die amplius ſe commedere non poſſe. Aut quæritur an peccet, & in hoc caſu peccare cēſeo, & meritum ieiunij amittere, vt qui abſtinentiæ modum egrediatur, ita S. Tho. 2. 2. eadem quæſtio. 147. artic. 6. verſ. Ad 2. Etenim & tempore, quo ieiunium nō adeſt, ſi plus commedat, leuiter offendit. Et de quæſtione hac ſatis. Quantum autem commedere quis habeat, ne peccet, pſonæ qualitatis ratio habebitur, alij enim modico, alij multo cibo egent. In hoc igitur ſuam con ſcientiam quiſque conſulet.

Quoad ſecundam quæſtionem an peccet qui cibos parat ieiunij tempore, vnde ieiunium frangitur. Planè non; nam ipſos non parat, quo ieiunium frangat, ſed quo potentiæ nutritiuæ inſeruiat; ſicut etiam, nec qui ex Vrbanitate inuitat quempiam ad commedendum exiſtimans eum non immemorem ſalutis ſuæ. Excipitur tamen, vbi hoc animo pararet, quò ieiunium frangeretur, ita Caiet. ead. q. 147. verſ. Quartò.

Cibi autem † quibus ieiunij tempore veſci nobis licet; Quadrageſimæ tempore omnes ſunt, exceptis carnibus, ouis, ac lacticinijs. In alijs verò ieiunij temporibus conſuetudo loci non improbata ſeruari poteſt, vt Mediolani, vbi ouis, & caſeis, & lacticinijs veſcuntur.

Poſtremò etiam, vbi ieiunia non adſunt, quibuſdam diebus hebdomadæ abſtinere quis ſe debet à carnibus, ſcilicet diebus Veneris, & quamuis in nonnullis locis die Sabbathi quoad quædam contrarium ſeruetur, vt refert Couar. eodem capit. num. octauo, vbi refert de ſententia Palud. Gallos carnibus veſci Sabbatis à Natali Domini, ad Purificationem, Hiſpani verò omnibus Sabbatis, niſi ieiunij præceptum ſit, animanrium extremitatibus, & inteſtinis, ac viſceribus. Quare, & qui per eas regiones tranſit, eiſdem cibis licitè veſci poterit, argum. c. de illa, diſtinct. 12. & ita Imol. & Cardin. in Clemen. 2. quæſt. 5. de celebr. Miſſ. quos refert, ac ſequitur Couar. ibidem alibi tamen non ſic ſit. Sed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Chriſtiani omnes diebus feſtis ſolemnibus miſſam integram audire debent attentè quocunque in loco à Sacerdote vſum ordinis habente.*
2 *Sacerdotem an vitare liceat ob improbos eius mores.*
3 *Miſſa ſacrum vbi ſit in Choro eſſe non debent laici.*
4 *Miſſa nomen quid ſignificet, & vnde dicta.*

§. I.

1 Secundò † Chriſtiani laici omnes dieb. feſtis ſolemnibus miſſam vnam integrè, & attentè à Sacerdote vſum ordinis habente in ſua Parochia, aliovè loco audire debent, ſeu intereſſe, eſto non audiant.

Dixi omnes Chriſtianos diebus prędictis Miſſam audire debere, c. Miſſam, de conſec. diſtinct. 1. & c. omnis Chriſtianus, eadem diſtinct. Quæ regula locum habet, vel viri, vel mulieres ſint. Item vel laici, vel perſonæ Eccleſiaſt. (tot enim ſunt genera Chriſtianorū, c. duo ſunt genera, 12. quæſt. prima.) Tertiò vel cæci, modò habeant, qui eos ducant, vel per ſe ad Eccleſiam ire poſſint. Poſtremò ſurdi, modò intelligant, hic actus quid ſit. Excipiuntur tamen primò, qui rationis vſu carent, quandoquidem hoc præcepto, ſicut etiam alijs non obligantur, ex quo nec merentur, nec demerentur. Secundò infantes ob eaſdem rationes, & facit Clem. v nic. de homic. Tertiò excipiuntur, qui ob pęnā aliquam diuinis priuati ſunt; hic enim, eſto velint audire non poſſunt, vt habetur in c. fin. de ſenten. excommun. libro 6. & in c. fin. eodem in antiq. Quartò, qui conſuetudine excuſantur, cuiuſmodi ſunt viduæ, quę poſt mortem virorum domi ſe continent per aliquod tempus. Item & adoleſcentulæ, quæ antequam nuptui tradantur, in aliquibus locis rarò domo exeunt. Epiſcopus tamen curare debet, vt huiuſmodi conſuetudines tollantur per Concionatores, & Parochos, vt quæ pietati contrariæ ſint. Quintò excipitur, qui graue periculum animæ, corporis, famæ, vel rei ipſi, vel alijs imminens adiret. Animæ ſi, exempli gratia, mulier vereatur, ne ab aliquo rapiatur. Corporis, vt ſi quis admodum ægrotus ſit, vel inimicos vereatur. Famæ, ſi non habet ob paupertatem veſtes, quibus, vt eius ſtatum decet ſe inducat, atque ſic de communi ſententia teſtatur Nauar. in Man. cap. 21. nume. 3. Poſſunt tamen

de

de molto mane, vbi miſſæ celebrantur, Eccleſias adire, ac deinceps domi ſe continere. Rei, vbi periculum eſt, ne ſi ad miſſam quis eat, interim furto ſuæ res ſurripiantur. Id quod io Villis inprimis contingit, quãobrẽ neceſſe eſt, vt aliquis ſemper domum ſeruet, ſicut etiam ob periculum ne res ſuæ conſumantur, vt ad ſummam in caſibus, in quibus opera ſeruilia feſtis diebus ſacere licet. Excuſantur etiam, qui ob damnum aliorum miſſam intromittunt. Quare mulieres, quæ infantes habeat; item, qui curam habẽt eorum, qui ægroti ſunt, qui cuſtodiam arcis, portæ Ciuitatis, vel Territorij, hi omnes excuſantor, ſi per alios commodè hæc ſacere nequeunt. Poſtremò excuſantur, qui ab Eccleſia oimis longè abſunt, quæ abſentia tameo excuſet arbitrio booi viri declaratur. Item, qui per flumen tranſire ad Eccleſiam nequeunt, & huiuſmodi. Ad ſummam excuſantur, qui aut de iure, aut de facto, aut ob periculum ipſius graue, alijsvè imminẽs ad Eccleſiam ire nequeunt. Corare tameo Epiſcopus debet, vt, qui in paſcendis gregibus occupati ſuot, feſtis diebus audiant Miſſam.

Secundò dixi diebus feſtis ſolemoibus miſſam audire debent. Nam quamuis in cit. c. miſſa, & c. omnes fideles, Domini diei mentio taotum fiat, tameo & de alijs feſtis diebus idem concludendum eſt. Tum quòd feſti dies ſolemnes celebrantur omnes abſtioendo ſe ab operibus ſeruilibus, miſſamq; audiendo. Tum quòd cooſuetudo Eccleſiæ ſic ioterpretatur, quæ altera lex eſt, l. de quibus, ff. de leg. Excipitur ergo, primò, vbi etſi dies feſti ſunt, oon tameo ſolemnes; noo enim quiſque tenetur ſingulis diebus ad miſſam audiendam. Immo nec Epiſcopus; & quamuis in c. fin. de priuileg. lib. 6. contrarium videatur probari, non tamen verè ꝓbatur; nam ibi non dicitur Epiſcopum teneri ſingulis diebus miſſam audire, ſed nõ decere abſque rationabili cauſa vllum diem tranſire: at quod decet, non vtiq; oeceſſariũ eſt, vt per ſe patet.

Tertiò dixi miſſam vnam audire, vt habetur in cit. c. Miſſas. Nooenim plures miſſas, ſed voam tantum quis audire debet, ideſt obligatus eſt; oullo eoim iure id cautum eſt, vt plures miſſas quis eodem die audiat, ergo nec nos dicere debemus, l. illam, C. de collat. & ita Nauar. io Man. cap. 21. nume. 1. verſ. Dixi etiam Miſſas, & facit c. omnes fides ibi Dum miſſa peragitur, de conſe. diſt. prima. Nec repugnat cit. c. miſſas, & c. cùm ad celebrandas, ead. diſt. vbi miſſarum mentio fit; nam illud dicitur habito reſpectu ad plures audieotes, atque idcirco dicitur in cit. c. miſſas die Dominico ſecularibus, & in c. celebrandas dicitur populus, quod ſignificat etiam multitudinem. Quare vel dies Natalis Chriſti Domini ſit, vnam tantùm miſſam ex officio audire quis debet, & id quoque dixit Nauar. eodem num. primo, verſic. Dixi etiam Miſſa. Excipitur tameo, vbi quis voto, aliovè præcipuo iure ad id obligatus eſt; tunc enim vti obligatio eſt, ita fiet. Ex his apparet ad veſperas, completorium vè audienda quem oon obligari his dieb. quippe quia nullo iure cautum ideſt; quamuis quòd diebus feſtis Deo inſeruire potiſſimũ debemus, à Parochis admonendi fideles ſunt, vt & alia diuina officia frequentent, & magiſtri diſcipulos ad hæc cohortari habeant, vt ſuo loco dicemus.

Quartò dixi integram miſſam audire, vt habetur in eodem c. Miſſas, & cit. c. cùm ad celebrandas, eadem diſtio. integra autẽ eſt, vbi notabilem partem quis nou omittit; nã in vnaquaq; diſpoſitione modicum pro nihilo exiſtimatur. Quare, qui non interfuit confeſſioni, quæ fit à Sacerdote in initio Miſſæ, dummodo reliqua audierit, miſſam hic audioiſſe dicetur. Sicut etiam, qui habita benedictione abierit; hoc tamen in arbitrio boni viri collocatum eſt, argum. l. fin. ff. de iure deliber. iotegra quoque miſſa dicetur, qoi partem vnius miſſæ ab vno Sacerdote audiuit, & alteram, quam non audiuit, audit ab alio, ita dixit Ioan. Maior. ſent. lib. 4. diſtinct. 45. quæſtio. 2. & ſequitur Nauar. in Man. c. 21. num. 2.

Quintò dixi in ſua Parochia. Tum quòd huiuſmodi feſtis diebus concio habetur. Tũ quòd dies feſti ieiunia, necnon aliquando matrimonia denuocieotur, Chriſtianã Doctrinam docentur, & ad pietatem Chriſti fideles magis, magisq́ue excitantur, & hoc fortaſſe eſt, quod voluit Triden. Synod. ſeſſ. 22. io Decret. De Celebran. & eoit. in celeb. miſſ. vbi mandauit Epiſcopis, vt moneant populum, quò frequenter ad ſuas parochias ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedant; quandoquidem ooo aſſiduè in alijs Eccleſijs regolariom hæc fiunt.

Satisfacit tameo quis præcepto Eccleſiæ de audieoda miſſa, etiam ſi extra parochiã ipſam audiat. Tum quòd generalis Eccleſię cooſuetudo ita ſe habet, quæ legis vigorem habet. l. de quibus, ff. de leg. Tum quod Leo. Decimus id conceſſit per quoddam Breue, quod refert Naoar. in Man. cap. 21. verſicu. Excuſantur, & ita Fuſch. de Viſit. Eccl. ca. 2. num. 30.

num.30.& Ioan.Bapt.Confett. in Sum. priuileg.Mend.tit.19.cap.4.pag.379.Non ergo cenſuris cogi poſſunt ad audiendam miſſam in ſua parochia,ſed monitionibus,& cohortationibns, & ita reſcripſiſſe Illuſtriſs. Card.Paleotum cuidam prælato, refert Fuſch.ibidem,& probatur per Triden. Synod. ſeſſ.22.in Decret.De obſer.& euit.in celeb. miſſ.ſic enim ibi dicitur.Moneant etiam eundem populum, vt frequenter ad ſuas parochias ſaltem diebns Dominicis,& maiorib. feſtis accedant. Hæc ſancta Synod. ex quib. patet nõ præcipi,ſed moneri vt eant ad ſuã parochialem Eccleſiam. Id quòd multo magis locum habet,vbi in ſua parochia eſſe nõ poteſt.Quare ſi Italus in Græcia eſſet,audire miſſam Græcorum teneretur, vbi ſecundum ritum ab Eccleſia Romana approbatũ celebratur,atqoe ſic ſenſit Nauar. in conſil. quinto,de celebr.miſſ.Non enim lex diſtingoit,qua lingua miſſa dicatur,modò ab Eccleſia approbata ſit,alioquin Itali in Latina lingua miſſam audire non poſſent,quod abſurdum eſt.Idem dicendum eſt,ſi alio Idiomate celebretur.Excipitur tamen, vbi ritus eorum ab Eccleſia Catholica, ac Romana approbati non eſſent; tunc enim,quòd peccantibus aſſentirentur, peccarent, argum. cap.2.& ibi qnoque Gloſſ.de off. deleg. Nõ igitur tunc audire miſſam ipſorum quis debet; & ſi Catholicè celebrantem miſſam nõ habet,à miſſæ auditione excuſatur.Non ſatisfacit tamen præcepto Eccleſiæ, qui in priuatis ædibus, vbi ex priuilegio miſſa celebrari poteſt,miſſam audit,modò, quod ſolet fieri,in conceſſione adiectum ſit. Ne alij præter familiares eius, cuius gratia licentia conceſſa eſt, audire poſſint, ita refert Stephan. Quarant. in Summ. Bullar. in verbo, Miſſa.

Sextò qnocunque tempore miſſam audire debent,etiam interdicti tempore, modò priuilegium habeant ipſam tunc audiendi, vel priuilegio communi, cuiuſmodi habent Clerici omnes,etiam in minoribus conſtituti,necnon qui interueniunt miſſam celebranti,vel laici ſint,modo ipſi interdicti,excommunicativè non ſint. Secundò quibuſdam diebus,ſcilicet Paſchatis, Pentecoſtes, Natalis Domini,&c.tunc enim & interdicti intereſſe poſſunt,ac debent miſſæ,c.ſi.de ſent. excom.lib.6.Ego in Tract.meo de Cenſ. Tabu.5.cap.8.§.12.Item vel priuilegio ſpeciali,hi enim quoque miſſæ ſacrum audire tenentur.

Septimò dixi à Sacerdote Catholico, & vſum Sacerdotij habente audire miſſam debent, eſto aliàs improbus ſit; quandiu enim ab Eccleſia tolleratur,vitare ipſum nõ debemus,vel excommunicatus,interdictus, ſuſpenſusvè ſit, & hoc ob Extrauag. ad euitanda,quam in eodem Trac.declarauimus, atque ſic dixit Nauar. in conſ. 53.& 54. de ſenten. excommun. & Ego in eodem Tract. de Cenſur.& Couar.in c.alma,de ſenten.excommun.lib.6.par.1.relect §.2. nume.10. Excipitur tameo,vbi notorius, denũciatusvè eſſet pro tali,nam ob cit.extrauag.ad euitanda,vitare ipſum debemus. Secundò excipitur,vel per famam ſciamus denunciatum eſſe,notoriumvè;nam nec huius miſſam audire debemus,argum c.illud,de cler.excommun.min.& ita dixit Nauar.in eod.conſ.54. in fine.

2 At qui † an liceat vitare Sacerdotem noſtrum Parochum, quamuis eius miſſam audiamus,ob id, quòd ſcimus eum improbũ eſſe,vel concubinarium, & huiuſmodi, ſed ad hue neque notorium,neque denunciatũ? Planè ſentio id non licere. Primùm,vbi Sacerdos ob id infamaretur,argum.c.ſi Sacerdos,de off.ordi.Secundò,vbi id fieret,quoniam arbitraretur eius miſſam non valere, nec prodeſſe; graue enim delictum hoc eſſet ex quo non vt priuata perſona, ſed Chriſti miniſter id facit. Poſtremò id habetur in c. veſtra,& in c.ſi.de cõhab.clerie. & ibi Abb. ac DD.

Poſtremò dixi attentè miſſam audire debent. At qui an ſatisfaciat præcepto de miſſa audienda, qui dum miſſę intereſt publicas,aut priuatas preces voluntarias, debitasvè perſoluit? In hac quæſt.quam DD.varijs in locis pertractarunt pro regula pono eum ſatisfacere. Primò, qui dum Sacerdos ſub ſilentio orat, preces fundit; nam & ad hoc Sacerdos ipſe audientes hortatur conuerſus ad populum illis verbis, Orate fratres. Secundò & eum,qui aut ſurdus eſt,aut tam longe ab alteri abeſt, vt Sacerdotem audire nequeat.In hoc enim caſu, modò animum præcipuum habeat ad ea, quæ fiunt, ſcilicet,vt dum Euangelium legitur,ſurgat, dum Corpus Chriſti Domini eleuatur, genua flectat;& hunc cenſeo ſatisfacere; ſicut etiam de ijs ſentio,qui linguam Latinã non intelligunt:his exceptis caſibus, ſatisfacere aliàs non cenſeo, qui prædicta non attendunt: ſed preces tantùm fundunt.Minus ſatisfaciunt,qui dormiunt,ſicut etiam,qui aſſiduè colloquuntur;id quod pluribus in locis fieri vidi intermittentes ſolum colloquia dum Chriſti Corpus eleuatur, & deinceps ad ſuos ſermones redeuntes; nam ſi non ſa-

 tisfaciunt,

tiſfaciunt, qui partem aliquam notabilem miſſæ omittant, vt dixit Nauar. de hor. Can. cap. 9. num. 6. minus prædicti; non enim hoc eſt miſſæ intereſſe, aut audire.

3 Dum autem miſſę interſunt † laici ingredi presbyterum, ideſt locum, vbi Clerici cōſiſtunt, nullo modo debent, ita habetur in c. Sacerdotum, de conſe. diſt. 2. Idque fit, quò liberè, & honeſtè ſacra officia Clerici obire valeant, ita dixit Clemens Papa ibidem. Secus, vbi miſſa, & alia officia non celebrant, ita Gloſſ. ibi. Idem habetur in c. 1. de vit. & honeſt. Cler. ibi enim prohibetur ne ſecus altare ſint, & ne inter Clericos ſedeant, quādo diuina celebrantur. Quare D. Ambroſius Imperatorem Theodoſium ab huiuſmodi loco expulit; quod Imperator non grauiter tulit, vt refert Fuſch. de Viſit. eccl. libro primo, capitu. 20. num. 3. Multo minus igitur ſuper altaria ſedere, vel cubitum ponere debent; ſed iam Miſſæ nomen quid ſignificet videamus.

4 Miſſæ nomen igitur † quid ſignificet, & cur ſic nominetur, variè DD ſententiæ ſunt. Nōnulli enim miſſam pro miſſione accipiūt; & eam idcirco ſic fuiſſe nominatam cenſuerunt, quoniam ſacrificio peracto dimittitur populus, vnde dicitur in fine, Ite miſſa eſt. quaſi dicatur Ite quia miſſio eſt, ideſt licentia diſcedendi ab his, nam & apud Cypran. lib. 3. Epiſt. in epiſt. 14. remiſſa peccatorum dicitur pro remiſſione, vt referr Conar. lib. quarto, var. reſolut. cap. 22. & Græci, & Aegyptij peractis ſacris miſſum populum faciebāt, nec antea licebat, quàm ſacris factis ſacrificus dixiſſet λαοῖς ἄφεσις, ideſt Populis miſſio eſt; ſic etiam apud Romanos peractis illis ſacrificijs Sacerdos clamabat, I licet, ideſt ire, ſeu abire licet, ita Couar. ibid. Hæc declaratio etſi taceri poſſet; quandoquidem & pars miſſæ, cui & Catechumenis intereſſe licebat (quæ durabat vſque ad Euangelium incluſiuè) miſſa Catechumenorū dicebatur eſto perfecta non eſſet, mihi tamē non placet; nam nec antiqui Græci, aut Romani eo nomine ſacrificia illa nominabant, ſed ſolum ſignificabant diſcedere populo licere. Poſtremò ſi id vellemus verbum illud Ite ſuperuacaneum eſſet; ſat enim eſſet dicere Miſſa eſt, ſicut in illis verbis Gręcis propoſitis habetur. Addo abſurdam totam eam actionem dimiſſionis verbo ſignificari.

Vnde ſecundò, quidam dicebant actionem hanc ſacram idcirco miſſam dictā eſſe; quoniam per Sacerdotem, eiuſque miniſterium ſit hoſtia miſſa, & oblata Deo. Sacerdus enim ipſe mediator inter Deum, & hominem eſt. Ab oblatione igitur tum corporis, ac ſanguinis Chriſti Domini, tum precū, quæ fiunt actionem hanc totam miſſam dictam eſſe volunt. Hæc opinio mihi magis placet; quandoquidem ſacra illa actio nomē ſumit ab eo, quod præcipuè fit, ſcilicet à miſſione, & oblatione Corporis, ac Sanguinis Chriſti, quę Deo fit hoſtia omnium ſacratiſſima, atque gratiſſima. Et quamuis ſpeciatim non fiat mentio eius ſacratisſimæ oblationis, nihil intereſt; nam verba ad ſubiectā materiam interpretamur, argum. l. plenum, §. equitij, ff. de vſu, & habit. & l. ſi vno, ff. loc. E quo igitur in illa ſacra actione Sacratiſſima illa hoſtia offertur, per illud verbū Miſſa pro eius hoſtia accipietur inprimis, ſcilicet eam hoſtiam miſſam eſſe, & oblatā ad Deū Patrem; ſic enim abſoluendo ab excommunicatione, ſi dicatur Abſoluo te, eſto nihil præterea dicatur, de Cenſura accipitur; non enim neceſſariò requiritur, vt dicatur à Cēſuris, vt probaui in Tract. De Cenſur. Tab. 1. cap. 23. Sicut etiam ſi quis mihi ſua peccata confeſſus eſt, dicendo abſoluo te intelligitur à peccatis; non enim & peccatorum mentio neceſſaria eſt, vt probaui in Tracta. meo de Cenſur. Nec repugnat, ſi dicatur, antequam Hoſtia oblata ſit, miſſam dici non poſſe; cū tamen ſic dicatur; nam duobus modis miſſa ſummitur Propriè, & Communiter. Propriè igitur erit, vbi celebrata eſt. Impropriè verò, vbi non celebrata. Sicut etiam fit in obligatione literarum, vt habetur in Inſtit. de liter. obligat. quæ dicitur, & ante acceptā pecuniam, & poſſe, ſed primò impropriè deinceps propriè. Hac igitur ratione, & ante & poſt actio illa ſanctiſſima Miſſa dicitur. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Decimas laici ſoluere debent, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
2 *Decimas non ſoluentibus, an ſacramenta denegari poſſint.*
3 *Decimæ triplicis generis ſunt.*
4 *Decimarum ſolutio an præſcribi poſſit.*
5 *Decimæ cui Eccleſiæ ſoluendæ ſint.*

§. II.

1 §. Poſtremò † laici decimas, ac primitias ſoluere Eccleſijs debent, vt habetur in tot. titu. De decim. & apud Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 12. Eſtque hoc ius parochiale, vt declarauit Abb. in rub. de Paroch. & alien. Paroch. num. 2.

Hæc

Hæc regula amplificatur habito reſpectu
ad eos,qui ſoluere debent, vt etiam Regu-
lares ad ipſas præſtandas teneantur de prę-
dijs,quæ vel ab alijs conduxerunt, vt habe-
tur in c.dilecti filij,de decim.vel de prædijs,
quæ ad ipſos petuenerunt quacunque ratio-
ne,modò ab initio decimas ſoluerent,vt dĩ
citur in c.commiſſum eſt,eodem, & aſſeruit
Abb.in c.2.num.6.verſ.Vnde veniendo ad
principale, eodem res enim cum ſuo onere
tranſit,c. ex litteris,de pignor. Idem & de
Clericis ſecularibus dicẽdum eſt quoad bo
na proprij patrimonij. Poſtremò Iudæi de
terris,quas colunt,c.terris, eod. & Oldrad.
in conſ.91.& Illuſtriſs.Fuſch.in ſuis Concl.
in littera D.concluſ.80.

2 At qui † an negari ſacramenta eis poſsũt,
qui decimas ſoluere nolunt? Nauar. in conſ.
ſecundo,de decim.inquit Parochum,qui in
poſſeſſione exigendi decimas eſt intra cer-
tos limites,non poſſe ei,qui non vult,eas ſol
uere,negare ſacramenta. Tum quòd non po
teſt quis ſuo iure priuari non cauſa cognita
(eſſet enim hoc auctoritate propria ſuo iure
quem priuare,quod non licet, c. ex litteris,
de ſpoliat. & ne quis in propr.cau.) Tum
quòd Iudex eſt in propria cauſa cõtra,l.qui
iuriſdictione,ff.de iuriſdiẽ.omn.iud.& tot.
tit.C.ne quis in propr.cauſa. Contrarium
tamen ſuadere videtur Triden. Synod. ſeſſ.
25.de reformat.cap.12.vbi præcipit,vt ex-
communicentur, qui decimas ſubtrahunt;
nec ab hoc crimine, niſi plenè executione ſa
cta abſoluantur. Si ergo abſolui non debẽt,
ergo ſacramenta denegari eis poſſunt. Quid
igitur concludendum? Ego ſic diſtinguen-
dum cenſeo. Aut qui ſunt de ſamilia eius,
qui decimas non ſoluit,ſacramenta petunt,
vel pro ipſis ille petit, vt baptiſmum, & hu-
iuſmodi,nec ipſi impediunt,quominus deci
mæ ſoluuntur; & in hoc caſu ſacramẽta eis
adminiſtranda eſſe cenſeo,atque concludo,
argum.c.ad apoſtolicam, de ſimon. vbi di-
citur liberè ſacramenta præſtanda eſſe; & ſi
quid conſuetudine aliquid donari conſue-
uit,tunc coram Iudice petẽdum, ergo idem
& hìc. Aut petunt pro ſe, & in hoc caſu rur-
ſus diſtinguo. Aut non poſſunt ob pauper-
tatem,& idem hìc quoque cenſeo, argumen.
l.impoſſibilium, ff.de reg. iur. Aut poſſunt,
ſed non tunc,ex quo in periculo mortis ſunt
conſtituti,& idem ſentio, dummodo propo
ſitum habeant eas præſtandi,& promittant,
& cautionem etiam dent iuxta c. ex parte,
& ibi Gloſſ.de verb.ſign. modò etiam contu
maciæ pœniteat, deneganda ei ſacramenta
non ſunt;nam ſi moriantur, contra hæredes
ibitur. Aut poſſunt,ſed nollunt ſoluere, &
tunc eis ſacramenta deneganda ſunt,ex quo
mortifero peccato ſunt,& in hoc caſu Trid.
Synod.loquitur, & hoc de Sacramento Pœ-
nitentiæ.

Secundò inprimis amplificatur hæc regu
3 la in quibuſcunque decimis; † nam triplicis
generis ſunt. Quædam prædiales, quædam
perſonales, & quædam mixtæ, quæ partim
ex re,partim ex laboribus perſonalib.ſunt,
cuiuſmodi ea,quæ pro pecudibus pręſtãtur:
de prædialibus, & perſonalibus habetur in
c.ad Apoſtolicæ,de decim. De prædialibus,
& mixtis in c.non eſt in poteſtate,& in c.pa-
ſtoralis,eod. Cuiuſcunque ergo ſpeciei ſint,
præſtari debent. Soluendæ autem ſunt an-
tequam impenſæ, & ſementes deducantur;
non enim prius hæc deduci debent, vt habe
tur in c.cum homines,& ibi Gloſſ. commu-
niter recept.de decim.& in c.non eſt putan-
da,& in c.tua nobis, eod. Excipiuntur tamẽ
decimę perſonales;ſoluuntur enim deductis
ſumptibus de lucro tantum, vt ait Gloſſ. in
cit.c.cùm homines,& Geminia. in conſ.85.
quem refert,ac ſequitur Fuſch. in littera D.
conclnſ.63.num. 1. Secundò ſoluuntur etiã
de rebus illicitè acquiſitis, quæ erant prius
obligatæ ad decimas. Quare,qui prædium
alicuius occupauit,& inuaſit, licitè decimas
Eccleſiã accipiet debitas ex eo fundo ab in-
uaſore;recipit enim Eccleſia ſuũ,atq; ſic di-
xit Gloſſ. communiter recept. in fine, in c.
tranſmiſſa, de decim. licitè etiam accipitur
de perſonalibus ex illicito lucro dummodò
dominus factus ſit,qui lucratus eſt,& ad re-
ſtitutionem non ſit obnoxius.

Excipitur tamen,vbi lucrum factum eſſet
per peccatum notorium, vtpote per publi-
cam meretricem, ita dixit Gloſſ.in cit.c. ex
tranſmiſſa.

Excipitur etiam,vbi res minima eſſet;nõ
enim de minimis decima ſoluitur, ita DD.
communiter concludunt.

4 Excipitur tertiò,vbi pręſcriptæ eſſent † etſi
laici decimarum capaces non ſunt,præſcri-
bere tamen libertatem illam non ſoluendi
poſſunt,vt dixit Nauar.in conſ.2. num.2.de
decim.Id quod Barbiani ſit;nulla enim de-
cima ſoluitur,exceptis primitijs lini.

Quartò excipitur,vbi ſpecies aliquę pre-
ſcriptæ tantùm eſſent,vtpotè perſonalis; nã
nec ipſa ſoluitur. Id quod ſit in Diœceſi Ari
mini;non enim decimæ perſonalis ſoluũtur,
ſed prædiales tantùm.

Quintò excipitur qooad quotam;ſi enim
pręſcriptum eſt,ne decima ſoluatur,ſed alia
portio, ipſa,& non decima præſtabitur: id

quod in multis locis ſeruatur. Præſcribi tamen non poteſt, vbi Parochus non haberet, vnde viueret; tunc enim tot ſunt præſtandæ, vt habeat, vnde viuat: id quod ſenſit Triden. Synod. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 11. & alibi. De iure Diuino enim hoc eſt iuxta illud. Dignus eſt Mercenarius mercede ſua.

5 At qui † cui ſolui debent. Quoad prædiales ſoluendæ ſunt ei Eccleſiæ, in qua prędia ſunt, vbi qui colit prædia, ibi habitat. Si verò, qui colit prædium, in aliena parochia domicilium habet, tunc aut conſuetudo declarat, cui danda ſit; & in hoc caſu ea ſeruabitur cit. c. cum homines, & c. ad Apoſtolicæ, de decim. Aut non adeſt conſuetudo, & in hoc caſu dabitur Eccleſiæ, vbi prædia sũt, c. ad decimas, de reſtitu. ſpoliat. vbi enim dicitur neminem poſſe capere decimam in parochia alterius Eccleſiæ, ſed integram ſpectare ad illam Eccleſiam. Idque meritò; nam decima hæc duplicem naturam habet prædialis, & perſonalis decimę, ſed ſapit magis naturam prædialis, ergo qualitas hæc inſpici debet, argum. l. enim quæritur, ff. de ſtat. hom. Hinc in oneribus realibus non cultor inſpicitur, ſed locus vbi res ſitę ſunt, c. fina. de cenſ. & l. Imperatores, ff. de publ. & Abb. ac DD. in eodem c. cum ſint. Qua actione autem petantur decimæ, poſuit Federic. de Sen. in conſil. 61. vbi etiam inquit vel etiam in infideles bona alienentur, contra quem malit Rectorem Eccleſiæ pro decimis agere poſſe. Idem Tuſch. in littera D. concluſ. 65. qui ipſum refert.

Perſonales verò Eccleſiæ debentur, à qua Sacramenta quis recipit, vbi dicitur in cita. c. ad Apoſtolicæ, & Gloſſ. ibi, & Abb. num. 2. & in c. fin. & ibi quoque Gloſſ. de paroch. ac DD. communiter. Id quod locum habet, vel quis diutius abfuerit (vt per annum à Parochia, vel peſtilentiæ vitandæ gratia, vel belli, vel negotiandi, vel recreãdi animum) ab alijsque interim ſacramenta ſuſceperit; nam decimæ debebuntur ei Eccleſiæ, in qua domicilium quis habet, ea enim obligata eſt ad Sacramenta præſtanda, & pro ipſo orare, & ſacrificia offerre etiam abſente, non autem ea, in qua domicilium non habet; quandoquidem ad ea præſtanda non tenetur, atque ſic dixit Nauar. in conſ. 1. num. 5. de decim. viden. & Feder. de Sen. conſ. 253. & Tuſch. in littera D. concl. 67.

Mixtæ demum, ſi in parochia ſemper ſit, qui lucratur, Eccleſiæ ſuæ pręſtandæ ſunt. Quare ſi ſues paſcat, quis in ſua Parochia per totum annum quòd mixtæ ſunt decimę, Eccleſiæ ſuæ eas præſtabit. Si verò æſtiuo tempore in ſua parochia, hyeme verò in alia partim Eccleſiæ ſuæ partim alteri præſtabit, non autem eis Eccleſijs, per quarum parochias tranſit in eundo de vno loco ad alium cum pecoribus. Tum quòd facilè ſciri non poteſt, quæ quantitas eis debeatur. Tum quòd minimæ ſunt. Sed de decimis hactenus, alia etiam præcepta Eccleſiæ laici ſeruabunt, & ſi matrimonium aliquod interdicatur inter aliquos, vt habetur in tit. de Matrimon. contract. contra form. Eccle. interim non contrahetur. Ex his conſtat, quæ laici credere; quæ Sacramenta ſuſcipere; necnon, quæ præcepta ſeruare, ſcilicet decalogi, atq; Eccleſiæ debeant. Epiſcopus ergo, vbi diœceſim viſitabit, an hæc ſeruentur, diligenter inueſtigabit.

Verùm quid ſi in diœceſi Græci ſint? quid iuris ſit in ſeq. declarabimus.

De gubernatione Græcorum, effectu proximo, ſed quinto poteſtatis Epiſcopalis. Cap. X.

SVMMA.

1 *Græci regulariter omnia ſeruare debent, quæ Latini.*

2 *Græci ſubiecti ſunt epiſcopo Latino, in cuius diœceſi habitant.*

3 *Græcis, qui ſunt in diœceſi Epiſcopus dabit miniſtrum, qui linguam Græcam ſciat.*

VIDIMVS, quæ laici Latini ſer-
1 uare debent. † Verùm quid de
Græcis? Pro regula habendũ
eſt eadem & ipſos ſeruare de-
bere non ſolùm in diœceſibus
Græcorum, verùm etiam & Latinorum;
2 communi enim iure ſubiecti ſunt Epiſcopo
Latino, in cuius diœceſi habitant tam laici,
quàm clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, vt ha
betur in Bulla Pij Quarti, incip. Romanus
Pontif. quę eſt in ordine 97. ſubiecti inquam
ſunt quoad ea, quę ad Dei cultum, ſacramen
torum adminiſtrationem, animarumque ſa-
lutem, & hæreſum extirpationem pertinent,
Epiſcopo loci, in quo vitam degunt, vt habe
tur in c. ꝙ trãſlationem, de temp. ord. Qua-
re, ſi ordines ſuſcipere velint, ſine dimiſſo-
rijs litteris Latini Epiſcopi ordines ipſis nõ
conferentur, etſi contra fiat, ſuſpẽſi ſunt, etſi
ſic ſuſpenſi in ordinibus miniſtrauerint, effi-

ciuntur

ciuntur irregulares;ſicut Larini; in qua irregularitate diſpenſare non poteſt, niſi Sedes Apoſtolica,& ita habetur in cit.c.qđ trāſlationē iūđ.probaui inſtructione Clem.VIII. impreſſa Romæ anno 1 , 97.ſuper litib. Græcorum ad Epiſcopos Latinos,in quorū diœceſi Græci,vel Grȩco ritu viuentes degunt. Quam inſtructionem refert Stephan. Quarant.in Summ. Bullar. in verbo, Græcorum ritus.

Quoad matrimonium etiam, decretum Concilij Triden. ſeruabunt, & ſi Latinus vxorem Græcam ducat; vel è contrario, ritū Grȩcum non ſequetur, ſed qui Græcus eſt, ritum Latinū,ſi ad id induci poſſit, alioquin ſuum ritum catholicum quiſque ſeruet.Prolis autem patris ritum ſequatur,niſi prȩualeat vxor Latina,& ipſi Grȩci ſequantur,exceptis ritibus,qui ab Eccleſia tollerantur,& qui ſcandalum,& periculum animarum non
3 generant iux.c.fin.de bapt.† Quare & de miniſtro eis Epiſcopus prouidebit, qui linguā Grȩcam noſcat, quò ipſis diuina celebret, Sacramenta adminiſtret,& verbo,& exemplo eos inſtruat,vt dicitur in ci.c.quod trāſlationem,& in c.quoniam,de off.ord.viden. Idē ſi alterius linguæ homines in Parochia, Diœceſi vè ſint; prouidebit enim eis Epiſcopus de miniſtro ſecundum formam cita.c. quoniam.Sed de cura laicorum ſingularium hactenus ad Vniuerſitates eorundem tranſeamus: In quibus enim cauſis laici Eccleſiaſtico iudici ſubiecti ſint, vberius alibi tractabitur.

De gubernatione Confraternitatum piorum, effectu proximo, ac per ſe ſeptimo poteſtatis, atque officij Epiſcopalis. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Confraternitates piæ quid ſint.*
2 *Cur inſtituantur.*
3 *Quotuplices ſint.*
4 *Viſitans Confraternitates Epiſcopus quid facere debeat.*
5 *Munera, quæ obire ſolent.*
6 *Proceſſionibus vt interſint, an compelli poſſint.*
7 *Proceſſiones, vbi fiunt, quæ Cōfraternitates præcedere habeant.*

De ſingulis laicis Chriſtianis egimus,de Confraternitatibus pijs, & idcirco de eorundem Vniuerſitatibus, ad pietatem inſtitutis, quæ ſæpius ex laicis conſtāt, & quarum curam Epiſcopus etiam agere debet iam agamus. Verùm antequā rem aggrediamur, prȩmittenda hȩc ſunt. Primùm Confraternitates piȩ quid ſint. Deinde cur inſtitutæ. Tertiò quot earum genera,& à quibus inſtitui valeant. Poſtremò à quo iudicentur; his enim præmiſſis, quæ eorum pia opera ſint, & quæ in ipſis viſitandis Epiſcopi partes ſint, quod potiſſimum quærimus,contemplabimur.

1 Quoad primum igitur† Confraternitates hȩ piȩ ſunt Confraternitates à Chriſtianis inſtitutæ ad maiorem Dei cultum pro animarum ſalute, vt videbimus.

2 Quoad ſecundum † cur inſtituantur,& ex tradita deſcriptione conſtat; nam ad Deum magis,magiſque colendum,& ad pia opera exercenda pro animarum ſalute inſtituuntur;qui enim de illis ſunt, ſȩpius peccata cōfitentur,frequentius Euchariſtiam ſummūt, feſtis diebus in Eccleſia congregari, aut horas Beatæ Mariȩ Virginis, ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, Litanias vè recitant, Miſſas celebrandas curant, publicis proceſſionibus interſunt,eleemoſynas pro Confratib. pauperibus colligendas curant, & huiuſmodi alia opera pia faciunt; quibus operibus & Deus colitur, & animarum ſalus comparatur.

3 Quoad tertium † harum Confraternitatum duo ſunt genera. Alterum earum, quȩ communes omnib. ſunt,& hȩc ſȩpius à perſonis eccleſiaſticis inſtitutȩ ſunt,& à Romanis Pontificibus approbatæ, & priuilegijs, atque indulgentijs multis donatæ,cuiuſmodi eſt Confraternitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & Confraternitas Nominis Dei, & Roſarij Beatiſſimæ Virginis,& Cinguli ſancti Franciſci,ſancti Auguſtini,& huiuſmodi; in has enim quiſque ſe deſcribendum curare poteſt. Alterum genus earum eſt, quæ non ab Eccleſiaſtica perſona inſtitutȩ ſunt, eſto ab Epiſcopis approbatȩ, cuiuſmodi ſūt ſocietates diuerſarum Artium,ſeu Nationū, vt Romȩ,Venetijs,ac Bononiȩ,& alibi;omnes enim artes,ideſt omnium artium artifices ſocietatem aliquam ineunt, & Confraternitatem, & habent ſacellum quodpiam, vbi Miſſȩ ſacrum celebrandum curant, & preces fundunt,eleemoſynas colligunt,vt ſupra dixi. Quȩ Confraternitates quòd pietatis gratiȩ inſtitutȩ ſunt, ſine Superioris licentia

centia inſtitui queunt, vt dixit Io. And. in ca
pit. 3. de exceſſ. prælat. & facit l. 1. ff. de col-
leg. illicit. vbi dicitur cauſa religinnis colle-
gia hæc permitti, & hæc no. ibi Gloſſ. ab Epi
ſcopo tamen probari debent, vbi viſitat, ve
dixit Fuſch in Tract. de Viſit. lib. 2. cap. 14.
onmero 5. Ex quibus patet ex laicis magna
ex parte conſtare, & etiam à quibus inſti-
tuantur.

4 Quoad poſtremum † an à iudice laico iu-
dicari poſſint quoad perſonas, & bona, Bar.
in l. ſodales, num. 14. & 15. eodem inqnit à
iudice laico indicari, niſi maiori ex parte eſ
ſent Clerici. Ego autem ſic diſtinguendum
cenſeo. Aut quæritur, an poſſint indicari
quoad ſua bona, & quoad perſonas extra
confraternitatem. Et in hoc caſu, vbi laici
ſunt veram opinionem Bar. cenſeo, & Bald.
in l. illud, verſ. Quid de eo, C. de ſacroſanct.
Eccl. & aliorum cit. à Mandoſ. io Tracta. De
Monit. quæſt 67. num. 5. viden. vbi etiam ha
betur, quando charitatiuum ſubſidium ex-
quiri ab ipſis poſſit; ſecus autem ſi Clerici, c.
at ſi Clerici, de iud. cum ſimil. Aut quæritur
de ijs, qui agunt in ipſa Confraternitate, ſci
licet de ſpiritualibus, nec non de elemoſy-
nis, quæ colliguntur, & in hoc caſu ad Epi-
ſcopum cognitio pertinet, vt habetur apud
Trident. Synod. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. &
capit. 9. quamobrem loca pia eſſe manifeſtò
conſtat.

His præmiſſis, † quoniam Epiſcopus viſi-
tare ipſas Cõfraternitates poteſt, ac debet,
vt habetur in eodem cap. 8. & cap 9. hæc cõ
5 ſiderabit. † Primùm quas preces recitent, an
ſecundum Eccleſiæ ritum, ac morem cele-
brent, & ſi quid ſuperſtitionis inueniet, am-
mouebit. Secundò an interdiu, noctuvè ce-
lebrent; non enim noctu id permitti facilè
debet ob ſcandala. Tertiò, vbi interueniũt
proceſſionibus quo habitu veſtiantur, nec
fieri permittet quod ſuperſtitioſum ſapiat,
ſcandalumvè tribuat, ita Nauar. in conſil. 1.
de ſor. competen. Poſtremò quoad bona,
quæ habent ex eleemoſynis, ao in eos fines
impendant, quorum gratia colligũtur. Qua-
re ab Oeconomo ſingulis annis rationem ſi-
bi reddendam Epiſcopus curabit per cit. c.
8. Videbit etiam, quæ ſtatuta habent, ita
Addit. ad Abb. in c. ex parte, nume. 5. in lit-
tera E. de conſuetnd. Hæc igitur præcipua
ſunt, quæ de Confraternitatibus tam in ſpi-
ritualibus, quàm in alijs ab Epiſcopo conſi-
deranda ſunt, vbi eas viſitabit, eſto Nauar.
in c. 3. de ſor. competen. quoad bona tem-
poralia ſecus ſi laici cooſenſerint. Ex qui-
bus etiam habeotur, quæ facere debent
iſtæ Societates, quatenus tales.

6 Verùm † an compelli poſſint ab Epiſco-
po huiuſmodi Societates, vt ad publicas
proceſsiones veniant? Sæpius per Sacram
Congreg. Decretum fuiſſe recenſet Addit.
ad Sum. Bull. Steph. Quarant. in verbo, Præ-
cedentia eas compelli non poſſe; nam & ſic
fuiſſe reſponſum Epiſcopo Scalen. refert his
verbis die 6. Maij 1597. idem Quaran. Re-
uerẽdiſsime D. vti frater. Quamuis Theſau
rarij Magiſtri, & Confratres Confraternita-
tis S. Mariæ Annũciatæ magis conſcientiæ
ſuæ, ac pietati ſatisfaciſſent, ſi amplitudini
tuæ ad publicas proceſſiones vocati morem
geſſiſſent; cùm tamen ad eas accedere recu-
ſauerint, neque ab amplitudine tua compel-
li, nec vllis præterea cenſuris diſtringi, atq;
innodari debuerunt, ſæpiùs aliàs conſulti
reſponderunt Illuſtriſſimi Patres Sacri Con
cilij Trident. interpretes, itaque interdictũ
hac de cauſa latum protinus tollas, oportet,
ac de cætero à ſimilibus compulſiooib. om-
ninn abſtineas. Deus Amplitudinem tuam
conſeruet. Hæc Sacra Congreg. Ex quibus
patet ad prędictas proceſſiones cogi nõ poſ
ſe, vel publicę ſint.

7 Atqui † ſi veniant ad proceſsiones, & plu
res interueniant, ac de pręcedentia conten-
dant, qnid faciendum? In hoc caſu, ſi cõſtet,
vel probetur in quaſi poſſesſione aliqua eſſe,
procedere illa Societas debet, vel priuatæ,
vel publicę proceſſiones ſint. Si verò id non
conſtet, neque probetur quæ prius ſaccis vſę
ſunt, hæ pręcedent, ita habetur in Bulla Gre
gor. XIII. incip. Expoſcit Paſtoralis officij
munus lata die 15. Iunij 1583. Poot. ſui an-
no 12. in ordioe 86. cuius verba ſunt hęc.
Expoſcit paſtoralis, &c. De nobis attri-
butæ poteſtatis amplitudine volumus men
dicantibus inter ſe de præcedentia huiuſ-
modi contendentibus, aut Confratrib. Con
fraternitatum prędictarum, inter quos lites,
& cauſę pręmiſſornm occaſione ortæ iã ſint,
ſeu oriri contigerit in futurum, qui in quaſi
poſſeſſione pręcedentię, ac iuris pręcedendi
ſunt ij (quibuſcũq; reclamationib. proteſta-
tionibus, appellationib. & alijs ſubterfugijs
prorſus remotis, & ceſsãtib. & poſtpoſitis)
in proceſſionib. tã publicis, quã priuatis præ-
cedere debeant, quando verò nõ probetur,
aut non conſtet de quaſi poſſeſſione pręce-
dẽtiæ huiuſmodi, inter fratres quidem men
dicantes ij, qui antiquiores in loco contro-
uerſiæ; inter Confratres verò inter ſe litigan
tes ij, qui prius ſacris vſi ſunt, in proceſſio-
nibus tam publicis, quam priuatis pręcede-
re debeant. Ita vt ſi contigerit noua Mo-
naſteria,

naſteria, ant domns alicuius ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille ordo, qui prius monaſterinm, ſeu domnm in loco habuerit, pręcedat. Pręterea, quia inter pręd ictos ordines plerunque alia in proceſſionibns, & alia in Concilijs generalibus, & alijs actibus pnblicis, ſeu priuatis, ratio circa modum pręcedendi ſeruatur, nollumus per pręſentes pręrogatiuis dictorum Ordinum quoad præcedentias huiuſmodi, quæ proprij ordinibus pręterquam in proceſſionibus prædictis debentur aut fratribus Capucinis onncnpatis, qui in proceſſionib. publicis ſub conuentualium S. Franciſci, ac Minorum de obſeruantia Fratrum nuncupatorum cruce, vt ſolent, incedere poſſint, aliquod præiudicium generari. Hique per quoſcunque iudices, & Commiſſarios etiam S.R.E. Cardioales ſnblata eis, & eorum cuilibet quanis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac quieqnid ſecus ſuper his à quoq; quanis auctoritate ſeiēter, vel ignoranter contigerit attentari, initum, & innane decernimns. Non obſtantibus, &c. Hæc ibi. Ex quibus iam dicta habentur. Nec non ad Epiſcopum pertinere decidere lites ortas inter Confraternitates de pręcedentia io proceſſiooibus, vel laici ſint, ita Nauar. in conſ. 3. de for. compet. & Prax. Archiepiſco. Neapol. cap. 63. num. 8. nam in omnib. pertinentibns ad diuinum cultum laici ſubiecti Epiſcopo ſunt, ita Bar. in l. fin. ff. de coll. illic. Sed de his Vniuerſitatib. hactenus, ad Vniuerſitatea ſtudiorum generalium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Studia generalia vbi ſunt ibi lectio Sacræ Scripturæ haberi debet.*

2 *Legentes, & exercentes aliquam profeſſionem litterarum fidei profeſſionem prius facere debent.*

3 *Doctoratus inſignia ſuſcepturus profeſſionem prius facere debet.*

4 *Legentes Philoſophi in Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium reſſellere debent opiniones Philoſophorum à Chriſtiana fide alienantes.*

5 *Ordini ſacro initiatus, vel arctatus ad eum ſuſcipiendum vltra quinquennium Philoſophiæ, aut Poetis ſtudys operam dare non poteſt, niſi Theologiæ, aut Sacris Canonibus operam debent.*

6 *Docentes pueros etiam, quæ ad religionem pertinent, docere eos debent, & cogere, & hortari non ſolum ad miſſas, ſed etiam ad alia diuina officia audienda.*

7 *Doctrinam Chriſtianam vt doceatur Ordinarij curare debent.*

8 *Seminarium erigere Ordinarij debent.*

9 *Doctor Medicinæ fieri quis non debet, niſi iuret ſe obſeruaturum Bullam Pij V. in ægrotorum viſitatione.*

§. I.

1 Poſtremò † vniuerſitates ſtudiorum, vt lectio Sacræ Scripturæ ibi habeatur, & vbi inſtituta erat, & negligeretur, & reſtituatur ad defenſionem Catholicę fidei, ad incrementum ſanęque Doctrinę conſeruationem & propagationem curare debent, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 5. de reform. cap. primo, verſ. In Gymnaſijs; ſunt enim arma contra hęreticos; id quod animaduertens Vuitecleph generalia ſtudia damnauit, ſed ipſe vt hęreticus damnatus eſt in Concilio Conſtantienſi ſicut aſſeruit Alphon. de Caſt. aduerſus hęreſes lib. 13. io verbo, Studia generalia; Qui tamē lectores futuri ſunt prius ab Epiſcopo de vita, moribus, ac ſcientia probati eſſe debent, vt inquit ſancta Synod. ibidem.

2 Secundò † ad exercendam profeſſionem aliquam litterarum quis admitti ab ipſis nō debet, oiſi prius fidei profeſſionem fecerit, vt habetur in Bulla Pij IV. quę eſt io ordine 112. quam ſupra poſuimus.

3 Tertiò † nec ad Doctoratus gradum, niſi & ipſe eandem profeſſionem fecerit.

4 Quartò † Philoſophi legentes io Vniuerſitatibus ſtudiorum geoeralium, & alibi publicę refellere debent falſas opiniones Philoſophorum, quę à fide aberrant, dum eas, explicant conumerationibus, atque argumentis refellendis, vt habetur io Bulla Leonis X. incip. Apoſtolici regiminis, & eſt in ordine 4. ſic enim inquit,

Omnibus, & ſiogulis Philoſophis io vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publicè legentib. diſtrictè pręcipieodo mandamus, vt eum Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribos ſuis legerint, ſeu explanauerint, quale hoc eſt de animæ mortalitate, aut vnitate, & mundi ęteroitate, & alia huiuſmodi teneantur eiſdem veritatē religionis Chriſtianę omni conatu manifeſtam facere, & perſuadeodo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi Philoſophorum

phorum argumenta cùm omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſol uere; & cùm non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi, & ne iterum pullulent, funditus euellere. Cùm præcipuè humanæ Philoſophiæ ſtudia diuturniora, quam Deus ſecundum verbum Apoſtoli euacuauit, & ſtultam fecit, abſque diuinæ ſapientiæ condimento, & quæ ſine reuelatæ veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quam in ueritatis elucidationē ad tollendam omnem in præmiſsis errandi occaſionem hac ſalutari conſtitutione ordinamus, & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris ordinibus conſtitutus ſecularis, vel regularis, aut aliàs ad illos à iure arctatus in ſtudijs generalibus, vel alibi publicè audiendo Philoſophiæ, aut Poetis ſtudijs, vltra quinquennium poſt Grammaticam, & Dialecticam ſine aliquo ſtudio Theologiæ, aut Iuris Pontificij incumbat. Verùm dicto exacto quinquennio, ſi illis ſtudijs inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamen ſeorſum, aut Theologiæ, aut ſacris Canonibus operā nauauerit, vt his ſanctis, & vtilibus profeſſionibus Sacerdotes Domini inueniāt, vnde infectas Philoſophiæ, & Poetis radices purgare, & ſanare valeant. Et hos Canones per Ordinarios locorum, vbi generalia ſtudia vigent, & Rectores Vniuerſitatis eorundem ſtudiorum ſingulis annis in principio ſtudij in virtute ſanctæ Obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo, &c. Hæc ſunt verba Bullæ: ex quibus propoſita concluſio habetur;

5 † & etiam alia, ſcilicet ordinibus ſacris initiatos, vel initiandos, ſi ſtudijs Philoſophiæ, aut Poetis operam dare velint, id eis licere, modo aut ſimul, aut ſeorſum, aut Theologiæ, aut ſacris Canonibus operam nauent.

6 Quintò † docentes pueros non ſolū Grāmaticam, Rethoricam, & huiuſmodi docere debent; verò m etiam, quæ ad Religionem Chriſtianam pertinent; & diebus feſtis nihil eos docere poſſunt, niſi, quę ad Religionem, & bonos mores pertinent; & hortari etiam, ac cogere, vt non ſolùm admiſſas, ſed etiam ad alia diuina officia audienda ad Eccleſias accedant; & nihil legant contra bonos mores, ac pietatem, ita habetur in Bulla Leo. X. incip. Supernæ diſpoſitionis, quæ eſt in ordine 11. cuius verba hęc ſunt.

Cum omnis ætas ab adoleſcentia prona ſit ad malum, & à teneris aſſuefieri ad bonū magni ſit operis, & effectus; ſtatuimus, & ordinamus, vt Magiſtri Scholarium, & pręceptores pueros ſuos, ſiue adoleſcētes nedum in Grammatica, & Rethorica, ac cæteris huiuſmodi erudire, & inſtruere debeant, verùm etiam docere teneantur ea, quę ad religionem pertinent, vt ſunt pręcepta diuina, articuli fidei, ſacri Hymni, & Pſalmi, ac ſanctorum vitę: diebus feſtiuis nihil aliud eos docere poſſint, quàm in rebus ad religionē, & bonos mores pertinentes, eoſque in illis inſtruere, & hortari, & cogere, in quantum poſſunt, teneantur, vt nedum ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas, diuinaq; officia audienda ad eccleſias accedant, & ſimiliter ad prędicationes, & ſermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere poſſint. Hęc ſunt verba Bullę, ex quibus habentur prędicta, cuius etiam ſupra memini.

7 Sextò † Ordinarij curare debent, vt Doctrinam Chriſtianam doceātur; habēt enim facultatem conſtituendi loca, in quibus ipſa doceatur, & facultatem etiam Confraternitates erigendi, & etiam plures Indulgentię conceduntur, vt habetur in Bulla Pij Quinti, incip. Ex debito, quę eſt in ordine 156. pagina 1163. & per Bullam Gregor. XIII. incip. Vniuerſis Chriſti fidelibus, quę eſt in ordine 11. pręterquam quod id habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capitu. 4. id quod & ſupra diximus.

8 Septimò † Seminarium erigere Ordinarij quoque debent iuxta formam traditam à Trident. Synod. ſeſſ. 23. de reformat. capitulo 18. de quo Seminario ſupra non nihil agimus.

9 Poſtremò † Medicinę doctoratus inſignia tradi non debent cuiquam, neque etiam facultas medendi à Collegio, vel ab Vniuerſitate, niſi iuret prius ſe obſeruaturum Bullam Pij Quinti, in ęgrotorum viſitatione incip. Supra gregem, quam poſuimus ſupra Cap. 6. §. 2. Et de his hactenus; iam ad Eccleſiaſticas perſonas tam ſingulares, quam ad Vniuerſitates ex eiſdem conſtantes, tranſeamus.

De gubernatione Clericorum Secularium, primam Tonſuram, minorem Ordinis habentium, effectu per ſe, atq; octauo poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XII.

S V M M A.

1 *Clerici ſeculares in prima Tonſura, vel in minoribus*

Digitized by Google

ribus conſtituti quæ officia obire debent, quatenus tales ſunt.

2 *Clerici ſeculares in minoribus ordinibus conſtituti, quæ priuilegia habent.*

3 *Clerici in minoribus conſtituti qua ratione priuilegia amittant, & quod de veſtibus.*

4 *Clerici in minoribus conſtituti an ſecularia negotia agere poſſint.*

De laicis tam ſingularibus, quã de Vniuerſitatibus pijs conſtantib. ex laicis egimus; iam de gubernatione Eccleſiaſticarum perſonarum, effectu itidem per ſe, ſed tertio poteſtatis, atque officij Epiſcopi, agamus. Verùm, quòd perſonæ Eccleſiaſticæ partim ſunt ſingulares perſonæ, partim Vniuerſitates ipſis ſingularib. conſtantes, ob eam rationem de Clericis ſecularibus, & ſingularibus, deinceps de reliquis tractemus. Poſtremò, quòd horum alij primam tonſuram, minoreſque ordines habent, alij ordines ſacros; ideo materiam eorum, qui in minoribus conſtituti ſunt, agamus eo ordine habito, quàm hucuſque adhibuimus, ac præmiſſimus, explicando, quæ ipſorum munera, atque officia ſint, & à quibus ſe abſtinere debent, quo Epiſcopus in viſitatione ſciat, quæ de ipſis præſentari, atque inquirere habeat.

Primùm igitur ea omnia facere debeant, qui primam Tonſuram, minoresvè ordines habent, ab eiſdemque ſe abſtinere, quæ facere, & à quibus ſe abſtinere laicos debere antea diximus. Idque multo magis quandoquidem, præterquam quòd Chriſtiani ſunt, in altiori loco collocati ſunt ipſis laicis.

1 Secundo † ſua officia cuique ordini præſcripta obire habent. Hinc Trident. Synod. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 11. ſancinit, vt ordines per interſtitia temporum (quò accuratius, quantum ſit horum ordinum pondus, poſſint edoceri) conferantur, ſicut etiam vt in ipſis ſe exerceant. Quæ autem munera hæc ſint, quod poſui in Tract. meo de Sacramen. Tab. 7. ob eam rem, quæ huc pertinet, illinc ſumantur.

Tertiò ei Eccleſiæ inſeruire debent, cui adſcripti ſunt; non enim ordines cuiquam conferendi ſunt, qui alicui Eccleſiæ non inſeruiat, vt habetur apud Triden Synod. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 16. Cùm nullus debeat ordinari, dicitur enim ibi, qui indicio ſui Epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſijs ſancta Synod. veſtigijs ſexti Canonis Concilij Calcedonenſis inhærendo, ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, non adſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. Quod ſi locum, inconſulto Epiſcopo, deſeruerit, ei ſacrorum exercitiũ interdicatur. Hæc ibi ſancta Synod. Ex quibus patet Clericos in minoribus conſtitutos ei Eccleſiæ inſeruire debere, cui ab Epiſcopo adſcripti ſunt; etſi locum inconſulto Epiſcopo deſeruerint, ſacrorum exercitiũ interdicendum eſſe. In minoribus igitur conſtituti, in Eccleſia eis præſcripta, diuinis officijs, dum ſiunt, intereſſe, atque inſeruire debent; vel miſſæ ſint, vel ſeptem Horarum preces recitentur; aliovè diuina officia fiant. Quod ego in hanc ſententiam accipio, vbi emolumentum aliquod ab ipſa Eccleſia habent; tum quòd qui altari ſeruit, de altari viuere debet, c. de multa, de præbend. tum quod & in ordinibus ſacris conſtituti inſeruientes Eccleſiæ in ſuis ordinibus, hæc habere debent; ita Triden. Synod. eadem ſeſſ. de reformat. cap. 17. Vbi verò non habent quicquam, inconſultò Epiſcopo tamen ab huiuſmodi ſeruitute ſe abſtinere non debent, cita. capitulo 16.

Atqui an priuilegijs Clericorum fruuntur in minoribus ordinibus conſtituti? Item an ſecularibus negotijs ſe miſcere poſſunt ſine pœna.

2 Quoad primam quæſtionem † breuiter concludo eos priuilegia omnia habere, quæ habent in ordinibus ſacris conſtituti cũ habito reſpectu ad perſonas, tum ad res. Nam de priuilegio perſonæ (quod duplex eſt ſcilicet Canonis, c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſt 4. & fori, de quo in c. 2. de for. comp.) habetur, & in c. vnic. de Cler. coniugat. & ibi Gloſſ. ac DD. lib. 6. & in c. cùm non ab homine, de iudic. cum ſimil. De priuilegio itidem rerum habetur in c. fin. de vit. & honeſt. cler. & in tot. tit. de immun. eccleſ. in antiqu. & 6. & in c. quanquam, de cenſ. eodem libro 6.

3 † Atqui an ea amittant, & qua ratione? Planè ſic; nam primò & eiſdem rationib. amittunt, quibus ordinibus ſacris inſigniti, de quibus infra ſuo loco agemus.

Secundò amittunt etiam fori priuilegiũ, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habentes, clericalem habitum, & tonſuram non deferant, & alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non inſeruiant, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, aut Vniuerſitate; de licentia Epiſcopi, quaſi inuia ad maiores ordines ſuſcipiendos non verſentur, ita habetur apud Triden. Synod. eadem ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. Excipitur tamen, vbi alteri

Eccleſiæ inſeruit ab ea, cui fuit adſctiptus; nam non idcirco priuilegium amittit, ita ſacra Congreg. ibidem declarauit. Quare inſeruiens Capellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio aſsignata eſt, ſatisfacie. Nihil etiã intereſt, ſi aliquando intermiſerint impedimento aliquo neceſſario interueniente; tum quòd verba ciuili modo intelligenda ſunt, l. ſi cui, ff. de ſeruit. Tum quòd continnè id dicitur fieri, quod maiori temporis parte fit, debito tempore, ita Gemin. ac DD. in procemio ſexti, & ita Sacra Congreg. in eodem capitu. 6. interpretata eſt, & Addit. ad Summ. Bullar. Stephan. Quarant. in verbo, Habitus Clericalis.

Tertiò priuilegium amittunt, vbi Eccleſiæ quidem inſeruiunt, ſed habitum Clericalem, & tonſuram non deferunt: id quod locũ habet etiam ſi prius eos Epiſcopus non admoneat, vt habitum, tonſuramvè ſumant, ita ſacra Congreg. declarauit. Idque meritò S. Synod. ſimul copulat tria hæc, ſcilicet vt deferant habitum, & Clericalem tonſuram, & alicui Eccleſiæ inſeruiant: vbi autem diſpoſitio plures qualitates ſimul requirit, vna deſiciente, nihil fit, l. ſi hęredi plures, ff. de hęred. inſtit. Ibi tamen Clericus timore iuſto habitum Clericalem omitteret, exempli gratia tranſiturus eſt per loca inimicorum, in hoc caſu excuſatur, ſi, ne ab hoſtibus capiatur, eiusvè iter impediatur, Clericalem habitum deponat; non enim volũtate habitum dimittit, ſed neceſſitate, ita habetur in cit. Clem. 2. de vit. & honeſt. Cler. ibi enim punitur, qui abiectis veſtibus ſui ordinis alias aſſumere, & in publico portare, rationabili cauſa ceſſante, præſumit; ergo ſecus, ſi rationabili cauſa non ceſſaret; tunc enim non punietur, arg. ſumpto à contrario ſenſu in cit. Clem. 2. nam & hac ratione mutatio nominis permiſſa eſt, vt habetur in C. de mut. nom.

Secundò, ſi eſſet ſpoliatus ab hoſtib. ſuis veſtibus.

Tertiò, ſi referat perſonam alicuius Sancti; & perſonam aliquam referat recitando vitas eius.

Quartò, ſi domi ſuæ, & idcirco in occulto dimitteret; nam cit. Clem. 2. de deferente publicè alienas veſtes loquitur, ergo ſecus ſi occultò. Accedit quod non dimittit habitum, ne deferat, ſed vt paulo poſt aſſumat; quo caſu non dicitur dimiſiſſe; non enim mulier, quæ ſtatim rediјt, diſceſiſſe à marito videtur nec, qui paululum abfuit ab eccleſia, dicitur non reſidere, vt habetur apud Triden. Syno. ſeſſ. 23. de refor. cap. 1. verſ. Quoniã autem,

Quintò, ſi ob paupertatem non deferat, ita Imol. in cit. Clem. 2. nu. 9.

Sextò, vbi non perſeueraret in habitus dimiſſione. Non enim Clericus priuilegio clericali priuari debet, qui ſemel habitum dimiſſit; ſed neceſſario poſtulatur, vt tantum perſeueret, vt publicè pro laico exiſtimetur, ita Proſp. Farin. in Pract. Crim. in tit. De inquiſit. quæſt. 8. quem ſequitur Addit. ad Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verbo, Habitus Clericalis.

Qnoad Tonſuram etiam ſi ob morbum deferre nequeat, excuſatur, ita Capel. Tholoſ. deciſ. 104. Aliàs igitur ſi Clerici huiuſmodi & veſtes, & habitum Clericalem non deferant, & prædicta non ſeruent, priuilegiũ clericale amittunt. Cogi tamen ad hæc nequeunt, vbi beneficium Eccleſiaſt. non habeat, ita dixit Abb. in c fin. de Cler. coniug. de com. DD. ſententia. Nam ad tonſuram deferendam cogi hos non poſſe aſſerit: ſolùm etenim coguntur, ſi velint priuilegio clericali frui, quod bene notãdum inquit Abb. ibidem & ſeoſit hoc Trident. Synod. ſeſſ. 14. de reformat. capit. 6. nam agens ibi, qua ratione cogi debeant Clerici ad veſtes Clericales deferendas, ſolùm de ijs, qui in ſacris ſunt, vel dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia quæcunque Eccleſiaſtica obtinẽt, loquitur, & non de conſtitutis in minoribus ordinibus tantum.

Verùm quales veſtes deferri à Clericis debent? Antiquo iure id cautũ non eſt: quare in hoc cõſuetudini locorum ſtabitur, in quibus quis vitam degit, ita Gloſſ. in c. ſi quis viitorum, diſtinct. 30. & in c. pen. de vit. & boneſtat. Cler. in verb. De auratis, & Couat. prae. quæſt. cap. 31. num. 7. & Clar. in Pract. Crim. quæſt. 36. nume. 10. & Foller. in ſua Prax. in verbo, Audiantur, num. 42. & Farin. eodem num. 69. & eadem Addit. ad Steph. Quaran. in Summ. Bullar. Hinc Mediolani habitum deferunt Parochi diuerſum ab ijs, qui parochi non ſunt, & animarum curã non habent. Nec obſtat Bulla Sixti Quinti, incip. Cum ſacroſanctã, publicata die 18. Ianuarij 1589. nam ipſa ſolum proſpicit quoad quantitatem, ſcilicet vt talares veſtes gerant, non autem de qualitate. Poſtremò de vniuerſis Clericis non loquitur, ſed de ijs, qui penſiones habent, vel benef. Eccleſ. Conſuetudini ergo ſtabitur. Qnamnis iure cõi cautũ ſit, ne quorundam colorum veſtes gerant, vel quaſdã ſpecies, vt habetur in cit. c. 2. de vit. & honeſtat. Cleric. Sed de prima quæſtione hactenus. Clericales veſtes autem, & monachi habitum laici deferre nequeant, c. vt clerici, &

Digitized by Google

ibi Abb.de repud.& Fran.in c.vlt.de bigam. libro 6.& Prax.Archiep Neap. cap.52. numero 2.cum ſeq.& nos ſupra.

4 Quoad poſtremam,† ſcilicet an in minoribus ordinibus conſtituti negoria ſecularia agere poſſint. Pro regula habendum eſt Clericos,qui primam Tonſuram, minoresvè ordines tantùm ſuſceperunt,& beneficium Eccleſiaſt.non habent,omnia facere poſſe,quæ laicus,ita dixit Abb.in c.1.& c.2.de poſtul. Quare & in iudicijs ſecularibus quamcunq; perſonam agere poſſunt, ſcilicet & Iudicis, & Aduocati;& Procuratoris,vel cauſa ciuilis,vel criminalis ſit. Item & extra iudicium omnia negotia gerere, vt inquit idem Abb. in eodem c.1.num.duodecimo,ne Cler. vel Monach.Idem Nauar.in conſ.5.de ſucceſſ. ab inteſt.Hinc ſpolia non faciût,ſi negotientur,aliavè ſecularia agant, quippe quia non illicitè negotiantur,& omnia ſecularia agere poſſunt,quæ laici. Non ergo cuidam meo amico dubitãdum fuerat in ſuſceptione primæ tonſurę de ſpolijs,cum nullum beneficiũ Eccl.haberet. Epiſcopus ergo,vbi viſitabit, an in minoribus ordinib. conſtituti ſua munera obeant,inueſtigabit. Sed de gubernatione horum clericorum hactenus, de gubernatione eorum,qui maioribus ordinib. initiati ſunt, agamus.

De gubernatione Clericorum Secularium maiores Ordines habentium, non autem beneficium eccleſiaſticum,vel penſiones,effectu per ſe, atque nono Poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Ordini ſacro initiatus votum continentiæ ſeruare debet.*
2 *Ordinis Sacri ſuſceptione ſolemne votum continentiæ emittitur.*
3 *Ordinis Sacri ſuſceptione metu facta an votum continentiæ inducatur.*

SECVNDO loco agendum eſt de gubernatione Clericorũ, ſecularium qui ordini ſacro initiati ſunt,& beneficiũ,penſionemq; Eccleſiaſticã non habent:id q; vt facilius fiat de more,vt præmiſſimus,quę facere,& contra à quib.ſe abſtinere debeant videamus.

1 Primùm igitur † præter ea,ad quæ Clerici prædicti tenentur,quibus & hi obligãtur,
primum,inquam,ordini Sacro initiatus vo-
2 tum continentiæ ſeruare debet. Nam † per
Ordinis huiuſmodi ſuſceptionem, ſicut
etiam per profeſſionem factam in aliqua
Religione probata ab Eccleſia votum tale emittitur, vt habetur in c.1.de vot. libro ſexto.

3 Excipitur tamen † vbi vi,metuvè, qui in conſtantem virum cadit, cogeretur quis ordinem ſacrum ſuſcipere; nam eſto ſuſcipiat ordinem,continentiæ voto tamen non obligatur. Tum quòd votum metu tali iniecto factum nullum eſt,arg. c.1.& 2.& ibi Gloſſ. magiſtr.in verbo,Coactus,verſic. Item & in voto de ijs,quæ vi,metusvè cau.fiunt,quam & ſequitur ibi Abb.num.11.verſ.Et quartus caſus.Tum quòd continentia de conſilio eſt; & non de præcepto,c.integritas,32.quęſtione prima, & c.licet de voto ergo non obligatur.

Contrarium tamen ſuadere videtur, ſcilicet votum metu factum obligare; nam, qui in aliquo periculo,vt mortis conſtitutus vouet,ſi eo periculo liberetur,ſe aliquid facturũ, obligatur,vt per ſe id notum eſt;ergo votum metu factum valet. Hæc ratio nulla eſt; Nam idcirco votum hoc valet,quoniam metus in hoc caſu non inijcitur, vt votum faciat,ſed ob aliud,quo caſu votum valet. At in caſu noſtro metus inijcitur,vt ordinem ſacrum ſuſcipiat, quod votum cõtinentiæ continet,& idcirco nullum eſt votum. Quare à propoſita concluſione non diſcedes. Poterit ergo hic,qui ordinem ſacrum ſic ſuſcepit,vxorem ducere ſine alia diſpenſatione: quamuis,ne eius filijs quæſtio de hęreditate moueatur,curare poſſit, vt Epiſcopus declaret votum non obligare,& matrimoniũ contractum valere,probato prius hoc iuſto metu;atque ſic reſpondit Nauar.in conſilio ſecundo,& tertio,numero octauo, & in conſilio quarto,& quinto,de his,quæ vi metusvè cauſ.fiunt. Ex his apparet, etſi Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt vxorem ducat, qui votum ſolemne emiſſit, declarare tamen poſſe,votum nullum eſſe, & matrimonium ab hoc contractum valere. Sed de hoc primo ſatis,ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Horarum Canonicarum preces recitare ordinibus ſacris initiati debent.*
Et beneficium Eccleſ. habentes.
Et regulares profeſſi ad Chorum.

2 *Horarum Canonicarum preces recitare debet, qui beneficium Eccleſ. habet, vel modicos fructus conſequatur.*

3 *Horarum Canonicarũ preces ad recitandas obligati, quando excuſentur à recitatione ipſarum.*

4 *Horarum Canonicarum ad preces recitandas obligati, peccant, vbi eas non recitant.*
Item puniuntur.

5 *Horarum Canonicarum preces, quæ recitandæ ab ijs, qui ad eas recitandas obligantur, & qua forma.*

§. I.

1 §. Secundò † ordinibus ſactis initiati ad Canonicarum Horarum preces recitandas, obligati ſunt, vt de presbyteris habetur in c. 1. de celebrat. Miſſ. & in c. præter, diſtinctio. trigeſimaſecunda. De Diaconis autem, & de Subdiaconis inre ſcripto cautum non eſt: Sed generali Eccleſiæ conſuetudine, atq; ſic de ipſa teſtatur Nauar. in Tract. De Hor. Canon. cap. 7. num. 2. & hoc pro regula habebitur.

Quæ regula locum habet, vel excommunicati, cenſurave aliqua irretiti ſint; nô enim delicta immunitatem tribuunt, argumen. l. nunquam plura, ff. de priua. delict. & probaui in Tract. meo de Cenſnt. Tab. 1. Poſtremò tenentur vel depoſiti ſint verbis, aut reob eandem rationem.

Secundò tenentur ad eas recitandas, qui beneficium Eccl. habent, vel per collationẽ, vel inſtitutionem, vel aliam cauſam, quam ipſe probauit, & accepit, vt habetur in c. fin. diſtinct. 92. quod generatim de quocunque Clerico loquitur, & ideo de habentibus primam tonſuram, quãdoquidem & ipſi beneficium Eccleſ. habentes, hac recitatione tenentur: facit etiam c. quod ad te, & c. fallacijs, de Cler. coniug. nam in illis iuribus dicitur Clericos in minoribus ordinib. beneficium Eccl. habentes, qui vxorem duxerunt, priuandos beneficijs; quandoquidem vxore ducta non poſſunt diuinis officijs operã dare, ideſt ſuis precibus, ergo & in minoribus conſtituti beneficium babentes propoſitas preces recitare debent.

2 Ad quod locum habet † vel beneficium exiguum ſit, ita ſenſit Gloſſ. ab omnibus recept. in c. 1. in verb. Rurale, de celebrat. Miſſ. & facit cit. c. 1. vbi permittitur Clericis, vt haberent, ſi non habent, vnde ſe ſuſtentent, & Nauar. eodem capitu. 7. numero 27. nam per beneficij collationem quis ad diuinas laudes celebrandas adſcribitur; quæ ratio in quocunque beneficio locum habet. Hinc beneficium dari propter officium dicitur in c. fi. de reſcript. lib. 6.

Secundò tenetur vel caſu perpaucos fructus percipiant, vtpotè grandine, aquis, vel alio caſu.

Tertiò locum habet, vel nullos fructus percipiant vel quod ſua culpa poſſeſſio re ipſa non eſt tradita, vel quia poſt receptam nõ volunt reſidere.

Quartò locum habet, vel poſſeſſionẽ nondum habuerint, ſi collatio facta ſit, & eã acceperint; nam per collationem acceptã ante poſſeſſionem ius ipſum, & beneficium is, cui collatum eſt, acquiſiuit, c. ſi tibi abſenti, & c. pen. de præbend. lib. 6. Hinc mortuo eo ante poſſeſſionem acceptam, vacare per mortem eius dixit Felyn. in rub. de conſtit. & Nauar. in conſ. 17. de celebr. Miſſ. Quare non eſt tenenda opinio Menoch. de arbitr. iud. lib. ſecundo, cent. 5. caſ. 429. in fi. qui tenuit obligatum non eſſe eum ad horas recitãdas, qui reipſa beneficij poſſeſſionem non habet; nã repugnat dictis, & opinioni ipſius Nauar. in conſ. 17. quem citat pro ſe, qui totum contrarium dicit.

Quintò locum habet, vel per alium fructus percipiant, vtpotè per patrem, nam filius, cuius eſt beneficium, ad horas recitandas tamen tenetur; qui enim per alium recipit, ipſemet recipere cenſetur.

Sextò locum habet, vel Vicarium, vel Capellanum habeant; nam non idcirco à recitatione excuſantur; & ita ſeruat communis praxis, vt teſtatur Nauar. cap. 11. nume. 32. & 33.

Poſtremò tenentur, vel litigent de beneficio, vbi pro ſe ſententia lata eſt, & recipere habent fructus ſequeſtratos, per aliosvé receptos, & de communi ſententia teſtatur Nauar. eodem cap. ſeptimo, nume. 24. quod verum eſt, vbi collationem factam acceperãt, vt habetur apud Nauar. in conſ. 17. de celebrat. Miſſ.

Tenentur etiam Religioſi profeſſi ad Chorum, & Moniales, vt dixit Nauar. eodem capit. 7. num. primo, verſic. Secundo, iunct. numero 23. & Tolet. in Inſt. Sacerd. lib. 2. capitulo 12. num. ſeptimo, qui de communi ſententia teſtatur. Excipiuntur tamen conuerſi

Monacorum,

Digitized by Google

Monacorum, qui laici dicuntur, & ad Miniſteria corporis ſunt adſcripti; non enim ad Horarum Canonicarũ preces obligati ſunt, ita Tolet. ibidem. Atqui an iure diuino, vel Pontificio obligati ſunt? Planè ad maiores Laodes, & ad maiora obſequia prædicti tenentur, quo gratiam Deo Max. referant pro honore eis collato. Idq; iure diuino; ex quo enim in ſortem Domini vocati ſunt, & præcipuo quodam honore affecti, ratio naturalis poſtulat, vt gratos ſe oſtendant ipſi Deo. Vt autem hæc preces ſepteni Hora. um recitentur, iure poſitiuo Pontificio, & non diuino cautum eſt, vt dixit Nauar. eodem capitulo 7. num. ſecundo. Non enim in veteri teſtamento, neque in noua lege mandatum eſt, vt hæ preces recitentur, & idcirco non iure poſitiuo ſimpliciter, neque diuino. Omnes ergo prædicti ad has preces recitandas obligati ſunt.

3 Verùm † qua pœna afficiuntur, vbi eas non recitant, cum poſſint? Primò mortiferè peccant, vbi totum officium omittunt; communis enim opinio DD. hæc eſt. Id quod & ſenſit Pius Quintus in decreto dato Romæ die 18. Calend. Octob. 1571. incip. Ex proximo Lateranenſi Concilio verſ. Item illi, qui primis ſex menſibus.

Secũdò, qui partem aliquam notabilem omittit, vtpotè Matutinas preces, vel Laudes, vel aliquam aliam ex reliquis horis; notabilis enim pars eſt, & idcirco grauiter offenditur. Idem cenſerem, ſi alicuius hæc dimidiam, vel quaſi dimidiam omittat.

Tertiò peccat etiam mortiferè, qui eas recitat integrè, ſed ante propoſuerat ſibi nõ recitare; nam peccatum eſt dictum, aut factum, aut concupitum contra legem Dei; & hac ratione peccat, qui feſtis ſolemnib. diebus miſſam non audire ſibi propoſuit, vel ieiunij tempore ieiunium ſe non obſeruaturũ; eſto deinceps miſſam audiat, & ieiunium ſeruet, & hoc ob eam intentionem malam prius habitam.

Quartò peccat etiam ſi intra ſex menſes non recitet, vbi poteſt, & non legitimè impeditur, vt habetur in Bulla Pij V. quam infra ponemus.

Poſtremò peccat, qui in alium diem differt recitationem earum; nam ſicut qualitates diei feſti, ac ieiunij, ſunt onera, quæ inhærent ipſis dieb. & idcirco in alios dies transferri nequeunt (non enim ſatisfacit præcepto, qui die Dominica miſſam non audit, vel vnam, vel tres alio dies audiat, ſicut etiam de ieiunante.) Ita nec ſatisfacit, qui horas vnius diei recitat alio die. Id quod patet, quoniam eſt qualitas quædam illius diei, & idcirco die illo elapſo, ad ipſas recitandas amplius non tenetur, ex quo peccauit; nam & quæuis dies proprias preces habet, vt in Breuiario habemus. Quare Confeſſarij horum non neceſſe habent iniungere, vt omiſſas preces recitent. Nec facit, ſi dicatur, qui in Paſchate non eſt Confeſſus, vel Communicatus, ſemel in anno, adhuc obligatum remanere ad Euchariſtiæ ſumptionem, & peccatorum confeſſionem. Tum quod obligatio illa perſonæ inhæret. Tum quod dilatio illa temporis data eſt ad obligationem differendam, non autem ad tollendam c. cùm dilecti, de arbitr. At obligatio hæc inhæret diei, ergo eo elapſo non tenetur. In his omnibus caſibus igitur mortiferè peccatur.

4 Excipitur tamen primò, † qui morbo graui affectus eſt, ideſt, qui non poteſt eas recitare ob infirmam valetudinem; ad impoſſibile enim nemo tenetur, l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. Quare & qui cæcus factus eſt, neque hic ad eas recitandas tenetur. Tũ quod Clericis præcipitur, vt eas recitent, non autem vt audiant. Tum quòd ſi hoc eſſet, pauci ægroti eſſent, qui non peccarent, ita dixit Palud. libro quarto, diſt. 15. quæſtio. quinta, quem refert, ac ſequitur Nauar. in Comm. De Hor. Canon. cap. 11. cum duobus ſeq. & in c. fin. de celebr. Miſſ. & c. 14. eodem. Minus etiam furioſi tenentur. Quando autem morbo excuſetur, in arbitrio Iudicis, ideſt Confeſſarij, vel Ordinarij in foro fori id collocatum eſt, & facit l. ſecunda, §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis caut. & c. ad audientiam, de cleric. non reſiden. Immo, vbi cõualuit ad preces omiſſas recitandas non tenetur, vt dixit Inno. in cap. primo, de celeb. Miſſ. & Abb. in c. ex parte, de obſeru. ieiun. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 5. caſ. 429. num. 17. & facit, l. ſi non ſortem, § libertus, ff. de condict. indebit.

Secundò excuſatur etiam, qui neſcit ipſas recitare, modò tamen operam det, vt quam primùm diſcat.

Tertiò, vbi occupatio aliqua grauis interueniret, vel negotium, quæ ſi intermitterentur, vel damnum corporis, rei, vel famæ adeſſet: ita dixit Nauar. eod. cap. vndecimo, numero 34.

Quartò non tenetur, qui Breuiarium non habet, vtpotè, quia amiſſit ipſum, vel ſuum ferre oblitus eſt, & ipſum aliunde habere non poteſt; tunc enim ob ſupradictam rationem etiam excuſatur. Non excuſatur tamen, ſi aliunde habere poteſt: Preces tamen, quas memoriter ſcit, recitare debet;

nam

nam cauſa, quæ excuſatur, vbi nō habet Breuiarium, ea eſt, quoniam memoriter preces neſcit, ergo ſecus, vbi eas ſciret; ceſſante enim cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium, c. cum ceſſante, de appell. & l. adigere, §. quāuis, ff de iur. patron. Quare, & qui perſpicillis vtitur, ſi frangantur, vel amittantur, idem iuris erit.

Quintò excipitur, vbi obliuione horam aliquā omitteret; ad impoſſibile enim quis non obligatur.

Poſtremò excipitur, ſi ſecum diſpenſatū eſſet, ſcilicet à Romano Pont. non enim Epiſcopos poteſt, niſi ex cauſa legitima, cuiuſmodi ſunt prædictæ, & earum ſimiles; ſed tunc diſpenſatione opus non eſt, ita Nauar. eodem cap. 11. num. 24. verſic. Secunda. Sed de hac prima pœna ſatis.

Addo non teneri ad eas recitandas, qui eſt præſentatus ante inſtitutionem, vel electus nominatusvè, ante confirmationem, vel prouiſus antequam conſenſerit; nō enim interim ſuum beneficium eſt, c. ſi abſenti, de præbend. lib. 6. non etiam qui in concurſu iudicatus eſt magis idoneus, antequam ei collatio facta ſit ob eandem rationem. Minus, qui habet expectatiuam, ita Nauar. in conſil. 17. de celeb. Miſſ. Et locum habet, vel pro ſe duas ſententias habuerit, & fuerint ſequeſtrati fructus, ita Nauar. ibid.

Poſtremò, qui beneficium Eccl. habet, & prædictas preces legitima cauſa ceſſante nō recitat, ſi omittat totum officium vnius diei amittit portionem fructuum omnium, qui pertinerent ad ipſum, ſi illo die fructus beneficij diſtribuerentur in dies totius anni, exempli gratia fructum beneficij 365. portio cuiuſlibet diei erit numus aureus, tunc vnum aureum amittet, ſi omittit totum officium vnius diei; ſi Matutinum cum Laudib. dimidium aurei; ſi verò his celebratis reliquas horas omittat, dimidium itidem auri: ſi vnam ex ſex illis horis ſextam partem; ſic enim ſanciuit Concilium Lateranenſe, vt fructus amitteret, & declarauit Pius Quintus in ſua Bulla incip. Ex proximo Lateranenſi Cōcilio Dat. Romæ anni 1571. 12. Calend. Octobr. Nam in Concilio Lateranenſi ſic fuit ſtatutum, vt quilibet habens beneficiū cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij, & tēporis, ſed eos tamquam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Pius V. autem in cit. Bulla declarauit pro rata omiſſionis recitationis officij in quam ſententiā accipiatur, ſcilicet, vt ſupra poſui. Atqui an amittat fructus, ſi non recitet officium ante illos ſex menſes? Menoch. de arbit. iud. lib. ſecundo, Centur. 5. caſ. 429. nume. 11. tenet ad reſtitutionem fructuum hanc obligari: datur enim beneficium propter officium, & qui non laborat non manducat. Contrariam ſententiam tenent communiter DD. vt teſtatur Addit. ad Steph. Quaran. in Sum. Bullar. in verbo, Horæ Canonicæ. Hanc opinionem ego etiam ſequor. Tum quod fruſtra verba illa à Concilio eſſent poſita. Poſt ſex menſes, & fruſtra à Pio Quinto repetita contra c. ſi Papa, de priuileg. libro 6. Tum quod Cōcilium, & Papa poſſunt diſpenſare in hoc vt dixit idem Menoch. ibidem. Idque non ſine cauſa; ſæpius enim quis recipit beneficium antequam ſciat horas recitare, huic & ſimilibus cauſis voluit Papa, & Concilium prouidere, quamobrem ceſſant rationes Menoch.

Alia etiam pęna afficitur, ſi vltra ſex menſes non recitauit Canonicas preces; nam, ſi legitima monitione præcedente, exempli gratia Epiſcopi in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, beneficio ipſo priuari debet, ita idem Concilium Lateran. ſtatuit. Intelligitur autem officium omittere quoad hoc, vt beneficio priuari poſſit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit, ita habetur in eodem Concil. Lateran. Et hæc locum habent, quęcunque beneficia ſint vel curam animarum non habentia, nullumq; ſeruitium, vt in eadem Bulla Pij Quinti habetur. Declarantes, ait enim ibi, præſtimonia, præſtimoniales portiones, & quæcunq; alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes cum prædictis pariter conueniri. Hæc Pius Quintus, Ex quibus patet tam quoad amiſſionem fructuum, quàm quoad priuationem beneficij eodem iure cenſeri. Poſtremò locum habent, qui pēſiones, aliaſque res Eccleſiaſticas, vt fructuum reſeruationes habent, ſi Officium paruum Beatiſſimæ Virginis non recitent, quod addidit idem Pius Quintus ad cit. ſuam Bullā. Quod dictum eſt de priuatione beneficij, Sot. de iuſt. & iur. lib. 10. quæſt. 5. artic. 6. ait vſu receptum non eſſe, & idcirco iudicis arbitrio puniendum, ita Menoch. de arbit. iudic. caſ. 429. quem refert, ac ſequitur Prax. Neap. cap. 28. vbi refert quendam beneficio tamen priuatū, qui per decennium officium non recitauerat.

Verùm, quibus aſſignabitur portio hæc amiſſa

Digitized by Google

amiſſa fructuum? Planè in vſum fabricæ beneficij, vel in pauperes diſtribuatur, vt habetur in eodem Concilio Lateran. Quare, ſi Clericus pauper ſit, tanquam pauper retinere pro ſe ipſo poteſt. Videbatur tamen dicendum ipſis ante ſententiam priuatum non eſſe; nam pœna in foro conſcientiæ non debetur, niſi poſt ſententiam latam, vt dixit Gloſſ communiter recept. in c. fraternitas. duodecima quæſt. ſecunda. Atqui à propoſita ſententia diſcendendum non eſt ob Bullam ipſam. Nec obſtat opinio Gloſſ. nam ipſa locum habet in tebus à nobis iam acquiſitis, & non in acquirendis, argum. eorum, quæ dixit Gloſſ. in c. Apoſtolicę, de Cler. excommun. min. Mnlta enim facta tenent, quæ fieri prohibentur, l. patre furioſo, ff. de ijs, qui ſui, vel alie. iur. ſunt, & c. quemadmodũ, de iureiurand. At Bulla prohibet acquiſitionem eorum fructuum, ergo non eſt mirandũ ſi ſine alia ſententia ipſos non acquirit. Eadem ratione amittit fructus penſionis penſionarius, qui Horas Beatæ Mariæ Virginis non recitat per eandem Bullam Pij Quinti. Excipinntur tamen diſtributiones Canonicorum; aecreſcunt enim alijs, vt ſuo loco dixi, & Nauar. in conſ. 20. de celeb. Miſſ. Quid inris autem de non reſidentibus? ſuo loco habebitur. Atqui ſi quis habeat ordines ſacros, beneficium, & penſionem, an Officium Beatæ Mariæ Virginis, & bis Officium Domini tecitare debebit? Concludendum eſt non teneri, alioquin qui tres ordines ſacros haberet, ter recitate teneretut, atque ſic vniuerſali conſuetudine Eccleſiæ ſeruatur.

Preces verò Horarum Canonicarum re-
5 citandæ † in Breuiario edito iuſſu Pij Quinti, & reformato à Clemente VIII. habentur, Exceptis ijs, quibus per Bullam Pij Quinti permiſſum eſt, vt aliud officium recitẽt, qui numerantur in eadem Bulla. Illnd tamen notandum eſt, vt qui aliud Breuiarium ſeruare debent, nõ poſſe Breuiario Romano vti, niſi cònſenſus Capituli vniuerſalis interueniat, & Epiſcopi, ſi eſt clericus; ex quo enim in ea Bulla ea ratione permittitur, ergo ſecus alia ratione ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod validiſſimum eſt. l. prima, & ibi Doctor. ff. de offic. eius, & ita reſpondit Nauat. in conſilio quinto, num. 2. de celebr. Miſſ.

Quoad formam verò eas recitandi præter intentionem, quam habere in ipſis recitandis, debent verba diſtinctè, & apertè recitanda ſunt; nõ enim ſat eſt oculis legere, ſed verborũ expreſſio neceſſaria eſt, vt colligitut ex Clement. ptima, de celebr. Miſſ. Hinc Tolet. in Inſtitut. Saccrd. deſcribens quid ſit officium diuinum ſic inquit, Officium diuinum eſt, Laus Dei, voce expreſſa per Eccleſiæ inſtitutionem determinata. Non igitur mentalis recitatio eſt talis.

Secundò ritum Eccleſiæ eius ſeruare, in qua domicilium retinet. Quare Calendarium eius Eccleſiæ ſequetur, vel extra Diœceſim peregrinetur; qui tamen cum Cardinali, vel Epiſcopo vitam degit, vel regularis Clericus ſit in officio celebtando, ac recitando ſe conformare cum ipſo Antiſtite poteſt, vt habetur in Clem. fin. de Celebr. Miſſ. & id ſupra diximus.

Tertiò officium itidem à Clerico Latino Latina lingua, & à Græco Græca lingua recitari debet, ſicut etiam Miſſæ ſacrum, & alia dinina officia; nam ita Pius Quintus cauit in Bulla incip. Prudentia Romani Pont. lata decimoſeptimo Calend. Septembris 1566. Pontif. ſui anno ptimo. Quare opinio Nauar. tenenda non eſt, qui in conſilio duodecimo, de celebr. Miſſ. aſſernit latinum græca lingua Canonicas preces recitare poſſe, & è contrario gręcum latina.

Quartò tempus, intra quod diuinum officium celebrandnm eſt, incipit à Veſperę antecedẽtis diei vſque ad mediam noctem ſequentis; vt dixit Caietan. in Summ. Hor. Canon. verſic. Tempus. Hinc fit Matutinas preces Veſperæ celebrari poſſe, quamuis Matutinis temporibus celebrari deberent, ex quo tempore legitimo celebrantut; elapſo enim tempore ſi quis eas recitet, præcepto non ſatisfacit, ex quo tanquam qualitas antecedentis diei eſt, vt ſupra vidimus.

Poſtremò vbique locorum celebrari poſſunt, quamuis honeſtius in Eccleſia. Excipio tamen Collegia Canonicorum, & aliorum, qui in Eccleſia ſtatutis temporibus in Choro celebrare habent, de quibus infra ſuo loco agemus. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ordinibus ſacris inſigniti inſeruire Eccleſiis debent, quibus aſcripti ſunt.*
2 *Ordinibus ſacris inſignitos, vbi Sacerdotes non ſunt, diebus Dominicis, & ſolemnibus, vbi altari inſeruiunt Euchariſtiam ſummere decet.*
3 *Patrimonium alienare non poſſunt, ad cuius titulum ordinis ſuſceperunt.*
4 *Tonſuram ferre babent.*
5 *Veſtes itidem clericales.*
6 *Habitum Clericalem, vbi no deferunt, qua pœna afficiantur.*
7 *Veſtitu quo clerici vti babeant.*

§. II.

Digitized by Google

§. II.

1 **S** Tertiò † inſeruire Eccleſijs debent ordini ſacro inſigniti, quibus aſcripti ſunt, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 13. Quod de initiatis Subdiaconatui, Diaconatui intelligitur, vt ibi habetur.

2 Quartò † eoſdem decet diebus ſaltem Dominicis, & ſolemnibus, cum altari miniſtrauerint, ſacram Commnnionem recipere, ita Sancta Synod. eodem cap Si Sacerdotes eiſdem diebus Miſſas vt celebrent, Epiſcopus curare debet, ita Sancta Synod. eadem ſeſſ. de reſor. cap. 14.

3 Quintò † patrimonium, ad cuius titulum ordines ſacros ſuſceperunt, alienare nō poſſunt, niſi ſeruata forma Trid. Synod. de qua infra agemus.

4 Sextò † ſicut in minoribus conſtituti, ita
5 in maioribus tonſuram ferre debent. † Necnō veſtes Clericales; atque habirum. Immo, & multo magis; nam in minoribus conſtituti cogi ad hæc nequeunt: at in maiorib. contra. Verùm qua pœna afficiuntur ſi clericalem habitum non deſſerant? Item quo habitus genere vti habent?

6 Quoad primam quæſtionem † de iure antiquo, quod habetur in Clem. quoniam, de vit. & honeſt. cleric. pœnis quibuſdam afficiuntur, qui generibus quibuſdam veſtium vtuntur conditioni eorum non conuenientibus; ſed tamen eo iure, etſi generàtim de omnibus clericis loquitur, non tamen abſoluta forma traditur quoad habitum clericalem. Vnde ſecundò Triden. Synod. ſeſſ. 14. de reform. cap. 6. ſtatuit, vt omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ aut in ſacris fuerint, vel Eccleſiaſticam dignitatem, beneficiumvè habuerint, vt poſſint ab Epiſcopo puniri, etiam per priuationem officiorum, ſi honeſtum habitum clericalem non detulerint; ſic enim inquit. Propterea omnes Eccl. perſonæ quantuncunque exemptæ; quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacunque Eccleſiaſtica obtinuerint ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum monitæ fuerint, honeſtum babitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, ac prouentibus ipſorum beneficiorum; necnon etſi ſemel correptæ denuò in hæc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiuſmodi coerceri poſſint, & debeant conſtitutionem Clemen. V. in Concilio Vienen. editam, quæ incipit, Quoniam innouando, & ampliando. Hæc Trident. Synod. ex quibus patet conſtitutionem hanc comprehendere omnes, qui in ſacris ordinibus ſunt, vel beneficium Eccleſiaſt. habent, &c. Secundò monitionem requiri, quo puniri poſſint prima vice. Tertiò ſi ſemel correpti in hoc delinquerint poſſe, & debere priuari officijs huiuſmodi. Poſtremò Epiſcopum poſſe præſcribere quem habitum conuenientem ordini, ac dignitati Eccleſ. gerant. Ipſo iure igitur per Trident. Synod. pœna non imponitur, ſecus per cita. Clemen.

Poſtremò acceſſit ius nouiſſimum Sixti Quinti per Bullam incip. Cum ſacroſancta, publicata die decimaoctaua Ianuar. 1589. Nam per ipſam non deferentes habitum clericalem ipſo facto priuati ſunt beneficijs Eccleſiaſt. quæ habent, vel cum cura, vel ſine cura ſint, vt canonicatus, & huiuſmodi, quorum collationem, & diſpoſitionem Romano Pont. reſeruauit. Et ſine alia declaratione interueniente vult conferri poſſe. Penſiones verò, vel fructus, vel prædia Eccleſ. decernit extractas eſſe, & fore, & fructuum reſeruationes ceſſare, & debitores ad eorum ſolutiones non teneri, & ob non ſolutionem in nullam cenſuram incidere, ita & latius habetur in cit. Bulla. Excipiuntur tamen primò Milites militiarum Canonicè inſtitutarum; nam hiſce pœnis non afficiuntur, ſi clericalem habitum non deferunt; quandoquidem decernit, vt in Militari habitu decedant.

Secundò excipiuntur, qui penſiones ha- 7
bent, ſeu habebunt non excedētes ſummam annuam ſexaginta ducatorum auri de Camera.

Tertiò excipiuntur familiares Papæ, qui inſeruiunt ei in quibuſdam inferioribus miniſterijs, vt qui à pedibus ſunt, ſeu Parafrenali, menſæ diſpoſitores, ſeu Credentiarij, ſeu diſpenſatores, & huiuſmodi, qui actu inſeruiūt in Palatio Apoſtolico; quo enim expeditiores ſint in ſeruiendo, permittitur eis, vt veſte clericali non vtantur, cuiuſcunque quantitatis penſiones babeant, vel fructus ex bonis Eccl. ita haberur in alia Bulla incip. Paſtoralis eodem anno lata prid. Calen. Februar. qua declarauit, & moderatus eſt antecedentem Bullam. Ex quibus Bullis apparet locum non habere pœnas in ijs, qui ordinibus ſacris initiati ſunt, vel in minorib. niſi beneficium Eccl. penſionem, fructusvè Eccl. habeant. Conſtat etiam prædictas pœ-

nas

Digitized by Google

nas ipſo iure vt vidimus latas eſſe. Manifeſtò igitur apparet Decretum Concilij vberius proſpexiſſe, etſi non ipſo iure, ſed per ſententiam pęnas inferat. Nam in ſacris conſtituti vel Eccle. emolumenta non habeant, puniri poſſunt, vbi habitum Clericalem nõ deferunt. Sed de quæſtione hac ſatis.

7 Quoad poſtremam quæſtionem † quo ſcilicet habitus genere ſeculares Clerici prædicti vti debeant. De iure antiquo, ſcilicet in c. penult. de vit. & honeſt. Cler. & in Clem. fin. eodem qualitates quorundam habitum, & formæ quædam prohibitæ ſunt veſtium, vt in ipſis iuribus habetur: non idcirco inde habetur quas veſtes prædicti deferant, ſecundù per 21. quæſt. 4. per totam, & ibi Gloſſ. viden. prohibentur claræ veſtes, & fulgidæ, ſed nihil prætetea dicit, niſi ne vnguentis vtãtur ad voluptatem. Tertiù quoad quantitatem Sixtus Quintus in cit. Bulla, Cum ſacroſancta Talares veſtes eſſe voluit, ideſt vſque ad talos pertinere ibi veſtes ſcilicet talares, & idcirco non omnino aperuit quid iuris eſſet. Quare in antecedenti capit. concluſimus de communi DD. ſententia conſuetudini locorum ſtandum eſſe, vt ſcilicet Clerici eum habitum gerant tam quoad veſtes, quàm quoad reliqua, quem Clerici deferre ſulent eo in loco, vbi habitant. Quæ communis opiniu locum habet, vbi Epiſcopus aliter nõ ordinaſſet, aut mandaſſet; tunc enim ei parendum eſt; poteſt nanq; Epiſcopus preſcribere quem habitum gerant, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 14. de reforma. eod. cap. 6. Quod ſupra retulimus. Hinc Mediolani, qui curam animarum habent, deferunt habitũ ab alijs diuerſum. Epiſcopus ergo in hoc ſuã auctoritatem interponet. Sed de his, quæ agere debent in ſacris conſtituti, qui beneficium Eccl. penſionemvè non habent, hactenus; iam de ijs agamus, à quibus ſe abſtinere debent.

S V M M A.

1 *Iuriſdictionem ſecularem Principum ſecularium exercere Clericus ſacro ordini initiatus non debet.*

§. III.

§. Quæ facere Clerici debent ſacris ordinibus conſtituti beneficium Eccl. penſionemvè non habẽtes vidimus, iam videamus, quæ vitare habeant. Et quoniam partim pertinent ad ea, quæ iudicijs aguntur; partim ad ea, quæ extra iudicium; ideo de ſingulis agamus, & prius de primis. Hoc præmiſſo me agere de ijs, quæ per ſe licita ſunt laicis, ſed illicita Eccl. perſonis; nã quæ ſua natura illicita ſunt, nec laici agere queũt & multuminus ipſi Clerici, l. conditiones, vbi Gloſſ. ff. de condit. inſtit. & Gloſſ. in §. impoſſibilis in Inſtit. de hæred. inſtit.

1 Primùm igitur † Clerici in ſacris conſtituti iuriſdictionem ſecularem Principũ ſecularium exercere non debent, vt dicitur, c. ſed nec procurationes ne cler. vel monac. Nec procurationes Villarum (dicitur ibi) aut iuriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquibus Principibus, & ſecularibus viris, vt Iuſtitiarius eorum fiat, Clericorum quiſque exercere præſumat. Ecce hìc apertiſſimè haberi clericus nõ poſſe laicorum Principum Iudices eſſe, atque ſic nut. Abb. ibi. Nam ait Clericũ non poſſe eſſe Officialem Principis ſecularis in iuſtitia exercenda. Id quod ſumma ratione factum eſt. Tum quòd eſt contra doctrinam Apoſtoli dicentis, Nemo militans Deo implicet ſe ſecularibus negotijs, vt habetur cap. ſecundo ad Timoth. & refertur in cit. c. ſed nec procurationes. Tum quod auocãtur admodum à diuinis; iudiciorum enim ſtrepitus alienus eſt à rebus diuinis. Hinc feriatis diebus, ac feſtis, in quibus inprimis diuinis operibus operam dare debemus, iudicia ceſſare præcipiuntur, vt habetur in l. fina. C. de iuriſd. om. iud. Sicut etiam in locis ſacris ob eandem rationem, c. primo, & c. cùm Eccleſia Dei, de immun. Eccleſ. & c. decet, eod. libro 6.

Hæc regula locum habet non ſolùm in ſimplicibus Clericis, verum etiam & in Prælatis. Tum quod verba Rubr. Ne Cler. vel Monac. comprehendunt etiam Prælatos eo verbo Clericorum nomina per c. ſuper ſpecula, in fine, eodem, & ſupra in tit. De vit. & hone. Cler. Tum quod duo ſunt genera Chriſtianorum. Alterum eorum, qui ſe Deo dicarũt, vt Clerici. Alterum laicorum, c. duo ſunt genera, duodecima quęſtio. prima. At Prælati laicorum nomine non comprehenduntur, ergo ſub Clericorum nomine neceſſario habentur. Tum quod Clerici dicuntur, qui in ſortem Domini vocati ſunt, c. Clerus, diſtin. 21. & c. cum ſecundum, de præbend. at Prælati in primis in hoc numero habentur. Tum quod in tit. De vit. & honeſt. cler. mentio tantùm fit Clericorum, & tamẽ titulus ille deinceps comprehendit Prælatos, vt in c. cùm ab omni, & c. Clerici officia, verſ. Pontifices autem eodem. Idem habetur de Cler. ægrot. vel debilit. vbi in Rubr. Clerici tantùm mentio fit; ſub ipſo tamen tit. & Prælati habẽtur,

vt in c.ex parte,eodem. Idq; merito,ſi enim inferiores Clerici à ſecularibus negotijs ſe abſtinere debent,multo magis,qui in altiori loco ſunt cullocati,argum. Anthen.multo magis,C.de ſacroſanct. Eccl. Præſertim cum hac ratione diuinus cultus minus impediatur, & ſaluti animarum plurimum conſulatur,& idcirco interpratatio hæc gratiuſa ſit; quamobrem etiam ſit,vt in huiuſmodi caſu Clericorum nomine Prælati comprehendantur,vt in tit.de vit.& honeſt.Cler.& in tit.de Cler.ægrot.& in tit.ne Cler.vel Monac.atq; ſic aſſeruit Abb.in Rubr.de vit.& honeſt.cleric. Accedit poſtremò Clericurum nomine Prælatos comprehendi, niſi ſpeciatim cuntrarium cautum ſit,c. quia periculuſum, de ſent.excommunicat.libru 6. In quocunque Prçlato igitur regula propoſita locum habebit.

Secundò locum habet in quocunque officio ob rationes allegatas, ita dixit Abb. in cit.c.ſed nec,num.ſeptimo. Quare non poterit eſſe Vicerex,vel Vicecomes,vel Locũtenens alicuius Principis ſecularis,ideſt ſub ſua cura habere aliquam Ciuitatem, vel locum temporalem,ita Abb.ibidem,& habetur id expreſsè in c.Clericis,ne Cler.vel Monac. Iubemus etiam (dicitur ibi) ſub interminatione anathematis,ne quis ſacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpoſiti ſecularis. Ad quod locum habet multo magis in Iudicijs criminalibus ob periculum irregularitatis,atque ſic dicitur in cit.c.at ſi Clerici,& in c.ſententiam,eodem, vbi pluribus hæc res agitur,& in Tracta.meo de Irregul. ca.quinto. Nam nec Prçlatus,ſi iuriſdictionem temporalem habet,per ſe exercere cauſas ſanguinis debet,ſed alijs delegare,vt dicitur in c.fin.ne Cler.vel Munac. libro 6. & materiam hanc Ego in Tract. meo de Irregularita.declaraui pluribus,capitu.5.§.8.

Excipitur tamen primò, vbi eſſet iuriſdictio ſecularis ad Eccleſiam pertinens; tunc enim puteſt;quanduquidem pruhibetur, ne exerceant iuriſdictiunem Principum ſecularium,ergo ſecus de alijs; nam in hoc caſu inſeruiunt Eccleſiæ. Hinc & Oeconomus rerum Eccleſiaſticarum Clericus eſſe poteſt,& non laicorum. Hinc videmus hodie Romanum Pont.per perſunas Eccleſiaſticas etiam per Cardinales iuriſdictionem laicam exercere,quam habet Eccleſia.

Excipitur etiam, vbi de ſtatu animarum ageretur;nam delegatus Principis laici eſſe poteſt,c.in Archiepiſcopatu,de rapt. & ibi not. Abb. de hac re tamen vid. DD. in c. 2. de iud.

Excipitur etiam, vbi de licentia Romani Pont. faceret;tũc enim id poſſent, vnde hinc nuuimus Regem Hiſpaniarum pro Vicerege habuiſſe aliquando Cardinalem.

Non etiam Magiſtratus ſecularis, qui à Ciuitate deferuntur,exercere Clerici habẽt ob prædicta. Quare non Conſules,non Prætores,non Antiani eſſe poſſunt. Non etiam officium vllum ſeculare. Nun ergo Theſaurarij,non Depoſitarij Reipub.non Vectigalia exigere,nec alia huiuſmodi onera obire debent. Idque meritò; nam ſi ante ordines ſuſceptos hæc munera,non reddita ratione, irregularem quem reddunt, vt habetur in titu.de oblig.ad ratiun.& diſtinct.51.c. deſignata,cum ſeq.& diſtinctio.58. vbi quamobrem id prohibeatur,rationes plures reddidimus,minus poſtquam ordines ſacros, quis ſuſcepit,munera hæc obire poteſt. Sed de accuſatore iam agamus, ex quo de officijs,quæ iuriſdictionem babent,egimus.

S V M M A.

1 *Accuſare coram Iudice laico in ſacris conſtitutus non poteſt.*

§. I V.

1 §. Secundò †Clerici in ſacris conſtituti accuſare quempiam laicum coram indice ſeculari etiam non debent ob ratiunes ſupra allatas; quandoquidem auucantur à diuinis,miſcent ſe negotijs ſecularibus cuntra præceptum Apoſtoli dicentis, Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus, præſertim quòd Accuſatoris munus odioſum eſt,vt per ſe patet,& dixit Abb. in c. cũ Petrus M.num.8.de accu.& ſi contingat per accuſatorem morte quem affici, vel membrum abſcindi,irregularis efficitur, ita Inn. in c.cum ad audientiam,num.7.verſ.Facto, de homic.& Abb.in cit.c.cum Petrus M.numero 8.de accuſ.& Couar.in Clem.vnic.de pœn.ſecunda par.§.quinto, num. primo. Et ego id pluribus egi,eodem Tract. De Irreg. cap.6.atque ſic habetur in c. ſicut Sacerdotes,ſecunda quæſt.ſeptima, & ibi Gloſſ. Id quod locum habet ſimpliciter vbi ad publicam vindictam accuſat, vel pœna ſanguinis non inferatur ob rationes proximè allatas.

Excipitur tamen,vbi quem accuſaret coram Iudice laico,quo ſuum recuperaret, ac damnum rei,perſunævè pateretur;tũc enim id licet,vbi pœna ſanguinis non interuenit ſine alia proteſtatione per c.pen. de homic. lib.6.

Digitized by Google

lib.6.alioquin ſi contrarium diceremus, daretur materia plerique Clericos trucidandi, & ipſorum bona liberè depredandi, vt inquit Summus Pont. in cit.c.penul. Proteſtari tamen ipſe debet ſi pœna ſanguinis eſſet inſerenda, ſe non ad vindictam hoc facere, ſed vt ſuum recuperet, vel ne damnum patiatur, vel offendatur, tūc enim vel mors ſequatur, irregularis non efficitur, ita Abb. in cit.c.cùm Petrus M.num.10. & hanc doctrinam totam communiter receptam teſtatur Farin. nouiſſimè lib. primo, var. quæſtio. De accuſ.quæſt.12.verſic.limita primò. De hac quoque proteſtatione egi abundè, eodem cap.6. Quæ huc igitur pertinēt, illinc ſumantur. Excipitur etiam, vbi Clericos accuſaret præſertim ſi bona fama ſit, ita Abb. in cit. c. cum Petrus M.num.11.

Accuſator igitur aliàs Clericus eſſe non debet. Quare quòd procurator fiſcalis perſonam quodamodo accuſatoris gerit, in ſacris conſtitutus ſecularis fiſcus eſſe non debet, ſecus in foro Eccleſiaſtico, vt Mediolani ſeruatum vidi. Sed de Aduocato iam agamus.

S V M M A.

1 *Aduocatus in foro ſeculari Clericus in ſacris conſtitutus eſſe non poteſt.*

2 *Cauſæ in quibus Aduocatus Clericus eſſe poteſt.*

3 *Clericus non comparens in iudicio ſeculari an conſilium dare poſſit in iure.*

§. V.

1 § Tertiò † Clericus in foro ſeculari Aduocatus eſſe non poteſt, ideſt poſtulare, vt habetur in c.1.& tot.tit.de poſtul.& in c.denique,& ibi Gloſſ.14.quæſt.5. & Abb. in c. cum Petrus Manconella, de accuſ. nume. 9. Poſtulare autem eſt deſiderij ſui, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere, & comparere coram iudice, vel pro ſe, vel pro alio, vel contra alium, & quid in iure ſit, reſpondere, l.1.ff de poſtul.& c. vtrū verſic. Sunt autem, quarta quæſtione ſeptima, & Gloſſ in c.fin. eodem de poſtul. & ſequitur Abb. in Rubr. eodem. Id autem factū eſt tum ob rationes allatas in antecedenti: tum quod non ſolùm facto, verùm etiā nec opinione nocere alteri Clericus debet. Nam Sacerdotis officium eſt, vt inquit Greg. IX. in c.fi.eodem. Nulli nocere, omnibus autem velle prodeſſe, & ita Abb. not. ibi, numero 6. facit quoq; c.denique, 14.quæſt.quinta, vid. eſto enim ius tueatur, inoffenſam tamē eius incidit, contra quem ius dicitur. Quare mortiferè peccat ſi vt ait Nauar. in cōſ.6. de Cler. vel Monac. aduocati munus in foro ſeculari obear.

Hæc autem regula locum habet primùm in Clerico in ſacris ordinibus conſtituto vel beneficium, patrimonium vè non habeat, ita Gloſſ.1. in cita.c.primo, de poſtul. quandoquidem Epiſcopus, qui ad ordines eum admiſſit, proſpicere ei debet, vt inquit Gloſſ. ibidem, & habetur in c.cùm licear, de præb. & in c. Epiſcopus aliquem, de reg.& nos ſuo loco id declarauimus.

Secundò locum habet vel in minorib. ordinibus conſtitutus ſit, vbi beneficium Eccl. habet.

Excipitur tamen primò Clericus, qui in minoribus conſtitutus beneficium Eccl. non habet; hic enim aduocari in cauſis ciuilibus poteſt, ex quo cit.c.1. de conſtitutis tantùm in ſacris loquitur, ergo ſecus de alijs c.nonne, de præſumpt.& l.cùm prætor, ff.de iudic. atque ſic dixit Gloſſ. Sum.15.quæſtio.2.& in cita.c.primo. Idem & in criminalibus cùm ob eandem rationem; tum quod non obſtat periculum irregularitatis, ex quo non tenetur ad ordinem ſuſcipiendum, alioquin non poſſent multi abſolui, qui hæc exercent prima tonſura inſigniti, ſi non conciperent animo ſe id nolle amplius exercere, quod abſurdum eſt. Peccaret tamen, ſi tonſuram clericalem deferret, ita Nauar. in Comment. 2. de Regul.num.56.verſ. Dixi Regularis, pagina mihi 75.

2 Secundò † excipitur, vbi pro cauſa propria; tunc enim poteſt; nam & accuſare ei permittitur, ſeruata forma c.penul.de homicid.lib 6.vt habetur in cit.c.1.& c. fin. eod. & diſt.87.

Tertiò excipitur cauſa ſuæ Eccleſiæ, vt habetur in eiſdem iuribus; nam in ſecularibus negotijs tantùm prohibitio eſt.

Quartò excipiuntur miſerabiles perſonę; pro ipſis enim poteſt per cit. iura, modò nō habeant, qui eas teneantur.

Quintò excipiuntur perſonæ coniunctæ, modò neceſſitas adſit, ita dicitur in eodem cap.fin.& Gloſſ.not.ibi, & Abb.ac DD. Coniunctæ autem perſonæ quę dicantur, ac quouſque pertineant ibi traditur à DD. Accipio prædicta omnia, vbi in cauſa criminali non interuenit, vt infra dicemus.

Sextò excipitur in foro Eccleſ. in eo enim foro Clericus aduocatus eſſe poteſt, per cit. c.1.à contrario ſenſu; & ita aſſeruit Abb. ibi numero tertio, qui de communi ſententia

teſtatur,& facit c.cum pridem de pact.

Septimò excipitur, vbi cauſa Eccl.agerẽt coram Iudice ſeculari; in eo enim caſu aduocare Clericus poteſt. Nam cit.c.1.prohibet in ſecularibus negotijs, ergo aliàs ſecus; Cauſa autem Eccleſiaſtica quot modis dicatur, declarauit Abb. ſcilicet vel ratione perſonæ, vel delicti, vel rei.

3 Poſtremò excipitur, † vbi Clericus in iudicium non venit, & coram iudice non comparet; nam vel verbo, vel ſcriptis conſilium dare poteſt; quandoquidẽ in ci.c.1.prohibetur ſolùm ne Clericus in ſeculari iudicio cõpareat, atque ſic dixit Abb. in eadem Rubr. de poſtul. & ita quoque dixit Bar. in l. prima §. Aduocatos, num.3. ff. de var. & extraord. act. Excipio tamen cauſas criminales, quę in ſeculari foro aguntur; non enim pro accuſatore conſulere poteſt, ita ego in Tracta. de Irregularit. capit. nono, pluribus egi viden. Sed de Aduocatis hactenus, ad Procuratores transeamus.

S V M M A.

1 *Procurator Clericus eſſe non debet.*
2 *Solicitator cauſarum ſecularium Clericus eſſe nõ poteſt.*

§. VI.

1 §. Quartò † Procurator Clericus in foro ſeculari etiam eſſe non debet ob rationes in antecedentibus allatas. Quæ regula amplificatur, & coarctatur eiſdem modis, quibus ſuperior.

In Curia Eccleſiaſ. igitur poterit eſſe laici Procurator, vt id probatur in c. per venerabilem qui fil. ſint legit. Vbi Archiepiſcopus fuit Procurator Regis, & ita dixit Innoc. in c. vnic. num.3. verſ. Non Poſſunt eſſe Procuratores, de oblig. & Feder. de Sen. in conſilio 270. & id probatur argumento ſumpto à c. 1. de poſtul. quod dictum eſt ibi de Aduocatis, & de Procuratoribus idem dictum cenſeatur, ita quoque reſpondit Feder. de Sen. in conſ. 270. & ita ſeruatur in Romana Curia, vt teſtatur Addit. ad Diaz. in cap. 57. in ſua Prax. Crim. Canon.

Item in foro ſeculari pro ſua cauſa, & ſuæ Eccleſiæ, pro miſerabilibus perſonis, vt habetur 21. quæſt. 3. & c. peruenit, & per totum eam quæſtionem ſicut pro coniunctis, & pro amico etiam, vt inquit Innoc. & Ioan. Andr. in cap. 1. de re iud. & eadem Addit. ad Diaz. iud. ibid. Poteſt etiam eſſe procurator laici in vna cauſa. Sed non generaliter in omnibus, ita Innoc. in c. Sacerdotibus in tit. ne cleric. vel monac. & Abb. num. 4. modò illa cauſa non ſit adeo ardua quòd diſtraheret animum, ſicut multæ, ita Diaz. eodem cap. quinto, numero 7. & Feder. eodem conſil. 270. Et exceptio hæc dilatoria eſt, & idcirco ante litem conteſtatam opponi debet, vt not. in c. noſtra, de procura. alioquin ſi non opponatur, valent acta omnia, vt dixit Abb. in cita. c. Sacerdotibus, num. 3. Sat autem eſt, vt ſimpliciter opponatur, ſcilicet dicendo, Tu non potes eſſe procurator, quia in Sacris es, & ita Illuſtriſ. Tuſch. in littera P. concluſ. 832. num. 11. concluſit.

2 Non etiam † ſolicitator cauſarum in eodem foro eſſe poteſt ob eaſdẽ rationes. Sed iam de publico ſcriba agamus.

S V M M A.

1 *Publicus ſcriba, ſeu eſſe Tabellio Clericus eſſe non poteſt, & quamobrem.*
2 *Clericus ſi fiat Tabellio, & inſtrumenta conficiat, an ipſa valeant.*

§. VII.

1 §. Quintò † publicus Scriba, ſeu Notarius, vel Tabellio Clericus eſſe non debet, id eſt publici ſcribæ munera obire non poteſt, ita habetur in c. ſicut accepimus ne Cler. vel Monac. Mandamus, inquit ibi Innocen. III. quatenus Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis Tabellionatus officium exercentibus per beneficiorum ſubtractionẽ appellatione poſt poſita interdicas. Ecce hìc puniri clericum in ſacris conſtitutum, qui Tabellionatus officium exercet, ergo non poteſt illud exercere; non enim puniretur, ſi id poſſet, argumen. l. Gracchus, C. de adult. & c. qui peccat, vigeſimatertia quæſtio. quarta, atque ſic not. Abb. in eodem c. ſicut accepimus, & hoc communiter receptum eſſe teſtatur Docta Addit. ad Abb. ibidem. Idque meritò; nam aut in Iudicijs, aut extra Iudicium munus hoc exerceat, ſecularibus negotijs ſe miſcet, quod ei prohibitum eſt, vt in c. ſententiam, eodem ne cler. vel monac. & hoc ob periculum irregularitatis, quam incurrit, vbi mora hominis, mutilatiovè alicuius membri interuenit. Poſtremò, & officium hoc vile eſt, vnde Tabellio dicitur ſeruus publicus, c. 2. de vſur. lib. 6. & l. non enim, ff. de adop. nam & idcirco ſic appellatur, quoniam omnibus ſeruit, ab his autem officijs Clericus ſe abſtinere debet. Ex his patet clericum fieri nõ debere Tabellionem, quamuis ſi fiat, non

amittit

amittit ipſofacto beneficium Eccleſiaſ.ſicut nec ſi Procuratoris, vel Aduocati officium ſuſcipiat,c.primo,& c.fin.de poſtul. Nã nec è contrario laicus Tabellio,ſi Clericus fiat, Tabellionatus officium amittit, ita Abb. in eod.c.ſicut.

Pro regula igitur habebimus Clericum Tabellionis munus exercere non poſſe, nec debere. Quæ regula locum habet primò in Clericis,qui ſunt in ſacris conſtituti,vt dicitur in cit.c.ſicut accepimus.

Secundò locum habet etiam in Clericis, qui in minoribus conſtituti ſunt, vbi beneficium Eccleſ.habent,ita Hoſtienſ. & Abb. in cit.c.ſicut,& Couar.pract.quæſt.cap.19.nume.8.concluſ.3.

Tertiò locum habet in foro Eccleſiaſtico; nam nec in eo foro munus hoc exercere poteſt,ob id,quod hoc indiſtinctè prohibet clericis,cit.c.ſicut accepimus, ergo generaliter intelligi debet,c.ſi Romanorum, diſt. 19. & c.quia circa,de priuileg. & ita Gloſſ. in eod. c.ſicut,ne Cler.vel Monac.

Quartò locum habet, vel cauſæ ſpirituales ſint,ita Gloſſ.ibid.

Poſtremò,vel conſuetudo contraria eſſet; nam eſt contra honeſtatem Eccleſiæ,& idcirco induci nequit,c.cùm ab homine, & c.decorem,de vit.& honeſtat.Cler.& ita Abb.in eodem c.ſicut,num.18. Contrarium tamen tenet Bald.in l.prima,C.de Sum. Trinit.per c.cum dilectus,de conſuetud. Atqui à priori ſententia diſcedendum non eſt ob rationẽ proximè allatam,quæ ceſſat in cit.c. cum dilectus. His igitur modis concluſio hæc amplificatur.

Excipitur tamen primò in cauſa hæreſis; tunc enim Clericus poteſt eſſe Tabellio, ita habetur in c.vt officium,§.ad conſcribẽdas, de hæret.libro ſexto,& ita Gloſſ. ibi & Doctor.not.

Secundò excipitur, vbi coram Papa munus hoc exerceret; tunc enim cenſetur habilem ipſum reddere,& id permittere,argum. l.Idem Vlpianus,ff.de excuſat.tut.& l.Papinianus,ff. de re iud.& ita Abb.ac DD.in cit. c.ſicut,& Couar.Pract.quæſ.cap.19.num.8. concluſio.1. Quare & in Concilio Trident. Tabellio Clericus creatus fuit Vincentius Torfaninus,qui poſtea fuit Epiſcopus Arimini.

Tertiò excipitur, vbi in aliqua Curia Eccleſiaſt.munus hoc Clericus exerceret,& nõ haberet,vnde viueret;tunc enim poteſt, argu.c.primi, ver.Nec tamen,ne Cler.vel Monac.Si enim tunc ei permittuntur alia negotia ſecularia exercere,multomagis hoc permiſſum eſſe cenſetur,quod honeſtius eſt,argum.eius,quod dixit Gloſſ.in c. Canonum, decimaquarta quæſtione quarta,& ita dixit Abb in eodem c.ſicut,num.6.& 7. & Addit. ad eum ibi,numero 1.in littera B,ver.ſecundò limita,& facit c. Clericus, iunct. diſtinctione 91.

Quartò excipitur Clericus in minoribus conſtitutus, qui beneficium Eccleſiaſt. non habet; nam in cita. c. ſicut de conſtitutis in ſacris tantùm agit, ergo ſecus de alijs c.nonne,de præſump. & l. cùm prætor,ff.de iud.Idque meritò; Clericus enim hic adhuc liber eſt, & omnia officia facit, quæ laici facere poſſunt,& etiam coram iudice ſeculari, quippe quia ei prohibitum non eſt,vt ſupra ſuo loco probaui.

2 Quintò excipitur † vbi fecit inſtrumentũ; eſto enim illud facere nequeat, valet tamen, antequam ei ſpeciatim prohibitum ſit, & quouſque tolleratur. Secus autem, vbi non tolleratur, & id eſſet notorium, vel denunciatum,ita Addit.ad Abb. eodem c. ſicut in littera B.& ante eam Inn.& Abb. eodem,& Bar.in conſ.54.incip. Filiusfam. presbyter, & de cõmuni ſententia teſtatur Couar.Prac. quæſt.cap.19.num.8.verſ. In quarta concluſione,& facit Extrauag. ad euitanda. Idem quod valeat inſtrumentum,tenet Feder. de Sen.in conſ.270.

Sextò excipitur Tabellio, qui Clericus factus eſt;nam inſtrumenta,ac rogationes veteres perficere, & abſoluere poteſt, eſto nouas recipere nequeat,ita Gloſſ.in cit.c. vt officium,§.ad cõſcribendas,in verbo,Permiſſa,de hæret.quam Gloſſ.menti tenendã monet Philip. Franc. vbi quandoquidem veteres complere rogationes non eſſe ordinariũ officium inquit, ſed executionẽ rogationis iam factæ, & ſequuntur ibi DD. & Diaz. in Pract.Crim.Can.c.58.n.3. & Addi.ad Abb. in cit.c.ſicut,nu.1.in verbo,Octauò limita.

Septimò excipit Iaſ.in l.prima, §. huius ſtudij,ff.de iuſt.& iur. quando Notarius conficeret inſtrumentum in materia ſpirituali, vt in matrimonio, §. quartum, in Authent. quibus mod.nat.eff. leg. Ego autem dico in omnibus caſibus, vbi lex Pontificia id permittit,vel Summus Pont.vel ab eo poteſtatem habens id poſſe. Quare quod Trident. Synod. cauit,vt matrimonia ſcriberentur à Parochis ob eam rem id poſſunt. Hinc,vt ſupra dixi,creauit ad id notarium Trid.Syno.

Poſtremò excipitur,vbi Sacerdos inſtrumentum conficeret in fauorem Eccleſiæ ſuæ; nam nec etiam in crimen falſi incidit, iuxta tit.C.de ijs,qui ſibi adſcrib.in teſtam.& Io.

Andr.

Andr.& Anton.& eadem Addit. ad Abbat. eodem verſ. Sextò. Ex his omnibus conſtat quouſque regula hæc pertineat. Conſtat etiam qua pœna coerceri queant; nam beneficijs priuari poſſunt, quamuis in hoc pœna arbitraria puniri poſſint, & præſertim, qui beneficium non habent. Sed his hactenus; iam de Clericis, an in foro ſeculari teſtimonium ferre poſſint, videamus.

S V M M A.

1 *Teſtis in ſecularibus iudicijs Clericus eſſe nō debet; quæ regula quouſq; pateat, declaratur.*

2 *Teſtis in extraiudicialibus Clericus eſſe poteſt in negotijs ſecularium.*

§. VIII.

§ Sextò Clericus in iudicijs ſecularib. teſtis eſſe non cogitur, vt probabimus. Verùm quò dilucidius id fiat hoc contemplabimur. Primò in iudicijs, deinceps extra iudicium.

1 Quoad primum igitur † Clericus à iudice ſecolari cogi non poteſt ad teſtimonium ferendum coram eo, in cauſa ciuili. Idque communi iure; tum quòd Iudex laicus præcipiendi poteſtatem non habet Clericis, cū in ipſos iuriſdictionem non habeat, argum. c. at ſi Clerici, de iud. & idcirco præceptum à iudice laico ipſis factum, vt teſtimonium ferant, nullum eſt, ſicuti ſententia à non ſuo iudice lata cit. c. at ſi Clerici, & c. ſi. de conſtitu. libro ſexto, & C. ſi à non comp. iud. Tum quòd ſine licentia ſui ſuperioris, ideſt ſui Epiſcopi teſtimonium ferre Clerici non debeat, vt habetur in c. quamquam, 14. quæſtione 2. viden. & c. teſtimonium, vndecima quæſtione prima, & ita conſuetudine ſeruari teſtatur Diaz. in Pract. Crim Canon. cap. 98. num. 22. verſic. Sed ad hoc vel cauſa ciuilis ſit.

Quare meritò reprehendit conſuetudinē Curiæ Neapolitanæ, qua à Iudice laico coercentur perſonæ Eccleſ. ſi teſtimonium ferre nolint.

Excipitur tamen primò, vbi de licentia ſui Epiſcopi Clericus teſtimonium ferret in cauſa ciuili; tunc enim poteſt; requiri autem licentiam Epiſcopi habetur in c. ſuper prudentia, § poteſt, ibi iubente Epiſcopo, & ibi Gloſſ. 14. quæſt. 2. & in c. fin. eadem quæſt. & id plurium auctoritate aſſeruit Farinac. De oppoſ. contra perſ. teſt, quæſtio. 61. num. 78. Quare ſi Clericus caſu cauſæ interfuerit, vel viderit, vel audierit aliquid, & alij teſtes non adſint, Epiſcopus vel coram ſe, & competentibus iudicibus, teſtimonium eius recipiet; vel alteri id recipiendum committet per cit. c. fin. & ibi Gloſſ. quæſt. ſecunda, Epiſcopus igitur poteſt facere, vt Clericus examinetur, vel coram ſe, vel alio iudice Eccleſiaſtico, & examen factum ad iudicem ſecularem mittere, vel dare licentiam iudici laico, vt ipſe Clericum examinet, & ita conſuetudine ſeruari teſtatur Farin. eodem numero 86 ſi teſtimonium ſine licentia ferat, valet nihilominus ita Prax. Archiep. Neapol. cap. 42. num. 4. ſecus in regulari.

Poſtremò excipitur, vbi Clericus coram Iudice Eccleſiaſtico teſtimonium ferre nollet, tunc enim cogi poteſt, ita Abb. in c. 1. de iureiurand. quem ſequitur Diaz. eodem verſiculo.

Secundò principaliter clericus in cauſa criminali teſtimonium ferre non poteſt. Id enim clerico prohibitum eſt in c. teſtimonium, iunct. Gloſſ. prima, 11. quæſt prima, & ita Diaz. eo. ca. 88. nu. 21. Quare à Iud. Eccleſiaſt. ad id cogi non poteſt; nam, ſi mors mutilatiovè interueniat, irregularis efficitur, vt probaui in Tract. meo De Irregul. cap. ſeptimo, vbi rem hanc pluribus egi viden. Id quod locum habet vel veritas aliter haberi non poſſit; nam nec volēs examinari debet, & multominus cogi poteſt Farin. eodem numero 91. & ideo ſi teſtimonium ferat, neque inditium facit contra laicum; Clerici enim à limine depoſitionis repelluntur, c. teſtimonium, vndecima quæſtione prima. Quo caſu examinati inditium non faciunt, ita Farina, eodem numero 81. & peccat etiam cum teſtimonium ferre non debeat coram Iudice ſeculari, c. quamquam, decimaquarta quæſtione ſecunda.

Ampliatur, vt in cauſa criminali contra reum produci teſtis non poſſit, nec debeat; vel Iudex Eccleſiaſticus licētiam ei tribuat; non enim in hoc caſu ei obtemperandū eſt, etiam ſi id ei præcipiat, ita dixit Goffred. in tit. de teſt. cog. & ſequitur Diaz. eodem capitulo 98. in fine, etenim vel ſponte teſtimonium ferat, irregularis fit, ſi mors, mutilatiovè ſequatur, c. ſententiam, & ibi Abb. ne cler. vel monac, quod verum eſt, vbi pœna talionis adeſſet.

Ampliatur etiam, vel mors mutilatiovè non interueniat; quandoquidem peccat, ex quo Clericus teſtimonium ferre non debet, vbi pœna ſanguinis interuenire poteſt, ita Abb. ac Felin. in c. de cætero, de teſtibus, & Clar. in Pract. Crim. lib. quinto, §. fina. q. 24. ver. Vlterius quæro, & ego in eo. cap. 7. n. 5.

Ex-

Excipitur tamen primò, vbi de crimine ciuiliter agitur, ita Farinac. eodem, numero 77.

Secundò excipitur, vbi pro reo teſtis induceretur, & licentia ſuperioris adeſſet; tūc enim nec peccaret, nec irregularitatem coo traheret, eſto mors ĩteruenire t accuſatoris, ita Diaz. eod. num. 22. verſ. Sed ad hoc, & Farina. eod. nu. 74.

Tertiò excipitur, vbi de pœna ſanguiois noo agitur ex natora rei, & aliunde veritas haberi ooo poteſt; tunc enim ad teſtimnoiū ferendum cogi poſſe, dixit Farin. eodem numero 93. & numero 95. cum ſeq. iunct. nom. 72. Cogi tamen à Iudice Eccleſiaſtico debet (præcipiet enim ei, vt deponat corā Iudice laico) non autem à laico Iudice.

Quartò excipitur in foro Eccl. & de Eccleſiaſticis crimioibus, teſtimonium enim ferre clericus in his debet, ita Abb. ac DD. in c. de cætero, de teſtib.

2 Poſtremò excipitur extra iudicium, † ſcilicet in cootractibus, & vltimis voluntatib. laicorum; in his enim caſibus etiam ſine licentia ſuperiorum clerici teſtes eſſe poſſunt, ita inquir Gloſſ. fin. ioc. 1. de iuram. calum. & ſequitur Abb. num 17. & commnoiter Doctor. vt teſtatur Diaz. eodem cap. 98. numero 22. argumen. c. cùm eſſet, & c. relatum, de teſtam. & ita aſſeruit Farin. De oppnſ. cont. perſ. teſt. quæſt. 61. nomero 79. & oume. 84. Quamuis qnoad inſtrumeota laicorum clericos recipiendns nnn eſſe videatur per c. ſuper prudentiam, §. poteſt, & ibi Gloſſ. 14. quæſtione ſecunda, & c. quanquam, ne Cler. vel Mona. Et hoc ne ſecularibns negotijs ſe immiſceant conſoetudine tamen contrariū receptum, vt & ſioe liceoria id poſſint, teſtatur Farin. eod. on. 64. Sed de hac materia ſatis, iam ad alia tranſeamos.

S V M M A.

1 *Nuncius publicus, qui citet, executor vè iuſtitiæ Clericus eſſe non poteſt.*

§. IX.

1 § Septimò † Clericus citandi monus obire etiam non debet, minus eorum, qui homines capiont, ideſt *gli sbirri*, minimè omnium eios, qoi iuſtitiæ executionem facit. c. Cler. ne Cler. vel Monac. Vode prohibemus, dicitur ibi, nec per ſe truncationes membrorum faciant. Ecce hìc haberi Clericos non poſſe exeeutionem in corpus facere per ſe. Hinc punitur Clericus percuſſor, vt habetur io tot. tit. De Cler. percuſ. Idque meritò. Tū quod ob mutilatinoem corporis irregularis fieret. Tum quod functionibus his obeuodis inſamis fit, quamnbrem irregularitas etiam contrahitur. Tum qood odio omnibus homioibus ſunt, & ſordida ſunt munera.

Contrarium tameo ſuadere videtur c. vniuerſitatis, de ſentent. excommuo. vbi iodex Eccleſiaſticus per ſe, vel per perſonam Eccleſ. verberare debet Clericum delinquentem; alioquin, ſi per laicum id faciat, in excōmnoicatinnē incidit, vt ibi habetur. In hac quæſtione ſic diſtinguendum eſt. Aut correctionis cauſa id fit, & poteſt. Aut ad vindictam, & tantundem, modò irregularitas nō ſequatur: communiter tamen hoc noo ſeruari teſtatur Abb. ibi; nam hodie per laicos in Criminibus puniuntur Eccleſ. perſonæ iuſſu iudicis Eccleſ. eſto à regularib. ſeruetur cit. c. vniuerſitatis. Sed de iudicialib. hactenus ad extraiudicialia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Duces militum Clerici eſſe non poſſunt.*

§. X.

1 § Secundò priocipaliter † Duces militū, ac Præfecti clerici eſſe noo poſſunt, ita habetur io c. ſententiam, verſ. Nullus quoq; ne cler. vel monac. Nullus clericus, dicitur ibi Ruptarijs, vel Balliſtarijs, aot huioſmodi viris ſanguinum proponatur. Ecce hìc clericos prohiberi eſſe Præfectos militum, atque ſic not. Abb. ibi num. 16. Idque meritò ob rationem ſuperius allegatam, qnod ſeculare munus eſt, quamobrem clericis eſt interdictum, cit. tit. oe cler. vel monac.

Hoc autem locum habet non ſolum, vbi bellū iniuſtum eſt, verum etiam, vbi iuſtum.

Excipitur, vbi bello intereſſet iuſto, & hortaretur alios ad pugnam iuxta not. io c. ſciſcitari, ſeptima quæſt. prima, vbi Gloſſ. & facit c. omni, 23. quæſt. 8. & c. vt pridem, eadem quæſ. fin. per totam; & de homic. c. peo. & ita ibi Abb.

Secundò excipitur, vt ioquit Innoc. vbi præponeretur bello, quod non ad vindictam ſed ad ſua defendenda, recuperanda vè fit, iuxta cit. c. olim, de reſtit. ſpol. licet Hoſtien. contrarium ſeotiat, eſto admittat pro rebus ſuis. Ego autem verum ſentio, vbi de eius licentia præficeretur, qui ad id poteſtatem haberet.

Poſtremò excipitur, vbi à Romano Poot. præficeretur; nam iure Pootificio id prohibitum

bitum eſt, cui iuri Romanus Pont. ſubiectus non eſt, c. propoſuit, de conceſſ. præben. Hinc Cardinalis Aldobrandinus à Clemen. VIII. quo Ducatum Ferrariæ recuperaret, Militũ præfectus fuit, & facit c. igitur cum multis ſeq. 23. q. 8. Sed de Ducibus Militum ſatis, ad milites tranſeamus.

S V M M A.

1 *Milites Clerici eſſe non poſſunt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

§. XI.

1 § Item Milites † Clerici eſſe nequeunt; nã milites pugnare habẽt, vt notiſſimũ eſt, ac clericos clericatus officiũ ad pugnandũ inhabiles reddit, vt dixit Innoc. III. in c. ex multa, §. De clericis, de vot. & Gloſſ. inquit ibi, & not. Abb. num. 8. Idem etiam habetur in c. reprehenſibile, & ibi etiam Gloſſ. vigeſimaquinta quæſt. octaua, & in tot. ead. quæſtio. vbi pluribus id probatur. Item Gloſſ. in c. ſciſcitari, ſeptima quæſt. prima, quod non ſolùm illa ratione generali factum eſt, quoniam pugnare eſt ſeculare munus à quo ſe abſtinere clericus debet, vt habetur in titu. ne Cler. vel Monac. verùm etiam quòd hoc potiſſimum auocat à diuinis, & irregularem quem facilè reddit.

Ampliatur, vel bellum iuſtum ſit, vt ſup. de Duce diximus.

Item locum habet vt neque contra infideles pugnare poſſit per cit. §. de clericis; nam ibi agitur de clericis, qui vocarũt ire ad defendendum terram Sanctam contra infideles; & id non licere clericis ibi dicitur, ergo; facit quoque c. de his Clericis, 50. diſtinct. vbi cautum eſt, vt clerici etiam in neceſſitate obſidionis poſiti ſe abſtineant ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili.

Excipitur tamen quoad hortandum eos ad iuſtam pugnam, & iuſtum bellũ; intereſſe enim ipſi poſſunt, & alios ad pugnam hortari, vt habetur in c. igitur, & in c. ſcire vos oportet cum multis ſeq. vigeſimaquinta quęſtione octaua, & c. vt pridem, eadem quæſt. octaua, & ita interpretatur Gratiam, in §. ſi ita reſpondetur, & ibi Gloſſ. eadem quæſtio. octaua. Idem habetur in cit. c. ex multa, §. de clericis, de vot. & Gloſſ. in c. quod in dubijs, de pœniten. Accedunt, quæ ego egi in Tract. De Irregular. cap. 12. §. 2. vbi probaui, neq; hos irregulares fieri, vbi multa etiam poſui ad hæc pertinentia viden. Hæc dijs, qui beneficium Eccl. non habent; Vbi vero beneficium Eccleſ. habent, & moniti non deſinunt eſſe milites, beneficium amittunt, necnon penſiones, ita Gigant. de penſ. quæſtio. 55. & ſequitur Azor. Inſtit. Moral. parte ſecunda, lib. 8. cap. 10. quæſt. 4. Immo miles clericus factus, & in bellum profectus, ſi dimicet, pro derelicto beneficium habere cenſetur, ita Gloſſ. communiter recept. in c. qualiter, de cler. non reſid. De communi quoque ſententia teſtatur Clar. in ſua Prax. Crimin. §. fina. quæſtio. 73. verſ. Item Clericus, nam eo ipſo quòd militiam ſecularem aſſumit, videtur beneficium reſignare, ita Pariſ. de reſign. benefic. libro primo, quæſtio. prima, numero 22.

Poſtremò excipiuntur, qui licentiam pugnandi habent à Summo Pont. nam tũc, nec peccarent, nec irregulares fierent, quandoquidem prohibitio eſt à iure Pontificio, cui Summus Pont. non ſubijcitur, ergo, atque ſic aſſeruit Abb. in c. clerici annua, num. quinto, de vit. & honeſ. cler. Minus in duello pugnare clerico licet, vt habetur in tit. de cler. pugnan. in duell. nam nec laicis licet, vt ſupra probauimus.

S V M M A.

1 *Arma Clerici ferre non debent.*
2 *Arma Clerici an domi habere poſſint.*
3 *Arma Clericis an Iudice laico auferri poſſint, vel puniri ab eodem.*
4 *Armorum appellatione quæ comprehendantur, & quot eorum genera.*

§. XII.

1 § Tertiò † Clerici arma ferre non debent, vt habetur in c. clerici arma, de vit. & honeſt. cler. ibi enim iubetur, vt clerici arma portantes excommunicentur, ergo ea ferre non poſſunt; non enim punirentur, atq; excommunicarentur, ſi ipſis ea deferre liceret, atque ſic not. Gloſſ. & Abb. ibi. Idem habetur in Clem. prima, eodem, de vit. & hon. cler. & in c. clerici, & in c. quæcunque, vigeſimatertia quæſt. octaua. Idem Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 20. num. 18. verſ. Trigeſimoſextò. Id que meritò; quandoquidem arma clericorum ſunt lacrimæ, & orationes, vt dixit S. Ambroſ. relat. 23. quæſt. 8. in initio, verſic. Item Ambroſ. & c. conuenior, eadem quæſt. Poſtremò, & laicis armorum delatio prohibita eſt, vt habetur in titu. C. vt armor. vſus inſcio Princip. interdict. ſit, & in Authent. de armis.

Excipitur tamen primò, vbi iter Clericus

per

per loca periculoſa faceret, ita Gloſſ. ioquit io ei.c.clerici arma, & in c.clerici, 23. quæſ. octaua, & Anton. de Butr. in cit. c. clerici arma, & Socin. in reg. 30. verſ. fallit in clerico, & Marſ. in Pract. Crim. §. pro complemento, num. quarto, nam ait ibi clericos arma ferre poſſe pro ſua, rerumque ſuarum defenſione viden. & facit l. prima, ff. ad leg. Iul. de vi publi. Meuoch. latè de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 394.

Secundò excipitur, vbi inimicos haberet, quamuis in his duobus caſibus licẽtiam ipſi petendam à ſuo ordinario cenſerem; ad ipſum enim pertinet, an ſit iuſta cauſa deferendi necne, arbitrari, argum. l. primę, ff. de iur. delib. & c. de cauſis, de off. deleg. alioquin ſi in poteſtate deferentis eſſet, prohibitio inutilis redderetur; quiſque enim allegaret ſe iuſta cauſa deferre.

Excipio tamen, vbi facultas adeundi ordinarium ei non daretur, vtpotè in itinere eſt. In hoc caſu poterit arma ferre, ſicut etiã ſi videret inimicum ad ſe veuientem; nam quòd quæcunque iure defenſio permiſſa eſt, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. & c. dilecto, de ſent. excommuoica. lib. 6. ob eam rem tunc arma ſummere, & ſe tueri poteſt. An autem irregularis fiat ſi ſui, vel alterius tuendi cauſa, vel famæ, vel rei quem occidat, vid. tract. meum De Irregolarit. cap. 29. vbi rem haoc abundè egi.

2 Tertiò excipitur, † vbi domi arma Clericus haberet; nam id licet: tum quòd in allegat. iurib. delatio tantum prohibita eſt, ergo ſecus de retentione; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt, c. nonne, de præſumpt. & ſ. cum prætor, ff. de iud. Tum quòd etſi à Iuſtiniano prohibitum eſt, ne priuati arma retineant, conſuetudine tamen non ſeruari teſtatur, Alciat. in l. armorum appellatio, ff. de verbor. ſignifi. Atqui ſi quoddam genus armorum prohibitum eſſet à ſtatuto laico, an Clerici obligentur. Ego ſentio eos non obligari, quandoquidem in clericos nullam iuriſdictionem laici habent c. at ſi clerici, de iud. & c. ſi diligenti, de foro compet. Nullum eſt igitur ſtatutum quoad clericos, vt non à iudice competente ſactum. C. ſi à non comp. iud. & l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudi. & c. fina. de conſtit. lib. 6.

3 Quare † deferentes puniri ab ipſo nõ poterunt, quòd DD. communiter concludunt, relat. à Menoch. de arbir. iud. lib. ſecundo, Cent. 4 caſ. 349. oume. 32. Non etiam arma auferri à publica familia clericis poſſunt, quamuis contrarium dixerit Conar. Pract. quæſtio. 33. in fine, nulla probabili ratione ductus, & Diaz. in Pract. Crim. Canon. capitulo 55. & ſequitur Tuſch. in littera I. cuncl. 453. num. 2 . & malè. Nam aut tanquam iuriſdictiooem io eos habentes facere id volunt, & non poſſunt, cum nullam iuriſdictionem io ipſos habeant, vt dixi. Aut tanquam priuatæ perſonæ, & de facto, & id etiam eis minus licet; nam, ſi hoc daretur, quæuis priuata perſona id poſſet, cùm eadem ratio in vtroque caſu ſit. Quare concluſio illa recipienda omnino non eſt; poſſet tamen familia pnblica, & quiuis etiam priuatus, ſi iret clericus ad delictum committendum cum armis, eum impedire, ne id faceret, vel arma auferendo, vel eum capiendo, & ad Iudicem Eccl. ducendo; qui enim impedire delictum poteſt, & non impedit, malè facit, c. dilecto, de ſentent. excommuuic. & c. quaotæ, eodem in antiqu.

4 Armorum autem appellatione † quę comprehendantur, & qnot eorum genera ſint declarauit Alciat. in cit. l. armorum, & ego pluribus io Bulla Cœnæ Domini, cap. ſeptimo, in verbo, Arma, ſecuoda par. pag. 109. Sed de his hactenus, iam ad Artes liberales veniamus.

S V M M A.

1 *Clerici ſeculares legibus, ac Phiſica operam dare non poſſunt.*

§. XIII.

1 §. Tertiò † principaliter clerici ſeculares, eſto presbyteri non ſint, qui perſonarũ habent, leges, vel Phyſicam audire non debeot, vt habetur in c. Super ſpecula, ne cler. vel monac. Id quod factum eſt, quò Theologiæ diligẽtius opera detur, vt dicitur in eod. c. Super ſpecula.

Quæ regula locum habet iu ijs etiam, qui parochialem Eccleſiam habent, quæ ſub ſe capellam habet, iux. c. 1. eodem libro 6. nam talis videtur eſſe cõſtitutus in dignitate, vel perſonatu, quo caſu prohibentur audire prædicta, ita Feder. de Sen. io conſilio 80. numero 2.

Item locum habet, vel è ſuis terris, vel domibus non egrediantur, vt de communi ſententia teſtatur Nauar. in Manu. capitulo 27. numero 116.

Tertiò, ſi per duos menſes prędicta audierint, ipſo facto excommunirati ſunt, vt dicitur in eod. c. ſuper ſpecula.

Hęc regula ſic ampliata exceptiones plures patitur. Nam primò ſeculares clerici, vel

L ſiot

ſint Subdiaconi, vel Diaconi, ſi perſonarum non habeant, ea pœna non obligantur; nam cit. c. ſuper ſpecula loquitur de ijs, qui perſonatum habent, ergo ſecus de ijs, qui non habẽt. cùm incluſio vnius alterius excluſio ſit, c. nonne, de præſumpt. & l. cùm prætor, ff. de iud. atque ſic ſentit Gloſſ. in c. cùm ex eo, in verbo litterarum, de elect. lib. 6. Quare ob id clerici, ac Sacerdotes, & multo magis inferiores ea pœna non obligantur, & etiam Parochi qui Plebanias habẽt, ſub ſe tamen Capellas non habentes.

Secundò excipiuntur, qui perſonatus habent; nam hi, eſto prædicta audire non debent, ſi tamen ante duos menſes deſtiterint, poſteaque audire prædicta ceperunt excommunicationis pœnam euadunt, quandoquidem poſt duos menſes ea pœna afficiuntur, vt dicitur in cita. c. ſuper ſpecula, & ibi *Doctor* not.

Tertiò excipiuntur, qui eas docent, etiam extra domos; nam & hi pœnam euadunt, quandoquidem de audientibus, & non de legentibus ius illud loquitur ita Inno. & Abb. num 6. verſ. Quare in cit. c. ſuper ſpecula; nã per eum Canonem vtatur auditio, & non lectio. Vel igitur ius Ciuile, vel quæ ad crimina pertinet partem iuris interpretentur, id licitè faciunt, & Irregularitas non contrahitur, vt in meo Tracta. De Irregularitat. probaui.

Quartò excipiuntur, qui libros legum, vel Phyſicæ habent; poſſunt enim ipſos libros habere; quandoquidem per eum Canonem id non prohibetur, ita dixit Abb. in eodem c. fin. eorum enim lectione facilius Canones intelligent iuxta illud dictum Romani, *Legiſta ſenza Canoni val poco, Canoniſta ſenza leggi val manco.*

Poſtremò excipiunt, qui licentiam habẽt à Romano Pont. quo audire hæc poſſint; ipſe enim auctoritatem hanc dare tantum poteſt, & non inferior, quippe quia Pontificio iure id cautum eſt, cui iuri inferior derogare non valet, c. 1. & c. fin. de conſtitu. iunct. c. cùm inferior, de maior. & obed. Licentia autem vbi conceditur audiendi leges, ſeu Phyſicam, non conceditur legendi; & dum conceditur additur. Non tamen publicè, Quare priuatim domi tantùm legere poſſunt, non autem in publicis ſcholis, quæ tamen licentia non conceditur etiam audiendi Religioſis. ita Quinctil. Mand. in Tract. de ſign. grat. cap. Licentia audiendi leges, pag. mihi 106. Excipitur tamen, vbi ſtudium haberet hoc priuilegium, cuiuſmodi habere ſtudium Patauinum inquit Mandoſ. & Mar. Socin. in c. ad audientiam, nume. 27. teſtatur de ſtudio Senen. ita Mandoſ. ibid.

Addo in ordinibus minoribus conſtitutos multomagis hæc audire poſſe, vbi nec dignitates prædictas ipſi habent.

Quæ diximus autem de clericis ſecularibus, multomagis locum habent in regularibus; nam pluribus pœnis afficiuntur, etiam ſi dignitatem non habent, vt habetur in c. non magnopere, & cit. c. ſuper ſpecula, ne cleric. vel mona. in antiq. & c. 2. eodem libro 6. niſi & ipſis per Apoſtolicam Sedem id concedatur vel à ſuis prælatis cum conſilio ſui conuentus, vel maioris partis, vt dicitur in eodem c. 2. Vide tamen Rebuff in Tract. Monit. quæſt. 5. nu. 18. qui hac de re agit. Quod autem diximus monacis prohibitum id eſſe, locum habet in profeſſis, Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Medici officium Clericus exercere non debet.*

2 *Chirurgi officium Clericus exercere non debet.*

§. XIV.

1 §. Poſtremò † Clericus officium Medici exercere non poteſt, & hoc ob eam generalem rationem, quoniam ſeculare negotiũ eſt, atque idcirco clericis prohibitum, vt habetur in toti. ne cler. vel monac. ſec. neg. qui canones, vt ſtatuta prohibentia clericis negotia ſecularia innouata ſunt à Trid. Synod. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. & idcirco mortiferè peccat, vt qui munus ei prohibitum exercet tot. tit. ne cler. vel monac.

Hæc autem regula locum habet primò in quocunque clerico ordini ſacro initiato.

Secundò locum habet in conſtituto in minori ordine, vbi beneficium Eccl. habet, ita Nauar. in conſ. 3. ne cler. vel monac.

Tertiò peccat, ſi contrafacit, & puniri poteſt, vt ſupra dixi.

Excipitur tamen primo, vbi in minoribus ordinibus conſtitutus beneficium Eccl. non habet; hic enim omnia facere poteſt, quæ laici, vt ſupra dixi. Hinc patrocinari poteſt in quocunque foro tam ſeculari, quam Eccleſiaſtico, argumen. c. primi, de poſtul. & vt inquit Nauar. in conſilio finali, ne cler. vel monac.

Secundò excipitur, vbi pietatis cauſa ægrotis pauperibus medicinam faceret; nam & poſtulare pro miſerabili perſona, ſeu aduocatum

uocatum

Digitized by Google

nocatum eius eſſe licer clerico, c. 1. & c. fina. de poſtul. Idem & pro perſonis coniunctis, argum. cit. fin. de poſtul.

Tertiò excipitur neceſſitatis cauſa, vtpotè, vbi alius medicus non adeſt, vel non idoneus; nam & tunc medicinam facere poteſt, ita Nauar. in conſ. 3. num. 3. ne cler. vel monac. & in his caſibus nulla diſpenſatione eget. Idem ſi pauper ipſe eſſet, & nō haberet, vnde ſe ſuſtentaret; tunc enim poteſt; nam & ob eādem rationem negotiari poteſt, quo ſibi victum parare poſſit, vt ſuo loco diximus.

Quartò excipitur, vbi licentiam à Romano Pont. haberet; tunc enim omnibus tā pauperibus, quàm diuitibus medicinam facere valet, alias tantum in prædictis caſibus poteſt.

Poſtremò ſi contrafacit, peccat quidē mortiſerè, & puniri poteſt, ſed tamen in nullam cenſuram ipſo facto incidit, nec etiam in irregularitatem; non enim id iure cautum eſt; atque idcirco non dicendum, ita Gloſſ in c. fin. de iur. patr. & c. is, qui, de ſent. excomm. lib. 6. Irregularis autem fieret, ſi ob imperitiam, culpamvè aliam mors ægroti, ſequatur, vt id pluribus probaui in Tract. meo De Irregul. cap. 19 § primo, vid. vbi multa huc pertinentia habentur. Quid autem, ſi culpa ægroti mors eueniat? Adhuc concludendū eſt hunc irregularem fieri, quandoquidem alienum officium vſurpauit, & idcirco in culpa fuit, ita habetur in c. tua nos, & ibi Gloſſ. in verb. Congruebat, de homici. & ita quoque ibi DD.

3 Quæ autem diximus de Medico † eadem & de Chirurgo dicta eſſe volumus; nam neque hāc artem exercere Clerici poſſunt, qui in ordinibus ſacris conſtituti ſunt, vel beneficium Eccl. habent, vt habetur in c. ſententiam ſanguinis, §. nec vllam, ne cler. vel monac. Nec vllam, dicitur enim ibi, Chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos exerceat, quæ aduſtionem, vel inciſionem inducat. Ex quibus patet Chirurgiam prohibitam eſſe huiuſmodi clericis, ita not. Abb. ibi numero vigeſimoprimo. Quare ſi contrafiat, puniri poterunt. Item, quæ acquirunt ad Cameram pertinent per Bullam Pij Quarti ſupra relat. Declaratur autem hæc regula eiſdem modis, quibus regula ſuperior, & videu. quæ dixi eodem cap. 19. §. 21. Sed de materia hac ſatis ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Negotiari Clerici non poſſunt.*
2 *Negotiatio quid ſit.*
3 *Negotiator quis dicatur, & quis fur.*
4 *Negotiatio quotuplex.*
5 *Negotiatio licita quænam ſit.*
6 *Negotiatio illicita quæ nam ſit, & quotuplex.*

§. XV.

1 § † Quartò Clerici negotiari non poſſunt, argum. tot. tit. ne Cler. vel Monac. Verū vt hæc cognitio dilucidior ſit, hæc præmittenda ſunt. Primùm quid negotiatio ſit. Deinde quotuplex. Poſtremò, cùm plures ſpecies ſint, quid vnaquęque.

2 Quoad primum igitur † negotiatio eſt frequens contrectatio rerum nō mutata forma ipſarum lucri acquirendi gratia facta. Dixi contrectatio rerum quandoquidē qui negotiatur, emit, vendit, alienat, & acquirit varijs contractibus initis, quibus vel dominium transfertur rerum, vel fructuum.

3 Hoc enim negotiatores faciunt, † dixi frequens; nam negotiator dicitur, vbi negotiatio licita eſt, qui non ſemel, ſed ſæpius negotiatur. Non enim, vt quis negotiator nominetur, ſat eſt, vt ſemel negotietor, quādoquidem negotiator verbale nomen eſt; verbalia nomina verò ſignificantia officium aliquod, quod quis ſua auctoritate ſumit, vt Mercator, venator, vel piſcator, & huiuſmodi, non habentur ex vno actu, ſed ex plurib. ita Gloſſ. in l. prima, in verbo, Omnes, & ibi not. ff. de tribut. & Bar. in initio, ff. veter. numero 9. & in l. legatis, nu. 4. ff. de legat. 3. & in l. maritum §. qui quæſtum, ff. de adult. & Abb. & Rip. in c. 1. de iud. Anchar. & Gemin. & Franc. in c. vnic. de vit. & honeſt. Cler. lib. ſexto. Si vero negotiatio illicita ſit per ſe, tunc vno actu dicitur talis, vt expilatores, effractores, ſures, & adulteri, & huiuſmodi, ita Bart. eiſdem in locis. Quare qui ſemel furtum, vel adulterium, vel lenocinium commiſſit, fur, adulter, & leno nominabitur. Dixi non mutata forma, quò ſeparetur ab artificio: nam negotiari eſt rē emptam exempli gratia non mutatam vendere; emere verò rudem materiam, & illam in aliam formā conuertere, artificium eſt, ita Feder. de Sen. conſil. 207. num. 2. Dixi reliqua, quandoquidem negotiationes fiunt ſæpius, quò lucrum acquiratur. Et de hoc primò ſatis.

4 Quoad ſecundum † negotiatio duplex
5 eſt alia licita, alia illicita. Licita eſt † quæ ab

his ſit,qui contrahere poſſunt, & de quibus contrahi poteſt ſeruata ſubſtantia contractus,necnon forma iuris. Quare maior, qui adminiſtrationem rerum ſuarum habet, ſi in contractibus ineundis eorum forma, ac ſubſtantia ab eo ſeruantur, hic licitè nego-
6 tiari dicetur. † Illicita verò negotiatio eſt, quæ prædicta non habet: duobus autem modis negotiatio illicita dicitur per ſe, & per accidens. Per ſe,vt exercere vſuras, lenocinium,meretricium,& huiuſmodi; hæc enim per ſe prohibita ſunt, vt habetur tot. tit. De vſur.in antiq.& 6. Neque negotiationes omnibus prohibitæ ſunt tam laicis, quam clericis, eſto vſuræ in Hebræis tollerentur, vt probaui in Tract.meo de vſur.capitu.2.§.1. Sicut etiam meretricium.

Illicita verò negotiatio per accidens eſt illa,quæ per ſe licita eſt,ſed ratione alicuius qualitatis fit illicita,& primo ratione finis, vt ſi id faciat in primis cupiditatis gratia, quò diues tantum fiat, non autem quò publicè vtilitati,ſuævè neceſſitati conſulatur, c.quicunque,decimaquarta quæſt. quarta, & vt inquit Inno.in c.primo,num.3. ne cler. vel monac.& ſequitur Abb.ibi,num.11. Secundò illicita fit per accidens ratione diei, vbi ſcilicet quis die feſto negotiatur;non enim feſtis diebus, licet mercatum fieri, ita habetur in c.1. in verbo, Mercatum, & ibi not. Abb.& Hoſtien.de fer. Excipitur tamen vbi ab habente ad id poteſtatem concederetur,modò diuinus cultus non impediatur, & ita Inn.eod.in loco,& ſupra nos.

Secundò illicita fit negotiatio ratione loci, vtpotè in Eccleſia;non enim in ipſa negotiatio licita eſt, verſ.Ceſſent in Eccleſijs,earumque Cœmeterijs negotiationes, & præcipuè nundinarum dicitur in c.decet, de immunit. Eccleſ. libro 6. vbi plures etiam rationes redduntur, quamobrem prohibitio hæc fiat.

Tertiò ratione rei,vel potius perſonæ illicita eſt negotiatio, vtpote ſi alienentur, & vendantur res prohibitæ vendi Chriſtianæ religionis hoſtibus,vt arma, & huiuſmodi; de quibus habetur in c.ita quorundam, de Iudæ.& in Bulla Cœnæ Domini, & in Tract. meo id explicaui,vel extra territorium alienentur,vbi id prohibitum eſt,quæ prohibitio fit à quouis Principe, & etiam in ſtatu Eccleſiaſt.

Poſtremò illicita negotiatio dicitur ea, quæ per ſe licita eſt non ſolùm primò modo, verum etiam & ſecundò,vtpote,quia nõ eſt illicita ratione diei, loci, & cæterorum, ſed ſolùm eſt illicita ratione perſonæ eam exercentis,ſcilicet quia Eccleſiaſtica perſona eſt, quæ ipſam exercet; hæc namque prohibita eſt Clericis,& ipſis illicita dicitur,eſto laicis omnino licita ſit. Quare,quod dicitur in ſpoliorum numero comprehendi acquiſita ex illicita negotiatione à Clericis, intelligitur etiam de negotiatione hac, quæ omnino licita eſt,& laicis permiſſa,ſed illicita habito reſpectu ad perſonas Eccleſiaſticas, quas remotas eſſe oportet ab huiuſmodi negotijs ſecularibus. His permiſſis,iam regulam ponamus,id quod in ſeq.præſtabimus.

SVMMA.

1 *Eccleſiaſticæ perſonæ negotiari non poſſunt,alioquin puniuntur.*

2 *Conducere bona Eccleſiarum an Clerici poſſint.*

3 *Clericus an præſumatur habere tantum vnde viuat.*

4 *Vendere poteſt fructus ex ſuis rebus perceptos clericus ſine nota negotiationis.*

§. XVI.

§. Præmiſſis, quæ vidimus, iam regulam
1 ponamus. † Pro regula igitur habebimus Eccleſiaſticas perſonas negotiari non poſſe,etſi contra fiat eas puniri, vt videbimus;nam ſic habetur in tot. titu. ne cler. vel monac.ſecul.neg.& diſtinct. 88. & decimaquarta quæſtione quarta, & ita Federic. de Sen.in conſ. 207. numero 3. verſ. Negotiatio. Hoc autem accipitur de Clericis in ſacris conſtitutis, & in minoribus,ſed beneficium habentibus.

Hæc autem regula locum habet,vel ſemel negotientur; cum enim prohibeatur negotiari omnino,ergo nec ſemel negotiari queunt,vt præmiſſimus. Verùm,qui emit frumentum negotiandi gratia,& ſemel id fecit, an negotiator dicetur? Addit.ad Sum.Bull. Stephan.Quarant.in verb. Vectigal. verſ.limitatur denique aſſeruit negotiatorem non dici,& hoc ob eam rationem,quod negotiator dicitur,vbi ſæpius, & non qui ſemel, ita Gloſſ.in l.prima,& ibi Bartol.ff. de trib.act. Abb.& Rip.in c.primo,de iud. Auchar. Gemin.& Franc.in c.vnic.de vi.& honeſt. cler. libro 6.& alijs cita.à propoſita Addit. Nec repugnat,quod diximus de delictis ſat eſſe, vt ſemel quis illud cõmittat; hoc enim verum eſt in delictis, quæ per ſe talia ſunt, non autem,quæ per accidens, vt ex allegat. DD.colligitur. Nam nec aleator dicitur,qui ſemel aleis luſit,vt dixit Iacob.de Aret. in l.

prima,

Digitized by Google

prima,ff.de alea.& ſequitur Pariſ.in Tracta. De lud.& Menocb.de arbi.ind.lib.ſecundo, Cent.4.caſ.399.nume.18. cum ſeq. Sed qui frequenter luſit,& non qui vna die ſæpius,& varijs ludis perſonis,ſed qni diuerſo tempore,ita Bartol. in l.inficciando, §. infans, ff. de furt.

Secundò locum habet quocunque contractu negotietur, vtpote, vel emendo, vel vendendo,vel locando, quò deinceps alienet,vel permittet,vel locet,vt equos, vel boues,& alia animalia huiuſmodi; hic enim negotiari dicetur,qui etiam poſſesſiones cō ducit ab alio, quò deinceps fructus perceptos alienet,& hic negotiari dicitur;eſt enim & boc Clericis prohibitum, c. 1. verſiculo Conductorem ſecularium rerum ne Cler vel Monae.

2 An igitur † Clerici ſecularium bona conducere non poſſunt? Planè non. Primò per cit.c.1.in verbo,Conductores, vbi numeratur conductio inter ea, quæ Clericis prohibita ſunt.Idē habetur in c.peruenit ibi Conducere poſſesſiones,& in c.placuit,in verb. Nō ſint Conductores,23.quæſtione tertia.Idem prohibetur in c.1.à Melchiade Papa,diſtinctione 38.

Contrarium ſuadere videtur,c.dilecti,de decim. vbi conductiones factas à quibuſdam Monacis non improbat Romanus Pontif. ibi.

Quid igitur concludendum? In hac quæſtio.ſic concludendum cenſeo. Aut Eccleſiaſticæ perſonæ non habent vnde viuant;& in hos caſus eas conducere laicorum poſſeſſiones poſſe ſentio; & ſecunda opinio locum habet,atque ſic not. Gloſſ. in eodem c. dilecti,& ibi quoque Abb.num.3.& Gloſſ.Sum. 21.quæſt.3.& Gloſſ.in eodem c.peruenit, in verbo,Auaritiæ,& Gloſſ.in c.1.diſtinct. 88. cum ſimil.infra cita. Aut habent,vnde commodè viuant,& tunc prior opinio locum ſibi vindicar;nam tunc ſi Clerici negotientur, auaritiæ,atque cupiditatis cauſa id facere cenſentur,& idcirco id eis eſt prohibitum. Ita igitur concludo,& DD.eiſdem in locis, ac nouisſimè Addit.ad Sum.Bullar.Stepha. Quaran.in verb.Vectigal.verſ.Quæritur an inter negotiationes. Excipitur etiā, vbi Clericus Conductori ſuccederet ex teſtamento, vel ab inteſtato; tunc enim in illa locatione licitè maneret vſque ad præſcriptum locationis tempus,ita Gloſſ.& Abb.in c.1.ne Cleric.vel Mona.& Syl.in verb.Clericus 3. numero 2.& Addit.proximè cita. ibid.& DD. communiter ſequuntur,vt teſtatur Felyn. in c.1.num.4.de iud.

Secundò excipitur, vbi necesſitatis cauſa conduceret,& vbi non haberet,vnde ſe commodè ſuſtentaret. In hoc enim caſu laicorū poſſesſiones cōducere,ac negotiari poterit, vt proximè dixi, atque ſic dixit Gloſſ. in c. peruenit,in verb. Auaritiæ, diſtinct.86. & in c.negotiatores,diſtinct.88.& in c. peruenit, vigeſimaprima quæſt. 3. & Addit. ad Diaz. in Pract.Crim.Canon.cap.55. in verbo,Necesſitatis tamen cauſa,& Nauar.in Man. capitulo 110.verſ.Poſſunt etiam negotiari, & in conſil.3.num.3.ne cler.vel monac.& in cō ſil.5.de ſucceſſ.ab inteſt.& facit cit.c.peruenit,diſtinct.86.vbi turpis lucri gratia negotiari Clericis prohibetur, ergo ſecus ſi, non turpis lucri gratia, ſed ob necesſitatem, & ita Gloſſ.ibi,in verb. Auaritiæ, & in c.1.vbi quoque Gloſſ.eadem diſtinct.88. Etenim & Apoſtolos necesſitatis gratia negoriatos eſſe dicetur in eodem c.1. ne cler. vel monac. Facit etiam c.ſecundum eodem, ne cler. vel monac.vbi prohibetur,ne monaci,vel clerici cauſa lucri negotientur ſub pœna anathematis,ergo ſecus ſi non lucri gratia, ſed necesſitatis,ita Gloſſ.ibi.

Tertiò excipitur,vel beneficium,vel penſionem,vel patrimonium babeat: ſed adeo paucos fructus percepit,vt ad victum nō ſat ſint;hic enim quoque conducere poterit, ac negotiari.

Qnartò idem poterit, vbi etſi ad ſuum victum neceſſaria habet,non tamen tantū, vt queat ſuos parentes alere, vel ſorores in matrimonium collocare,huiuſmodique perſonas necesſitudini ei coniunctas pauperes adiuuare ob eandem rationem.

Quintò excipitur, vbi Clericus emiſſet pertinentia ad ſe,ſuamque familiam ſuſtentandam per totum annum!& præter propoſitum empta ſuperſunt, vel diminutione familiæ,vel alia ratione;tunc enim pretio currenti,etiam cariori,qnàm emerat, abſque negotiationis periculo vendere poteſt; vendirio enim illa per accidens eſt,& idcirco eius ratio non babetur,ita S.Thom.ſecunda ſecundæ quæſt.77.art.4.& Nauar in Man.cap.25. nu.110. & pro bis etiam gabellam non præſtabit;Immo ſi creſcat pretium ſpeciei rerū, quas emerat,& idcirco alliciatur ad vendendas ipſas ſperās ſe minori pretio ſimiles res habiturum,non peccat; nec negotiari dicitur,inſpicitur enim prima deſtinatio, ita de communi ſententia teſtatur Molin.quem refert ac ſequitur Addi.ad Sum.Bullar.Steph. Quarant.in verbo, Vectigal.verſi.Tertiò ibi idque extende.

Verùm,quòd vbi Clericus non habet,vnde

de ipſe,eiosvè familia viuat, negotiari po-
3 teſt,vt ſupra diximus. † An præſumatur ra-
lis? Videbatur dicendum ipſum non cenſeri
non habere,vnde viuat. Tum quòd quiſque
egreditur nudus de ventre matris ſuæ, vt
inquit Iob. Tum quod vt inquit Paulus. Ni-
hil huc intulimus. Tum denique habitus eſt
poſitio quædam ex factis orta,quæ nō præ-
ſumuntur niſi probentur,l. in bello,§.infectę
ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.ergo.

Atqui contrarium concludendum eſt,ſ.
clericū in ſacris cōſtitutum præſumi habere
vnde viuat;nam,vt infra probauimus,Sacer
ordo nemini tribuendus eſt, niſi habeat aut
beneficium Eccleſiaſticum,aut patrimoniū,
vnde commodè viuat ergo,argum.c.malus,
de reg.iur.lib.6.atque ſic dixit Gloſſ.in cita.
c.1.diſtinct.88.vbi ait Clericos conducētes
poſſeſsiones ſecularium intelligi id cupidi-
tatis gratia facere, niſi neceſsitas probetur,
ergo non præſumitur egere. Non obſtant
contraria allegata ob rationem proximè di
ctam.Si ergo Clericus poſſeſsiones condu-
cat,probabit ſe neceſsitate ductum id feciſ-
ſe, quò pœnam euadat. Idem ſi aliàs ne-
gotietur.

4 Poſtremò † vel neceſsitate non præſuma-
tur,res,quas percipit ex ſuis rebus,& fundis
vendere,& alienare poterit,vt vinum, oleū,
frumentum,poma,ligna, & alia; nam vt ait
Innoc.in c.de quibuſdam,num.3.de fideiuſ.
in rebus ſuis nulla eſt negotiatio quæſtio va
ria,& eum ſequitur Butr.in l.quicunque, ff.
de inſtit.& Abb.in conſ.6.in fine, libro 1. &
Tuſch.in littera M.concluſ.205.numero 3.
Quare,ſi Clericus habet prata, & paſcua,e-
mere,boues,& equos,oues, & alia poterit,
quò deinceps in illis paſcuis pinguia facta
alienet;non enim negotiari dicitur;ſicut nec
qui frumentum emit,quò ſuos fundos ſerat,
& quod ſupereſt,deinceps alienet; poteſt e-
tiam in ſuis fundis alia, necnō pepones ſe-
rere,quò deinceps illa vendenda curet; etſi
piſcinas habet,piſciculos emptos ibi pone-
re,quò deinceps grandiores factos alienet.
Et ad ſummam quacunque ratione fructus
ex fundis ſuis percipere poteſt;& perceptos
alienare;negotiari enim hoc non dicitur,at-
que ſic aſſeruit Addit.ad Summ.Bullar. Ste-
phan.Quaran.in cit.verb. Vectigal. verſicu.
Similiter ad illicitæ negotiationis genus.De
equis,bobus,iuuencis,ouibus,& huiuſmodi
idem dixit eadem Addit.vt ſcilicet ſi Cleri-
cus emat, & in proprio fundo nutriat, quò
eorum fœtus,vel fructus,vel cùm creuerit,
melioravè facta fuerit, variari pretio ven-
dat,non negotiari Clericus cenſeatur. Sicut
etiam ſi locaret equum proprium, quo pro
ſe veitur, vel emeret fundos, & fructus in-
de perceptos venderet. Quare, qui cellam
vinariam aperit,quò ſuum vinū vendat, id
licitè facit,modò per alium, ita Prax. Ar-
chiepiſ.Neapol.cap.75.Secus autem,ſi prę-
dicta emeret, & alienos agros conduceret,
ſeu paſcua,quibus vtatur ad ea animalia pa
ſcenda,& poſtea vendenda;vel ſi emeret, vt
illa ad incrementum daret, vel locaret, non
enim hæc licent,ita Addit.ibid. tradidit, &
optimè. Exceptis igitur his caſibus, alias
negotiari Eccleſiaſticis perſonis non licet.
Atqui an per alios ſaltem negotiari pote-
runt? Hoc in ſeq.explicabimus.

S V M M A.

1 *Negotiari per alios an Clerici poſsint.*
2 *Negotiantes Clerici peccant, & puniuntur.*
3 *Acquiſita ex cauſa illicita, an Clerici retinere
poſsint,quouſque priuentur.*
4 *Acquiſita per vnam negotiationem à Clerico, an
ad ſpolia pertineant.*
5 *Acquiſita à Clerico,an per negotiationem acqui-
ſita cenſeantur.*

§. XVII.

§ Vidimus Clericos, quibuſdam caſibus
exceptis,aliàs negotiari non poſſe,† mo
1 dò videndum eſt, an extra eos caſus per a-
lios ſaltem negotiari queant. Videbatur igi
tur dicendum eos poſſe. Primò,quoniam ſi-
cut prohibitū eſt clericis negotiari, ita pro-
hibitum macellarij, & tabernarij officium
exercere,vt probabimus,at macellarij,& ta
bernarij officium exercere prohibitum vi-
detur Clericis, vbi per ſe, & publicè illud e-
xercēt,non autem,vbi per alios,vt in Clem.
prima,de vit.& honeſt.Cler. ergo eadem ra
tio prohibitionis in caſu noſtro eſſe debet.
Hæc ratio nulla eſt,nec quicquam facit cita.
Clem.prima,nam ibi non prohibetur ne per
ſe,vel publicè ea officia exerceant, ſed ſolū
proponitur pœna contra exercētes per ſe,ac
publicè alia munera;proponitur inquam pę
na ſingularis contra prædictos;quod autem
per alios id poſsint, ibi non dicitur. Hinc
Gloſſ.Inquit ibi,in verbo,Publicè,etſi ceſſat
ea pœna in eos, qui per alios hæc munera
exercent,& non publicè, non ceſſare tamen
eorum culpam,& ſequuntur eam DD.Si er-
go non ceſſat culpa,ergo peccant,ergo & pu
niti poſſunt, & idcirco nec per alios id
queunt.

Secundò facit pro hac opinione Clem. 1.
§.porrò,

§ porrò de ſtat.monac.vbi Monacos, quib. eſt prohibitum,ne ipſi venentur,per alios id poſſe dicitur,ergo idem,& hic. Nec ratio etiam nihil facit. Nam ibi id ipſis ob eam rē permiſſum eſt, quoniam fructus, & emolumentum Monaſterij conſiſtebāt in venationibus, & ius venandi habebant, ergo ſecus quoad alias venationes,vt loca;nam & fructus ſuos colligere Clerici poſſunt, & etiam vendere percepta ex ſuis fundis,vt ſup probauimus.Mirandum igitur non eſt ſi Monacis id prohibeatur,cum in ſuis fundis venationes illas haberent.

Tertiò facit, quoniam non videntur auocari à Diuinis, vbi per alios negotiantur, quamobrem prohibita eſt negotiatio Clericis,ergo. Hæc ratio nihil etiam facit. Tum quod ob auaritiæ ſpecimen etiā à qua alieni eſſe debent Clerici,negotiatio eis prohibita eſt,& non ob vnam illam rationem,quæ auaritiæ ratio, vel per alios negotientur locum habet. Tum quod negatur non auocari à diuinis;nam vt reddantur ſibi rationes,ſæpiùs occupabuntur,& inſpiciendis negotijs ſecularibus contra præceptum Apoſtoli, ad Corinth.cap.ſecundo,in principio, vbi inquit. Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus.

Quare cùm nullis rationibus opinio hæc nitatur, contrariam vti veriſſimam ſequi debemus,ſcilicet non poſſe Clericos etiam per alios negotiari. Primò, quoniam adhuc negotijs ſecularibus implicati eſſent contra dictum Apoſtoli,vt retulimus. Secūdò,quoniam auaritiæ ſpecimen oſtendūt,à qua abeſſe ipſi debent,& prohibitum ipſis eſt,ne lucri gratia negotientur,vt dicitur in c.ſecundum inſtituta ne cler.vel monac. ibi enim dicitur ſecundum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub interminatione anathematis,prohibemus ne monaci, vel clerici cauſa lucri negotientur. At prohibitio hæc habet locum vel per alios negotientur, vt per ſe patet; ergo nec per alios negotiari ipſis licet. Tertiò facit quoniam Clericis non licet conducere poſſeſſiones laicorum, vt vidimus, eſto per alios eas colant. Poſtremò per iura Canonica prohibetur, ne Clerici negotientur,non autem modis,vt ex dictis patet;ergo quacunque ratione negotiētur,impediuntur,vt dixit Gloſſ.recept. in c.cum quid, de reg.iur.libro 6.Etenim,& qui per alios facit per ſeipſum facere videtur,l.prima,§ deieciſſe,ff.de vi,& vi Arma. Accedit,quòd ſi cōtrarium diceremus,quod vna via prohibetur alia conduceretur; ab hoc abſurdum eſt, & contra regulam cit.c.cum quid, ergo, nec per alios Clerici negotiari queunt,atque ſic ſenſit Addit ad Diaz.in Pract.Crim.Canon. cap.55 verſic.Sed vtrum. Ab hac igitur opinione diſcedendum non cenſeo.quam & tenuit Molin. & Ignat. Lopez. quos refert, & ſequitur Addit.ad Sum.Bullar.Steph. Quarau.in verbo,Vectigal.verſicu.Tertiò,ibi ſecundò amplia.

a Atqui † an Clerici in pœnam incurrant in caſibus non permiſſis negotiantes? Quoad quæſt.hanc cōcludo primùm ipſos peccare. Nam prohibentur ab huiuſmodi negotiationibus ſub pœna anathematis,ideſt excōmunicationis maioris per c. ſecundum, ne cler. vel monac. at maior excommunicatio non infertur niſi pro mortifero peccato, & contumacia,c.nemo, & c.nullus, vndecima quæſt.3.ergo mortiferè peccant,& ita Addi. ad Diaz.aſſeruit eod.cap.55.verſ. Ex ea pœna ſuſpenſionis.

Secundò excommunicari poſſunt per cit. c.ſecundum, & multomagis ſuſpendi.

Tertiò etiam deponi, vt habetur in c.1. cum multis ſeq.14.quæſt.4. Idē ſenſit etiam Diaz.eod.cap.55.

Quartò pro rebus,in quibus negotiantur ad vectigalia, & portoria præſtanda tenentur,c.fin de vit & honeſt.Cler.& c.quanquā, de cenſ.lib.6.& ibi Gloſſ.ac DD.& Clemen. præſenti,vbi etiam Gloſſ.eodem,& ita Add. eadem ad Summ.Bullar.in verbo,Vectigal, verſicu.Tertio,vbi huiuſmodi Clerici negotiatores. Id quod locum habet vel certò moniti non ſint,vt dixit eadem Addit Ex quib. patet in hoc caſu priuilegium Clericorum hos amittere. Non tamen amittit priuilegium,c.ſi quis ſuadente diabolo, decimaſeptima,quæſtione quarta,ita Innoc.in c.Ioannes,de Cler.coniug.& Bertach. in Tract. De Epiſcop.in 1.par.quart.lib.nume.26. Sicut nec etiam in alijs rebus;non enim pœna peccati peccatum egredi debet, Gloſſ. in l.in agris.ff.de acq rer.dom.

Quintò conueniri poſſunt coram Iudice Mercatorum,ita Bald.quem refert,ac ſequitur Bertachin. eodem numero vigeſimoſeprimo, & facit c. finali, de vita,& honeſtat. Cleric.

Poſtremò acquiſita per huiuſmodi illicitam negotiationem tam de rebus Eccleſiaſ. quàm patrimonialibus pertinent ad Cameram Apoſtolicam,& idcirco viui ipſis priuari poſſunt,& mortui ſpoliari, & ſic in numero ſpoliorum ſunt: id quod cautum fuit per Bullam Pij Quarti,incip. Decens eſſe cenſentes lata anno 1560.Non.Nouembr. Pontif. anno primo, & eſt in ordine 23. & in Bulla eiuſ-

eiuſdem incip.Romanus Ponr. lata eodem
anno Non.Februarij anno ſui Pont.2. & eſt
in ordine 31. Idem Pius Quintus in Bulla
incip.Romani Pont. prouidenria lata anno
1567.Calend.Septembr.Pont.ſui anno 2.vt
eſt in ordine 34. Acquiſita igitur, vt præ-
dixi ſpolia ſunt, & ad Apoſtolicam Sedem
pertinent.

Id quod locum habet etiam in Regulari-
bus qu.buſcunque, vt habetur in eiſdē Bul-
lis;& ſi enim antiquo iure ad Monaſterium
acquiſita per Religioſum pertinebāt, c.cum
olim,2.& ibi Innoc. ab omnibus recept. de
priuileg.& c.non dicatis,iunct. Gloſſ. duo-
decima quæſt.prima,& Auth.ingreſſi,C.de
ſacroſanct.Eccleſ.Per prædictas tamen Bul-
las contrarium cautum eſt,& idcirco notan
dum,& conſulendum monaſterijs, dixit Na
uar.vt religioſi,qui ratione hac acquiſierunt
ſe enim Camera Apoſtolica componant.
Quare bona acquiſita à quodam Religioſo
apoſtata apud Hyndos negotiando ad Ca-
meram, & non ad monaſterium pertinere,
Nauar. conſultus reſpondit in Commet. de
ſpol.Cler §.7.num.4.Et ego idem reſpondi
de alio monaco, qui multa acquiſiuit nego-
tiando, eſt ſuperior eius bona monaſterio
applicerur,& malè ob prædicta.

Secundò locum habet quæcunque res ſint
acquiſitæ per eandem rationem.

Tertiò, & viuentibus à Camera auferri
poſſunt,& poſt obitum,vbi remanent, vt ha
betur in eiuſdem Bullis,& ſupra dixi.

Quartò locum habet etiam in acquiſitis
alia ratione, quam ex negotiatione, mo-
do contra ſacros Canones, ideſt contra
partem aliquam iuris Pontificij acquiſieriut
ita Rodoan.de ſpol.Cler.quæſt.ſecunda, nu
mero 83.& ſequitur Azor.in inſtitut Moral.
par.ſecunda,lib.8.cap.ſecundo,quæſtio. 4.
vtpote exercendo officia ad ſe nō pertinen
tia per eaſdem Bullas,quæ ergo acquiſierint
in iudicijs Aduocati,Procuratoris, publici
Scribæ,iudicis,& huiuſmodi munera exer-
cendo contra Canones, vel arte media, vel
chirogica,vel armis in bello,vel in caſib. nō
permiſſis inſeruiendo laicis, vt colligendo
talias vectigalia Reipublicæ,vel alias fun-
ctiones laicorum obeūdo, vel illicitis vena-
tionibus, vel beneficijs iniuſtè poſſeſſis, vel
ex ludis probibitis ipſis Clericis communi
iure Pontificio, vt aleæ ludo(ſecus ſi conſti-
tutione Synodali:non enim inter ſpolia ſunt
cum iure huiuſmodi non ſit prohibita,vt di
xit Azor.eodem capit.ſecundo,quæſt.octa-
na,)quæ inquam acquiſiuerunt illicitis hiſce
modis, & huiuſmodi, hæc omnia vt ſpolia
ad Cameram Apoſtolicam pertinēt,ita Na
uar.eod.verſ.Quartò not.

3 Atqui † an antequam acquiſitis priuen-
tur vel ipſæ perſonæ Eccle.vel eius ſucceſſo-
res tuta conſcientia retinere ipſa poſſunt?
Breuiter concludo id poſſe. Tum quòd pri-
uatio hæc pœna eſt:pœna autem in foro con
ſcientiæ non debetur, niſi poſt ſententiā de-
claratoriam iudicis,c.cùm ſecundum leges,
de hæret.lib.6. & ita Gloſſ. communiter re-
cept.in c.fraternitas,12.quæſ.ſecunda. Tum
quòd acquiſitum hac ratione non eſt acqui-
ſitum contra leges iuſtitiæ ſpecialis, ſcilicet
iuſtitiæ commutatiuæ,vnde ratio reſtituēdi
oritur(quo caſu eſſent reſtituenda acquiſita
ijs,qui ademerant; non enim hęc ſpoliorum
nomine continentur,ita Rodoan.quæſtione
ſecunda,De ſpol eccl.num.93.vid.)Sed con
tra alias virtutes morales, quæ non obligāt
ad reſtitutionem,vt aſſerit S. Thom. quem
refert,ac ſequitur Nauar.in conſ.3. num.11.
de teſtam. Quare, etſi diebus feſtis ſeruilia
opera facere quis non poteſt,non tamen ad
reſtitutionem eius obligatur,quòd illis die-
bus per illa opera acquiſiuit: Idem ergo &
de Eccl perſonis dicendum eſt contra Cano
nes operando,modò aliàs iuſtitia commuta
tiua non violetur. In hac q.igitur ſic conclu
dendum cenſeo.

4 Verùm † quid ſi Clericus acquiſiuit ſemel
tantum negotiando, an ſpoliorum nomine
continetur? Plane ſic. Nam Bulla prædicta
ſpoliata eſſe cenſet,ac decernit quæcunque
ex illicita negotiatione Clericus acquiſiuit,
ita Rodoan.de ſpol.Eccl.quæſt.2.nume.65.
quem refert,ac ſequitur Azor.inſtit. Moral.
5 par.2.lib.8.cap.2.quæſt.5.† Quid in dubio,
an præſumentur ex illicita negotiatione ac-
quiſita? Planè non;non enim dolus præſumi-
tur,niſi probetur,l meritò, ff. pro ſoc. & ita
ſenſit Abb.in c.1. De pecul.Cler. Quare ad
Commiſſarium Apoſtol.probare pertinebit
eſſe acquiſita ex illicita negotiatione,ita Ro
doan.quæſtione decimaquinta, numero 30.
& Azor. eodem quæſtione 11. Antequam
igitur priuentur, licitè poſſident, eſto con-
trarium ſenſerit Azor.eodem quæſt.3. Sed
mihi non placet; non enim eodem iure cen-
ſentur, quò acquiſita, & relicta ex beneficij
fructibus. Idque hinc patet, quod acquiſita
illicitè hac ratione ipſi Clerico acquiruntur,
& eius hæredibus, vt inquit Abb. in c. rela-
tum 2. de teſtam. Niſi adimeret Camera.
Sed de negotiationis prima ſpecie hactenus
iam de artificio agamus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Artificium aliquod exertere, an Clerici poſsint per ſe, & quod artifitium.*
2 *Item per alios.*
3 *Procuratores laicorum extra iudicium eſſe non poſſunt.*
4 *Tutores, vel Curatores, an Clerici eſſe poſsint.*

§. XVIII.

§ Negotiari Clericos in ſacris conſtitutos nõ poſſe, vidimus exempli gratia, emendis rebus aliquibus, & eiſdem non mutata
1 forma alienandis, iam agamus † an eiſdem liceat emere mateꝛiam aliquam, vt inde aliquid faciant, atque alienent, quo caſu attificium dicitur, vt ait Abb. in c. fin. num. 10. de vit. & honeſt. Cler. & Geminia. & Franc. in c. quanquam, de cenſ. lib. 6. & Federic. de Sen. in conſ. 207. num. ſecundo. In quæſtione pro regula pono nequaquam ipſis licere; quandoquidem lucrum huiuſmodi fugere debẽt; auocant enim hæc opera à diuinis.

Excipio tamen, vbi Clericus non haberet vnde ſe commodè ſuſtentaret; tunc enim poteſt, exemplo Apoſtoli, qui ſuis manibus ſibi, & qui cum eo erant, victum parabat, vt habetur in Actis Apoſtolorum, cap. 20. Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis (inquit enim D. Paulus, ibi) quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ, atque ſic dixit Gloſſ. Sum. decimaquarta quæſtione tertia, in fine, nam inquit Clericis licitum eſſe emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod facere. Idem habetur in c. Clericus victum, & in c. ſeq. diſtinct. 91. Id enim licet, vt dicitur in c. nunquam, de conſecr. diſtinctio. quinta, modò tamen non impediatur munus ſuum Clericale, vt dicitur in cit. c. Clericus victum. Hinc Apoſtol. noctu laborabat, ne interdiu intermitteret munus prædicandi, & ita quoque dixit Sylu. in verb. Clericus, 3. num. 2. & Addit. ad Stephan. Quaran. in Sum. Bullar. in verb. Vectigal, verſic. Difficultas verſatur. Item modò artificium honeſtum ſit, & licitum, & non ſolidum, & immundum. Non ergo chartas luſorias, non taxillos, non arma bellica, & huiuſmodi faciet. Non etiam pelles, & corria expurgabit, & huiuſmodi: ad ſummam non ea faciet, vnde Clericorum dignitas dehoneſtetur. Hinc nec boues paſcet, nec etiam oues, & equos, & huiuſmodi animalia, quandoquidem hac ratione in Eccleſia eſſe non poterit: Sed vel libros conſcribet, conglutinabit vè, vel ex bombice, ſeu lana, aut veſtes conſtruet, & huiuſmodi alia, de quibus in cit. c. nunquam. Vel ſi litteras nouit, ludũ litterarum aperiet, aliàs autem abſtinebit ſe
a ab artificijs.

Hæc regula locum habet † vel per alios artificium exercet; nam niſi neceſſitatis cauſa id faciat, non excuſabitur, & prædictis pœnis in antecedenti, §. ſubiacebit ob cirat.
3 Bullas.

Atqui † an pro laicis extra iudicium procuratores eſſe poſſunt? quoad quæſtionem hanc concludo id ipſos non poſſe, vt habetur in c. 1. verſicu. Coadiutores ſecularium rerum, aut procuratores, ne cler. vel monac. Idem in c. 2. eodem Sacerdotibus, & Clericis tuis (dicitur ibi) denuncies publicè, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant; alioquin ſi contrafecerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraudem, indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, vt ibi dicitur. Facit quoque c. 1. & c. 2. vigeſimaprima quæſtione tertia. Idque meritò cum ob rationes in antecedentibus allatas, quòd Clerici à ſecularib. negotijs remoti ſunt, cuiuſmodi procuratoris munus hoc eſt; & quod auocantur à diuinis, quibus nauare operam debent, c. Sacerdotibus, diſtinct. trigeſimaprima, & c. generaliter, decimaſexta quæſtione prima, & vigeſimaprima quæſtione tertia, per totam. Tum quod ratione hac ſubiecti & ſerui laicorum eſſe videntur, quod ab Eccleſiaſtica dignitate eſt alienum; laicis enim manet neceſſitas obſequendi Clericis, & non neceſſitas, ea nõ neceſſitas imperandi, c. ſi. de rebus Eccl. nõ alienand.

Hinc Abb. in cit. c. 2. inquit Clericos in ſacris conſtitutos, vel beneficiũ habentes non debere eſſe ſamulos laicorum, & facit c. peruenit, diſtinctio. 86. Prohibetur enim ibi ne ſecularium rerum gubernationem ſuſcipiãt: facit quoque diſtinc. 88. ferè per tota viden. Quare Clerici, qui aſſociantur mulieres nobiles, & in itinere, aut humeris, aut brachijs eas ſuſtentant, nunquam mihi probati ſunt, vt ſcilicet ſerui Dei mulierum ſerui fiant. Non ergo Clerici ſecularibus debent etiam in extraiudicialibus negotijs inſeruire.

Hæc autem regula locum habet itidem in Clericis, qui beneficium Eccleſiaſt. non habent, eſto in minoribus cõſtituti ſint, ita Hoſtien. quem refert, ac ſequitur Abb. in c. 1. in fine, & in c. 2. not. 1. ne cler. vel monac. quod

tamen mihi non placẽt, nec verum eſt, vt infra videbimus.

4 Excipitur tamen, † vbi negotia pupillorum, & orphanorum agere volũt, nam quod horum cura, ſicut etiam viduarum ad Eccleſiam pertinet, ob eam rem ipſorum negotia gerere valent. Quare, & tutores pupillorum eſſe queunt, ſi velint, vt dicitur in eodem c. 1. diſtinct. 88 & in c. Epiſcopus gubernationẽ. eadem diſtinct. & diſtinct. 10. 87. per totam. Nec obſtat c. fin. diſt 88 & c. Cyprianus, vigeſimatertia quæſtione tertia, vbi ponitur, qui tutorem reliquit in teſtamento; nam ad hoc reſpondetur Clericos non cogi ad tutelam, & curam ſuſcipiendam, ſed poſſe ſi velint, vt habetur in c. generaliter, decimaſexta quæſtione prima. Hinc etſi ab inteſtato tutela ad eos pertinet, ad quos bona ab inteſtato perueniunt, vt habetur in Inſtit. de leg. patron. tut. (qui enim commodum ſentit, & incommodum ſentire debet, vt habetur in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.) in Clericis tamen locum ius illud non habet, vt inqt Gloſſ. in cit. c. generaliter, & in c. peruenit, diſtinct. 88. Id quod eis conceſſum eſt, quò ſtudioſius diuinis miniſterijs inhæreant, vt dicitur in cit. c. generaliter.

Poſtremò excipiuntur Clerici, qui in minoribus ordinibus conſtituti ſunt, & beneficium Eccleſ. non habent; hi enim omnia facere poſſunt, quæ laici, vt inquit Abb. in c. 1. in fine, ne Cler. vel Monac. Quare & laicorũ quoque procuratores eſſe poterunt. Sed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Sordida munera Clerici exercere non debent.*
2 *Macellarij officium Clerici exercere non debent.*
3 *Pœna, qua Clerici afficiuntur macellarij officium exercentes.*
4 *Pœna, qua afficiuntur Clerici alia ſordida munera exercentes.*

§. XIX.

1 §Clerici itidem † ſordida munera exercere non debẽt. Tum quod ſecularia ſunt, quæ ipſis prohibita ſunt, per tit. ne cler. vel monac. ſecul. neg. Tum quod ab honeſtate, & dignitate Clericorum ſunt aliena.

2 Primum igitur † macellarij officium exercere non debent Clerici, vt habetur in Clemen. prima, de vit. & honeſt. Cler. nam præter rationes proximè allatas, officium hoc horrorem quendam in ſe habet, & vile eſt, vt dixit Gloſſ. in cit. Clem. in verb. Macellariorum, & Zabarel. & Andr. & DD. ſequuntur.

3 Hoc autem locum habet adeo, † vt ſi munus hoc exerceant, puniuntur; nam ſi nominatim moniti ſint tertiò, id eſt tribus monitionibus, & ab officio non deſiſtant, ita vt ad ipſum deinceps non redeant, vllo tempore, ſi non paruerint, Clerici coniugati omne priuilegium clericale amittũt ipſo facto, & idcirco duplici priuilegio priuantur Canonis, & fori, quæ duo tantum Clerici coniugati habent, c. 1. de Cler. coniug. lib. 6. ſeruatis, quæ à Trident. Synod. ſancita ſunt. Non coniugati vero priuilegium in rebus amittunt, & ſi omnino vt laici incedant, ſcilicet non ferentes tonſuram, neque Clericales veſtes, & priuilegio perſonali carent, quandiu huic muneri operam reddiderint. vt habetur in cit. Clem. 1. & ibi DD. no. Nominatim autem moniti eſſe debent: id quod fit proprijs nominibus, vel æquipolentibus, modò certa perſona appareat, quæ monetur, argumen. l. nominatim, ff. de libe. & poſthu. & ibi DD. vt inquit Innocent. in c. Lateranenſi, de præben. & Zabar. in cit. Clem. num. 10 verſi. Oppono. Item tertiò moniti eſſe debẽt dierum aliquo interuallo interiecto inter vnã monitionem, & aliam, c. ſacro, de ſent. ex. commun. & c. conſtitutionem, eodem lib. 6. & ita Gloſſ. in eadem Clem. in verbo, Tertiò, & DD. communiter ſequuntur. Non igitur ſat erit vnum peremptorium per eãdem Gloſſ. ibi communiter recepr. Hac igitur pęna afficiuntur Clerici, vbi publicè, ac per ſe munus hoc exercẽt; ſi clam, vel per alios eadem pœna puniuntur qua negotiantes.

Quam pœnam patiuntur etiam exempti Clerici, ſi in loco non exempto hoc exerceant, vt inquit Gloſſ. ibi, in verbo, Clericos.

Item locum habet hæc pęna, vel Clericus coniugatus ſit, vel non coniugatus, vt dicitur in cit. Clem.

Excipitur tamen primò, vbi nominatim admoniti non ſunt.

Secundò, vbi nec tertiò moniti ſunt.

Tertiò excipitur, vbi intra tempus ipſis præſcriptum deſiſtũt ab hoc munere. In his enim tribus caſibus prædicti Clerici pœnã euadunt; quandoquidem, quò in pœnam hanc incidant, tria Canon ille poſtulat, vt ibi habetur.

Quartò excipitur, vbi occultè munus hoc exercent, quamuis peccent cum à ſecularib. negotijs ſe abſtinere debeant.

Quintò

Quintò excipitur, vbi alium id facerent; ſtam cit. Clem. prima, pœnam imponit, vbi publicè, & perſonaliter munus hoc exercet, ergo aliàs ſecus atque ſic Gloſſ. colligit ibi, in verbo, Publicè. Atqui vbi per alium id faciunt, an peccent? Planè ſic cùm munus ſeculare exerceant, quod non debent, & ſapit auaritiam, quæ ab Eccleſiaſticis perſonis aliena eſſe debet, atque ſic inquit ibi Gloſſ. in verbo, Publicè. Quare lucrum ad Cameram ſpectabit.

4 Sextò excipitur, † vbi alia ſordida munera Clericus exercet; non enim in hanc pœnam incidit. Tum quod Canon aliorum mẽtionem non facit. Tum quòd ſumus in pœnis ergo, atque ſic inquit Gloſſ. ibi, in verbo Macellariorum, & ſequitur ibi Zabar. quæſtione quarta, & alij, & Diaz. in Pract. Crim. Canon. cap. 64. num. 5. Admoneri tamen debet Clericus ab ordinario, & pœna arbitraria puniri, ſi non deſiſtat, vt inquiunt Diaz. ibidem, & Addit. ad eum, & ſequitur Meno. de arbitr. iudi. libro ſecundo, Cent. quinta, caſ. 412.

Quæ diximus autem de Macellarijs eadẽ aſſerimus de exercentibus publicè, & perſonaliter tabernas, vt habetur in cit. Clem. prima. Addo tamen vnum, quoniam vinum, & bona, quæ à ſuis prædijs Clericus percipit, per alium vẽdere poteſt. Sed de Macellarijs hactenus.

S V M M A.

1 *Ioculatores, & ſcurræ Clerici eſſe non debent.*
2 *Pœna Clerici ioculatoris, ſcurræ vè artem exercentis.*

§. XX.

1 §. Non etiam † Clerici ioculatores, atque ſcurrę eſſe debent, ita habetur in c. vnic. de vit. & honeſt. Cler. libro 6. Alienum enim eſt à dignitate, atque honeſtate Clericorum huiuſmodi functiones exercere. Ioculator autem is dicitur, qui publicè corporis ſui actu delectare alios contendit. Hinc Gloſſ. in cit. c. vnic. in verbo, Ioculatores dixit hoc facere ſpectaculum ſui corporis, ſcurra verò, qui facto, & verbis id facere conatur, ſicut qui in Scenam prodeunt, qui & de iure ciuili infames ſunt, l. 2. §. ait prætor, ff. de ijs, qui not. infam.

2 Pœna verò hac afficiuntur. † Nam ſi per annum eam artem exerceant, ipſo iure ſunt infames: ſi verò breuiori tempore, & moniti non reſipuerint, ipſo iure omni priuilegio Clericali carent, vt dicitur in cit. c. vnic. In Concilio Cartaginenſi relat. in c. Clericum, diſtinct. 46. hæc habentur Clericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio eſſe retrahendum cenſemus.

Ampliatur hoc etiam in Clericis, qui in ſacris ſunt: Tum quòd Canon generaliter loquitur, nec diſtinguit. Tum quòd magis ad ipſos grauitas ſpectat, ex quo in altiori loco collocati ſunt, atque ſic inquiunt DD. plures contra Ioan. Monach. in cita. c. vnic. quos refert, ac ſequitur Diaz. in Prac. Crim. Canon. cap. 68. nu. 3.

Excipitur tamen primò, vt pœnam hanc euadant, vbi in occulto id facerent, vtpotè inter amicos, vel infirmitatis alterius, vel honeſtatis gratia, vt dixit Gloſſ. in eodem c. vnic. in verb. Ioculatores, & Gloſſ. in cit. l. ſecunda, §. fi. in verb. Definit. Quare, qui inter amicos priuatim aliquid huiuſmodi faceret non puniretur....

Poſtremò excipitur, vbi etſi per annum exercuit, non tamen annus continuus fuit; nam pœnam euadet, quandoquidem tẽpus hoc continuum eſſe debet, ita Ioan. Monac. & Ioan. Andr. & Gem. ibi inquiunt, & Diaz. eodem cap. 68. etenim in dubio tempus à lege præſcriptum continuum eſſe debet, ita inquit Gloſſ. in Rubr. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. & Gloſſ. in c. 2. in verb. Per annum, de temp. ord. eodem lib. 6. quam opinionem etiam communiter receptam teſtatur Addi. ad Diaz. eodem capitulo 68. Sed de his hactenus.

S V M M A.

1 *Venationibus illicitis operam dare Clerici non debent.*
2 *Venatio quid ſit.*
3 *Venatio an per ſe licita ſit.*
4 *Venatio quot modis fiat.*
5 *Venatio quando illicita, & quibus.*
6 *Clerici venatoris pœna.*
7 *Venatione captum ſit capientis.*
8 *Aucupijs Clerici operam dare non debent.*
9 *Canes an Clerici habere liceat.*
10 *Piſcari an liceat Clericis.*

§. XXI.

1 §. Non etiam † illicitis venationibus operam dare Clerici debent. Verùm, quò res hæc dilucidior ſit, & ne terminos ignoremus, hæc pręmittenda ſunt. Primùm quid

ſit venatio (ommiſſa venatione, quæ ſit ad homines perdendos, de qua agitur in c. fin. diſtinct. ſexta, & Gloſſ. in c. qui venatoribus, diſtinct. 86. Item & ea, qua quis cum beſtijs in arena pugnat, de qua etiam Gloſſ. eod. agit, vtraque enim hæc omnibus prohibita eſt, vt Gloſſ. inquit ibi) de venatione igitur agimus tantùm, quæ ſit auium, ac ferarum in ſaltibus, & ſiluis. Secundò an per ſe licita. Tertiò quibus modis ſiat. Poſtremò quando illicita.

2 Quoad primum igitur† venatio nil aliud eſt, quàm modus quidam acquirendi dominiũ animantium, quæ natura feræ, & nullius in bonis ſunt vt colligitur ex §. feræ igitur beſtiæ cũ multis ſeq iunct §. ſingulorum, in inſtit. de rerdiuiſ. & l. prima, ff. de acquirend. rer. domin.

3 Quoad ſecundum † huiuſmodi animantium venatio per ſe licita eſt; cum enim fiat animantium, quæ in nullius bonis ſunt, & capientium fiunt, meritò licita eſt de iure gẽt. vt habetur in eodem §. feræ igitur beſtiæ cũ multis ſeq Hinc Couar. in Regu. peccatum, par. ſecunda, §. 8. num. primo, ait hanc venationem iure naturali omnibus eſſe permiſſam. Idem S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. articu. primo ſenſit.

4 Quoad tertium† modi venandi tres ſunt; nam aut animantibus, vtpote canib. & ancipitre fiunt. Aut retibus, arcu, & ſagittis, ſeu alijs armis, & inſtrumentis, vt in venatione ceruorum, luporum, vrſorum, & huiuſmodi. Aut vtroque modo, ſcilicet canibus, & armis.

5 Quoad quartum †illicita per accidens venatio ſit. Idque duobus modis. Aut quoad omnes: aut quoad aliquas perſonas tantũ. Quoad omnes primò prohibitione facta ab habente ad id poteſtaté ex legitima cauſa, vtpote, né quis venetur. Ne quis venetur tẽpore factus animalium, item ne quodam genere armorum vtantur, vt ſclopis; licita eſt enim huiuſmodi prohibitio, vt de magis cõmuni teſtatur Couar. eodem §. 8. nume. primo, quandoquidem illis armis, & eo tempore, ſi venationes fierent tollerentur ipſæ animantes, & expellerentur à territorijs, quod in damnum, & detrimentum locorum redundaret, hacque ratione tam Clerici, quàm laici prohibentur. Secundò ratione temporis, vt in die feſto, & ieiuniorum; nam & laicis his temporibus venatio prohibita eſt, quandoquidem tunc diuinis officijs, & animarũ ſaluti quis ſtudere debet, atque ſic inquit S. Ambroſ. relat. in c. an putatis, diſtinctio. 86. & Gl. in c. qui venatoribus, eadem diſtinct. vbi illicitá ait eſſe venationem ex tempore, vt in Quadrageſima, & diebus ieiuniorum multomagis in diebus feſtis, in quibus de præcepto Miſſæ intereſſe Chriſtiani debent, & ita quoque aſſeruit Couar. eodem §. 8. numero 3. In his igitur caſibus illicita eſt venatio tam laicis, quàm Clericis: in reliquis autem venatio permiſſa eſt.

Secundò illicita eſt venatio habito reſpectu ad perſonas, ſcilicet Eccleſiaſticas, eſto laicis licita ſit, ac permiſſa, ita Zabar. in Clemen. 1. §. porrò, num. 3. de ſtat. monac. De his igitur agendum eſt.

Pro regula igitur habendum eſt Clericos venari non poſſe etiam in caſibus permiſſis laico. Primò ratione modi, ſcilicet cum canibus, vel ancipitre; id enim miniſtris Altaris Dei prohibitum eſt in c. 1. verſ. Canes ne Cler. vel Monac. ibi enim prohibetur miniſtris altaris Dei, & Monacis Canes, & aues alli ad venandum. Idem prohibetur in c. 1. & 2. propoſita pœna, de Cler. venat. Idque ob plures rariones. Primò quod ſeculare munus hoc eſt, á quo ſe abſtinere debent clerici, vt ſæpè diximus, quamobrem prohibitio etiam fuit collocata ſub cit. tit. ne Cleri. vel Monac. Id quod & dixit Zabar. in eodẽ §. porrò, verſ. Quintò not. Secundò, quoniã auocantur à diuinis, quibus aſſidue operam dare debent. Poſtremo, quoniam ſcandalũ præbent ob clamores, & ſtrepitus, qui fiunt, necnon curſus in huiuſmodi venationibus, quamobrem etiam alienum eſt à dignitate, ac grauitate Clericorum. Hæc facit, quod ſi liceret Clericis venari, liceret etiã canes aucipitres, & huiuſmodi ad venandum eis alere; conceſſo enim aliquo, & omne illud conceſſum intelligitur ſine quo conceſſum haberi non poteſt, l. ſecunda, & ibi DD. ff. de iuriſd. om. iud. & fructibus Eccleſiæ non canes alendi, ſed pauperes ſuſtentandi ſunt, vt ſuo loco probauimus, ergo.

Declaratur hæc regula primò, vt locum habeat in quocũque Clerico in ſacris conſtituto, vel Epiſcopus ſit, vt habetur in cit. c. 1. de Cler. ven.

Secundò etiam in minoribus conſtitutis locum habet, vbi beneficium Eccleſiaſtic. habent, & facit c. finale, eodem, de Cleric. venat.

Tertiò locum habet etiam in eo, qui beneficium non habet. An igitur in minoribus conſtitutus, & beneficium non habens venari non poteſt? Hoſtien. & Ioan. And. in cit. c. 1. de Cler. venat. tenent non poſſe; nã aiunt

puniri

puniri pœna arbitraria; non puniretur autem ſi id ei liceret. Hanc opinionem quoque ſequitur Anan.& pro hac opinione facit, c. finale, vbi omnibus ſeruis Dei prohibita eſt venatio; in quorum numero ſunt in minoribus conſtituti. Contrariam opinionem tenet Ant. ſcilicet quòd poſsit, pro cuius opinione facit, quòd in alijs ſecularib. non prohibetur. Tertia opinio fuit Abb. diſtinguentis; nam ipſe ſic diſtinguebat. Aut in minoribus conſtitutus tonſuram dimiſit, & puniri poteſt, ſi venationibus operam dedit. Aut non omiſsit tonſuram, & tunc ſecus. Hanc opinionem improbat, ac rectè Diaz. in Prac. Crim. Canon. cap. 67. Nam ſi venatio Clericis in minoribus eſt licita omiſsio tonſuræ illicitam facere non debet; nam minus offendit non deferens ipſam; quandoquidem laici Clericum eum non exiſtimantes minus ſcandalum patientur. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut hic tonſuram, & habitum clericalem dimiſit, & in hoc caſu venari ei licere concludo; quandoquidem non videtur in eo ſtatu velle viuere, quamobrem etiam ſupra concluſum eſt ſecularia negotia hũc gerere poſſe. Aut nihil eorum omiſsit, & tunc ſecus ſentio ob ſcandalum, quod dat his venationib. operam dando.

Quartò declaratur propoſita concluſio, vt locum habeat multomagis in monacis, ob cita. Clement. prima, §. porrò, de ſtatu. Monach.

Quintò declaratur, vt nec conſuetudine contrarium induci poſsit, ita Hoſtien. quem DD. ſequuntur in cit. c. 2. de cleric. venat. & ſequitur eum Diaz. eodem cap. 67. numero quinto. Primò, quoniam nutrit peccatum, argum. c. Eſau. diſtin. 86. poſtremò quoniam & Eccleſiæ prẹiudicium facit, quòd diuina non fiunt ob venationes.

6 Sextò † ſi contra fiat puniuntur Clerici; nam Epiſcopus tribus menſibus à communione ſuſpenditur: presbyter duobus, ſi Diaconus autem ſit ab omni officio, vt habetur in cit. c. 1. de Cler. ven. Sicut etiam Subdiaconus, vt Hoſtien. & Henric. Boic. ibidem inquiunt: in minoribus verò conſtituti arbitraria pœna puniuntur, vt aſſeruit ibid. Hoſtien. & Ioan. Andr. & Io. de Anan. & Diaz. in Pract. Crim. Canon. cap. 61. numero ſeptimo, & Menoch. de arbit. iud. libro ſecundo, Centu. 5. caſ. 413. numero decimoſeptimo, cum ſeq quæ tamen pœna ipſo facto nõ infertur, ſed ſententia poſtulatur, vt probaui in Tract. meo De Cenſur.

Verum quid ſi diceretur ſuſpenſus ſit, an neceſſaria admonitio erit? DD. in facto affirmatiuo, ideſt vbi lex affirmatiuè loquitur monitionem non requiri inquiunt, quò in pœnam quis incidat, ita Innoc. in c. extirpandæ, de præbend. & Felin. in c. 2. de magiſtr. viden. & Viuin. in ſua Syln. opin. 611. Secus autem, ſi negatiuè lex loquatur; nam negatiuus ſermo non habens tempus non conſtituit omittentem in mora, & dubium eſſe poteſt, an ratione aliqua illud omiſſerit, ſecus autem vbi affirmatiuè; nam vt inquit Inno. eodem non facta latent, facta autẽ ſe manifeſtãt. Hæc doctrina vera eſt, vbi ipſo iure pœna nõ imponitur pœna, vt in ci. c. de cler. ven. at vbi ipſo iure non imponitur, monitio non eſt neceſſaria, vt in pœnã quis incidat, vel nõ factum incertum ſit, ſed requiritur monitio, vt veniat ad ſe defendendum, quare nõ debeat ipſum declarari in pœnam incidiſſe, ac denũciari, quandoquidem ſtatim incidit, vbi nõ parcit, alioquin ipſo iure in facto negatiuo pœna nũquam inferetur, quod abſurdũ eſt, & notandum. His igitur modis regula hæc amplificatur.

Poſtremò amplificatur propoſita regula non ſolùm ratione modi, ſcilicet cum canib. & ancipitre, verùm etiam, etſi nimis frequẽter venationi nõ prohibitæ operã daret. Excipitur tamen primò, vbi Clericus reditus ſuos haberet in venatione; quod enim tunc vtilitatis Eccleſiæ cauſa, & nõ voluptatis venari cenſetur, id ei licet, ita Hoſ. quem refert, ac ſequitur Abb. in cit. c. 1. & c. 2. de de Cler. venat. Sublimitatur tamen in Religioſis per cit. §. porrò. & ibi Gloſſ. in verbo, Perſonam, in fine, nam nec recreationis gratia id eis licet, vnde de communi ſententia teſtatur Addit. ad Diaz. eodem cap. 67. propè finem. Non mihi tamen omnino placet hæc opinio; per alios ergo rectius id fiet.

Secundò excipitur, vbi cauſa famis recuperandæ, & valetudinis id faceret, ita aſſeruit Abb. in cit. c. 1. verſic. Putarem tamen, & c. finali, eodem, & facit, & c. dilectus, de homicid.

Tertiò excipitur, vbi id faceret cauſa voluptatis, & animi recreandi gratia, & rarò; nam etſi Abb. in alleg. c. 1. & c. 2. nolit id fieri etiam cauſa voluptatis, tamen cit. c. 1. ſolùm punit detentum in hac voluptate, & idcirco, qui ſæpius, & nõ, qui rarò, ſic enim dicitur ibi. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpius detentus fuerit. Ecce hìc loqui de eo, qui ſæpius detinetur in hac voluptate venationis, ergo ſecus ſi

rarò

Digitized by Google

tarò; vel cauſa voluptatis venetur. Facit quoque c.primi,diſtinctione 88. & c. quid prodeſt,diſt.86.nam in c.1.Epiſcopus repræhenditur,qui venationibus detentus erat; detentus autem dicitur ille,nō qui tarò. ſed qui aſſiduè alicui rei operam dat.In c.quid prodeſt dicitur.Qui prodeſt ieiunare viſcetibus,& luxuriati venatibus Ecce hìc verbū luxuriari, quo ſignificatur aſſidua, & frequens venatio,& ita quoque ſequitur opinionem hanc Diaz.eodem capitulo ſexageſimoquarto.

Quartò excipitur,ubi neque cane, ne acipitre venatio fit;non enim tunc ita animus auocatur à diuinis. Quare licet Clericis laqueos,vel retia ponere ad feras beſtias capiendas,ſicut etiam ad aues uiſcum, & noctuas,& arcubus,& ſagittis, ita dixit Gloſſ. in uerbo, Venatoribus,diſtinct. 86. & Abb. in cit.c.1.in verb.Quædam eſt venatio, quæ fit cum rete,& Zabat. in citat. Clemen. 1.§. porrò,num.3.

Quintò excipitur,vbi id faceret, quò res ſuas tueatur;exempli gratia contra Apros, Vrſos,Vulpes,& alias feras,quæ conſumūt, & vaſtant,ſegetes,& uineas eius; tunc enim quo ſua tueatur,contra has animātes venari poteſt,quò eas capiat,& occidat, ita Hoſtien.& Anan.in cit.c.1.de Cler. uena.& ita Diaz.eod.cap.64.nn.6.

Sextò excipitur, ſi alijs venantibus ipſe intereſſet;id enim ei licet,ut dixit Addit.ad Diaz.eod. Ego ùerò ſentio id verum eſſe in illis caſibus,in quibus Clericis venari licet.

Septimò in dubio, ſi Clericis venationi operam hae, ex iuſta cauſa id facere exiſtimatur,& hoc ob hanc rationem,quòd delictum in dubijs non præſumitur,l.meritò, ff. pro ſoc.& ita Alex.& alij,quos refert, ac ſequitur Diaz.eodem cap.67.& Addit.ad eū, in fine.Hoc tamen mihi non ſimpliciter placet cum habito reſpectu ad Clericos in genere prohibitorum ſimus, ergo niſi aliud ſuadeat,contra Clericum præſumetur.

7 Poſtremò † excipitur quoad id,quod uenatione captum erit,nō enim ad reſtitutionem tenetur,vt aſſeruit Couar.in Reg.Peccatum,parte ſecunda,§.octauo, numero 2, etſi enim prohibetur venatio Clericis,nō tamen acquiſitio rei factæ ex uenatione.Præterea cauſa reſtituendi pendet à iuſtitia commutatiua,quam tolli neceſſe eſt, quo reſtitutio facienda ſitiat id non contingit hìc; nullum damnum alteri datur cùm feræ beſtiæ in nullius bonis ſint, nec per venationem auſertur alicui,quid quod ſuū ſit, vel debitum, ergo ad reſtitutionem non tenetur, atque ſic aſſeruit Couar.ibid.

8 Quæ autem diximus de venatione † eadem intelligimus eſſe dicta ob eaſdem ra-
9 tiones,& aucupijs;Ex dictis patet† non licere Clericis habere canes,aut acipitres ad uenandum,per cit.c.1.& 2.de cler.ven. Secus autem ſi cuſtodiæ cauſa, vt dixit Gloſſ. in Clem.prima,§.porrò,in verb.Venaticos,de
10 ſtat. monac. † Piſcari autem Clericis licere dubium non eſt exemplo Apoſtolorum,& facit c.nunquam,de conſe.diſtinct quinta,Modo tamen artem illam diebus præſertim ſolemnibus(quibus Eccleſiaſt.officijs intereſſe debent,& inſeruire)non exerceāt, in alijs feſtis permittitur,vbi neceſſitas ſuaderet, ut habetur in c.licet,de fer. Modo etiam nō aſſiduè id exerceant;non enim Apoſtoli poſteaquam gratiam Dei nouerunt, piſcationibus operam dabant aſſiduè, ſed relictis retibus ſecuti ſunt Chriſtum Dominum. Sed de venatione ſatis,ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ludorum ſpecies quot ſint.*
2 *Ludere aleis probibitum eſt Clericis, & quá-obrem,qua regula multis modis declaratur.*
3 *Ludere per alios non poſſunt Clerici.*

§. XXIII.

§ Non etiam Clerici ludere debent illicitis ludis.Verū,ne terminos ignoremus præmittendum eſt, quot ludorum ſpecies
1 ſint.†Tres igitur ludorum ſpecies ſunt;quorum prima nititur fortuna, cuiuſmodi eſt ludus aleæ,ſeu chartarum,necnon taxillorum ideſt Dadi. Altera ſpecies eſt, quæ ingenio, & induſtria,cuiuſmodi eſt ludus ſchacorum, & Caſtelli.& huiuſmodi.Tertia, quæ nititur fortitudine,& agilitate,cuiuſmodi eſt ludus vbi quis vel certat haſta, vel palo iacendo, vel uerrendo,uel ſaliendo,luctādo, pugnando,quod uirtutis gratia fit,vel pila, palmaria,& huiuſmodi,vt habetur in l.ſolent,ff.de de aleat.De quibus ſingulis agendum eſt,& prius de prima.
2 Quoad primam ſpeciem igitur † pro regula habendum eſt Clericis, & Monacis iure Pontificio prohibitum eſſe ludum aleæ, necnon taxillorum, ut habetur in c. penult. de vita,& honeſt. Clerici dicitur enim ibi, ad aleas,& taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint.Ecce hìc apertè haberi

Cle-

Clericos ludis, qui fortuna oituntur ludere non debere. Idem habetur io c. cum inter dilectos, & ibi not. Mar. Socin. ſen. de exceſſ. prælat. & in c. Epiſcopus, diſtinct. trigeſimaquinta. Idqoe meritò. Tum qnod bona conſumuntor, & Deus, ac Sancti blaſphemãtur, vt inquit Iuſtin. in l. fin. C. de relig. & ſumpt. fu. quamobrem multis grauibusque pœnis luſores afficiontur, ſicut id pluribus exemplis declarauit Viu. in ſua Syl. in verbo, Lodus. Hioc & laicis hoiuſmodi ludi prohibiti ſunt, vt habetur in tit. ff. de aleat. & in cita l. fin. omnis enim ludus communi iure prohibitus eſt, qui nititur ſorte, & fortunæ, ita de communi teſtatur Clar. in §. ludus. Tũ quod Clerici alijs forma, atque exemplum viuendi eſſe debent, vt ſenſit Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaſecuoda, de reformat. capitu. 1. Tum quòd à ſecularibus reb. ſe abſtinere habẽt, vt ſupra probauimus, præſertimque cauere, ne ludis bona Eccleſiæ profundant, quæ in pia opera impendenda ſunt; His igitur iuribus, atque rationibus Clerici ab huiuſmo di ludis ſe abſtinere debẽt; nam & Canones citatos Trident. Synod. eod. ſeſſ. vigeſimaſecunda, capit. 1. confirmaoit, & obſeruandos præcepit pœnis ſacrorum Canonum, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis, ſic enim inquit ibi, ſtatuit Saocta Synod. vt quæ aliàs à Summis Pontificibus, & à ſacris Concilijs de Clericorum vita, hooeſtate, cultu, doctrinaque retinenda, ac ſimul de luxu, & com neſſarionibus, choreis, aleis, ludis, à q- buſcunque criminibus, necoon ſecularibus negotijs fugiẽdis copioſè, ac ſalobriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum eiſdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obſeruentur; oec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò io deſoetudinem abijſſe compererint, ea quamprimũ in vſum reuocari, & ab hominibus accuratè cuſtodiri ſtudeant; non obſtantibus conſuetudioibus quibuſcunque oec ſubditorũ neglectæ emendarioois ipſi cõdignas Deo vindice perſoluant. Hæc S. Synod. ex quibus apparent, quæ ſupra diximus.

Hæc autem regula locum habet in omoibus Clericis, qui ordini ſacro initiati ſunt, vt habetur in cit. c. Epiſcopos, diſt. 35.

Secondò locom habet etiam in minorib. conſtitutis, vbi beneficium Eccl. habent, argumen. c. 1. de poſtul. nam huiuſmodi Clerici eodem iure cenſeotur, quo io ordioib. ſacris conſtitoti.

Terriò locum habet, vt nec iotereſſe debeant ipſis ludẽtibus, vt dicitur in cit. c. pen. de vit. & honeſtat. Cleric. & ibi DD. not. & Gloſſ. in c. Epiſcopus, diſt. 35. & Socin. ſen. in cit. c. inter dilectos, nume. 11. de materia lodi pluribus egit.

3 Quartò † nec per alium ludere poſſunt; ſi enim intereſſe ipſis ludis non debent, minus per alios ludere valent, quod grauius eſt, argum. auth. multo magis, C. de ſacroſan. Eccleſ. & ita habetur in Aoth. vt diximus, C. de Epiſc. & Cler. deprompt. ex Auth. de ſanctiſ. Epiſc. ex §. interdicimus. Ac planè, ſi negociari per laicos prohibitum eſt Clericis, id quod licitũ eſt, minus ludere per alios qoeũt his ludis, qui & laicis prohibi ſunt. Hinc DD. & Bar. in auth. interdicimus, C. de Epiſcop. & Cler. inquiunt pœna ſtatutorum impoſita ludenti puniri debere, & ludi participes, quos etiam ſequitur Addit. ad Diaz. in fine, cap. 70. Hinc etiam Fulgoſ. in cit. Auth. interdicimus inquit, qui iurauit ſe non luſorum, periurium eſſe, ſi alteri pecuniam tribuat, quo ſuo nomine ludat, quem ſequitur Auguſt. de Rimin. & Addit. ad Diaz. eodem cap. 70. io fi.

Quintò nec de habitatione, ac menſa accõmodare Clerici luſores poſſunt, ita Diaz, eodem cap. 70. nam. 2. verſ. Clericus. Nam hi cooperantur, adiuuant, ac fanent, quamobrem grauiter peccaot, c. error, diſtin. 83. Hinc l. 1. ff de aleat. multis pœnis afficitur, qui domum huioſmodi luſoribus præbet, & facit tot. tit. de recep. fur.

Poſtremò locom habet hæc regula, vt nec conſuetudine Clerici excuſentur, ita habetur in c. inter dilectos, de exceſſ. prælato, vbi Inuoc. III. improbat conſuetudinem hanc Clericorum ludendi etiam voluptatis cauſa, & Vrbanitatis, ſeu Curialitatis, vt ipſe ait, ergo oec conſuetudine induci poteſt; nã materiam tribuit corrompendi bonos mores, & diſſolutionis, vt ait ibi Summos Pont. & ita oot. Abb. num. 2. & eſt conſoetudo ioducens peccatum, vel reddens homines faciles ad peccandum, c. ex parte, de conſuetud. & ita inquit Abb. io cit. c. peo. de vit. & honeſt. Cler. His igitur modis regula hęc amplificatur.

Excipiuntur tamen primò Clerici iu minoribus conſtituti, qui beneficium Eccl. oõ habent; nam de ipſis eadem ratio eſt, quæ de laicis, & tradidit Abb. communiter recept. in c. Clerici 1. de vit. & honeſt. Cler. & io c. 1. & 2. de poſtul.

Secundò excipitur vbi animi gratia ſecretò, & modicè luderent, quod eoim ſcandalũ non præbetur, quòd quantitas magna non proponitur, & raró id fit, & idcirco ceſſant ratio-

rationes, quamobrem hi ludi prohibiti ſunt ob eam rem excuſantur, ita DD. communiter inquiunt, quandoquidem vnaquæq; parua res excuſat à peccato. Et de hac regula ſatis. Verùm an mortiferè peccent in caſib. ſupradictis? Item an puniantur, & qua pœna. Hic in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Ludentes Clerici aleis, taxillis regulariter peccant.*
2 *Puniri etiam poſſunt pœna arbitraria Clerici ludentes aleis, & huiuſmodi.*

§. XXIII.

1 §. † Peccant autem mortiferè Clerici prædicti, qui aleis, & taxillis ludunt. Tum quod legi Canonicæ non obediunt, quia id eis prohibetur. Tum quòd deponitur quis à beneficio, vbi eſt publicus aleator, c. inter dilectos, de exceſſ. præla. Tum quod in ſacris conſtituti per canones Apoſtolorum iubentur puniri ſi ſit Epiſcopus, presbyter, aut Diaconus: alij verò inferiores communione priuari debent, vt dicitur in c. Epiſcopus, diſtinct. 35. huiuſmodi autem pœnæ non inferuntur niſi pro graui offenſa, argum. c. nõ afferemus, vigeſimaquarta, quæſtione prima, & ita aſſeruit Nauar. in Man. cap. 20 numero 9. Excipiuntur tamen caſus dicti, vbi permittitur, vt ludere queant.

2 Quoad pœnam verò † ſcilicet qua affici Clerici debeant in cit. c. Epiſcopus in Epiſcopo presbytero, ac Diacono pœna non præſcribitur, ſed dicitur ibi, vt damnentur. In alijs, vt Communione priuentur, vbi admoniti deſiſtere nollunt. Quare arbitraria puniri poterunt, quod & Triden. Synod. dixit ſeſſ. vigeſima ſecunda, de reforma. cap. 1. & Addit. ad Diaz. cap. 70. in littera C. in tit. de obtinend. benef. In hoc igitur caſu Iudex rationem habebit frequentiæ ludendi, ſcandali, ſi quod interueniat; bonorum, quæ profuſio fit, ſi diuina intermittantur, & qualitatis perſonarum; nam pro grauitate criminis pœna imponitur, cit. c. non afferamus, vigeſimaquarta quæſtione 1. & ita ſenſit Diaz, eodem cap. 70. num. primo, in fine, & Addit. ad eum in littera C. Hinc luſori ad primerã, & alios ludos prohibitos non poſſe reſignari beneficium curarum reſolutum fuiſſe in Curia recenſet Pariſ. de reſign. benef. lib. 4. quæſt. 3. num. 65. nam aleator indignus eſt, cui beneficium conferatur, etſi eſt publicus ipſo iure collatio nulla eſt, ſi occultus irritanda, cit. c. inter dilectos, vbi Abb. & alij, de exceſſ. prælat. & Pariſ. eadem quæſt. numero 66. cum ſeq. Excipiuntur tamen caſus, in quibus mortiferè non peccatur, quos ſupra recenſuimus. Atqui an ad reſtitutionem Clericus eius, quod ludo acquiſiuit, tenetur? Hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Ludo prohibito acquiſitum à Clerico an reſtitui debeat.*
2 *Ludo ſi quis vinit quidpiam ei, qui dominus non eſt, vel rei adminiſtrationem non habet, reſtituere tenetur.*

§. XXIV.

1 §. Poſtrema quæſt. eſt † an acquiſitum ludo ſupraposito reſtitui debeat à Clerico, & videbatur dicendum ipſum ad reſtitutionem obligari, quoniam, qui amiſsit aliqd ludo, repetere illud poteſt, niſi quinquaginta annorum ſpatio præſcriptum ſit, vt dicitur in l. fin. C. de relig. & ſumpt. fuo. vbi permittitur repeti, & ſi non repetantur ab eo, qui amiſsit, à fiſco iudicantur.

Contrariam opinionem tamen ſequi debemus, ſcilicet quem non teneri ad reſtitutionem eius, quod ludo acquiſiuit, & hoc ob hanc rationem, quod contractu quodam cõditionali acquiſiuit; conuentum enim eſt tacitò inter luſores vt cui alea contigerit vincere, propoſitam pecuniam lucretur, at acquiſitum per pactum reſtituere quis non cogitur, l. prima, §. conuenerit, ff. de pact. c. 1. eodem ergo, atque ſic aſſeruit Couar. de cõmuni Theologorum ſententia in Reg. Peccatum, 2. par. §. 4. numero 1, cum multis ſeq. de reg. iur.

2 Excipitur tamen primò, † vbi quis ludo viciſſet ei, qui vel dominus non eſſet rei amiſſæ (cuiuſmodi eſt ſeruus, & Monachus, necnon filiusfam.) vel ſi dominus, adminiſtrationem bonorum liberam non habet, vt pupilli, qui tutorem habent, & minores, qui curatorem, ſicut etiam furioſi, & ij, quib. curator datus eſt; repeti enim ab his poteſt à patre, vel domino, vt dicitur in l. final. ff. de aleat. Et ob eam rationem à tutore, vel curatore, & à Prælato, & etiam à marito, ſi vxor luſit, & ita quoque dixit Abb. in c. penul. de vit. & honeſt. cler. num. 13. Idque meritò ex quo enim prædicti dominium pecuniæ non habebant, non potuerunt in alios illud transferre, c. nemo poteſt, de reg. iur. & idcirco ipſis dominis, & adminiſtratoribus reſtituenda

tuenda

tuenda eſt,ita Gloſſ.& DD.in cit.c.penul.de vit.& honeſtat.cler. & de communi teſtatur Viu.in ſua Sylu.opin.468.Immo pœna furti tenentur,qui pecuniam ab ipſis habēt tanquam accipientes aliena,argum.l. ſeruus cuiuſdam.ff.de cond.indeb.vbi tex.not.ſecundum Bald.in Rubric.C.de donatio.ob turp. cauſ.

Atqui an è cōtrario,qui cum his luſerūt, & euictum aliquid ipſis fuit, repetere poſſunt? Videbatur poſſe iuxta ti.ff.quod quiſque iur.ſicut enim reperi amiſſum ab eis valet;ergo & alij repetere ab his poterunt, & hanc opinionem ſequitur Alphonſ. à Caſtr. eodem § quarto,nu.quarto,verſ. Decimo; nam ait eum,qui liberam bonorum adminiſtrationem non habet,teneri ad reſtitutionem eius,quod ludo acquiſiuit ab eo,qui liberam adminiſtrationem habebat.

Contrariam opinionem autem ſequi debemus,ſcilicet non teneri hos ad reſtitutionem. Nam & ſi prædicti alienare bona parētum, & dominorum nequeūt vel ſine auctoritate eorum,vt tutorum, & curatorum; acquirere tamē ſine eorūdem auctoritate ab alijs poſſunt,vt habetur in Inſt.de auctorit. tut.in prin.& in § pupillus eod. De inutil. ſtipul.vbi etſi pupillus ſine tutoris auctoritate alienare non poteſt, ſecus tamē quoad acquirendum eſſe ibi dicitur. Non eſt igitur abſurdum diuerſum ſtatui in his luſoribus, quandoquidē diuerſa ratio in ipſis eſt; quippe,quia ipſi domini ſunt,& liberam bonorū adminiſtrationem habent,& ideirco de ipſis diſponere ad arbitrium queunt,§ per traditionem,in Inſti.de rer.diuiſ.& l.in re mandata,C.man.illi verò vel non ſunt domini, vel liberam bonorum adminiſtrationem nō habent.Quamobrem etiam ceſſat ratio contraria tit.ff quod quiſque iur.cum cōſenſus vtriuſque partis hic interuenerit. Non igitur reperi,recuperarivè poſſunt à parentib. vel à dominis prædictorum,quæ liberi, ſeruivè eis vicerunt. Non obſtat etiam cit.l. ſin.quandoquidem vſu cæpta non eſt quoad reſtitutionem.Excipitur tamen, vbi quis luſit cum eis, qui adminiſtrationem bonorum non habebant,vel domini non erant,& cùm eos ipſi colluſores non nocerēt, interrogarunt,an eſſent tales,qui non haberent adminiſtrationem rerum ſuarum, & falsò aſſeruerunt ſe eſſe dominos;quod enim fraus,& dolus nemini prodeſſe debet,c.ex tenore, de reſcri.in hoc caſu ad reſtitutionem tenētur, & facit l.2.& 3.C.ſi min.maior. ſe dixerit. Hæc tamen opinio mihi non placet cum in præiudicium patris,& domini id vertatur. Quare ſibi tribuant,qui debebant eſſe ignari eius, quo cum luſerunt. Nec repugnant allegat ſupra;nam locum habent in præiudicium decipientis,& non alterius,vt in caſu noſtro.

Excipitur autem,vbi modicum quid à filiofam. viciſſet,vel à Monacho, vel ab vxore,vel ſeruo;nam veriſimile eſt dominos id permiſſuros eſſe;ad hoc enim reſtituendum non tenebitur.Et in hac quæſtione ſic cōcludendum cenſeo.

Secundò excipitur in primis, vt ad reſtitutionem teneatur, qui ludo quidpiam acquiſiuit,vbi fraude, ac dolo in ludo nō permiſſo lucratus eſt,vtpote falſis cartis, vel taxillis;in hoc enim caſu ad reſtitutionem tenebitur,atque ſic de communi ſententia teſtatur Paris de Puteo in tract.de ludo,numero 27.quem refert, ac ſequitur Viu. in ſua Sylu.opin.168.num.13.

Tertiò excipitur, vbi vi,ac metu,& opprobrijs induxit quis quempiam ad ludendum qui niſi luderet, & abiectus exiſtimaretur; in hoc enim caſu etiam ad reſtitutionem is tenetur,ita dicit S.Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt.trigeſimaſecunda,artic.ſeptimo,ad 2. atque Caiet.ibi ſequitur,& Sot. libro quarto,quæſtione quarta,artic.2.de iuſt. & iur.& Viui.vbi de communi ſententia teſtatur in cit.opin.168.numero decimoquinto, & Nauar.in Man.cap.vigeſimo,numero decimotertio.Nam nec pactum de non recedendo à ludo niſi amiſſa certa quantitate pecuniæ valere DD.communiter concludunt, vt inquit ibidem Viu.eodem numero decimoſexto.Tenetur igitur hic ad reſtitutionem;nam tamen ſi vincit is,qui vi,metu,dolovè inductus luſit,ita Viu. ibidem de ſententia plurium Theologorum,& Guid.Pap.quæſtione 581.& de ſententia Innoc.in c. quia pleriq; de immun.Eccl.de reſtitutione autem hac agunt Abb.ac DD.in c.pen.de vit.& honeſt. cler.Sed de hac materia,ſeu de prima ſpecie ludi ſatis.

Quæ diximus autem de ludo alearum, & taxillorum,de omnibus alijs ludis,qui à fortuna pendent,dicta eſſe volumus; ad aliam ſpeciem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ludi,qui ingenio nituntur, vt ludus ſcaccorum, caſtelli, & huiuſmodi Clericis prohibiti non ſunt quibuſdam ſeruatis.*

§. XXV.

§. Secuoda ſpecies ludi eſt eorum, qui in-
genio nituntur, cuiuſmodi eſt ſcaccorũ
1 ludus, necnon caſtelli, & huiuſmodi. † Hi
ergo ludi Clericis prohibiti non ſunt, ita di
xit de ludo ſcaccorum, Abb. in c. pen. nume
ro quarto, de vit. & honeſt. Cler. vbi de com
muni ſeutentia teſtatur: ſicut etiam Viu. in
ſua Sylu. opin. 467. Idem Gloſſ. in Authent.
interdicimus, in verb. Ad tabulas, C. de epi-
ſcop. & Cler. & Clar. in § ludus, nume. 3. ver
ſicu. Quæro nunquid. Idque meritò; Tum
quòd ludus alearum, & taxillorum, & alij,
qui fortuna nituntur, prohibiti tantum Cle-
ricis ſunt, vt habetur in eodem c. peu. de vi.
& honeſt. cler. ergo ſecus de alijs dicendum
eſt; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt,
c. nonne, de præſumpt. & l. cum prætor, ff. de
iud. Tum quod ludi ſcaccorum, & huiuſmo
di ingenij experiundi gratia; at omnis lu-
dus, qui virtutes experiendæ gratia fit per-
miſsis eſt, l. ſoleut, ff. de aleat. ergo.

Clerici ergo his ludis ludere poterunt, ſer
uatis tamen vltra dolum & fraudem his. Pri
mùm ne his ludis ad lucrum Clerici vtãtur;
recreandi enim gratia ludi iuueuti ſunt, &
idcirco non magnam quantitatem pecuniæ
ludere debent; nam Iuſtinianus in l. fi. C. de
relig. & ſump. fun. etſi ludos hoſce permiſsit
non tamen vltra ſolidum ludi voluit. Præte-
rea (ne ſcandalum dent, periculumque ani-
marum ſubrãt) nec in ædibus laicorum, nec
in publico, nec cum perſonis vilibus, atque
infamibus, & minus cum mulieribus ludere
debent. Poſtremò rarò, & breui tempore in
his ludis verſari habent, vt id pluribus aſſe
ruit Viu. eadem opin. 467.

Quæ diximus autem de reſtitutione fa-
cienda in antecedenti ſpecie, ob eaſdem ra-
tiones, & hic dicta eſſe volumus, ad tertiam
ſpeciem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ludi, qui corporis fortitudine inprimis nituntur, an permiſsi ſint Clericis.*
2 *Citaram pulſare, necnon ſaltare, an Clerici poſſint.*
3 *Ludum niuis Clerici vitare debent.*

§. XXVI.

§. Poſtrema ſpecies ludorum eſt eorum,
qui corporis fortitudine inprimis nitun
tur, cuiuſmodi ſunt hi ſcilicet ſi quis certet
haſta, vel pilo iacendo, vel currendo, ſalien-
do, luctando, pugnando, & huiuſmodi, vt ha
betur in l. 2. & 3. ff. de aleat. Sicut etiam de
ludo pilæ palmariæ, vel maioris, quæ dicitur
Pallone.

1 Hi autem ludi, † etſi laicis permiſsi ſunt,
(virtutis enim cauſa fiunt, vt ait Iureconſul.
in cit. l. 2. & Clar. in §. ludus, num. 4. verſicu.
Item quæro; nam vbi agilitas corporis ver-
ſatur, ludus licitus eſt) habito tamen reſpe-
ctu ad clericos, qui à ſecularibus remoti eſ-
ſe debent, ob honoris grauitatem, & digni-
tatem, ab hiſce abſtinere, vel ſaltem ſecretò,
2 & in ſuis ædibus hæc facere debeat. † Sicut
etiam citaram pulſare, & ſaltare, vt dixit
Abb. in c. cum decorrm, de vit. & honeſtat.
cler. & Viu. io ſua Sylu. opin. 467. num. 3. ver
ſicu. & hinc eſt. Epiſcopus ergo, cùm ſuam
diœceſim viſet, an clerici ab his ſe abſtineãt,
diligenter animaduertet. Sed de ludis, qui
3 factis fiunt hactenus. † Si illud addiderimus
& ludum niuis clericis prohibitum eſſe; nam
eſt ludus ooxius, & idcirco ſi quis clericum
percutiat, & ſanguis emittatur in excommu
nicationem incidit Canonis, c. ſi quis ſua-
dente diabolo, decimaſeptima quæſtione
quarta, vt ait Calder. in conſ. 39. aliàs 7. de
ſeut. excommu. & Tuſch. in littera L. conclu
ſione 457. Multomagis agitationes tauro-
rum, & aliorum animalium, necnon tornea-
menta, de quibus habetur in Bulla Pij Quin
ti, ſupra poſita: & in titu. de torneam. & nos
ſupra agimus.

S V M M A.

1 *Mulieres ſuſpectas domi Clerici habere non debent.*
2 *Mulieres, an in dubio pro ſuſpenſis habeantur.*

§. XXVII.

§. Poſtremò de modo viuendi Clericorum
cum habitu reſpectu ad ſe, tum ad ſuam
familiam agendum eſt.

1 Primùm igitur clerici † molieres ſuſpe-
ctas domi habere non debent, vt habetur in
c. 1. de cohab. cler. & mul. & diſtinct. 81. per
totam, & c. 1. diſtinct. 34. & c. interdixit, cum
ſeq. diſtinctio. trigeſimaſecunda, & Berta-
chin. de Epiſcop. par. prima, libro quarto,
numero 6.

Ampliatur hæc regula, vt locum habeat
etiam in ijs, quæ ipſis neceſsitudine coniun
ctæ ſunt, modò ſuſpectæ ſint, vt dicitur in ci
ta. c. 1.

An

An igitur licet clericis domi habere matrem, aut ſororem, aut amitam? Quod liceat, habetur in cit. c. interdixit, diſtinct. 32. vbi prohibitum eſt habere mulieres, excepta tamen matre, & ſorore, & amita. Idem habetur in c. volumus, diſtinct. 81. vbi excipiũtur mater, & ſoror, & in c. cum omnibus, ead. diſtinct. Excipiuntur mater, auia, matertera, amita, ſoror, filiæ, fratrum, vel ſororum, & vxores filiorũ. Et ratio ſuadere id videtur, quoniam naturale fœdus, quod eſt inter has perſonas, nihil mali ſuſpicari de his permittit, vt dixit Innocen. III. in c. à nobis, de cohabit. cler.

Contrarium tamen ſuadere videtur cita. c. 1. eodem, vbi per ipſum prohibetur clericis vllas habere mulieres domi, quas Canones concedunt; & hoc ob eam rationẽ, quoniam inſtigante diabolo, & in illis ſciẽtibus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem. Hæc ibi.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo cum Gloſſ. Aut prædictę mulieres ſuſpectę ſunt per ſe, vel ob eas, quæ ſecum ſunt; & in hoc caſu locum habet. cit. c. 1. nam principium legis eſt procœmiũ quoddam, quod totam rem declarat, l. fina. ff. de hæred. inſtit. & vna pars legis aliã declarat, & antecedentia, conſequentia iurib. vulgaribus, at in initio cit. c. 1. prohibitio generalis proponitur, vt nullus Sacerdos fœminas retineat, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, ergo & de permiſſis à Canone agitur, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt; vbi enim eadem ratio eſt, ibi eadem iuris diſpoſitio legis eſſe debet, l. Titio, ff. de furt. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Vel igitur conſanguineæ ſint cum clericis habitare non debent, vbi ſuſpectæ ſunt.

Aut non ſunt ſuſpectæ, & ſuſpitio eſſe nõ poteſt talis de mulieribus, quæ coniunctæ ſunt: & in hoc caſu priores Canones locum habebunt, & prior opinio, atque ſic concluſit Gloſſ. in cit. c. 1. in verb. Canones, quam DD. communiter ſequũtur, vt teſtatur Abb. numero ſecundo. Regula igitur propoſita amplificatur etiam in neceſſitudine aliqua coniunctis, vbi ſcilicet ſuſpectæ ſunt, ſecus ergo, vbi non ſuſpectæ.

2 Verùm † an in dubio ſuſpectæ mulieres exiſtimabuntur? In hoc caſu etiam diſtinguendum eſt. Aut ſunt mulieres coniunctę, aut conſanguineæ, aut affines, & hæc mulieres ipſo iure ſuſpectæ non exiſtimantur; & hoc ob hanc rationem. quoniam vt inquit Innoc. III. in cit. c. à nobis, de cohab. cler. & mul. naturale fœdus, quod in ipſis habetur, nihil permittit ſceleris in eis ſuſpicari. Niſi ergo aliud ſit, & probetur, vtpote alij clerici non coniuncti cum coniunctis habitant, quo caſu ſuſpicio intercedit, & ſenſit Abb. in cit. c. 1. nu. ſecundo, ſuſpectæ non exiſtimabuntur. Et idcirco ſine licentia Epiſcopi huiuſmodi mulieres non ſuſpectæ domi haberi poterunt; ex quo à Canone licẽtiam habẽt; nam fruſtra petimus à Principe, quod habemus à lege, l. 1. ff. ad municip. Aut non ſunt coniunctæ, & in hoc caſu ſuſpectę præſumuntur, argum. cit. c. 1. à nobis, à contrario ſenſu, quod argumentum validiſſimum eſt, l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius. Si enim in coniunctis naturale fœdus nihil ſceleris permittit ſuſpicari; ergo ſecus, vbi naturale fœdus non intercedit, etenim quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. Quare in hoc caſu vbi pro famula mulierem non coniunctam habere vellet, vel pro ſe, vel pro matre, vel ſororibus, licentiam ab Epiſcopo impetrare debebit. Qui habito reſpectu ætatis clerici, & mulieris, necnõ formæ arbitrabitur, an permittenda ſit, necne, cùm id iure cautum non ſit, argum. l. 1. ff. de iur. deliber. & c. de cauſis. de off. deleg. De regularibus autem quid iuris iud. Capel. Tholoſ. deciſ. 438. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Cibo, & potu nimio Clerici vti non debent.*
2 *Inuitari ad bibendum Clerici non debent.*
3 *Prandium à Clericis benedici debet.*
4 *Lectio ſacra haberi debet à Clericis dum commeditur.*
5 *Ebrietas an peccatum mortale ſit.*
6 *Ebrius Clericus ſi delictum committat an puniatur.*
7 *Ebrius Clericus ſi hominem occidat, mutilet vè an irregularis fiat.*

§. XXVII.

1 Secundò † clerici à nimio cibo, & potu ſe abſtinere debent; à crapula, & ebrietate (dicitur enim à crapula, de vit. & honeſtat. cler.) omnes Clerici diligenter abſtineant. Idque meritò, nam vt ibidem Innoc. III. ait ebrietas, & mentis inducit exilium, & libidinis prouocat incẽtiuum, id eſt vſum rationis tollit, & ad libidinem excitat, atq; ſic not. Abb. ibi. Idem inquit Apoſtol. relat. in c. vinolentum, diſtinct. trigeſimaquinta. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria ait ibi. Idem dicitur in c. fin. eadem diſtinctio.

Ante omnia, habetur in eo loco, clericis ve-
tatur ebrietas, quæ omniũ vitiorũ fomes, ac
nutrix eſt; itaque eum, quem ebrium fuiſſe
cõſtiterit, vt ordo patitur, ante triginta die-
rũ ſpatio à cõione ſubmoueatur, aut corpo-
rali ſubdatur ſupplicio. Ecce hic haberi, quę
damna ebrietas afferat; & qua pœna ebrius
afficiatur antiquo iure. Hinc ebrietas in fi-
lijs Loth inceſti cauſa fuit, vt habetur in Ge-
neſ. cap. 19. & refertur in c. ſextò die, eadem
diſtinct. trigeſimaquinta. In qua diſt. tot. de
damnis ebrietatis agitur, ſicut etiam de ni-
mio cibo in diſtinctio. 44. vid. vbi de menſis
clericorum agitur. Non ergo clerici vino ſe
vinci pati debent, nec enim nimio cibo im-
2 pleri. † Hinc nec inuitari ad bibendum cle-
rici debent, eſto vrbanitatis gratia id fiat;
hoc enim in c. nullus presbyterorum, diſtin.
quadrageſimaquarta. Hinc & iure antiquo,
ne vltra tertiam vicem biberent clerici, in
Concilio Nanetenſi cautum fuit, vt refertur
in c. quando, diſtinct. quadrageſimaquarta.
3 † Hinc cautum, vt prandium prius benedi-
4 catur, † & dum commeditur, lectio ſacra ha
beatur, ac deinceps à Cęna gratiæ Deo agã-
tur, vt habetur in cit. c. quando, & in c. non li
ceat, & in c. pro reuerentia, & in c. conuiuia,
eadem diſtinct. quadrageſimaquarta. Qua-
re vt nuptiarũ conuiuia vitent in Agathenſi
Concilio cautum, c. presbyteri, diſtinc. qua-
drageſimaquarta, & in c. conuiuijs, quæ cele
brantur à Sacerdotibus, aut mortuorum, vt
modeſtè ſe gerant inquit cit. c. nullus preſ-
byterorum, diſtinct quadrageſimquarta, &
de conſe. diſt. 5.

Verùm an mortiferè peccet, ſi quis ebrius
fiat? Item ſi delictum committat clericus, v-
bi ebrius eſt, an puniri debeat? Poſtremò
an fiat irregularis, ſi quem occidat, aut
mutilet?

5 Quoad primam quæſtionem † videbatur
dicendum ipſum mortiferè peccare; quan-
doquidem non obedit Canoni, cit. c. à crapu
la, quo mandatur clericis, vt ab ebrietate, &
crapula ſe abſtineant, ergo mortiferè pec-
cat, c. 2. de maior. & obed. vbi qui venit con
tra Decretum Epiſcopi, mandatur eijci ab
Eccleſia, & anathematizari; at quis huiuſmo
di pœnis non afficitur, niſi pro mortifero
peccato, c. nemo, & c. nullus Epiſcopus, vn-
decima quæſt. tertia, facit quoque, c. vnum
horarium, §. multa ſunt, verſ. Et quamuis A-
poſtolus ibi. Et ebrietas aſſidua ſit, diſtin-
ctio. 25. vbi ebrietas inter capitalia peccata
numeratur.

Contrariam opinionem tamen ſequitur
Abb. in cit. c. crapula, num. 2. ſcilicet vt pec-
catum mortale non ſit. Et hoc per cit. verſic.
Et ebrietas; nam inter peccata capitalia nu
meratur, vbi eſt aſſidua; ergo aliàs ſecus, ſi
non ſit aſſidua.

Quod igitur concludendum? Pro regula
pono, vbi nouit clericus potum eſſe inordi-
natum, & ebrium ipſum redditurum, & ta-
men bibit, hũc mortiferè peccare. Nam per
ipſam ebrietatem volens, & ſciens priuat ſe
vſu rationis, quo ſecundum rationem quis
operatur; & peccata vitat, quæ cum grauis
iactura ſit, ob eam rem mortiferè peccat, at-
que ſic aſſeruit S. Thom. ſecunda ſecundæ
quæſtione 150. artic. 2. in reſp. Et quoniam,
qui ſæpè ebrius fit, cenſetur velle ebriũ fieri,
cùm ſciat vinum ebriũ eũ reddere; & tamen
non ſe abſtinet, ob eam rem & hic mortiferè
peccat, ita inquit S. Thom. eodem articu. in
reſp. ad 1. & in vtroque caſu Caiet. ibidem,
& in hanc ſententiam accipitur, c. vnum ho-
rarium, verſic. Et ebrietas aſſidua ſit. In hoc
igitur caſu prior ſententia locum habebit.
Et quòd mortiferè peccet ex pœnis etiã col
ligitur, quibus clericus ebrius efficitur in c.
fin. diſtin. trigeſimaquinta, & in c. ſi Epiſco-
pus, eadem diſtinct. & in c. à crapula, de vit.
& honeſt. cler. de quibus Diaz. in ſua Pract.
Crimin. Canon. capitulo 77. & Addit. ad
eum, vbi damna etiam ebrietatis recenſet.

Excipitur tamen, vbi non nouit potum
eſſe nimium, & poſſe eum ebrium reddere;
tunc enim quòd culpa vacat, ob eam rem,
nec peccat, ita S. Thom. eodem art. 2. in reſp.
Quare, qui ignorat vires vini, & potum eſſe
immoderatum, non peccat, ſi ebrius fiat, &
ob hanc rationem exiſtimatur. Noe ebrium
factum eſſe, vt habetur Geneſ. cap. 9. & non
peccaſſe. Multominus peccat, ſi deceptus
fuit ab aliquo, qui vel ſal, vel quid aliud vi-
no miſcuit, quò ebrium eum redderet; etſi
enim decipiens peccat, non tamen deceptus
ob probabilem ignorantiam.

Secundò, vbi nouit potum eſſe immode-
ratum; non exiſtimat tamen ſe ebrium red-
di poſſe, vtpote quia alias immoderatè bi-
bit; & ebrius factus non eſt; in hoc enim ca-
ſu leuiter peccat, ſi ebrius fiat, ita S. Thom.
ibidem, & in hoc caſu ſententia Abb. locum
habebit. Et de quæſt hac ſatis.

Quoad ſecundam quæſtionem † an ſi, vbi
6 ebrius factus eſt, delictum committat, pu-
niri poſſit. In hoc caſu ſic diſtinguendũ eſt.
Aut peccauit mortiferè, & in hoc caſu, quo-
niam non culpa vacat, ob eam rem non ex-
cuſatur, vt aſſeruit S. Thom. eadem quæſtio.
150. art. 4. & de communi ſententia teſtatur
Clar. in Pract. Crim. §. fin. quæſt. 60. verſicu.

Præ

Præterea quæro. Verũ quod dolus nõ adeſt, ob eam rem non pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria punitur, ita Clar. ibidem. Culpa antem non interuenit in ipſo delicto faciendo poſt ebrietatem, ſed ob antecedentem, ſcilicet, quia ebrium ſe eſſe voluit. Hinc clerici per ebrietatem Euchariſtiam vomentes ſeptuaginta diebus, Epiſcopi nonaginta, laicus quadraginta pœnitentiam agunt, c. ſi quis presbyterum, de conſ. diſtinc. ſecunda. Et quoniam pœnitentiæ qualitas non præſcribitur, ob eam rem in arbitrio iudicis id collocatum eſt, ita Diaz. in Pract. crim. Can. quem refert, ac ſequitur Menoch. de arbitr. iud. libro 2. Cent. 5. caſ. 405. Aut non mortiferè peccauit, & culpa vacat, & in hoc caſu pœnam non meretur, quãuis, vt inquit Clar. ibidem non facilè in foro exteriori impunè abeat. Et de hac q. ſatis

7 Quoad tertiam quęſtionem, † an ob homicidium, mutilationemvè commiſſa inebrietate irregularis fiat? Hanc quæſt. in Tracta. meo De Irregular. cap. vigeſimoquinto, pluribus explicaui, quæ igitur huc pertinẽt, illinc ſumantur. Sed de ebrietate hactenus, ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Tabernas frequentare Clerici non debent.*
2 *Tabernas Clerici habere non debent.*

§. XXIX.

1 §. † Tertiò Clerici tabernas frequentare non debent, ita habetur in c. non oportet, & in duobus ſeq. diſtinc. quadrageſimaquarta, & in c. Clerici pen. de vit. & honeſta. cler. & nouiſſimè apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. Idque meritò, in illis enim locis perſonę minus honeſtę ſæpius sũt, & cibo, ac potu animus facillimè relaxatur. Pœna verò quod illis iuribus impoſita non eſt, in arbitrio iudicis eſt collocata habito reſpectu ad frequentiam, & qualitatem perſonæ, & ſcandalum, ita Diaz. in Pract. Crim. Can. cap. 77. num. 3. A communione itidem excludi debent, vt habetur in Canonib. Apoſtolorum 63. vt refert Addit. ad Diaz. eod. cap. 77.

Excipitur tamẽ cauſa neceſſitatis, vtpotè vbi peregrè proficiſcuntur; quod enim domum redire nequeunt, ob eam rem diuertere ad tabernas queunt, ita habetur in cit. c. non oportet cum duob. ſeq. & ita Diaz. eod. cap. 77.

2 Mimus etiam † tabernas habere eis licet; ſi enim eas ingredi prohibentur, multomagis in ipſis miniſtrare alijs vetantur, vt dicitur in c. nulli clerico, diſtinct. quadrageſimaquarta, & ita etiam ſupra aſſeruimus; sũt enim hæc ſurdida munera, ac ſecularia, alioquin clericus aut ceſſet, aut deponatur, vt ibi dicitur. Etenim caupones de genere prohibitorium ſunt, l. 1. §. 1. ff. naut. caup. & ſtab. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Choreis intereſſe Clerici non debent.*
2 *Spectaculis, ac ſcenis intereſſe non debent.*
3 *Laruati neque etiam incedere.*
4 *Sanctorum facta an referri poſſint.*
5 *Fideiubere Clerici an debeant.*

§. XXX.

1 §. Quartò † Choreis intereſſe clerici non debent, ita habetur apud Trid. Synod. capitu. 12. de reformat. ſeſſ. vigeſimaquarta. Tum quòd à grauitate Eccl. id alienum eſt. Tum quod mulierum aſpectu animi labefactantur; aſpectus enim mulieris, & fulgor auri hominem corrumpunt, vt inquit Solomon, & facit c. presbyteri, diſt. 34.

2 Quintò † Mimis, Ioculatorib. & Hiſtrionibus non intendant, vt dicitur in cit. c. pen. de vit. & honeſt. cler. & c. non oportet, de cõſec. diſt. quinta, & in cit. c. presbyteri, diſtin. trigeſimaquarta. Non ergo, dicitur ibi, cœtibus miſceantur clerici, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obſceni motus corporum choreis, & ſaltationibus referuntur, & redditur ibi ratio hæc. Ne auditus, aut obtutus ſacris miſterijs deputati turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur, ita inquit Agathenſe Concilium. Idem cautum fuit in Concilio Laudicẽſi relat. in cit. c. non oportet; Non oportet dicitur enim ibi, miniſtros altaris Dei, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, qui aut in nuptijs, aut in ſcenis exhibentur, intereſſe; ſed antequam Thimelici ingrediantur, ſurgere eos de cõuiuio, & abire. Thimeclius autem dicitur Citharedus, & Tibicen. Ex his apparet clericos intereſſe non debere comędijs, ac ſpectaculis, quæ fiunt publicè ab Hiſtrionibus, & huiuſmodi, nec permitti corã ſe hæc, & alia huiuſmodi fieri, vt laruas c. nullus presbyterorum, de conſec. diſtinctio. quinta, & c. cùm decorem, de vit. & honeſt. Cleric.

3 Quintò † nec laruati clerici incedere debent,

Digitized by Google

bent, ita cautum eſt ibi per Concilium Maſtenſe. Quare minus de habitu monaci, vel religioſi accommodare debent Hiſtriones, & huiuſmodi, dum comædias agunt, vt dixit Gloſſ. in cit. c. cum decoré: minus permittere, vt hæc in Eccleſi. fiant, per citat. c. cum decorem.

4 Atqui † an referri poſſunt facta Sanctorũ in Eccleſijs, & locis pijs? Planè ſic, ita inquit Gloſſ. & DD. in cit. c. cum decoré. Hinc ſingulis annis Præſepe Domini, vel Cœna, vel Sepulchrum reformatur, & in die feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti multa referuntur varijs modis. Hæc igitur poterunt fieri, quamuis non antea recitari debeant, quam ab Epiſcopo probata ſint, ne quid referatur quod contra pietatem, & bonos mores ſit, vel ſcandalum generet, quòd ſæpius contingit.

5 Sextò † Clerici nec fideiubere debent, c. 1. de fideiuſſ. & in c. te quidem, vndecima quæſtione prima, & hoc ne neceſſe habeant ſecularibus negotijs ſe immiſcere; præterquam quòd cum periculo eſt, & detrimento rerũ. Hinc Salomon conſulebat, ne temerè quis fideiuberet; nam capitu. 17. Prouerb. inquit, Stultus homo plaudet manibus ſuis, cùm ſpoponderit pro amico ſuo, & capit. vigeſimoſecundo, ait, Noli eſſe cum ijs, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt ꝓ debitis, & ita Lup. cap. naufraganti, de vſur. Comment. tertio, § primo, numero vigeſimo, nulla ad id pertinentia refert.

Excipitur tamen, vbi neceſſitas eſſet; tũc enim ex pietate tenentur, c. non ſatis, diſtinctio octuageſimaſexta, & ita Gloſſ. in eod. c. te quidem.

Secundò Clerici pro ſuis Eccleſijs etiam.

Tertiò etiam pro alio Clerico, ita Gloſſ. eodem.

Valet tamen fideiuſſio, & quacunque fideiuſſione facta à clericis obligantur ipſi, & ſua bona patrimonialia, & quaſi, non autem bona Eccleſiæ, ita DD. in cit. c. 1. de fideiuſſ. Sed iam ad Clericos, qui beneficium Eccleſiaſticum habent ſine animarum cura, vel penſiones tranſeamus.

De Gubernatione Clericorum ſecularium, qui penſiones, beneficiumvè Eccleſiaſticum ſine cura animarum habent, effectu per ſe, atque decimo poteſtati, atque officij Epiſcopi. Cap. XIV.

SVMMA.

1 *Munera, quæ obire debet, qui beneficium ſimplex retinet.*

2 *Miſſas celebrare habens per alium id facere poteſt.*

3 *Miſſam celebrare habens ſingulis diebus, an cogatur ipſe eam celebrare.*

4 *Obligatus ad celebrandam aliquam miſſam ſingulis diebus de aliquo ſancto, an ad eam celebrandam teneatur.*

5 *Reſidere beneficium ſimplex habens non tenetur.*

TErtiò agendum eſt de Clericis ſecularibus, qui penſiones beneficiavè Eccleſiaſtica ſine cura animarum habent eo ordine adhibito, quem hucuſq; adhibuimus, præmiſſo tamen prius, iure antiquo exploſo, hodie requiri ætatẽ quatuordecim annorum per Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de reformat. cap. 6. vt quis capax ſit horum beneficiorum.

1 Primùm igitur, † ea omnia facere, & ab ijs omnibus ſe abſtinere debent, quæ laicos facere, & à quibus eoſdem ſe abſtinere debere, ſupra probauimus.

Secundò, quæ de Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis (exceptis quibuſdam) necnon, quæ de ſacros ordines habentibus aſſeruimus, eadem & de his dicimus, & aſſerimus ob eaſdem rationes, & multomagis.

Tertiò hæc (quæ propria ipſorum ſunt) agere debent.

2 Primùm † ſi Clericus ob beneficium miſſas aliquas in menſem, vel hebdomadam celebrare habet, hoc exequi debebit; ex quo enim onus hoc annexum eſt ipſi beneficio, meritò cum ipſo tranſit c. ex litteris, de pignor. Poteſt tamen & per alios ea munera obire; qui enim per alium facit, ipſe facere videtur, l. 1. § deieciſſe, ff. de vi, & vi arm. niſi aliàs cautum eſſet in conſtitutione Eccleſiæ, eiusvè dotatione; tunc enim per ſe id debet. Quare in hoc caſu intra annũ ſacerdotium ſuſcipe-

Digitized by Google

ſuſcipere debet, iuxta c. licet Canō, de elect.
lib. 6. alioquin priuandus eſt, ita Lambertin.
de iurepatro. libro ſecundo, parte prima, ar
tic. 27. quem refert, ac ſequitur Fuſch. de Vi
ſit. Eccl. lib. ſecundo, cap. 11. numero 3. Item
ob hanc rationem conferre non poſſunt ei,
qui 25. annum nō attigerit; in hac enim ætate
habilis quis eſt ad Sacerdotium, vt ſuo lo
co probanimus.

3 Verùm quid, † ſi is, qui beneficium con-
ſtruxit, voluit, vt ſingulis diebus, qui ipſum
haberet, miſſam celebraret, an ad id tenebi-
tur? Videbatur dicēdum ipſum teneri; nam
ſuæ rei legem, quam vult, imponere quiſque
poteſt, l. in re mandata, C. man. Contrarium
tamen habetur in c. ſignificatum, de præben.
ibi enim cum præbenda eſſet collata Sacer-
doti, vt quotidie miſſam de Sancta Maria ce
lebraret, niſi morbo impeditetur, Romanus
Pont. eam inſtitutionem confirmat, hac ra-
tione tamen, non vt quotidie miſſam cele-
bret, etiam ſi morbo impeditus non ſit, ſed
frequentius quàm poteſt, ſalua debita hone
ſtate, & deuotione, & ita Abb. in conſ. 99. in
fi. lib. 2. & Rom. in cōſ. 339. & Tuſc. qui ipſos
refert, ac ſequitur in littera M. concluſ. 279.
Idem ſi teſtator beneficium hoc onere inſti-
tueret, vel Capitulum, vel Epiſcopus, ita Tu
ſeb. ibid. dixit de ſententia Abb.

Quid igitur concludendum? Ego pro re-
gula pono hunc non teneri ad miſſam cele-
brandam ſingulis diebus, vt habetur in eo-
dem c. ſignificatum, & not. ibi Abb. nume. 4.
qui huiuſmodi inſtitutiones interpretandas
ait eſſe ad formam cit. c. ſignificatum. Qua-
re, vbi corporis valetudine impediretur; vbi
bene diſpoſitus non eſſet quoad animam;
vel Eccleſia eſſet interdicta, vel excommu-
nicati, interdictivè ab eccleſia eijci non poſ-
ſent; vel dies Veneris Sancti, ad Summum
vbi aut de iure, aut de facto quis impedire-
tur, ad miſſam celebrandam non tenetur.
Nec repugnat diſpoſitio teſtatoris; nam ſer-
uanda eſt, vbi eſt legitima, non autem cōtra
ius, & rationes, argum. l. cōditiones contra,
& l. quidem in ſuo, ff. de condit. inſti. at ſi con
trarium hic vellet contra rationem faceret,
qui vellet fieri, quod aut de iure, aut de fa-
cto fieri nequit, quod abſurdum eſt; nemo e-
nim facere poteſt, quin leges locum habeant
in ſuo teſtamento, l. nemo, ff. de leg. 1. Exci-
pitur tamen, vbi non obligaſſet, vt ipſe, qui
beneficium haberet, miſſam celebraret. Sed
ſimpliciter, qui beneficium haberet, vt ope-
ram daret, quo ſingulis diebus miſſa celebra
retur; tunc enim quòd per alium id fieri vo-
luit, ob eam rem ad curandum tenebitur. Et
de quæſtione hac ſatis.

4 Atqui † ſi relictum eſſet, vt miſſa de ali-
quo Sancto ſingulis diebus celebraretur, vt
de Sancta Maria, an ad eam celebrandā te-
nebitur? Planè non, vt habetur in eodem c.
ſignificatum; ſecus ſi à pluribus, ita Abb. in
conſ. 99. volum. 2. & Nauar. in conſ. 9. nu. 8.
de celebr. miſſ.

Ex his apparet reliqui legatum poſſe pro
tot miſſis dicendis, vel annuum cenſum, vt
ſingulis annis tot miſſæ dicantur, etiam ſi de
pecunia ſit, vt habeatur cenſus, argum. c. ſi-
gnificatum, de præben. & ita Nauar. in Man.
cap. 17. num. 257. verſ. Ad quæſita, & Innoc.
in c. quoniam ne prælat. & Rip. in l. nemo po
teſt, num. 125. ff. de leg. 1. & in l. ex facto, ff.
ad Trebell. & Bart. in l. 1. num. 3. & nume. 9.
ff. de condi. indeb. & Barb. in conſ. vigeſimo-
tertio, libro primo, & Fuſch. de Viſit. lib. 1.
cap. 20. nu. 39. vbi etiam aiunt, ſi non dican
tur miſſæ adimi poſſe.

Verùm, an ſi teſtator iuſſit, vt in aliquo lo
co miſſa celebretur, alibi celebrari poteſt?
Planè non, c. nos quidem, de teſtam. Clem.
qnia de relig. domib. l. quæ conditio, §. cum
ita, ff. de cond. & demonſtr. & ita Bald. in l. ſi
quis ad declinandam, in fine, C. de Epiſco. &
Cler. Gloſſ. & DD. in c. ſi pater, de teſtamen.
Capell. Tholoſ. & Addit. deciſ. 128. Nauar.
de Orat. cap. 3. nume. 2. & nos infra, vbi de
mutatione piorum legatorum.

5 Secundò † reſidere non tenetur, ex quo a-
nimarum curam non habet c. fin. & ibi Abb.
de cler. non reſid. & ita conſuetudine ſerua-
tur totius mundi, vnde communi ſententia
teſtatur Pariſ. de reſign. benef. libro quinto,
quæſt. 5. Etſi ſit obligatus ad celebranda di
uina, quoniam teſtator ſic mandauit, per a-
lium id facere poteſt; non enim ob id ad reſi
dendum tenetur, ita Lap. alleg. 36. num. ſe-
cundo, quem refert, ac ſequitur Tuſch. in lit
tera R. concluſ.... num. 6. alia demum onera,
ſi qua ſunt, obire debet. Atquid ſi in morbū
incidat, an miſſas celebrandas per alium te-
netur? Planè ſic; nam ob id dantur fructus, ar
gum. l. pecuniam, ff. de cond. cau. dat. etenim
ſicut famulus ægrotus ſalarium non habet,
Bar. in l. ſi vno, §. item cum quidam, ff. locat.
& Ant. Imolen. Anch. in c. poſuit, de locat. &
Franc. in c. vn §. qui verò, de cler. non reſid.
lib. 6. ita neque hic. Per alios igitur tenebi-
tur, ſicut parochus eſto per ſex octovè dies
tollerari poſſit, ita Prax. Archiep. Neapolit.
cap. 54. Sed de his hactenus, iam qua ratio-
ne Eccleſia, eiuſque bona gubernanda ſint,
videamus.

SVM-

SVMMA.

1 *Qua ratione ſuam Eccleſiam, eiuſque bona gubernare Clericus debet.*
2 *Inuentarium rerum omnium Eccle. facere Clericus debet, & in Archiuio Epiſcopi ponere.*
3 *Eccleſia parochialis quorum ſumptibus reſicienda.*
4 *Cœmeteria Eccl. quæ alio translata ſunt, quomodo habenda.*
5 *Domus Parochiales, quorum ſumptibus ædificanda.*
6 *Aedificia beneficiorum ſimpliciũ quorum ſumptibus reſtauranda. Et quid ſi reſtaurari nequeant.*
7 *Eccleſia iactis fundamentis, & perficiatur Epiſcopus curare debet.*
8 *Parochiales Eccleſiæ vbi certos fines non habent quid faciundum.*
9 *Parochiæ vbi nullæ ſunt, erigendæ.*
10 *Reliquiæ Sanctorum in honeſto loco habendæ.*

§. I.

§. Secundò quod propoſuimus eſt, qua ratione Eccleſiæ gubernare, eiuſque bona Clericis debeat. Quo ad hoc igitur con-
1 cludendum eſt † breuiter Eccleſiam ipſam ſarctam; tectamque tenere Clericom debere, vt habetur in tit. de Eccleſ. ædificand. & facit, l. vſufructu legato, in fine, iunct. l. ſeq. ff. de vſufruct. Item in ea vt nihil profanom ponatur, curare, niſi ob neceſsitatem, vtpote ob incurſum hoſtium, ob incendiom repentinnm; & neceſsitate ceſſante, vt inde exportant. operam dare, vt dicitur in c. a. de cuſto. Euchar. Chriſmat. & Sacram. Non ergo dolia vinaria ibi habebuntur, nam frumenta, non fœnom, & alia, quæ vt in aliquibus Eccleſijs ruralibus vidi. Non etiam iudicia ſecularia, contractusvè fient, & alia profana, vt habetur in tit. de immun. Eccleſ. in antiq. & ſexto.

Secundò prædia tum ruſtica, quam vrbana tueri, ac conſeruare; non ergo vineas, non oliueta, non ſyluas effodere, tollereque debet, niſi vberiores fructos præcipiantur. Nõ etiam arbores incidere, non fructiferas, argumen. l. æquiſsimum, §. fructuarius, ff. de vſufruct. Excipio tamen vbi ſylua cedua eſſet, nemora, arundineta, & aliæ arbores ceduæ; fructus enim ex his percipiontur eorũ inciſione, & idcirco cedi queunt, l. diuortio, §. ſi fundo, cum ſeq. ff. ſolut. mat. vbi DD. col. ſylua cedua, ff. de verb. ſignific. Secundò excipitur, vbi arborum inciſione fructuoſior fundus redderetur, tunc enim incidi poſſunt argum. l. ſi vſusfructus legatus, §. Et ſi forte, ff. eod. de vſufruct. Tertiò excipitur, vbi vetuſtate inutiles arbores eſſent; incidi enim & tunc queunt, & in earum locum aliæ ſubſtituendæ ſunt, l. agri, & l. ſi vſufructus, §. etſi forte, ff. eodem. Tertio iura Eccleſiæ tueri cũ ruſticorum prædiorum, tũc vrbanorum, nec non decimarum, & aliarum rerum; cum hæc enim vberius tenetur; etſi id negligat, mortiferè peccat, vt id pluribus probauit Fely. in capitu. 1. num. 3. de treg. & pac. & facit, c. quamuis, & ibi Gloſſ. de reg. iur. & c. de Canonibus, in verbo, Iniquum. 16. quæſtio. 1. & Gloſſ. in c. ea, quæ, de off. Archi. in verb. Reatum, & Couar. in Regola peccatum, nume. 6. verſ. Sic denique Thomas & Nauar. in conſilio 9. num. ſecundo, de ijs, quæ met. ve cauſ. fiunt. Sicut & tutor, qui non ſeruat bona, atq; defendit iura pupilli, & qui eſt in culpa, vt aliquid amittatur, peccat, & ad reſtitutionem tenetur, l. tutor, qui repertorium, & ibi Bart. & DD. ff. de adminiſtr. tut.

Ergo & idem in caſu noſtro dicendũ eſt.
2 Quare † inuentarium rerum omnium Eccleſiæ ſuæ, vel mobiles, vel immobiles ſint habere debet; & in Archiuium, quod ab Epiſcopo factum eſt, deponere, ita dixit Pauio. de Viſit. 1. quæſt. 3. quem refert, ac ſequitur Stephan. in Sum. Bullar. in verb. Archiuium, & ibi Addit. ad eum.

Verum quid ſi Eccleſiæ collapſæ vetuſtate, terræmotu, aliaue ratione reſtaurandæ ſint? quo materia hæc dilucidior reddatur, hæc videnda ſunt. Primò quorum ſumptib. reſtaurandæ ſint. Secundò quid ſi reſtaurari non poſsint ob inopiam. Tertiò quid de cœmiterijs, quartò quid de domibus earundem Eccleſiarum. Poſtremò quid de beneficijs ſimplicibus.

Quoad primum igitur † ſi conſuetudo
3 adſit, vel ſtatutum, vt Populus, ſiue Parochiani eius Eccleſiæ, vel alius eam reſtaurẽt, ſumptibus eorum reſtaurabuntur vti Abb. & DD. in c. 1. de Eccl. ædifican.

Secundò, ſi conſuetudo hæc non adſit; ſed portio aliqua beneficij pro fabrica aſsignata ſit, ea reſtaurabuntur, c. quatuor, 12. quæſtio. ſecunda, & c. mos, eadem quæſt. & in c. conceſſo, eadem quæſt. & c. decernimus, vndecima quæſtione prima, & c. vnio, eadem quæſt. 3.

Tertiò, ſi nec portio hæc aſsignata ſit, vel ſi aſsignata, non ſufficiat eccleſiæ. Primò ex fructibus quibuſcunque dictæ Eccleſiæ (deducto prius reiectu Sacerdotis Parochum) inſtau-

inſtaurari debet, vt habetur apud Trident. Synod.ſeſſ.20.de reform.cap.7. Præferre er go debent alimenta pertinentia ad parochũ reparationi eccleſiæ, vt colligitur ex c.de his & ibi nor. Abb.de Eccleſ. ædificand. & apertius habetur in c. nullus Epiſcoporum, §. ſi verò res Eccleſiæ, 12.quæſt.prima, vbi etiam præferuntur, pauperibus ob ordinatam charitatem, & ſenſit Grat.ibidem; & ratio iuſtitiæ, id ex quo enim inſeruit Eccleſiæ; & eius ſumptibus ſubſtentari debet (alimenta autẽ intelliguntur, habito reſpectu ad Eccleſiam, non autem ad dignitatem ſuam, vt declarauit Nauar.in Tract.de Reddit. Eccleſ.quæſt. prima, Monit.36.in fine, alioquin, ſi contrarium diceremus filius Regis duo beneficia habens quorum vtrumque valet octogenis aureis, non obligaretur ad reſtaurationem Eccleſiæ, & ornamentorum, ſi dignitatis eius ratio habenda eſſet, quod abſurdum eſt) deducto inquam igitur quod ad victum parochi pertinet, de reliquis parochus ipſe reſtaurabit, vt habetur in c.1 & in c.4.de Eccl. ædificand.eo apud Trid.Synod.eodem cap. ſeptimo, verſ. Parochiales, vt dixit Capell. Tholoſ.deciſio.499. Ex his patet non rectè ſenſiſſe Epiſcopum Mont.Mar.in Man. Paſt. qui ſenſit omnes fructus collocandos ad refectionem Eccleſiæ nam ratio prius haberi debet victus Sacerdotis, quod & Abb not. in cit.c.de his, & idcirco non probar id, ad quod ipſum allegat d.Epiſcopus Mont.Mar. Quare contrarium tenuit, & melius eodem cap.44.

Quartò, ſi fructus, qui ad Parochũ pertinent, non ſat ſint, patroni (ſi Eccleſia ſic iuris patronatus, & quidpiam ex fructibus Eccleſiæ habent) ad id cogi debent, vt dicitur in eodem verſ.Parochiales. Quare & pẽſionarij in hoc caſu cogi poterunt; ex quo de fructibus beneficij penſiones habent, & qui fructus percipiunt, ad id obligantur modo penſiones liberæ conceſſæ non ſint ab omni onere; num alias pro rata tenentur, vt dixit Nauar.in conſilio primo, de Eccleſ. ædificand.

Quinto ſi nec ipſi poſſunt Parochiani ad id compellentur, quocunque appellatione, exemptione, & conſuetudine remota per cita cap.ſeptimũ Nec poſſunt dicere ſe nolle venire ad miſſam ad eam Eccleſiam, vel nolle recipere Sacramenta; nam quandiu parochiani eius parochiæ ſunt, ad hæc onera tamen cogi poſſunt per c.omnis, de pœnitent. atque ſic dixit Abb.in cit.c.1.de Eccl. ædificand.& Addit.ad Capel. Tholoſ.deciſ 447. Eleemoſinæ etiam fieri poſſunt ad reſtaurationem Eccleſiæ, vt dixit Gloſſ. t. in cit. c.1. de pœnit.lib.6.iudex fauorabilis enim cauſa hæc eſt: hinc & iure ciuili cautum eſt, vt proconſules hęc facienda curent, vt habetur in l ſi in aliquam, ff.de offic. proconſul. vidend.

Poſtremò ſi nimia ægeſtate omnes laborent, ad Eccleſias viciniores transferri debet cum ſuis oneribus, loca verò vbi Eccleſia conſtituta erat, in profanos vſus, non tamen ſordidos verti debet Cruce ibi erecta, vt habetur eodem capit.ſeptimo, verſ.Parochiales. Et qui autem ſordidi vſus ſint ordinarius arbitrabitur, ita ſacra Congrega. reſcripſit, vt refert Prax. Archiep. Neap.capit. quinquageſimoſecundo. Non ergo ibi Hiſtriones, l.ſecunda, § fi.ff.de ijs, qui not.infa. non coquina, non ſtabulum, Gloſ.in c.ligna, de conſe.diſ.1.ex his prima, & ſecunda quæſtione ſublata eſt.

4 Quoad tertiam † Cœmiteria earum Eccleſiarum, quæ ad profanum vſum redactæ ſunt, ſic ſunt habẽda, vt oſſa mortuorum inde extrahantur, & in aliud Cœmiterium vicinum vbi populus volet, transferuntur, ita ſacra Congregar. Concilij interprea ibidem.

5 Quoad quartam † ſcilicet de domib. ædificãdis pro habitatione Parochi, eadem aſſeruimus, quæ de Eccleſia aſſeruimus cõcluſimus, vt ſcilicet à parocho de fructibus Eccleſiæ primò, deinde ijs, qui percipiunt aliquid ab Eccleſijs, vt à patronis, & à patronarijs, poſtremò à Parochianis ædificentur, niſi conſuetudo ſtatutumvè aliud ſuadent, vt ſupra dixi. Item quæ diximus de noua ædificatione, eadem ſentimus de reſtauratione parte, vbi ab eiſdem reficiuntur, argumen.l.quæ debita, ff. de rei vendic. quare & pro ea parte qua parochus poterit, ſubueniet. Poſtremò prædicta de Eccleſijs parochialibus locum habent, in Eccleſia Cathedrali; nam ad Epiſcopum pertinet, c.1.de Eccleſ.ædificand.& ibi Abb. Si verò non poſſit, Capitulum Eccleſiæ ſupplere debet eadẽ ratione ſcilicet detractis ipſi capitulo neceſſarijs, poteſt etiam Epiſcopus de fructibus beneficiorum vacantium prædicta facere, vt aſſeruit Ioan. Andr. in c.ſi propter, de reſcri. libro 6. & loquitur Abb. in c. 1. de Eccleſ. ædificand.

6 Verum quid de beneficijs † ſimplicibus, quod poſtremum explicandum nobis propoſuimus? In his vel ius patronatus ſit ſi Eccleſiæ eorum colapſæ ſint, reſtaurari debent ſumptibus eorum, qui eas habent, & fructus ipſarum percipiunt: ſi verò ob inopiam re-

Excipitur tamen, vbi vnum beneficiũ non
ſat eſſet ad honeſtè ſubſtentandum eum, qui
illud habet; tunc enim licet aliud ſimplex be
neficium ſufficiens ei conferri, ita Sancta Sy
2 nod. ibidem. † Id quod Epiſcopus facere po
teſt, & diſpenſare in hoc valet: nam Triden.
Synod. in eodem capit. decimoſeptimo, per-
miſit huic alterum beneficium conferri, er-
go ad Epiſcopum id ſpectat. Tum quod cõ-
ferre beneficia diœceſis regulariter ad Epi-
ſcopum pertinet iuribus vulgaribus. Tum
quod conferre beneficium iuriſdictionis fo-
ri exterioris eſt, & idcirco ad Epiſcopum, vt
dixit Gloſſ. communiter recept. in c. tranſ-
miſſam, de elect. Tum denique quod vbi Ca
non permiſit aliquid fieri, & perſonam non
præſcribit, ad Epiſcopum pertinet, ita Inno.
communiter recept. in c. dilectus, de tempo.
ord. & facit c. nuper, de ſenten. excommuni.
atque ſic ſacra Cõgregatio interpretata eſt,
in eodem cap. decimoſeptimo. Sic enim in-
quit Epiſcopus habenti verum ſimplex be-
neficium, quod non ſufficiat ad eius ſubſten
tationem, poteſt aliud conferre; & hic eſt ca-
ſus, in quo Epiſcopus diſpenſat.

Excipitur tamen, vbi vtrunque beneficiũ
reſidentiam poſtularet, non enim tunc Epi-
ſcopus diſpenſare poteſt, & beneficium con
ferre, ſed ad Papam pertinet, vt à S. Synod.
ibi, & ſacra Congregatio.

Tertiò excipitur quoad tertium benefi-
cium; nam ſi quis duo beneficia haberet; &
non ſat eſſent ad eius victum honeſtum, Epi
ſcopus tertium ei conferre non poteſt; nam
Triden. Synod. de duobus beneficijs tantum
loquitur, & ita ſacra Congreg. ibi interpre-
tata eſt. Epiſcopus ergo, vbi Clericus plura
beneficia ſimplicia habet, quorum aliqua
ad viuendum ei ſat ſunt, priuare habentem
aliud poterit, niſi ſecũ diſpẽſatum ab haben
te ad id poteſtatem probabit. Poteſt enim in
hoc Papa diſpenſare, & idcirco inquiret, an
in impetratione ſecundi mentionem fecerit
primi; ſi enim tacuit, collatio nulla eſt, c. ſi
proponente, de reſcript. & c. cum teneamur,
de præbend. niſi motu proprio facta eſſet
collatio, c. ſi motu proprio, de præbend. lib.
ſexto, & ita Fuſch. de Viſita. Eccleſ. libro ſe-
cundo, capitulo ſeptimo, numero decimo.
Addo ad beneficia hæc requiri ætatem qua-
tuordecim annorum, ita Trid. Syno. ſeſſ. 25.
de reform. cap. 6.

S V M M A.

1 *Beneficium ad cuius titulum eſt ordini ſacro inſi
gnitus, quis renunciare non poteſt.*

§. III.

1 §. Secundo † ſacro ordini inſignitus ad ti-
tulum alicuius beneficij Eccleſiaſt. re-
nunciare ipſum non poteſt, ſi non habet vn-
de ſe honeſtè ſubſtentet; nec admitti reſigna
tio debet, ſi mentionem non fecerit ſe ad il-
lius beneficij titulum promotum eſſe, vt à
Sancta Synod. inquit, ſeſſ. vigeſimaprima, de
reformat. cap. ſecundo. Id verò beneficium
reſignare non poſſit (ait ibi) niſi facta men-
tione, quod ad illius beneficij titulum ſit
promotus, neque eius reſignatio admittatur
niſi conſtituto quòd aliunde commode viue
re poſſit; & aliter facta reſignatio nulla eſt.
Hinc Addit. ad Nauar. in conſilio 5. de re-
nunciatio. ait non valere renunciationem,
niſi mentionem faciat ſe ad illud beneficium
eſſe ordinatum, eſto penſionem ſibi retineat.

Excipitur tamen primo, vbi habet, vnde
ſe honeſtè ſubſtentet, id quod vt permitta-
tur, fiet cauſa cognita corã Epiſcopo, vt col
ligitur ex eiſdem verbis Sanctæ Synodi.

Secundò excipitur, vbi retinet ſibi pẽſio-
nem de fructibus beneficij penſionem in quã
talem, vnde commodè ſe ſubſtentaret. Sed
in hoc caſu Romanus Pontifex adeũdus eſt.
Nam reſignatio duobus modis fit, ſcilicet
pure, quod contingit, vbi ſimpliciter Cleri-
cus reſignat beneficium nullo pacto, quali-
tateve adiecta, nullaque retentione facta; &
hæc fieri poteſt in manu Epiſcopi, ad quem
beneficij collatio pertinet, ita Rebuff. in Pra
cti. benef. in tit. de pura reſignat. Vel non pu
re fit, vtpotè, vel vbi in fauorem alterius, vel
retenta ſibi penſione renunciat; & in hoc ca-
ſu (quod iure communi cautum eſt, vt benefi
cia purè conferantur, vt probaui in Tracta.
meo De Simon. & ſi contra fiat ſimonia com
mittitur, quam remittere tamen Summus
Põtifex poteſt cum in his caſibus de iure po
ſitiuo ſit, ob eam rem coram Pontifice Max.
fieri debet, ita Rebuf. in eodem Prax. in titu.
de reſig. condit. Vbi tamen in fauorem alte
rius reſignauit, cauendum eſt ne ſe interim,
immiſceat in beneficij adminiſtratione,
quandoquidem ſimonia confidentialis præ-
ſumeretur. Vbi tamen coram Romano Pon
tifice fit reſignatio in fauorem, purè fit. Sed
ſtatim ſupplicatio porrigitur ab eo, in cuius

fauorem reſignatio facta eſt, & ita ſtylus Romanæ Curiæ ſeruat. Vide Fuſch. de Viſitat. Eccleſ. pag. 439. numero vigeſimo. Reſignationes autem ob quas vſus recipi debeant Pius Quintus explicuit in Bulla incip. Quanta Eccleſia Dei incommoda, publicata Romæ die decima Aprilis 1568. quam declarauit Addit. ad Summ. Bullar. Steph. Quarant. in verb. Beneficiorum reſignationes.

Verum quod beneficiorum reſignandorum publicatio fieri debet, ob earum Bullã Gregor. XIII. incip. Humano vix iudicio, viden. eſt, vbi & forma publicationis, & pœna eam non ſeruantis habentur, quam eadem Addi. in eadem Summ. declarauit, in verb. Beneficiorum reſignatorum publicatio, de quibus etiam Bullis infra pluribus egimus. Sed iam ad reliqua tranſeamus.

S V M M A.

1 *Bona Eccleſiæ alienari nequeunt titulo transferente dominium directum, ac vtile.*
2 *Vel dominium vtile tantum, vel*
3 *Titulo, quo nullum dominium transfertur.*
4 *Nec pignore obligari.*
5 *Cuiuſcunque genera bona ſint.*
6 *Piorum locorum bona alienari nequeunt,*
7 *A quocunque alienentur.*

§. IV.

§ Tertio bona Eccleſię alienare nõ poteſt, de qua materia, quod pluribus egit Bertachin. in Tract. De Epiſcop. quarta parte, libro quarto, num. primo, cum multis ſequen. & Nauar. de reddit. Eccleſ. & Couar. variar. reſolut. cap. 16. cum ſeq. & Steph. Quaran. in Summ. Bullar. in ver. Alienatio, & alij recentiores, ob eam rem prius rem hanc abſoluemus.

1 Alienare igitur † Clericus (vt dixi) bona Eccleſiæ non poteſt. Non titulo, quo dominium transfertur directum, atque vtile, vt venditione, donatione, permutatione, & huiuſmodi; nam id prohibetur in c. nulli liceat de rebus Eccleſ. non alienan. & ibi not. Idem habetur in c. ſi quis presbyterorum, & c. poſſeſſiones, eodem tit. & in Extrauag. Ambitioſæ eodem, cum ſimilibus. Non ergo ædes, non fundos, ideſt prædia ruſtica, vel vrbana vẽdere poterit. Quod diximus de permutatione, locum habet, vel Eccleſiæ ſimul permutarẽt, ita Rodoan. quem refert, ac ſequitur idem Stepha. Quaran. eodem numero decimoquinto, & ita practicari, & ſeruari etiam teſtatur, quamuis ante cit. Extrauag. Ambitioſæ, vbi Eccleſię inter ſe permutabãt conſenſus Epiſcopi in Eccleſijs ſibi ſubiectis ſat eſſet, c. 1. & c. vt ſuper ſe §. fin. de reb. Eccleſ. non alien. Tranſactione etiam alienationem fieri non poſſe, dixit Feder. de Sen. in conſilio 94. & nonnullos refert, ac ſequitur Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Alienatio, num. 20. Hinc Abb. inquit in cita. c. vt ſuper, nume. 6. Tranſactionem fieri non poſſe, de decimis futuris; ſed de præteritis. De ceſſione litis, ac cauſæ tantundem dixit Abb. in c. 1. nu. 1. de depoſit.

2 Secundò † alienare non poteſt, nec etiam titulo, quo dominium tantum vtile transfertur, vt concedere in emphyteuſim, vel in feudum, ita dicitur in Extrauag. Ambitioſæ, & tradidit Abb. in c. præſentia, num. vigeſimoſeptimo, cum ſequen. de probat. & in cita. c. nulli, num. 3. & 4. vbi notat perpetuam emphyteuſim regulariter eſſe prohibitam, & perpetuam dici, vel ad certos annos tantum concedatur.

3 Poſtremò † nec etiam ea obligare, vt pignori, ſeu hypotecæ ſubijcere, vt dicitur in cit. c. nulli, & not. idem Abb. ibi. Et quamuis in eo Canone de hypotheca tantum ſpetiali agatur, idem tamen dicendum eſt de hypotheca generali, quandoquidem cit. Extrauagan. Ambitioſæ non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus, nam teneri ſubijcitur res Eccleſiæ, quod fieri non poteſt, ac debet. Hinc nec ſeruitutes imponi queunt, l. fi. C. de reb. Eccl. non alien.

4 Tertio nec † alienare poteſt titulo, quod dominium nullum transfertur, vt locare vltra triennium, per cit. extrauag. Ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alienand. Sed de alienatione habito reſpectu ad titulum hactenus.

5 Habito reſpectu itidem ad bona, † propoſita regula amplificatur. Nam primo immobilia, cuiuſmodi ſunt ædes, fundi, & cũ ſummam prædia vrbana, & ruſtica alienare Clericus non poteſt, vt habetur in cit. c. nulli, cũ multis ſequent. & cit. extrauag. Ambitioſæ. Multominus ipſa eccleſia, & oratoria auctoritate Epiſcopi poſita ad perpetuum Eccleſiaſt. ritum alienari nequeunt, vt aſſeruit Stephan. Quaran. eodem numero vigeſimonono. Idque meritò, nam in his ſimonia committi poſſet.

Item alienare nequeunt cuta, & actiones nomina debitorum, quæ ad proprietatem Eccleſiæ pertinent. Non etiam annui redditus, quandoquidem loco immobilium habentur Clem. Clerici, de paradiſo, §. Cum annui reditus, de verbor. ſignifi. & Abb. in cit.

Digitized by Google

cit.c. Nulli. Hinc qui penſionem habet ad ſuam vitam ſubſtentandam, vendere ipſam non poteſt etiam conſentiente eo, qui eam præſtat ſine licentia Romani Pontificis, vt reſpondit Nauar.in conſ. 11. de reb. Eccleſ. non alien.

5 Tertio nec mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt habetur in cita. extrauag. Ambitioſæ ibi, & pretioſa mobilia, & ita Abb.in cit.c.nulli. Non ergo Calices, nō vaſa aurea, & pretioſa, non pretioſæ veſtes, quæ diutius ſeruari poſſunt, alienari queunt, nec theſaurus & pecunia deſtinata ad ſtabilia emenda, vbj eorum proprietas ad Eccleſiam ſpectat, quippe, quia ſunt res, eſto mobiles, tamen pretioſæ, vt per ſe conſtat, quo caſu per cit. Extrauag. Ambitioſæ, non alienantur, niſi ſeruatis ſeruandis.

Quartò, nec res ſolo cohærentes, vt arbores, quæ radices egerunt, quo caſu ſolo cedunt, §.ſi titius in Inſtit.de rer. diuiſ. & l. adeo, §.ſi alienum ff.de acq.rer.domin. & ita idem Steph Quar.num. 33.

Poſtremò, quæ diximus de bonis Eccleſiarum, eundem aſſerimus de bonis Monaſteriorum, & aliorum † locorum piorum, vt
6 Hoſpitalium modo auctoritate Epiſcopi cōſtructa ſint, vt habetur in cit. Extrauag. Ambitioſæ, ibi Monaſteria, & per loca. † Item
7 quicunque Clericus ſit, qui alienet, id locum habet. Atqui an alienatio valebit ſi contra fiat, hoc in ſequenti explicabimus.

SVMMA.

1 *Alienatio facta de rebus Eccleſiæ non valet.*

2 *Bona Eccleſiæ alienata repeti poſſunt, ac debent, & per quos.*

§. V.

§. Propoſuimus nobis explicandum, an alienatio facta de rebus Eccleſiæ in mo-
1 bilibus valeat; quam quæſtionem vt ordinatam explicemus † pro regula habebimus cōtractum huiuſmodi, de rebus eccleſ. prædictis factum non valere. Nam ita habetur in c.ſi quis presbyterorum, de rebus eccleſ. non alienan. ibi enim dicitur ab initio inſtrumentum de his confectum nullas vires habere, ita Gloſſ.ibi, in verb. Nullus, & not. Abb.ibi, numero quarto. Inquit enim alienationem Eccleſiaſt. rerum ipſo iure nullū eſſe. Et quamuis ibi nullus faciat Summus Pontifex, & reuocet, id facti potius, quam iuris eſt. Idem & apertius dicitur in Extrauag. Ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alien. nam, poſteaquam Paulus Secundus alienationem rerum eccleſiaſt. ibi prohibuit; ſic ſubiungit ſi quis autem contra ſeriem huius prohibitionis noſtræ de bonis, & rebus eiſdem quicquam alienare præſumpſerit alienatio, hypotheca conceſſio, locatio, conductio, infeudatio; & huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momēti. Hæc ibi, ex quibus propoſita concluſio habetur.

2 Quare qui † bona Eccleſiæ alienauit, repetere ipſa poteſt, ac debet nomine eccleſiæ, vt dixit Abb.in cit.c.ſi quis presbyterorum, numero 12. etiam ſi iuraſſet ſe non repetiturū; iuſiurandum enim contra vtilitatem Eccleſiæ non obligat iurantem, nam potius periurum eſt, c.1.de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & facit, c.peruenit, de iureiurand. & ibi Gloſſ. vbi ſpeciatim qui iurauerat ſe nō repetiturum, non obligatur; Repetet igitur nomine eccleſiæ, ita Abb.in cit.c. ſi quis presbyterorum, num 12.

Secūdò, ſi ipſe non repetet Clericarij eius eccleſiæ repetere poſſunt, vt habetur in ead. c.ſi quis presbyterorum, vt in c. non liceat, 12.quæſtione 2. Immo & extranei Clerici, ideſt alterius eccleſiæ repetent negligentib. Clericis illius eccleſię, nam cit.c.ſi quis generaliter loquitur, ergo generaliter intelligi debet, argum.l. prima, §.& generaliter, ff. de legat. pręſtand. & ita de communi ſententia teſtatur Abb.ibi, num. 9.

Poſtremo, & ipſi parochiani, Clericis negligentibus, repetere queunt; nam & eorum intereſt, ne bonis ſuis eccleſia priuatur, & inops fiat, quandoquidem ſi eccleſia reficienda eſſet; & ipſa per facultates non poſſet, ipſi de ſuo eam reficere habent, vt not.in c.1. & de his, de eccleſ.ædifi. & ita Gloſſ.in c.ſi quis presbyterorum in verb. Perſonis, & de communi ſententia teſtatur Abb.ibi, numero 8. Item ſi parochus non habet vnde viuat, alere ipſum tenentur, vt alibi diximus. An autē emptor pretium recuperet, & à quo tradidit Abb.ibi in fine, & in c.vulterane, 2.quæſtione 12. Nam eccleſia niſi locupletior facta ſit, ex pretio, ad reſtitutionem nō obligatur; quippe quia liberè bona alienata ad ſe reuerti debent, vt habetur in Extrauag. Ambitioſæ, in fine, eod. Et de fructibus vide in c.liceat, ead.q. 2.& Nauar.in Commen.de alie. rer.eccle.in fi.num. 24. Reſtitutionem etiam in integram petere poteſt eccleſia pro alienatione, c.1.de reſtitut.in integ. & ita ſenſit Abb.in c.nulli, in fi.de reb.eccl.non alien. & Nauar.eod.num. 10.not. 9. Sed iam de pęnis alienantium agamus.

SVMMA.

1 *Pœna alienantium bona Eccleſiaſtica quot, & quanam ſint.*

§. VI.

1 §. † Pœnæ demum, quas patitur alienans prędicta bona, hę ſunt. Nam primo in excommunicationem ipſo facto incidit, vt habetur in extrauag. Ambitioſa. de reb. eccleſ. non alien.

Secundo ipſo facto priuati ſunt beneficio eccleſiaſt. cuius bona alienauit; & ſine alia declaratione vacare cenſetur, & idcirco cōferri libere poteſt ab Ordinario, ad quem eius collatio pertinet, vt dicitur in eadem extrauag. Ambitioſæ.

Tertio eadem amplius illud conferri non poteſt, vt ibi dicitur.

Quartò Epiſcopus vel Abbas ingreſſum eccleſiæ interdictum habēt, & ſi per ſex menſes immediatè ſequentes ſub interdicto huiuſmodi animo indurato perſeuerauerint, ipſis menſibus elapſis ſuſpenſi ſunt ab adminiſtratione ſuę eccleſię, ſeu Monaſterij in ſpiritualibus, & temporalib. vt habetur in ead. extrauag. Ambitioſę.

Quintò per ſententiam deponi poſſunt, ita Gloſſ. inquit in c. monemus, 2. quæſt. 2. & Abb. in c. quis presbyterorum, nome. 10. de reb. eccl. non alien.

Poſtremò mortiferè peccant. Id quod hinc probatur; quoniam ipſo iure excommunicati ſunt pręter prędictas pęnas alias, excommunicatio autem maior non infertur, niſi pro mortifero peccato, c. nemo, & c. nullus, 11, quæſt. 3. & facit, cit. c. ſi quis presbyterorum. Sed de pœnis hactenus, iam caſus in quibus alienatio fieri poteſt ſine ſolemnitate; & vbi alienans pœnas euadit, explicemus.

SVMMA.

1 *Alienatio rerum Eccleſiæ de conſenſu, & licentia Romani Pontificis valet, & alienans in pœnam non incidit.*

2 *Epiſcopus alienare non poteſt bona Epiſcopatus ſine conſenſu Romani Pontificis.*

3 *Abbas alienare bona Monaſterij ſine conſenſu Romani Pontificis non poteſt.*

4 *Alienatio quorundam rerum Eccleſiæ cum conſenſu Epiſcopi tantum fieri poteſt.*

5 *Alienatio quarundam rerum Eccleſiæ fieri poteſt ſine conſenſu etiam Epiſcopi, nullaque ſolemnitate interueniente.*

6 *Alienatio bonorum Monaſterij fieri poteſt de licentia Superiorum ſuorum.*

§. VII.

§. Vidimus alienationes rerum eccleſiaſticarum fieri non poſſe, & contra facientes in pœnas incidere, modo videndum eſt in quibus caſibus ſine pœna alienatio permittatur.

1 Primo m † igitur alienatio rerum eccleſiæ permittitur, vbi conſenſus Romani Pontificis interuenit, vt habetur in Extrauag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienand. cuius facultatis reſcriptum ſi in euidentem nominatur, nam vbi concedit hoc Summus Pontifex, committit Vicario vrbis ſi in Romana Curia, ſi verò extra eam, Ordinario loci, vt conſtet in vtilitatem Eccleſiæ alienationem eſſe eam comprobent, ac firmēt, quamobrē ſi in euidentem nominatur, de quo reſcripto egit Quint. Mandoſ. in Tract. de ſignat. grat. in cap. ſi in euidentem. Alienatio etiam valet vel cōſenſus Romani Pōtificis, deinceps interueniat modò alienatio facta ſit ſaluo conſenſu ipſius Romani Pontificis, nec aliter, nec alio modo; & rei traditio verè, vel ficte per conſtitutum, non interuenerit; aliàs ſecus; tunc enim, quod proteſtationi factum repugnaret, ob eam rem nihil fieret, ita in ſimili dixit Clar. in §. feudum, quæſt. trigeſimaprima, & in §. emphyteuſim, quæſt. decimatertia, cum alijs citatis à Stephan. Quarant. in Summ. Bullar. in verb. Alienatio, numero 9.

Et hunc non immunem à pœna, qui poſſeſſionem tradidit reſcripſit Clem. VIII. vt refert Prax. Archiep. Neapol. cap. 50. & idcirco hodie omnis modus alienandi, etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolemnitatibus prohibetur, per cit. Extrauag. Ambitioſæ, & ita ſtylum, ac praxim Romanæ Curiæ eſſe teſtatur Stephan. Quaran. in Sum. Bullar. in verb. Alienatio, num. quinto. Sine licentia Romani Pōtificis ergo alienatio fieri nequit, alioquin nihil fit, & ſequitur eadem Prax. Arch. Neap. cap. 63. num. 2. vbi ait tunc nullam aliam ſolemnitatem requiri.

2 Et hæc licentia & conſenſu † præſertim Epiſcopo neceſſaria eſt, ſi quid de menſa Epiſcopali alienet, nam in ſua conſecratione iurat ſe non alienaturum, quidque inconſulto Romano Pontifice, quod infrascriptum habetur in Pontificali nouo in tit. de Conſe. elect. in Epiſcopi, pag. 81. Sic enim ibi dicitur poſſeſſiones verò ad menſam meam pertinētes non

non vendam, nec donabo, neque impignorabo, nec de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ inconſulto Romano Pontifice. Et ſi ad aliquam alienationem de genero pœnas in quadam ſuper hoc edita conſtitutione contentas eo ipſo incurrere volo. Hæc ibi, ex quibus propoſita concluſio habetur.

3 Eodem iureiurando † obligatur Abbas, vt habetur in eodem Pontificali in tit. de benedict. Abbat. in form. iuramenti, pag. 133. Pro regula igitur habebimus bona Eccleſiæ, ac locorum piorum alienari non poſſe ſine conſenſu Romani Pontificis.

4 Excipitur tamen primo, † vbi res immobilis parua eſt, & non vtilis Eccleſiæ, & neceſsitas adeſt; tunc enim Epiſcopi conſenſus tantum poſtulatur, qui cognitione adhibita, an res ita ſit, alienationem permittet, c. terrulas, & c. fugitiui, & c. non liceat, duodecima quæſtione ſeconda, & ita Goid. Pap. quæſtio. 156. & Addit. ad eum vidend. & Viu. in ſua Sylu. opin. 39. num. 18. vbi ètiam alias limitationes refert. Non igitur his conſenſus Romani Pontificis, ſed Epiſcopi tantum requiritur; quandoquidem nec per cit. Extrauag. Ambitioſæ, nec per Concilium Triden. iuribus proximè allegatis derogatum eſt, vt ſacra Congregatio Cõcilij Trid. interpres declaranit, quam refert idem Stephan, eodem numero 41.

5 Secundò † excipiuntur res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; nam ſine ſolemnitatib. & conſenſu Romani Pontificis alienari, & hæc poſſunt, vt habetur in cit. Extrauag. Ambitioſę, atque ſic ſenſit Gloſſ. Summ. duodecima quæſtione ſecunda, verſ. Res tamen Eccleſiæ, & facit l. lex quæ, §. vlt. C. de adminiſtrat. tutor. vbi etſi res minorum ſine decreto alienari nequeunt, quæ tamen ſeruando ſeruari non poſſunt, ſine decreto licitè alienantur, vt veſtes, quæ detortæ vſu, ſeu corroſæ ſunt. Idem habetur l. fin. C. quand. decret. opus non eſt, & ita inquit Gloſſ. in c. nolli, de rebus eccl. non alien. pretium tamen inutilitatem Eccleſiæ conuerti debet, ita Stephan. Quaran. eodem num. 38. Idem dicimus de re mobili minus pretioſa, & quæ diſtrahi melius eſt, quæ ſeruare cuiuſmodi cœmenta ſunt, & lapides inutiles, ita Rodoan. quē refert, ac ſequitur Stephan. Quaran. eodem numero 42. ita Prax. Archiepiſ. Neapol. capitulo 52. eſto ſolum eccleſiæ dirutæ ſequatur naturam immobilium in alienatione, vſi eadē Prax. ibi, ad abundatiorem tamen cautelam Epiſcopi conſenſu poſtulare.

Tertiò excipitur, vbi ſumma alienandi neceſsitas eſt, & periculum in mora, ſi licentia peteretur; tunc enim ſine licentia alienatio fiet, ita Abb. in c. fin. num. 8. de Eccl. ædificand. & alij cit. ab eodem Steph. in verbo, Alienatio, nume. 42. vbi aſſeruit pro alendis pauperibus alienationem, non petita licentia fieri poſſe, vbi periculum eſſet in mora; quo caſu tamen confirmandam alienationē à Romano Pontifice deinceps cenſerem.

Quartò excipitur, vt licẽtia Romani Pontificis, atque Epiſcopi nõ requiratur, vbi res Eccleſiæ ad triennium locarentur; nam ita habetur in cit. Extrauag. Ambitioſæ, in ver. Locationem, & cõductionem vltra trienniũ ibi enim prohibetur locatio vltra triẽnium; ergo permiſſa cenſetur vſque ad triennium, valet enim argumentum à contrario ſenſu, l. prima, & ibi DD. communiter, ff. de offic. eius, & excluſio vnius alterius incluſio eſt, l. cum prætor, ff. de iud. & c. nonne, de præſum. Immo ſi res, quæ locatur, fructus non ferat, niſi in ſingulum triennium in nouem annos locatio valebit, nam pro triennio habebitur ex quo tres fructus tantum percipit, ita aſſeruit Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 16. nume. 6. vbi alios idem ſentientes refert, & Nauar. de alien. rer. Eccleſiaſt. num. vigeſimoprimo, & ſequitur eos Stephan. Quarant. in Summ. Bullar. eodem num. 18. Quare ſylua cedua hac ratione locari poterit. Non tamen antecipatis ſolutionibus fieri poteſt iuxta diſpoſitionem Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reformat. cap. 11. quandoquidem præiudicium ſucceſſori fieret. Verum quid ſi vltra tempus præſcriptum fiat, vtpotè vltra triennium, vbi res locata in ſingulos annos fructus producit, an valebit ſaltem vſque ad triennium? Stephan. eodem numero teſtatur magis communiter receptum eſſe, vt ſaltem ad tempus permiſſum valeat, quam ſententiã vti veriſſimam. Ego quoque ſequor. Nã ſumus indiuiduis, diuidi enim poteſt penſio vnius anni à penſione alterius anni, quo caſu vtile per inutile non vitiatur, ita Iaſ. in l. certi conditio, §. quoniam, num. ſeptimo, ff. ſi cert. pet. Hinc donatio vltra quingentos aureos non inſinuata regulariter valet, vſq; ad quingentos, l. ſancimus, iũct. Gloſſ. trecentos, & l. pen. in fi. C. de donat. Quare non mihi placet opinio quorundam, quos refert Steph. Quaran. ibi ob proximè dicta, qui locationem nullam eſſe, neque etiam ad triennium, vbi vna penſio pro omnibus eſſet conſtituta, vel alter contractus non eſſet factus, in qua ſententia etiam fuit Couar. eod. verſ. declarationibus quibuſdam adhibitis. An autem ſucceſſor colono ſtare debeat, pro regula

Digitized by Google

SVMMA.

1 Alienando fructus perceptos ex bonis Eccleſiæ, an licentia ſolemnitas vè aliqua ſeruanda ſit.
2 Bonorum Eccleſiæ dominium
3 Adminiſtratio, & diſpenſatio eorundem } *apud quos ſit.*
4 Vſus eorum

§. VIII.

§ Propoſuimus nobis explicandum, an in
alienatione fructuum, qui ab Eccleſia p-
cipiuntur, licentia aliqua, ſeu forma poſtu-
1 letur. † Qua in re (vt paucis rē abſoluamus)
concludendum eſt eam non requiri. Tum
quod iure id cautum non eſt, ergo nec dici
debet, argum. l. de pretio, ff. de public. in rem
act. Tum quod conſortudine ita ſeruatur.
Tum denique quod ad eos, qui beneficium
Eccleſiaſt. habent adminiſtratio corundem
cura, atqoe diſpenſatio pertinet, atque ſic ha
betur in c. veſtra, de locat. & conduct. & in c.
querelam, ne prælat. vic. ſuas, & ita Nauar.
de reddit. Eccl. quæſtio. prima, Monit. 6. & in
conſ. ſecundo, & in conſ. vndecimo, de rebus
Eccl. non alien. Id quod locum habet non ſo
lum in fructibus perceptis ex fundis, & ædi-
bus, verum etiam in alijs prouentibus, qui à
iuribus Eccleſiæ percipiũtur cuiuſmodi ſunt
oblationes, quæ in Eccleſia fiunt, necnon de-
cimæ, ac primitiæ. Quare & decimas, & obla
tiones, quæ in Eccleſia fiunt alienari ſine li-
centia queunt, vt habetur in c. s. de locat. &
vt Ego pluribus probaui in Tracta. meo De
Simon. Tab. 1. cap. 11. §. 1. & §. 2. vbi id etiã
fieri poſſe ſine ſimoniæ vitio affirmaui. Et
hæc locum habēt ſine vlla exceptione in Cle
ricis ſæcularibus. In Regularibus autem ſe-
cus ſentio.

Verum vbi fructus alienantur, an Clerici
poſſint fructus beneficij ad ſuum arbitrium
diſtribuere alienando? Antequam quæſtio-
ne hanc abſoluamus, præmittendum eſt bo-
norum Eccleſiæ dominiũ; & ius adminiſtran
di ea, nec non diſpenſandi apud quem ſit, &
quorum vſus quis habeat.

2 Quoad dominium igitur † & poſſeſſionē
bona Eccleſię, & locorum piorum apud Chri
ſtum Dominum ſunt, vt id pluribus probaui
in Tract. meo De Iuſt. & Valid. Monit. Pauli
Quinti contra Venetos, & ita dixit Innocen.
in c. cum ſuper. de cauſ. poſſeſſ. vbi ait quod-
cunque offerunt Eccleſijs homines diu obla
ta eſſe Deo, c. nulli liceat prędia, duodecima
quæſtione ſecũda, & c. qui abſtulerit, eadem
quæſtione ſecunda. Et ſunt Chriſti Domini
non cumulatiuè, ſed priuatiuè, ita vt nõ ſint
alterius hominis. Item ſunt Chriſti Domini
non generali eo iure, quod dicitur Domini
eſt terra, & plenitudo eius; Sed diſpoſitione
hominum, vt in eodem Tract. tradidi, quare
vel moriatur, Prælatus, vel omnes Clerici, ec
cleſiæ bonorum tanquam proprietas, quam
poſſeſſio remanent apud Chriſtum, qui vi-
uit in æternum, ita dixit Innoc. communiter
recept. ead. & Nauar. in Comment. 2. de Re-
gul. num. 3.

Quoad adminiſtrationem verò, & diſpen
3 ſationem † ſupremam poteſtas penes Pont.
Maximũ eſt, ſingularis verò, ſeu particula-
ris penes ordines, & Monaſteria, vel Cleri-
cos; etſi aliqui ordines Regularium capaces
non ſunt, ſpeciale ius adminiſtrandi penes
Papam eſt, detentio verò, vſus & adminiſtra
tio ſola, quæ eſt facti, penes illos ordines, ita
Inno. in cit. c. cum ſuper, num. 3. & Dec. in ci-
ta. c. conſtitutis, num. 8. & S. Thom. ſecunda
ſecundæ quæſt. 185. artic. ſeptimo, in reſpon.
& Nauar. ead. vbi pluribus rem hãc egit, de
Redit. eccleſ. Monit. 11. & facit c. 2. de dona.
vbi Alexander hic inquit, Fraternitati tuæ
non credimus latere, quod cum Epiſcopus,
& quilibet Prælatus Eccleſiarum rerum ſit
Procuratot, & non dominus, conditionē Ec
cleſiæ meliorare poteſt, facere verò deterio-
rem non debet. Ecce hìc cpertiſſimè haberi
Prælatos eccleſiæ non eſſe dominos rerũ ec-
cleſiaſticarum; ſed miniſtros. Idem ſanct. Au
guſtin relat. in c. ſi. duodecima quęſtione pri
ma, & in c. ſine exceptione, duodecima quæ-
ſtione ſecunda, vbi ſic dicitur Epiſcopus re-
bus eccleſiæ tanquam commendatis, non
tanquam proprijs vtatur. Idem in c. 1. deci-
ma quæſtione ſecũda. Sicut igitur Magiſtra-
tibus Ciuitatum, & tutoribus, & curatorib.
ius adminiſtrandi competit; & diſtribuendi
cura, ita & his.

Quoad vſum denique bonorum eccleſiæ.
4 † Primò ſont adminiſtratoris, vt habetur in
c. de ijs, de eccl. ædific. vbi ſi ſuperſit aliqnid
Clericis de bonis eccleſiæ ad reparandã ec-
cleſiã conferre id debere dicitur, ergo prius
ipſi habere debent, vnde ſe ſubſtentent, vt
ſan. Thom. eod. in loco inquit, & Nauar. ead.
Commen. 2. num. Ex quo enim altari ſeruiũt
de altare viuere debent, c. de multa, de præ-
bend. nam & beneficium datur propter offi
ciom, c. ſi, de reſcript. lib. 6. Secundo impen-
di debent ad eccleſia ædificia conſeruanda;
ſicut etiam ad paranda ea, quæ ad diuina fa
cienda pertinent, vt habetur in tit. de eccleſ.
ædificand. c. 1. & cit. c. de ijs. Et ad ſummam

Digitized by Google

ad eccleſiæ onera ſubſtentanda, ita S. Thom. ibidem. Qnare mortun eo qui beneficiũ habebat, fructibus collectis eius hæredes ſubminiſtrate debent ſucceſſori de fructibus, & omnia, quæ pertinent ad onera eccleſiæ ſuſtinenda vſque ad nnuns fructus. Præſtabunt igitur ei, qui eccleſiæ interſit, alimenta candelas diſtribuẽdas in die Purificationis Beatiſſimæ Virginis, cærum Paſchale, oleũ pro lampades, & alia huiuſmodi, niſi conſuetudine ad alios pertineat, ita habetur in eit. c. quia ſæpe, verſ Quæ in vtilitatem, de elect. libro 6. & ibi Gloſſ. in verb. Officin, & in cit. c. cum ex eo, §. porro, eodem tit. & libro, & in c. præſenti, § porrò, de offic. ord. lib. 6. facit quoque c. pereuenit, 2. de appellat. in antiq. & nouisſimè apud Tridenr. Synod. ſeſſ. vigeſima quarta, de reforma. cap. decimooctauo, verſicu. Debeat Epiſcopus. Poſttemò quod ſupereſt, ad ſubſtentandos pauperes impendi debet, ita dixit Iunoc. in eit. c. cum ſuperne, & habetur in c. 1. vndecima quæſt. ſecunda, & e. quatuor, queſtione ſecnnda, & in c. quia iuxta, & c. quoniam quicquid, decimaſexta quæſtione prima, & c. decimæ, eadem quæſtione prima, cum ſimilibus, & ita ſanct. ibidem. ex his conſtat Prælati eccleſiæ quid iuris habeant in eaſdem. His præmisſis iam videamus primo generatim an Clerici ad arbitrium ſuum diſponere de ſacultatib. eccleſiæ posſint. Secundò an ſuis cõſanguineis & affinibus atque amicis dare posſint. Poſtremo, an ſi in pranos vſus conſumant, ad reſtitutionem teneantur, primam quæſtionem igitur aggrediamur, id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Fructus beneficij Eccleſiaſt. an diſtribui posſint ab habentibus beneficinm in quoſcunque vſus vtiles, vel inutiles.*

§. IX.

1 S † Quæſtio prima explicanda nobis hæc eſt, an Clericus beneficium eccleſiaſticũ habẽs fructus eiuſdem diſtribuere posſit in quoſcunque vſus vtiles, vel inutiles. & videbatur dicendum poſſe, qunniam, vt habetur in tit. de reb. eccl. non alienan. ſtabilia tantũ prohibitũ eſt, ne alieuentur, & mnbilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & fructuoſa ſunt, niſi necesſitas, vtilitasvè eccleſiæ id poſtulet; idque ſeruata forma extraua. Ambitioſæ eodem, & vt ſupra probauimus; ergo, de fructibus contrárium dicendum eſt, prohibitio enim vnius alterius permisſio eſt l. cum prætor. ff. de iud. & l. qui accuſare, ff. de accuſ. & c. nonne, de preſumpt.

Secundo facit, quoniã experientia, quæ rerum magiſtra eſt, & cõſuetudn recepta id habere videtur; qui enim eccleſiaſt. beneficium habent, ad arbitrium ſuum fructus diſtribuunt, & nemini rationem reddunt; ergo dicendum eſt poſſe ipſos diſponere de huiuſmodi fructibus ad ſuum arbitrium.

Contrariam opinionem tamen ſequi debemus, ſcilicet Clericos non poſſe in quoſcunque vſus licitos, & illicitos fructus beneficiorum diſtribuere. Primò quoniam iure cautum eſt, in quos vſus impendi debeãt, ſcilicet ad ſe ſubſtentandos primo, vt aſſeruit, & de communi ſententia teſtatur Viu. in ſua Sylu. opin. 100. (eſto enim parochus de patrimonio ſuo viuere posſit, non tamen tenetur, ſed poteſt de bonis eccleſiæ, qui enim altari ſeruit, & de altari viuere debet, c. de multa, de præbend. Nec repugnat c. Clericos, & c. paſtor. cum ſeq. prima quæſtione ſecunda, nam reſpondit ibi Gloſſ. in cita. c. Clericos. Secũdo ad onera eccleſiæ ſuſtinenda. Tertiò quod ſuperet adolendos pauperes, vt in præmisſis probauimus, ergo ad arbitrium ſuum diſponere non poſſunt.

Secundò facit quod ſi Clerici poſſent de fructibus beneficiorum inter viuos diſponere ad ſuum arbitrium, poſſent etiam inter mortuos, multomagis, quandoquidem fauorabiliores ſunt vltimæ voluntates, quã contractus inter viuos, c. ſi. de re iud. & Gloſſ. & DD. in Inſtitut. de leg. fuſcia. can. tollend. & Auth. Diſponat. de hæred. & falcid. At diſponere non poſſunt ſine licẽtia, ſed de iure cõmuni pertinent ad eccleſias, à quibus habuerunt; iure nouo autem ad Cameram Apoſtolicam, quæ Commiſſarium Spoliorũ creat, niſi licẽtiam teſtandi à Pontif. Max. habeant vel in Camera conueniant, quæ conuentio facta eſt in diœceſi Arimini, Fauentiæ, & Imolæ, vt vidi, ergo ad arbitrium ſuum de huiuſmodi rebus diſponere non poſſunt.

Poſtremò ſi contrarium diceremus, contra mentem Chriſti Domini eſſet, qui dominum huiuſmodi rerum habet, & cuius adminiſtratores, & diſpenſatores ſunt Clerici beneficium habentes, necnon contra mentẽ eorum, qui bona hæc eccleſijs reliquerunt, quos veriſimile eſt in prauos vſus conſumi noluiſſe, ergo non eſt hoc dicendum. Addo ſi cõtrarium diceremus, multomagis dicendum eſſet poſſe qui beneficium habent ſuos conſanguineos, & affines ex reditibus beneficij augere. Id quod etiam prohibitum

eſt

Digitized by Google

eſt nouisſimè à Trident.Syno.ſeſſ.vigeſimaquinta,de reformat.capit.primo, & vt infra probabimus, ergo. Ab hac igitur opinione diſcedendum non eſt,quam & Viu.ſequitur in ſua Sylu.opin. 101. cum quibuſdam limitationibus. Nec repugnant allegata pro contraria opinione;nam & ſi cautum non eſt, vt ſeruata forma alienentur,explicatum eſt tamen,in quos vſus verti debeant,vt vidimus. Non obſtat,quod dicebatur de experientia, & conſuetudine;nam ſi adſit talis, vt etiam in prauos vſus conuertantur fructus beneficiorum,corruptela potius quam conſuetudo eſt dicenda, nam conſuetudo eſt lex, at lex iuſta,atque honeſta eſſe debet,c.erit autem lex,diſtinct.4.quod hic nam eſſet.Poſtremò negatur hanc conſuetudinem eſſe; nam pij Clerici,& qui Deum colunt,vt decet,atque oportet fructus beneficiorum impendunt.A prædicta opinione igitur non diſcedemus.

Non ergo alendis canibus conſumendi fructus huiuſmodi ſunt. Non ſcurris, nõ ſcortis,non ludis,& alijs illicitis caſibus. Non etiam in diuites diſtribuendi ſunt,quippe qa pauperum eſſe ſupra probauimus,quod reliquum fuit poſt ſuſtentationem Clerici, & eccleſiæ. Quare donatio grandis huiuſmodi fructuum fieri non poteſt à Clerico diuiti. Non remitti etiam gratis decimę ipſis diuitibus; quandoquidem in pauperum detrimentum hoc redũdaret. Et hæc vera ſunt nõ ſolum in contractibus inter viuos, verum etiam inter mortuos,nam inſtituere hęredes, & legata hiſce relinquere,nequeunt. At qui an licentia habita à Summo Pontifice teſtandi de huiuſmodi bonis, diſponere poteſt qs in caſibus ſupra probibitis? Adhuc ſentio, neq; licentia habita diſponere de ipſis poſſe ad arbitrium ſuum. Nec repugnat ſi dicatur,ergo licentia illa nihil operatur, & nulla eſt. Num primo valet quoniam Clericus facultatem hãc habens,& poſt mortem de fructibus eccleſiæ diſponere poteſt,id quod nõ poterat iure antiquo,nec etiam nouo. Poſtremò valebit etiam,quoniam conſanguineos ſuos pauperes poterit hæredes inſtituere. Item à Miniſtris Cameræ Apoſtolicæ moleſtia affici non poterunt ſui hæredes. Nec facit ſi dicatur ſimpliciter licentiam concedi, ergo ſimpliciter intelligi debere non habito reſpectu ad qualitatem perſonarum. Nã hoc nihil eſt,quandoquidem quando conceditur aliquid alicui,quod alias facere non poterat intelligitur conceſſum ſeruata forma iuris, argum.l.ſi quando,C.de inoff. teſtam. Item quouſque pertinet poteſtas concedentis,argum.C.ſi à non compet.& l.fi.ff.de iur. omn. iud. At de iure fructus huiuſmodi,qui ſuperſunt,in pauperes diſtribuendi ſunt, & poteſtas Pontificis nõ vltra pertinet. ergo ad formam iuris, & ſuam poteſtatem conceſſiſſe dicendum eſt. Pro certa igitur regulam propoſitam habebimus,atque ſic pluribus aſſeruit Nauar.in Tract.de redd.eccl.quæſt. prima,cum duab.ſeq. vbi aſſeruit etiam peccare,& in conſilio ſecundo, de vit.& honeſtat. Cleric.

Excipitur tamen benemeritus de eccleſia nam ſicut famulis de fructibus beneficij ſatiſfacere poteſt, ita & benemeritis. Et de quæſtione hac ſatis.ad aliam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Diues quando quis dicatur.*
2 *Conſanguineis affinibusque ſuis, vel amicis, an de fructibus Eccleſiæ Clericus dare poſſit, vbi diuites ſunt.*
3 *Pauper quis nam dicatur.*
4 *Cõſanguineis pauperibus an dari aliquid à Clericis poſſit.*
5 *Laborum gratia dare ſuis Clerici poſſunt; ſicut beneficia, ac officia eccleſ. vbi idonei ſunt.*

§. X.

SAltera quæſtio eſt an ſuis conſanguineis dare de fructibus eccleſiæ Clericus poſſit;quã quæſt. vt abſolutã magis habeamus, contemplabimur eam primo in conſanguineis,qui diuites ſunt, præmiſſo tamen prius diues quiſnam dicatur. Deinde in pauperibus.

1 Diues igitur ille dicitur † quo ad rem noſtram pertinet,qui habet vnde ſe, ſuamque familiam ſuſtentet iuxta dignitatem familiæ qualitatem perſonæ, & gradus atque officij in quo eſt vel per ſe,vel per accidens.

Dixi iuxta dignitatem familiæ; nam qui Ciuis eſt,& ex nobili familia natus,hũc mendicare non decet. Si ergo non poteſt, vt ſuæ familiæ dignitas poſtulat,hic diues non dicetur,vnde vulgo dicitur talis Ciuis pauper eſt,quamuis habeat vnde viuat. Sed non ex dignitate familiæ.

Dixi qualitatem perſonæ,ſi enim quis Doctor ſit, qui laboret pro publica vtilitate, Planè plus hic habere debet,quam alij, quò ſui gradus dignitatem tueatur. Hinc cum ipſis diſpenſatur ad plura beneficia curata, argum.c.de multa,de præbend. ſi ergo habet quod ſat ſit ad dignitatem familiæ,non autẽ ad Doctoratus gradum; hic etiã diues non

dicetur,atque ſic ſenſit Nauar.in cit. conſ.2. de vit.& honeſt.cler.

Dixi etiam Officij,in quo eſt; Cardinalis enim exempli gratia qui habet habito reſpectu ad ſuam ſamiliam,quod ſatis eſt,& quatenus Ciuis,& Doctor,non habet autē quatenus eſt Cardinalis,hic diues non dicitur, nam & alimenta debentur habito reſpectu ad qualitatem perſonæ,ita Bald.in l. ſecunda,ff.quod met.cauſ.& Alex.in l.ſi maritus, in fine,ff.ſolut.matrim.& Nauar.eodem conſil.2.Hinc ſæpè dicitur talis Cardinalis pauper eſt,eſto tria, aut quatuor millia aureos habeat in reditibus.Habetur enim ratio dignitatum Extraua.Execrabilis, de præben. verſ.Cardinalibus,& Extraua.Vas electionis.de cenſ.

Dixi denique per ſe,vel per accidens. Per ſe,vbi habet tantum in bonis,quod ſat ſit ad ſe ſubſtentandum conſideratis etiam prædictis.

Dixi per accidens, vbi non ſolum habito reſpectu ad ſe,diues eſt,vt dixi ſupra verum etiam habito reſpectu ad ſuos, exempli gratia habet quis fratrem Cardinalem, & ipſe eſt diues adeo,vt dedecori non ſit ipſi Cardinali;quod contingeret ſi ipſe eſſet agricola, & vt talis abundaret, non autem vt frater Cardinalis, cui dedecori eſt ſi in ipſo ſtatu ſuum fratrem ipſum eſſe pateretur. Quare quod qualitas præſcripta non eſt in prædictis caſibus, ob eam rem DD. communiter concluſerunt in arbitrio Iudicis id collocatum eſſet, vt teſtatur Menoch.de arbitr.iud. libro ſecundo,Centu prima,caſ.65, & 66.& DD.in l.ſi conſtante,ff.ſolut. matrim. & alij plures cit.à Menoch.ibidem, arbitrium autem Iudicis verſabitur in prædictis conſiderandis.

Hoc præmiſſo quoad quæſtionem præmiſ
2 ſam † concludo,vbi conſanguinei ſunt diuites eo modo,quo dixi, non poſſe nec debere Clericos de fructibus beneficij ipſis dare. Primò ob rationes in antecedenti quæſtio. Secundo quoniam Trid. Synod. id omnino interdixit,ſeſſ. vigeſimaquinta,de reformat. cap.primo. Si enim inquit ibi. Omnino verò eis,ſcilicet Epiſcopis interdicit, ne ex reditibus eccleſiæ conſanguineos familiares,vel ſuos augere ſtudeant, cum & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res eccleſiaſt. quæ Dei ſunt,conſanguineis donēt;Sed ſi pauperes ſint ijs,vt pauperibus tribuant,eas autē non diſtrahant,nec diſſipent illorum cauſa; immo quæ maximè poteſt eos ſancta Synodos monet, vt tamen humanum hunc erga fratres,nepotes,propinquos carnis affectū, vnde multorum malorum in eccleſia ſeminarium extat,penitus deponant. Hæc ibi, ex quibus patet omnino Clericis interdictum eſſe,nec ex bonis eccleſiæ cōſanguineos ſuos augeant.Facit quoque,c.de Syracuſanæ,diſtinct.28.& c.peruenit,prima quæſtione tertia.Nec repugnat ſi dicatur id non ſeruari à multis,quandoquidem cōſanguinei fortaſse ſint diuites tales,quales poſſumus eſſe debere.Præterea fieri poteſt,vt det coſanguineis qui & ſi ex diuitibus nati ſunt, ipſi tamen tales non ſunt;quid enim ſi Clericus alat nepotem ex fratre,vel ſorore diuite,qui literis operam dat? Planè hic rectè faciet. Nepos enim, ideſt filius fratris, vel ſororis non eſt diues ipſe, eſto ſpem ſucceſſionis habeat, præſertim quod pater non tenetur alere filium,qui in literis ſe exercet. Non videtur igitur Clericus hic diuiti dare ſi nepoti literis operam danti alimenta ſubminiſtret, ita Nauar.in conſilio ſecundo,numero quarto, de vit.& honeſt.Cler. Hinc nec titulo huius ſpei ad ſuos ordines admoueri quis debet, vt ſuo loco ꝓbauimus; præſertim quod multa contigere poſſunt, nec ſucceſſor ſit iuxta illud,Multa cadunt inter Calicem,ſupremaque labia.§. illud quæſitum in Inſtit. de rer. diuiſ, Addo adducere inconueniens non eſſe ſoluere,nam contrarium à pijs, ac ſanctiſſimis viris ſactum eſſe videmus, vt à Pio V. ſanctiſs.Pont.& ab Illuſtriſsimo,& Reuerendiſsimo Carolo Borromæo ſanctitate præclaro, & ab Illuſtriſsimo Federico Cardinali eius conſanguineo; Loquor nunc de fratrib. beneficij,non autem de dignitatibus, & beneficijs eccleſiaſticis, quæ & ipſis conferri poſſunt,modò alias idonei ſunt., in ipſorum enim collatione non inſpicitur, an diuites, pauperesvè ſint,ſed an idonei,vt probaui in Tract.meo De Simon. Ego ad hoc igitur ſic concludendum cenſeo.

Quoad alterum caput, vbi pauper eſt an de fructibus beneficij ei dare poſſit. Antequam quæſtionem hanc abſoluamus,videndum eſt breuiter,quiſnam pauper dicatur.

Pauper † igitur multis modis dicitur.
3 Primo,qui non habet vnde ſe ſubſtentet, habito reſpectu ad victum, & veſtitum ſimpliciter,& hic Mendicus potius nominatur. Secundo qui habet vnde ſe ſubſtentet, ſed non habet quoad ſuam familiam, vxorem,filios,& huiuſmodi. Tertio qui habet, vnde ſe ſubſtentet,& prædictos, ſed non habet habito reſpectu ad dignitatem ſuæ familię.Quarto,qui habet habito reſpectu ad dignitatem ſuæ familiæ; Sed non habito reſpectu ad gradum,& officium ſuum,vel ſuorum,ideſt tam

per

Digitized by Google

per ſe, quam per accidẽs, vt de diuite diximus. Quare raro erant diuites ſimpliciter. ita Nauar, de redd. eccl.

4 His igitur pręmiſsis † concludo, quacunque ratione pauperes ſint, tribui eis poſſe, & de ijs, qui ſunt in primo, & ſecũdo gradu dubiratio nulla, per ſe enim patet ei opem fieri poſſe; de alijs, qui ſunt in alijs duobus gradibus, quod plus concedatur, haberur de literatis, & nobilibus in c. de multa, de præb. de conſtitutis in dignirate in Extrauag. Execrabilis, Ioan. 22 eodem. Idem ſenſit Innoc. in c. indecorum, de ætat. & qualit. & apertius ac pluribus Nauar. de reddit. eccl. quæſt. 1. Monit. trigeſimoſexto, & Monit. trigeſimoſeprimo. Et de paupere per accidens aſſeruit id pluribus Nauar. eadem quæſtione prima, not. vigeſimoſeptimo, num. ſecundo. Et ob eam potiſſimum rationem, quoniam id quo ſupereſt ad ſubſtentandos miniſtros Eccleſiæ, & ad alia onera habenda, pauperum eſt, ideſt in pauperes diſtribuẽdum. Si extraneis erga dari poteſt, ac debet, qui pauperes ſunt multomagis ſuis habito reſpectu ad gradũ charitatis, & ad fortiora vincula, argumen. l. præſentes, ff. de ſer. & aqua, & c. 1. de tregu. & pac. & Authen. de conſang. & vſu feud. Et ſi ergo conſanguinei augendi nõ ſunt ex redditibus eccleſiæ, vbi diuites ſunt; vbi pauperes adiuuandi erunt, argumento ſumpto à contrario ſenſu, atque ſic dixit ſanct. Ambr. relat. in c. eſt probanda, diſtinctio. 88. vid. & ſanct. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 185. Monit. 27. & Vin. in ſua Syl. de fratre clerico dotem ſorori pauperi, opin. 337. num. 2.

5 Secundò † de bonis eccleſiæ poteſt ipſis dari, vbi officium aliquod eccleſiæ ipſis committeret, exẽpli gratia inſeruit eccleſiæ pro Procuratore, vel Aduocato, vel mittitur Legatus ad aliquem Principem, vel Cuſtos eſt alicuius Arcis, vel Dux exercitus eccleſiaſtici, vel Præſes Prouinciæ, vel Gubernator. His enim rationibus, & conſanguinei diuites fieri poſſunt, de bonis eccleſiæ, quandoquidem pro ſuis laboribus præmium ſuum accipiunt; id quod & cuius alteri concedi poteſt. Hæc igitur ratio eſt, quia ſine peccato, & legitimæ Prælati eccleſiæ ſuos de bonis eccleſiæ diuites facere poſſunt, & hac ratione ditandos eſſe ſuos, ac poſſe, ſuadet Nauar. eadem quæſtione prima, Monit. vigeſimoſeptimo, num. quarto, verſ. Cõduceret huiuſmodi Pręlatus; nam vt proximè dixi beneficia eccleſiaſt. ei conferri poſſunt, modò idonei ſint. An autem an ad reſtitutionẽ teneantur, vbi male eos conſumpſerunt, hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Clerici conſumentes fructus eccleſiaſt. an ad reſtitutionem teneantur.*

§. XI.

1 S† Poſtremò videndum eſt, an Clerici ad Clerici ad reſtitutionem teneantur, vbi fructus eccleſiaſticos male conſumpſerint. quam quæſt. diſputauit Nauar. pluribus in Tract. de reddit. eccleſ. quæſtio. ſecunda, vbi concludit ipſos mortiferè peccare, & ad reſtitutionem obligatos eſſe; & hanc opinionẽ communem eſſe idem ibi teſtatur, & ab ea omnino diſcedẽdum non eſſe; quam opinionem vti veriſſimam. Ego etiam ſequor, quã & ſecutus eſt ſanct. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 185. artic. ſeptimo, & omiſsis alijs rationibus relatis à Nauar. ibidem, hac ſoliſſima ratione eam, Ego probo. Nam bonorum eccleſiaſt. fructus habito reſpectu ad vſum ſunt partim miniſtrorum eccleſiæ, partim fabricæ eiuſdem, partim pauperum, vt ſupra aſſeruimus; Sicut igitur ſi alius ſumeret partem pertinentem ad Clericos, & miniſtros eccleſiæ, mortiferè peccaret, & ad reſtitutionem teneretur, c. fin. cum ſeq. decimaquarta quæſt. 6. eadem ratione Clerici conſumentes bona pertinẽtia ad eccleſiam, & pauperes mortiferè peccant, & ad reſtitutionem tenentur, id quod dubitationem non habet per regulam, c. peccatum, de regul. iur. libro ſexto.

Excipitur tamen primo, vbi partem ad ſe pertinentem conſumerent; eſto enim peccent, non tamen ad reſtitutionem obligantur.

Secundo excipitur, vbi obligatis non eſſent neque ad ſumptus fabricæ, neque ad diſtributionem in pauperes; quippe quia fructus ex beneficio, qui percipiuntur, ad eorũ ſumptus tantum ſufficiũt. Si enim de huiuſmodi fructibus aliquid conſumant, ad reſtitutionem non obligantur, cum ſibi tantum, & non alijs fraudem faciãt. Hinc nec ad ſpolia huiuſmodi Clerici tenentur, qui beneficiorum habent non excedens valorem triginta ducatorum aureorum de Camera, vt habetur in Extrauag. Pij Quinti, incip. Romani Pontificis prouidentia, quæ eſt in ordine 44. quandoquidem, ſi quid ſuperſit, id factum exiſtimatur quod in viuendo reſtrictiores fuerunt. Quod de ſua portione igitur Clerici conſumunt, ad reſtitutionem nõ tenentur, quandoquidem bona hæc ſunt quaſi

patrimo-

Digitized by Google

patrimonialia, atque ſic aſſeruit Nauar. de reddit.eccleſ.eadem quæſt.prima, Monito. quadrageſimotertio. In hac quæſt. igitur ſic concludendum cenſeo. Sed de his Clericis hactenus, iam ad gubernationem Clericorum ſecularium tranſeamus, qui obtinent beneficium curam animarum habens.

De Gubernatione Clericorum ſecularium, qui obtinent beneficium curam animarum habens, effectu per ſe, ac proximo, ſed vndecimo poteſtati, atque officij Epiſcopi. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Parochi nomen quale ſit.*
2 *Parochus quotuplex ſit.*
3 *Parochus ſimplex quid ſit.*
4 *Parochus quid ſit.*
5 *Parochianus quid ſit.*
6 *Parochi plures haberi poſſunt.*
7 *Domicilium qui non habent, quis eorum Parochus.*
8 *Domicilium vxoris quodnam ſit, & Canonici.*

QVARTO agendum eſt de gubernatione Clericorum, qui beneficium eccleſiaſt. habens animarum curam obtinent; & quoniam hi Clerici parochi dicũtur, ob eam rẽ antequam eorum functiones explicemus, hęc præmittenda ſunt. Primum nomen hoc parochus Latinum, an Gręcum ſit, & quid ſignificet, & vnde dictum. Secundò quotuplex parochus ſit, & quid hic de quo agimus. Tertiò parochia quid ſit. Poſtremò quid ſit parochianus.

1 Quoad primum igitur † parochus Græcũ nomen eſt dictum à verbo παρέχω Græcè, quod ſignificat Latinè Præbeo; nam apud Ethnicos Parochus dicebatur is, qui munus habebat præbendi, quæ adiutæ neceſſaria erant hoſpitibus, ſeu legatis, vt habetur in Dictionario Græco in verbo πάροικος. Quare quòd in eccleſia Dei, qui animarum curam habet, præbere ſpiritualia inprimis debet hominibus in hac vita, qui ſunt veluti peregrini quidam, ob eam rem parochus hic nominatur. Hinc in pupillus. ff. de verb. ſignific. dicitur incola, qui in aliquam religionẽ domicilium contulit; id quod non alienum ab officio parochi eſt; nam ſicut incola habitat alicubi aſſiduè, ita parochus à parochia abire non debet, ſed reſidere, vt infra videbimus.

2 Quoad ſecundum † parochus duplex eſt. Aliùs, qui non ſolùm fori conſcientiæ, & interioris iuriſdictionem habet eccleſiaſticã, verùm etiam, & qui exterioris cuiuſmodi eſt Romanus Pont. in toto terrarum Orbe, c. cuncta per mundum, & inferiores alij pręlati, vt Archiepiſcopi, Epiſcopi Clem. dudũ, §. verùm, de ſepult. & c. eccleſia tua, iuncta inſcriptione, decimaſexta quæſtione prima. Hic autem ſolùm agimus de parochis, qui iuriſdictionem fori interioris, atque cõſcientiæ tantùm habent, iam ergo quinam ſit exponamus.

3 Quoad tertium † igitur parochus hic ſimplex eſt parochus, qui populi alicuius parochiæ in ſpiritualibus quoad poteſtatem ordinis Sacerdotij, ac fori interioris eccleſiæ curam habet, quò ex lege Chriſtiana viuendo æternam vitam conſequatur. Dixi parochus pro genere; non ſolùm enim de ſimplici parocho dicitur, verùm etiam & de alijs, quos proximè recenſuimus. Dixi reliqua pro differentijs quibus ſeparatur ab alijs parochis, qui iuriſdictionem etiam fori exterioris eccleſiæ habent. Quare non rectè mea ſententia definiuit eum Archid. quem refert Nauar. in conſ. nono, de clandeſt. deſponſa. qui dixit eum parochum ſignificari, qui habet curam animarum, videlicet populi infra certos terminos cõgregati; nam deſcriptio hęc non ſolum ſimplici parocho cõuenit, verùm etiam & Epiſcopis quandoquidem & ipſi curam animarum, id eſt populi congregati infra terminos ſuæ diœceſis habent. Deſcriptio igitur hæc erit generis, & non ſpeciei.

4 Quoad quartum † parochia eſt locus certis terminis pręſcriptus, cuius populus ibi domicilium habens Sacerdoti ſimplici creditus eſt, quò ſpiritualia ab ipſo recipiendo vitam æternam conſequatur; quę deſcriptio ex iam dictis, & paulo poſt dicendis habetur, & tetigit idem, etſi nõ ſic aperte Cacher. deciſ. 99. num. 5.

5 Quoad quintum † parochianus eſt homo ſubiectus parocho, ac Sacerdoti ſimplici loci, vbi domicilium, vel quaſi habet, quo ſpiritualia ab ipſo recipiendo vitam ęternam conſequatur. Dixi homo habito reſpectu nõ ſolum ad eos, qui iam Chriſtiani ſunt, verũ etiam habito reſpectu ad eos, qui Chriſtiani fieri volunt. Dixi ſubiectus eſt, &c. nam vt quis parochianus ſit, alicuius neceſſariò requiri

quis parochianus fit, alicuius neceſſariò re-
quiritur, vt domicilium in parochia habeat
c.is, qui de ſepul.lib.6.& ita Nauar.in conſi
6 lio ſeptimo, de clandeſt. matrimo. † Quare
quòd in pluribus locis domicilium habere
quis poteſt, vbi ſcilicet quis in vtroque loco
æqualiter habitat, exempli gratia æſtiuo tē-
pore in vno loco, hyemali verò in alio, vt ha
betur in c.cum quis, de ſepulr.lib. 6. cum ſi-
mil.cit.ibi à Gloſſ.in verb Domicilium, ob
eam rem parochus plures hic habebit, ſcili-
cet vnum in vno loco, & alium in alio: ſed
non eodem tempore, ſed diuerſo; nam æſti-
uo tempore erit parochianus eius Sacerdo-
tis, in quo tunc habitat; hyemali tempore al
terius. Si ergo matrimonium contrahatur,
vbi æſtiuo tempore domicilium habet, corā
eo parocho matrimonium contrahetur, &
alia ſacramenta recipientur; item & è cōtra-
rio; non ergo ſat eſt ad domicilium contra-
hendum, vt quandoque in aliquem locum
eat, vtpotè ad Villam ruralem ſe transferat
recreationis gratia, vel vt ruralia exerceat
in eadem, ſed vt domicilium tranſtulerit, ita
dicitur in cit.c.is, qui de ſepult.lib.6.

Immo eodē tempore duos parochos ha-
bere poteſt, vtpotè ſi æqualiter eſſet in duo-
bus parochijs, exempli gratia habitat quis
in domo, quæ eſt in cōfinib. duarum paro-
chiarum, vel duas domos cōiunctas incolit,
quæ sūt in duab. parochijs, tunc ſimul duos
parochos habebit, ita dixit Gloſſ. not. in ci
ta.c. cùm quis, in verb. Domicilium, & facit
Gloſſ.in c.licet, in verb. Conuenit, 16. q. 1.
idem ſentio ſi duorum locorum non magis
in hoc, quam in illo moratur, ſed modò hic,
modò illic eſt, eodem enim tempore duo do
micilia habebit. Dixi vel quaſi domicilium
7 habet, † quò ſignificarem parochianum eū
quoque eſſe, qui habitationem tantùm tran
ſtulit. Verùm, vt rem hanc ordinatam aga-
mus, pro regula habebimus, qui habitatio-
nem tantum tranſtulit parochianum nō eſ-
ſe. Quare peregrinus, & viator, qui per ali
quos dies in aliquo loco moratur, eius loci
parochianus non erit.. Non etiam qui ſe
Rus confert, vel animi gratia, vel vt ruralia
exerceat, cit.c.is, qui de ſepult.libro 6. Non
etiam is, qui cauſa peſtis, vel belli aufugit à
patria reuerſurus quamprimum poterit. Nō
etiam mercator, qui paululum alicubi mo-
ratur. Excipitur tamen, vbi non commodè
poſſet ſuas parochias adire; tunc enim licet
recipere ſacramenta, ac ſpiritualia à paro-
cho, in cuius parochia moratur, ita dixit Gl.
in Clem.prima, in verb. Parochialis, de de-
cim. Accedit veriſimilis mens Superioris, &
tacitus conſenſus, vt tradidit Gloſſ. in l.tale
pactum, in verb. Pactum, ff. de pact. & facit
cit.c.is, qui, vbi quis extra parochiam ſuam
moritur; cum animi gratia abſens factus eſ-
ſet; ſepeliendum (ibi dicitur) eſſe in ſua paro
chiali, & non in loco, vbi mortuus eſt, dum-
modò abſque periculo valeat ad ipſam de-
portari, ergo ſecus ſi abſque periculo id fie-
ri poteſt. Hinc Gloſſ. inquit imminens peri-
culum mutare ius commune. Facit quoque,
c. fina. eodem vbi dicitur Religioſos in ſuis
proprijs Monaſterijs ſepeliri debere, niſi cū
moriuntur, commodè portari eo nequeant,
tunc enim ſecus; & ita Gloſſ.ibi in verb. Cō-
modè cum ſimilibus, & ita etiam ſeruatur.
Hinc Mercatores, qui in longinquas regio-
nes abeunt, & diſcipuli qui in Studijs ſunt
longè à proprijs parochis, à Sacerdote in cu
ius parochia morātur, recipi poſſunt, ac de-
bent, ſacramenta; nam ſi ob periculum, vel
incommodum deferendi eos ad propriā pa
rochiam ſepeliri ibi queunt, etiam alia ſa-
cramenta ob eandem rationem accipere po
terunt; nā omnia hæc iura parochialia ſunt,
ſcilicet ſepultura, & ſacramentorum admini
ſtratio, vt tradidit Abb. in rubr. de paroch.
& alien. paroch. & DD.

6 Excipiuntur etiam, † qui ſine domicilio
ſunt, vt exempli gratia, qui relicto domicilio
nauigant, vel iter faciunt, quærentes, vbi ſe
collocent; hi enim nullum domicilium ha-
bent, l. Labeo, & l.eius, ff.ad municipal.& vt
dixit Gloſſ.in cit.c.cùm quis, in verb. Domi
cilia, de ſepul.libro ſexto, vbi ergo erunt, ibi
ſacramenta ſuſcipient, & parochiani habe-
bunt, ſicut etiam vagabundi, argum. C. vbi
de crim.agi pot. Item & viatores habito re-
ſpectu ad pœnitentiam, & Euchariſtiam tem
pore Paſchatis, & declarauit Eugenius IV.
vt teſtatur Caietan. quem refert, ac ſequitur
Sot.& Fuſc.de Viſi.eccleſ.lib.2.cap.3.nu.44.

Tertiò excipitur articulus mortis, vbi ꝓ-
prij parochi facultas non datur; tunc enim
ſacramenta à parocho loci, vbi eſt, ſuſcipere
quis poterit; diuiſio enim parochiarum de
iure poſitiuo eſt, qui ceſſat in hoc caſu; ſicut
etiam prohibitiones eiuſdem iuris, vt habe
tur apud Triden. Synod. ſeſſ. decimaquarta,
de Sacramen. Pœniten. cap. decimoquarto,
quamuis quoad ſepulturam ad ſuam paro-
chiam deferri debeat, ſi id commodè, & ſine
periculo fieri poſſit, cit.c.is, qui, & c.ſi. eod.
de ſepul. Sublimitatur tamen, vbi dolo malo
id faceret; non enim patrocinari cuiquam
debet, c. Sedes Apoſtolica, de reſcript. & l.in
fundo, ff. de rei vind.

8 Verùm quid † de vxore quod nam eius
domici-

domicilium erit? Planè domicilium mariti; nam & vidua illud retinet; ſicut etiã dignitatem, vt habetur in c. is, qui, § fina. de ſepult. At qui ſi ad patrem reuertatur? Quoad ſepulturam idem erit; nam in ſepultura mariti ſepelietur, niſi ipſa aliam elegerit; quoad alia Sacramenta, quò domicilium tranſtulit, inde recipiet; abſurdum enim eſſet quem in vna parochia domicilium habere, & in alia
9 ſuſcipere Sacramenta. † Quid de Canonico, vel alio Clerico Cathedralis eccleſiæ ſi habitet in aliena parochia, vt reſideat in Cathedrali, an parochianus ſit eius parochi, in cuius parochia domicilium habet? Planè non, ita Lap. ſibi contrarius, & Calder. quos refert, ac ſequitur Fuſch. in littera P, concluſ. 99. nam remanet parochianus eccleſiæ Cathedralis; vbi n. quis remanet obligatus ſuæ parochiæ, eſto in alia domiciliũ habeat, non ſit illius parochianus; ſecus tenet de beneficiato, vel Curato, qui non reſidet in eccleſia, ſed in alia domicilium habet; quandoquidẽ iniuſtum domicilium ſubditum quem etiam reddit, ita Feder. de Sen. conſ. 254. & Lap. al leg. 63. & Fuſch. eadem concl. 99.

S V M M A.

1 ***Beneficium vnum Curatum haberi tantum poteſt & quamobrem.***
2 ***Inſtitutus in beneficio quis eſſe non debet.***
3 ***Acta à Sacerdote curam animarum habente an valeant, ſi vel beneficium retinet non legitimè, vel legitimè, ſed vſum adminiſtrationis non habet.***

§. I.

1 §. Præmitto etiam alia tria, quorum primum eſt † Clericum plura beneficia animarum curam habentia, vel aliàs incompatibilia retinere non poſſe, c. 1. vigeſima prima quæſtione prima, c. Sanctorum, diſtinct. 70. c. quia in tantùm, de præbend. vbi rationes plures redduntur, quamobrem hoc vetitum ſit, ſicut etiam à Diaz. & Addit. ad eũ capitu. quadrageſimo octauo, & à Rebuff. in Prax. benef. in tit. de diſpenſatione ad plur. benefic & à Pariſ. de reſig. benef. libro quinto, quæſt. 6. num. 109. cum ſeq. & Azor. Inſti. Moral. parte ſecunda, lib. 6. cap. 10. verſicu. Tribus ſeq. Idem habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. ſeptima, de reformat. cap. . & ſeſſ. vigeſima quarta, de reformat. cap. decimo ſeptimo. Vbi ergo Epiſcopus diœceſim viſet, ſi quem beneficia huiuſmodi plura habere inuenerit, quo iure ea obtineat, ſibi probandum curabit; ad hoc enim inueſtigandum Epiſcopus tenetur per Trid. Synod. ſeſſ. ſeptima, de reformat. cap. 5. Vbi habetur quando licitè retinent. Quid agẽdum, ſicut etiam in c. ordinarij, de off. ord. libro 6. & ſi oſtendunt diſpenſationes legitimas, de Vicario prouidebit eccleſiæ, in qua non reſidet, ne ſalus animarum detrimentum patiatur, non obſtantibus quibuſcunque, ſi non oſtendãt, procedet iuxta cit. c. ordinarij.

2 Secundò præmitto † Clericum, qui huiuſmodi beneficia habet, non debere intruſum eſſe, id eſt non debere habuiſſe ipſum, & obtinuiſſe ab eo, ad quem collatio de iure non ſpectabat, intruſus enim hic dicitur, vt not. Abb. in c. quia diuerſitatem, not. ſecundo, de conceſſ. præbend. & Addit. ad eum, Idem Felyn. in c. ad noſtra, in Corol. 2. de reſcrip. quò addit intruſum quoque eum dici, qui habuit beneficium ab eo, qui conferre poteſt, ſed tempore collationis eſt excommunicatus, vel interdictus. Cuius tamen dictum nõ ſimpliciter verum eſt; nam excommunicatus vbi denunciatus, notoriusve non eſt, ſi quæ gerat, valent per extrauag. Ad euitãda; quo caſu, qui beneficium ab eo accepit, intruſus dici non poteſt; nam & ab hoc ſacramenta licitè recepimus. Non etiam verùm eſt, quod dicit de interdicto; nam interdictum non priuat quem actiuè, & ne iuriſdictionem exerceat, ſed ſolùm paſſiuè, ne diuina ſuſcipiat, vt probaui in Tract. de Cenſur. Tab. 5. & idcirco collatio beneficiorum ab ipſo facta valet. De ſuſpenſo autem locum habere eius dictum poteſt. Quo igitur intruſus quis dicatur, ab eo beneficium habuiſſe debet, qui vel omninò poteſtatem conferendi non habebat, vel ſi habebat, eius vſus impeditus erat, atque ſic aſſeruit Diaz. in Pract. Crim. Canon. cap. 49. & Addit. ad eum, & Azor. inſtit. Moral. par. ſecunda, lib. ſeptimo, cap. trigeſimo quinto, quæſtione decima, vbi multis modis quem intruſum dici explicat. Item, qui propria auctoritate ſine aliquo titulo, coloreve beneficium occupauit, vel viuentis beneficium impetrauit; vel qui ſola electione facta beneficium accepit; & multò magis, vbi electio nõ valuit, hunc intruſum aſſeruit Illuſtriſs. Tuſch. in littera I. concluſ. 342. vbi etiam intruſi pœnas poſuit, & Couar. variar. reſolut. libro 3. cap. decimo ſexto, numero 7. verſi. Illud ait intruſum verùm eum eſſe, qui accipit, retinetve beneficium eccleſiaſt. ſciẽs nullum ius perfectum ſibi in eo competere, per c. eum, qui de præbend. libro 6. & c. cùm dudum, eodem. Quare, qui reſignauit beneficium, vbi reſignatio admiſſa eſt (quo caſu

amiſſit

amiſſit omne ius, quod habebat in beneficio, c. quod in dubijs, & ibi DD. de renun. & vt aſſerit Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 1. numero ſexto,) ſi in poſſeſſione manet, intru-
4 ſus dicitur, ita Pariſ. eadem quæſtiune, numero 11.

3 Atqui † an geſta ab intruſo valebũt? Quò materiam hanc magis abſolutã habeamus, de omnibus impedimentis ſic diſtinguendũ eſt. Aut quis habuit ab initio legitimè beneficium; & in hoc caſu ſubdiſtinguendum eſt. Aut impedimentum interuenit in ipſo, quãobrem etſi beneficium retinet, legitimè tamen munus ſuum exercere non poteſt, vtpotè, quia factus eſt irregularis, vel cenſura eſt irretitus, vt in his caſibus, quandiu tolleratur ab Eccleſia, ideſt quã diu neque notorius neque denunciatus eſt, omnia vel ab ipſo acta valent, & hoc per cit. Extrauag. ad euitanda. Et facit c. ad probandum, de re iud. Ampliatur vel notorius, vel denunciatus ſit; tũc enim valent ea, in quibus poteſtas ordinis tantum poſtulatur, exempli gratia collatio Baptiſmi, & Confirmationis, Cõſecratio Euchariſtiæ, necnon extremæ Vnctionis, vbi eã ſuſcipiens non peccat. Excipiuntur tamen ea, in quibus iuriſdictio poſtulatur, cuiuſmodi pœnitentia eſt, nam ſi denunciatus, notoriusvè ſit, ab ipſo adminiſtrata non valebunt.

Aut impedimentum interuenit, quamobrem vel ipſo iure beneficio priuatus eſt, vel priuari poteſt. Primo caſu, aut ob delictum, aut ob aliam cauſam. Ibi ob delictum ipſo iure priuatus eſt; quandiu ab Eccleſia tolleratur, ideſt per ſententiam non eſt declaratum eum priuatum eſſe beneficio, omnia ab ipſo actu valent.

Primò per cit. c. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. vbi eſt, ſi quis ipſo iure priuatus eſt ſuis bonis ob hæreſim, non tamẽ ipſis ſpoliari debet, antequam ſententia id declaratum ſit. Secundo per Gloſſ. communiter recept. in c. fraternitas, duodecima quæſtione ſecunda, vbi pœna ipſo iure illata ante ſententiam executioni non mandatur. Poſtremò per cit. Extrauag. ad euitanda, vbi habetur ſacramenta nos recipere poſſe ab irretito quacunque pœna, modò denunciatus, notoriusvè non ſit. Valent igitur omnia ab hoc geſta in hoc caſu, vel priuatus ipſo iure beneficio ſit, & hoc ob poſſeſſionem, quam nõ perdit, antequam ea priuetur, vel relinquat c. licet, 2. de præbend. libro 6. Secus autem ſi notoriè id conſtet; nam tunc non valebunt, per cit. c. dudum, & ita Nauar. eodem c. placuit, num. 179. Vbi verò non ob delictũ priuatus eſt, ſed per renũciationem, vel permutationem alterius beneficij, tunc quandiu eſt in pacifica poſſeſſione, & ea priuatus nõ eſt, omnia ab ipſo acta valent, argum. cita. c. licet, 2. de præbend. & ita Nauar. in conſilio primo, de off. ordin. Quare opinio Pariſ. de reſign. lib. vndecimo, quæſtione prima, num. decimo, qui contrarium ſenſit recipienda non eſt, locum tamen habere poteſt in eo, qui nunquam titulum habuit ab habente ad id poteſtatem. Et de primo caſu ſatis.

Secundo caſu, vbi priuari poteſt, omnia interim ab eo acta valent, argumen. eorum, quæ ſupra diximus, multo magis, & tot. titu. vt lit. pend.

Aut legitimè ab initio beneficium nõ habuit, vel quia ipſe inhabilis erat; vel quia ab eo habuit, qui poteſtatem conferendi nõ habebat; vel ſi habebat, eius vſum amiſſerat. Primo caſu, vbi ipſe inhabilis erat, vtpotè vel ob irregularitatem, vel cenſuram, ſi auctoritate ſuperioris, qui poterat beneficium conferre, beneficium habuit, & in poſſeſſione eſt eius, idque publicè ignoratur, in hoc caſu etiam omnia ab ipſo acta valent, l. Barbarius, ff. de off. prætor. vbi acta à Barbario omnia valuerunt, quoniam ab habente poteſtatem prætura collata ei erat, & inhabilitas eius publicè ignorabatur, ſcilicet ſeruitus, & vtilitas publica verſabatur, ergo idẽ hic dicendum eſt. Requiruntur ergo, vt acta ab hoc valeant. Primo, vt ſit in poſſeſſione beneficij. Secundò auctoritate eius, qui poterat illud conferre. Tertio vt communiter pro habili habeatur; his enim concurrentib. vt dixi, acta omnia ab ipſo valebũt. Et quod ſit in poſſeſſione dixit Addit. ad Abb. in c. ſciſcitatus, numero duodecimo, verſ. Circa iſtam materiam communis erroris, de reſcript. & facit, c. conſultationibus, de iurepatron. vbi inſtitutos ad præſentationem eius, qui tunc ius patronatus poſſidebat, ſed tantum patronus credebatur, ergo idem in caſu noſtro. Non enim ſat eſt ipſum credere eſſe talem, niſi ſit in poſſeſſione, & ita Gloſſ. prima, ibi, & Innoc. & DD. in c. nihil, de electio. Si verò hæc nõ concurrant, contrarium dicendum eſt.

In ſecundò verò caſu, vbi legitimè beneficium non habuit, quia obtinuit ipſum ab eo, qui vel poteſtatem conferendi non habebat in hoc caſu concludo, ex quo intruſus hic eſt, ab ipſo acta non valere, ita generatim Gloſ. de actis ab intruſo. Quòd non valeant, ſenſit in c. omne, vigeſimaquinta quæſt. prima, & dixit Innoc. in cit. c. nihil, numero tertio, verſ. Vt quia ſimoniacę, vel per intruſionem

& núm.4.verſ.Nam, vbi quis eſt intruſus, de elect.& Abb.ibi,& in c.dudum.2. num.vigeſimo, verſic. Poſſet tamen circa dictum Glo. dubitari, de elect.& Addi ad Abb. in c.quia diuerſitatem, nume.3.de conceſſ. præbend. & de communi ſententia teſtatur Nauar. in c.placuit, de pœniten.diſtinct 6.nume.117. & in hoc caſu locum habebit opinio Pariſ. de reſign.libro 11.quæſtione prima, numero 10.cum ſeq. Nec repugnat cita.l.Barbarius, quia inhabilitas erat ibi ex parte ſuſcipientis, non autem conferentis, hic autem ſecus. Idem aſſerimus de actis ab eo, qui ſe pro parocho gerit, & Eccleſiæ poſſeſſionem non habet, ita de confeſſione huic facta dixit Palud. quem communiter recep. teſtatur Nauar. in cit.c.placuit, nu.178.

Vbi verò habuit beneficiũ ab eo, qui conferendi poteſtatem habebat, ſed vſum eius amiſerat ob cenſuram, aliamvè cauſam; ſi notorius idest, vel denũciatus pro tali fuit, collatio beneficij ab hoc facta nulla eſt; & idcirco acta ab eo, qui beneficium habuit, nulla erunt, vt in antecedenti caſu diximus. Si verò, neque notorius, neque denunciatus erat, quod collatio ab ipſo facta valet, & quia ab ipſo beneficium accepit, ab ipſo acta valebunt ob ſupradicta, & extrauag. ad euitanda. Quare collatio beneficij ab hoc facta valebit, item & electio, & præſentatio, & excommunicatio lata, vt id probaui in Tract.de Cenſur.Tab.2, capit.vndecimo, §. 1. cum ſeq. quicquid dixerit Pariſ.de reſign.benefic, lib.vndecimo, quæſt.prima, num.decimoquinto, qui in prædictis contrarium ſenſit, immo & in ordinis collatione ſecutus Baldum dixit collationem ab excommunicato factam ordinis non valere, quod abſurdum eſt; nã & à notorio facta valet, vt probaui in eodem Tract.meo. Cauere igitur quiſque debet, ne intruſus ſit, de qua intruſione egit Diaz. in Pract.Crim.canon.cap.quadrageſimooctauo, & Illuſtriſs. Tuſch. vt ſupra: Sicut etiam de impetrãte beneficium viuentis, eodem, cap.50. Et de hoc ſatis, iam aliud proponamus; id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 Parochus debet eſſe Sacerdos.

2 Parochus, qui non eſt Sacerdos, ſi intra annum Sacerdotio non initietur, ipſo facto priuatus eſt beneficio, quæ regula, quouſque pateat declaratur.

§. II.

1 Poſtremò præmitto, qui parochiam adeptus eſt † hunc Sacerdotem eſſe debere, vel in ea ætate, in qua Sacerdos eſſe poſſit. Tum quod ſacramenta adminiſtrare habet, exceptis Confirmatione, atque Ordine; & ea ſine Sacerdotij ordine partim omnino efficere non poteſt, vt Euchariſtiam, Pœnitentiam, & Extremam Vnctionem, & Matrimonium. Partim non ſolemniter, vt Baptiſmũ. Tum quod miſſæ ſacrum celebrare habet, & alia diuina officia, quæ ſacerdotum munera ſunt, vt infra videbimus.

2 Quare † ſi Sacerdos non ſit, & poſteaquã beneficij quis pacificam poſſeſſionem adeptus, vel per ipſum ſtetit, quominus adipiſceretur, intra annum Sacerdotium non ſuſcepit, ipſo facto priuatus eſt beneficio, vt habetur in c.licet Canon, & ibi DD. de elect. lib.6.& in c.commiſſa eod.

Hæc autem regula locũ habet, vt nec poſt annum mora purgari poſſit; ſic enim inquit Gloſſ. in verb. Priuatus in cit.c. licet Canon, & ibi Anchar.& Diaz. in Prac.Crim.Canon. capit.53.

Secundò priuari etiam poteſt, ſi renuerit ordinem ſuſcipere ſine cauſa intra annum, vbi ab Epiſcopo de hoc admonitus eſt, ita Gloſſ. eadem ſi.& Diaz. eodem Nam Canon ille ius antequam adiuuat, & tollit; & iure antiquo per ſubtractionẽ beneficij cogi poterat ad ordines ſuſcipiendos, ergo & nunc, atque ſic not. Anchar. in cita. c. licet Canon. verſicu, Quinto quæro, & ſequitur Diaz. eodem.

Tertiò locũ habet, vt etiam fructus perceptos poſt annum reſtituere cogatur, ita dixit Nauar. in Man.cap.vigeſimoquinto, numero 118.& in Tract.de Orat. capit.vigeſimoſecundo, num.49. Nec repugnat, ſi dicatur ipſo iure impoſitam pœnam temporalẽ non deberi, niſi poſt ſententiam per Gloſſ. in c.fraternitas, duodecima quæſtione ſecunda, nam locum non habet, vel vbi contrariũ de mente legiſlatoris conſtat, vel vbi ponitur, vt conditio, vel modus rei traditæ, nam ſi teſtator relinquat aliquod alicui, vt faciat, aliàs amittit legatum, ſi non paruerit, legatum retinere non poterit, vt dixit Abb. communiter recep. in c. Raynaldus in Gloſ. Adiciens, de teſtam. Hinc etiam ſi maritus relinquat aliquid vxori, ſi caſtè vixerit, vel ſententia non interuenerit, retinere illud nõ poterit, ſi caſtè non vixerit; quandoquidem conditio nihil ponit in eſſe, at hic conſtat de

mente

mente; voluit enim Canon poſt annum alteri conferri, & ſic non vult ipſum illud habere, ergo nec fructus. Immo nec perceptos intra annum retinere poteſt, ſi beneficiũ accepit habendo in animo Sacerdotem nõ fieri, ſed ſolum vt fructus lucraretur, niſi enim animum mutauerit, retinere ipſos non poterit, ita habetur in cit. c. commiſſa. §. cæterum de electio. nam & punitur promotor talis id ſciens, & ad ſarciendum Eccleſiæ damnum tenetur, vt ibi dicitur.

Non priuatur tamen ipſo beneficio, vbi iuſto impedimento detentus eſt, quò minus Sacerdos fieret, vt dicitur in cit. c. commiſſa, vel impedimentum fuerit ex parte Epiſcopi, vtpotè, quoniam abſens fuit, nec litteras demiſſorias habere potuit, vel ſine cauſa renuit ipſum ordinare. Vel ex parte alterius, vtpotè, quia fuit captus ab hoſtibus, vel iniuſtè in carceribus detentus, & huiuſmodi. Vel ex parte ſua, vtpotè ægrotus fuit, ita Gl. in cit. c. commiſſa, in verb. Iuſto, vel irregularis factus eſt ſine ſua culpa, vtpotè vel oculum, vel manum amiſſit; non enim tunc ad ordinem ſuſcipiendum compelli poteſt, nec priuari beneficio, ita dixit Gloſſ. in cit. c. licet canon, in verb. Priuatus: ſecus autem ſi ſua culpa, & dolo, ita Gloſſ. ibi, & Io. Andr. quem refert, ac ſequitur eod. nu. 3. & Ego in Tract. de Irregul.

Tertiò priuari non poteſt, niſi totus annus elapſus ſit; eſto intra illud temporis, quod ſupereſt, Sacerdos fieri nequeat, ita dicitur in cit. c. cõmiſſa. Quare poterit vltimo die anni illud reſignare, vel permutare, cum ius in beneficio adhuc retineat, ita dixit Rebuff. in Pract. benefic. de non promot. intra annum, nume. quadrageſimooctauo, vbi materiam hanc pluribus egit, & Pariſ. de reſign. benefic. lib. 3. quæſtione ſecunda. Quare, quæ huc pertinent, illinc ſummantur, apud quos Autores etiám habetur non habere locum cit. c. licet Canon in Capellarijs, quæ requirunt ordinem Sacerdotij. His præmiſſis, iam munera parochi explicemus.

S V M M A.

1 *Reſidere in ſua Eccleſia parochus debet, & quámobrem, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Reſidere quot modis quis dicatur.*

3 *Reſidens, ſed ſua munera non obiens, an in pœnas incidat non reſidentium.*

§. III.

His præmiſſis, iam videamus, à quibus ſe abſtinere parochus debet; &, quæ itidem facere.

Primùm igitur facere, & abſtinere ſe debet ab omnibus, quæ facere, & à quibus ſe abſtinere laici debent, de quibus ſupra.

Secundò, & ea, quæ facere debere, & à quibus ſe abſtinere Clericos in minoribus, maioribusvè ordinibus conſtitutos beneficium eccleſiaſt. habentes, vel non habentes antea concluſimus; Alioquin ſi delictum commiſſerint, vel exempti ſint, ab Epiſcopo, cuius iuriſdictioni aliàs ſubeſſent, corrigi, atque caſtigari poſſunt, necnon alij, qui clericorũ contemplatione exempta eſſent, modò Epiſcopus reſideat, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. 14. de refor. cap. 4.

Tertiò, vt propria magis eius explicemus, plura beneficia curam animarum habentia habere non debes, quod iam ſupra diximus.

Quartò, legitimè beneficium habuiſſe debet.

Quintò, vſum ſuæ poteſtatis habere debet; quæ duo proximè egimus.

Sextò, Sacerdos eſſe debet, quod etiam abſoluimus.

1 Septimò † in ſua Eccleſia reſidere debet, vt habetur in c. quia nonnulli, & in c. conquerente, & ibi Gloſſ. & in c. relatum, & tot. titu. de cler. non reſid. & in c. licet canon, de elect. lib. 6. & apud Triden. Synod. ſeſſ. 6. de reformat. cap. primo. & ſeſſ. ſeptima, de reformat. cap. tertio, & cap. primo, de reform. ſeſſ vigeſimatertia, & DD. omnes, & Diaz. & Addit. ad eum, cap. 52. Nam beneficia huiuſmodi eis conferri debent, qui reſidere in loco, & curam per ſe exercere valent, vt habetur in cit. iuribus, & cit. c. 3. de reformat. ſeſſ. ſeptima, alioquin punitur conferens, & irritatur collatio, vt ibidẽ dicitur, ergo neceſſario reſidere debet; idque meritò. Tum quod parochialia munera exercere habet, quæ abſens obire nequit. Tum quòd de iure diuino agnoſcere ſuas oues Paſtor habet; id autem facere non poteſt; ſi non reſideat, atque curam per ſe non exerceat. Iure igitur reſidere debet. Hinc Felyn. in c. cum omnes, num. 54. verſ. Sunt tamen quinque caſus, de conſtit. ait non poſſe conſuetudine induci, vt Curatus non reſideat, & ibi multa alia. Tum denique quòd iurare debent de reſidendo, vt habetur in Bulla Pij IV. incip. inter multiplices, quæ eſt in ordine trigeſimaſeptima,

quæ tamen vſu recepta mihi non videtur.

2 Verùm † quando reſidere quis dicetur? Quæſtio hæc duobus modis accipi poteſt. Primò habito reſpectu ad locum. Secundò habito reſpectu ad effectum.

Quoad primum reſidere in Eccleſia debet, ideſt in ædibus proximis Eccleſiæ; cum enim functiones plures in Eccleſia à parochis habendæ ſint, meritò propè eccleſiam morari debet, ne aliqua vrgente neceſsitate parochiani vagari habeant. Quare ſi propè eccleſiam ædes non habet, vel ipſas cõſtruet ſi poſsit de ſuo, id eſt de beneficij fructibus, vel, ſi nequeat ope parochianum, vt habetur in tit. de Eccl. ædifican. & vt alibi diximus, vel viciniores ædes conducet. Etenim in quacunque parte diœceſis Epiſcopus iuriſdictionem exercere poteſt, c. cum Epiſcopus, de off. ord. lib. 6. non tamen parochus quacunque parte parochiæ domicilium habere poteſt. Tum quod cauſæ, quæ in foro exteriori exercentur, non tamen celeritate egẽt, vt cura animarum. Tum quod & in foro exteriori, vbi litigantibus incommodum eſt, non poteſt Epiſcopus, vbique ius dicere, vt dixit Dec. in c. cum te, de off. deleg. & de hac quæſt. ſatis.

Quoad ſecundum, ſcilicet quoad effectũ eum reſidere dicimus, qui non ſolum in Eccleſia habitat, earum etiam qui parochialia per ſe ipſam exercet. Tum quod ibi reſidere cogitur, quo munera parochi exerceat, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de reformat. cap. 1. quę ſi non obeat, perinde eſt, atque ſi non reſideat. Tum quod parochi per ſe ſua munera obire debẽt, c. quia nonnulli, & c. relatum, de cler. non reſid. & c. ſuper inordinata, de præbend. Tum quod ſi reſidere is diceretur, qui tantum moratur in ſua Eccleſia inutilis eſſet reſidentia; perinde enim eſt non habere prælatum, vel habere, ſed inutilem. Tum quod alias iuris diſpoſitio, quæ obligat ad reſidendum, inutilis redderetur, quod eſt abſurdum, arg. l. quoties, ff. de reb. dub. & c. ſi Papa, de priuileg. lib 6. Tum quod, vt dixi, agnoſcere Paſtor ſuas oues debet, id quod non poteſt ſi curam ipſe earum non exerceat. Adde verba eum effectu recipienda eſſe, c. relatum, cum ſimilib. cit. ibi a Gloſſ. de cler. non reſid. Ex quo igitur præſcripſit ius, vt parochus reſideat in ſua Eccleſia, id præcipiſſe concludendum eſt quò & animarum curam gerat, ad quam ipſemet tenetur, atque ſic dixit Pius Quintus in Bulla incip. Cupientes pro noſtri paſtoralis munere, verſ. Salubriter conſulere, in verſic. Cum prima, & præcipua cura debeat eſſe animarum. Hinc Archid. in c. peruenit, ſeptima quæſtione prima reſidere nil aliud eſſe, ait, quam ſeruire idem Pariſ. de reſign. be-
3 nefic. lib. 1. quæſt. 10.

Atqui † an ſi quis reſideat, & munera parochi non exerceat, in pœnas incidet nõ reſidẽtium, quas infra explicabimus? Ego ſentio hunc non incidere; quandoquidem finia præcepti non eſt in præcepto, vt DD. communiter concludunt, peccat tamen grauiter, niſi iuſto impedimento detineatur, atque ſic ſenſit Dec. in c. cum omnes, num. 9. in ſecunda lect. vbi ait ad fructus percipiendos Eccleſiæ ſat eſſe reſidere, eſto diuinis non interſit, modo officium recitet, ergo idem hic.

Reſidere igitur parochus debet, vt dixi iuribus ſupra cit. Id quod locum habet, vel Vicarium habeat, vel Capellanum; ſic permittuntur, nam quo parochus ipſe functiones Eccleſiaſt. non obeat; ſed quò facilius, ac commodius eccleſia, & animarum cura gubernentur.

Secundò locum habet, vel plures parochi ſint ob rationes ſupra cit. rationes enim quæ in vno locum habent, etiam in pluribus ſibi vindicant, argumen. l. quæ de tota, ff. de rei vindic.

Tertiò reſidere debent, vel Commendatarij, vel Capellani, ſeu Vicarij perpetui, vel ad tempus dati ſint, nam in Vicarijs perpetuis locum habent, quæ de parochis loquuntur, argum. c. 1. de off. Vicar. libro 6. Vicarij verò, vel Capellani ad tempus, vel perpetui in locum parochi ſubſtituuntur, at ſubſtitutus ſapit naturam eius in cuius locum ſubſtituitur, l. ſi eum qui, §. qui iniuriarũ, ff. ſi quis caut. Accedit rationes, quæ in parochis vigent, & hic locum habere, ergo eadem iuris diſpoſitio eſſe debet, argum. c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. Quare & Canonicus, qui beneficium habet cum cura animarum, reſidere & ipſe debet in parochia.

Quartò reſidere debet, vel locus non longe abſit a Ciuitate; etſi enim in ſuburbijs beneficium habeat, non tamen in Vrbe reſidere debet, ſed in beneficio, ita declarauit ſacra Congregatio, eadem ſeſſ. vigeſimatertia, cap. 1.

Quintò locum habet, vel domum in Eccleſia non habeat, vbi habitet; nam vel viciniorem conducet, vel nouam ædificabit, ita Congregatio ibidem, etſi facultates Eccleſiæ non patiantur, parochiani ad opem ei ferrendam cogi poſſunt, vt alibi diximus.

Sextò, vel ſalubritas aeris non adſit, vel perpetuo morbo laboret, vel parochiani eũ odio perſequantur; ob nullum enim corpo-

ris

Digitized by Google

ſis incommodum aoimarū cura deſeri debet.Hæc tameo in eam ſenteoriam accipio, vt ſine licentia diſcedere non liceat,eſto cauſæ ſint,quibus parocho licentia non reſiden di concedi poſſit,vt videbimus.

Septimo locum habet, vel Regularis ſit, qui beoeficium curatum habet, ita Nauar. in conſ.9. de cler. non reſidend. ob eaſdem ratiooes.

Octauò locum habet,vel non eſſet Magiſter Grammaticæ in Ciuitate, & Curatus in ea habitare vellet,& Grammaticam docere,relicto in parochiali Eccleſia idoneo Vicario,& approbato,& ſolemnibus dieb. ipſe intereſſe Eccleſiæ,ita Sacra Congreg.Cuocilij declarauit.

Nonò, vel Epiſcopus vellet vti Curato pro Cathedralis Eccleſiæ ſeruitio, ac ſuo in eccleſia etiam Vicario;non enim poteſt ibidem abeſſe,nec etiam ſi vellet vti opera eius pro Secretario,vel Vicario foraoeo, ita eadem ſacra Congregatiu, nec poteſt Epiſcopus vti operæ parochi io viſitatione, nec in alia opera ſuæ diœceſis,niſi pro tẽpore duorum menſium à Concilio permiſſo.

Decimò, vel Inquiſitoris, vel Subcollectoris officium exerceat, à reſideutia oon excuſatur;ſicut nec etiam qui obtinet parochialem Eccleſiam per prouiſiooem Sedis Apoſtolicæ,& habet liberam curam, & bonorum, fructuumque omoium dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem, vel in initio poſſeſſionis, mota ei lis fit ab aliquo in petitorio.

Vndecimò tenetur reſidere, vel indulta, ſeu priuilegium perpetuum de oon reſidendo habeat;non enim ei ſuffragantur, vt inquit Trident.Syood.ſeſſ.ſexta, de reformat. capitu.2.

Poſtremò,nec coadiutor datus auctoritate Apoſtolica;ſicut nec parochus, cui datus eſt Coadiutor(nam parocho illiterato, qui ad ſuum munus exercendum minus habilis eſt,poteſt Epiſcopus Coadiutorem dare iuxta Decretum Concilij Triden.ſeſſ.vigeſimaprima,de reformat.cap.6.)Idque meritò, ſi enim abeſſe poſſet, meliori conditione eſſet imperitus,quam peritus, quod abſurdum eſt,contra c.cum qui.de pręben.libro ſexto. Hæc omnes amplificatiooes ab octaua initio ſumpto à Congregatione Sacri Concilij approbatæ ſunt,& referuntur in Sum.Bulla. Stephan.Quarant. in verb. Reſidentia,pag. mihi 427.Sed iam de pęnis eorum agamus. qui ooo reſideot.

SVMMA.

1 *Reſidentiam Eccleſia omittens mortiferè peccat.*

2 *Fructibus beneficij pro rata temporis,quo abeſt, priuatus eſt.*

3 *Si moriatur extra ſuam parochiam, & abſens, bona acquiſita ex beneficio tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertinent.*

4 *Ad reſidentiam compelli poſſunt cenſuris, pœnis pecuniarijs,& beneficij priuatione.*

§. IV.

§. Secundò loco videndum eſt, quibus pęnis afficiuntur parochi,qui non reſidẽt. Secundo an,& quibus remedijs ad reſidendum cogi poſſint ab Epiſcopis.

1 Quoad primum igitur † parochus ſine legitima cauſa, & licentia in ſcriptis habita non reſidens mortiferè peccat, vt habetur apud Trinden.Synod.ſeſſ.vigeſimatertia,de reformat.cap.primo,verſ. Eadem omnino; nam ſicut mortifero peccato voluit obligare Epiſcopos non reſidentes Sãcta Synodus, ita & ſimplices parochos obligauit, vt ibi dicitur.

2 Secundò † froctus beneficij pro rata temporis,quo abeſt,ſuos oon facit. Quare ſi,per annum abſuerit,oullos fructus eiuſdem anni habebit: At qui an aote ſententiam priuationis eos retinere poſſit? Videbatur dicendum retinere ipſos;nam priuatio fructuom hæc eſt pœna, at pœna non debetur io foro conſcientiæ, niſi poſt ſeutentiam latam, ita dixit Gloſſ.communiter recept.io c. fraternitas, duodecima quæſtione ſecunda, coius materiam optimè tractaoit Couar. io tit. de ſponſ.& matrimon.ſecunda par.§.8.num.6. viden. Contrarium tamen concludẽdum eſt ſcilicet ante ſeutentiã eos retinere non poſſe,ſic enim ibi inquit ſancta Synodus, verſi. Si quis autem. Nam decernit Epiſcopos nõ facere fructus ſuos pro rata temporis abſentiæ,nec tuta conſcientia alia etiam declaratione non ſecuta illos ſibi retinere poſſe. Ecce hic apertè haberi etiam nulla alia declaratione interueniente io foro cõſcientiæ fructus hos retinere non poſſe. Et quamuis ibi de Epiſcopis id dicatur, idem tamen & de ſimplicibus parochis dicendum eſt ob verſ. Eadem omnino,vbi quò ad culpam, & amiſſionem fructuum,& pœnas de Curatis inferiorib. decernit, quæ de Epiſcopis dixerat;

Ergo

Ergo,atqoe ſic quoque reſpondit Nauar. in conſ. 20. num. quarto, de celebr. miſſ. dictio enim illa eadem ſignificat omnino eandem in diuerſis caſibos cenſuram, ſeu deciſionē, quæ fuit io anterioribos, atq; ſic ſenſit Bald. in cooſ. 94. libro ſecundo, oom. tertio, & Illoſtris. Tuſch. in littera D. pract. concloſio. 288. Nec obſtat Gloſſ. cita. in c. frarernitas, nam ea locum habet io iam acquiſitis, & nō in acquitēdis; vbi enim lex prohibet acquiſitionem, vt in caſu noſtro, non opus eſt alia ſeotentia, atque ſic aſſeruit Conat. in regul. Peccatum, §. primo, num ſecundo, & §. octauo, nom. ſexto, verſicu. Quod de lege pœnali dicitur. Idque meritò, nam hic rem alienam detinet; at qui tem talem detinet, eam reſtituere debet, etiam ſi nulla ſeotentia ioterceedat. Non enim fur ea retinere debet, oec morari reſtitutionem rei ſurto ſublatæ, vſque ad ſententiam; Sed reſtituere, quam primū poreſt, c. peccatum, de regu. iur. lib. 6. & c. 1. decimaquarta quæſt. ptima. Idem igitur & hic. Fructus igitur huiuſmodi aut in fabricā eccleſiæ eius impeodere, aot in pauperes diſtriboere debet, vt id ea preſsè iuſsit, ac decreuit Trideo. Synod. eodem. Id quod ſi minus facit eius Soperior Eccleſiaſticus faciet; nec conuentionem, nec compoſitionem vllā facere poteſt cum vllo, vnde aut fructus omnes, aut pars remittantot, oon obſtantibus qoibuſcunque prioilegijs cuiuſcunque Collegio, aut ſabricæ conceſsis, ita habetur in eod. verſ. Si quis autem.

3 Poſtremò † ſi in abſentia motiatur extra ſuam parochiam, booa acqoiſita ex beneficio, tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertioent, non obſtante quocunq; priuilegio, quò ei permiſſum eſſet, vt de illis bonis diſponere poſſet. Non igitur ab inteſtato ad hos peruenient; non ad eos quos hæredes inſtituit, ſed ad Cametam (vt dixi) pertinebuot, ita ſanciuit Pius Qoartus in Bulla incip. Io ſoprema militãtis eccleſia lata anno 1564. Septimò Calend. Septembris, & eſt in ordine 115.

Hocq; verum eſt, exceptis caſibus, in quibus licet abeſſe, vt colligitur ea ci. Bulla, ſed de pœnis, quæ ioferontur ipſo iure io nō reſidentes hactenus, ad eos, quæ per ſententiam tranſeamus; & an ad reſidentiam parochus compelli poſsit, videamus.

4 Quoad hoc igitur † breuirer concludendum eſt ſimplicem parochom ad reſidentiā poſſe compelli, argum. tot. tit. de cleric. non reſiden. oam qoi beneficium habet, non poteſt ad ſuum arbitrium illud dimittere, argum. c. niſi, & c. cum in dubijs, & c. admooet, de renonc. & facit, c. placuit, 12. quæſtione 2. Poterit igitor ad reſidentiam compelli hac ratione, ac forma adhibita; nam ſi ipſe parochus in præſentia citari poreſt, citabitur dato termino et idoneo ad redeuodom habito reſpectu ad perſonam, locum, & tempus, c. inter quatuor, de cler. non reſidend. & oot. Abb. in c. ea tenore, num. decimo tertio, eodem impoſita excommunicatione, vel ſuſpenſiooe, ſi oō venetit, atque ſic dixit Abb. in c. ex tuæ deootionis, §. primo, numero ſexto, eodem, de cler. ooo reſideod. vbi quoque id habetur, ſicot etiam apod Triden. Syno. ſeſſ. 6. de reſormat. capit. ſecuodo, vbi parochos cogendos eſſe ad reſideotiam opportunis remedijs ait. Etſi his pœnis motis non redierit, beneficio priuabitur, vt habetur in c. 2. & c. relatum, & c. ex parte, & c. qualiter cum duobus ſequenti, eadem, de cleric. non reſidend. Priuari ergo quis ooo debet, oiſi prius mooitus ad reſidentiam, ita Tuſch. io littera R. concluſio. 254. num. ſexto. Si verò commodè citari non poterit, vel ignoratur, vbi ſit, tuoc per edicta tria in ſua Eccleſia fixa citabitur c. ex tuæ, eodem, & Trident. Synod. eodem cap. 1. verſicu. Eadem omoino; Nō enim ſat eſt vnom peremptorium, quod fit per citationem triom terminotum interuallo intercedeote; Sed per tria ſeparata edicta citari debet, vt dixit Abb. io cita. c. ex tuæ, nume. quarto, vbi enim ios trioam per edictam citationem reqoirit, voam peremptoria non eſt ſatis, vt probauit Abb. ibid. Si vero in hoc caſo non veniet, vel cenſoris eum puniet, vel ſequeſtrabit fructus ac demum beneficio priuabitur, vbi io contumacia perſeuerabit, atque ſic dixit ſancta Synod. eodem cap. primo, verſicu. Quod ſi per edictum. Et quamuis pœna ordinaria oon reſidentis ſit priuatio beneficij, leuiores tamen pœnas Epiſcopus prius inferet, vt dixit Abb. in cit. c. ex tuæ, num. ſexto, & facit, c. cum non ab homine, de iudic. Ipſi parochos etiam vt compelli poſſent ad reſidendum cenſuris, pœnis pecuniarijs, ac demum priuatione beneficij ab ordinario etiam vti Apoſtolicæ Sedis delegato ſancinit Pius Quintus io Bulla incip. Copientes pro ooſtri, quæ eſt in ordine ſexageſimaquarta. Sed de his hactenus, iam de ijs agamus, qoi licitè abeſſe poſſunt, id qood in ſequenti præſtabimus.

SVM

SVMMA.

1 *Non reſidere in Eccleſia, ſeu abeſſe ab Eccleſia ſine licentia, & ſine pœna quis poſſit.*

2 *Non reſidere per multum temporis, vt per duos menſes, vel quatuor, quis poteſt cauſa probata ab Epiſcopo, & licentia in ſcriptis habita.*

3 *Cauſæ, quæ à reſidentia excuſant, quæ nam ſint.*

4 *Vicarius cōſtitui debet in Eccleſia, vbi parochus abfuturus eſt.*

§. V.

§. Vidimus, quinam reſidere debeant, & in quas pœnas incidant, qui non reſident, modo videndum eſt quando liceat ſine pœna abeſſe, & non reſidere.

1 Primum igitur † parochus per vnum diē vel etiam duos abeſſe poteſt; nam modicū pro nihilo reputatur, ita Triden. Synod. ſeſſio. vigeſimatertia, de reformat. cap. primo, verſ. Quoniam autem. Hinc mulier, quæ à marito diuertit, ſi breui reuerſa eſt, non dicitur diuertiſſe, l. 3. ff. de diuor. & l. plerique, ff. de ritu nupt. & l. quicquid calore, & ibi Addit. ad Dec. ff. de regul. iur. & ob eandem rationem licentia Epiſcopi non poſtulatur, ita Roman. in conſ. 263. quem refert, ac ſequitur Illuſtriſs. Tuſch. in littera R. concluſ. 249. numero ſeptimo. Modicum autem hoc tempus non debet eſſe ſolemnib. feſtis diebus, in quibus diuina facere habet, vel vbi eius opera neceſſaria eſt ob ſacramentorū adminiſtrationem; his enim diebus nuper modicum tempus abeſſe debet, atque ſic ſenſit Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de reforma. cap. primo, verſ. Eoſdem interim admonet, iunct. verſic. Eadem omnino. Quare qui baptiſmum habet, rarò abeſſe poterit; niſi, qui ipſum adminiſtret, relinquat. Verū quid ſi dum abeſt per modicum hoc temporis, extra parochiam moriatur aliquo caſu, an eius bona ad Cameram pertinebunt? Ego ſentio, ſi manifeſto conſtet iuſtā fuiſſe cauſam abſentiæ, non pertinere; conſulerem tamē his parochis, vbi per tres, aut quatuor dies abfuturi ſunt ob huiuſmodi pericula, vt ab Epiſcopo licentiam habeant in ſcriptis, eſto neceſſaria non ſit, vt dixi.

2 Secundò † parochus in pœnas non incidit, vel per longum tempus abſit, ideſt per bimeſtre tempus ſi legitima cauſa adſit, quę vel ab Epiſcopo probetur; nam poſtulatur, quo pœnas euadat, vt legitima cauſa adſit, & probetur ab Epiſcopo, vt habetur apud Triden. Synod. eadem cap. verſ. Eadem omnino. Inquit autem Nauar. in Man. cap. vigeſimoquinto, nume. 12. non requiri licentiam Epiſcopi in his duobus menſibus; & ſequitur cum Azor. Inſtit. Moral. parte ſecunda, libro ſeptimo, cap. quarto, quæſt. decima. Mihi tamen contrarium placet, nam diſcedere non debet, niſi cauſa cognita, & probata ab Epiſcopo, vt ait Triden. Synod. & tunc licentia in ſcriptis, & gratis eſt concedenda, vt dicitur in eodem verſic. Ergo requiritur licentia Epiſcopi; alias ſi abſit, & moriatur extra parochiam, fructus nō facit ſuos, ſed ad Cameram pertinent, ita Nauar. in conſilio fina. de Cler. non reſid.

Tertiò vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa Epiſcopus concedere ipſam licentiam non debet, vt ibi dicitur.

3 Cauſæ autem † legitimæ ſunt, aut impedimenta facti, aut impedimenta iuris. Impedimenta facti, vt morbus intemperies aeris, inimicitiæ, bellum, & periculum latronum; ſic enim morbo quis affectus ſit; & in parochia, viciniorique loco Medici, & medicinæque copia non adſit, hæc iuſta cauſa erit, quamobrē vt alio deferatur, parochus curare poteſt. Si quoque intemperies aeris adſit, quæ plurimū abeſt parocho ob id quod recens beneficiū illud habuerit, per aliquod tempus quoque abeſſe poterit.

Sicut etiam ſi inimicitiæ ortæ ſint, ita vt ſine vitæ periculo reſidere in ſuo beneficio non poſſit, habita enim licentia Epiſcopi abeſſe poterit idoneo Vicario interim eccleſiæ dato. Ita enim decretum eſt à ſacra Congregatione Cardinalium his verbis.

Habens Canonicatum, vel parochialem, in qua non poteſt ſine vitæ diſcrimine per inimicitias reſidere non eſt cogendus, donec ſubeſt cauſa inimicitiarum, in ea reſidere. Idem in alio decreto, vbi ab Epiſcopo licentia per annum dari poteſt, ita refert Addit. ad pract. Crim. Canon. Diaz. cap. 52. verſicu. Octauus caſus, & Addit. ad Sum. Bulla. Steph. Quaran. in ver. Reſidentia, pag. 420. verſ. Quæ vero ſint iuſtæ cauſæ excuſantes. Interimque Epiſcopus componere ipſas inimicitias curabit, & animaduertet, an parochi culpa reconciliatio nō fiat; nemini enim debet ſuus dolus patrocinari, c. audiuimus, de colluſ. deteg. & ita Addi. eadem ad Sum. Bullar. ibidem. Iuſta cauſa igitur nō reſidendi inimicitiæ ſunt, ita Hoſtien. in c. ad ſupplicationem, & ibi Gloſſ. de renunciat. & Butr. & Abb. & DD. communiter, vt refert, ac ſequitur Pariſ. de reſig. benefic. libro quinto,

quæ-

Digitized by Google

quæſtione 6.nume.169.modo tamen inimicitiæ capitales ſint,quæ quales ſint,arbitrabitur iudex.ita Pariſ.ibid. ſi bellum quoque adſit,vel graue periculum Exulum, quod ſuperioribus annis contigit in Romandiola, hæc quoque erunt iuſtæ cauſæ,quamobrem parochus abeſſe poterit. Sicut etiam ob aliquod delictū, vbi ab Epiſcopo per aliquod tempus in exilium miſſus eſt; qui tamen omnes licentiam ab Epiſcopo in ſcriptis habere debent. Si quoque in carcerem coniectus ſit ab Epiſcopo ob delictum, in pœnas non reſidentium non incidit,& ita reſpondit Nauar.in conſ.10.& 11.de Cler.non reſidend. Quare, qui ab hoſtibus captus fuit,vel Exulibus,id quod ſuperioribus annis quibuſdā Sacerdotibus contigit, quos & per multos menſes ſecum ipſi exules duxerunt,hi nullo modo in prædictas pœnas incidunt,argum. l.impoſſibilium,ff.de reg iur.vbi ergo neceſſitate coguntur abeſſe,non puniuntur.

Secunda cauſa quamobrem licitè abeſſe poſſunt,& ab Epiſcopo habere licētiam,eſt, vbi pro ſuis,aut Eccleſiæ iuribus tuēdis abſunt;exempli gratia,lis ei mota eſt, vel in alterum litem nouit pro ſuis iuribus,hæc erit legitima cauſa concedendi licentiā, vt abſit c.ex parte tua,& c.ad audiētiam, & ibi not. de cler.nō reſiden. Tertia cauſa eſt obedientia, vbi ergo Romanus Pontifex parochum aliquē apud ſe retinet,quo ei inſeruiat excuſatur,c.rum dilectus,de cler.non reſiden. & ibi not.Abb.num.ſecundo,quod dubitationem non debet. Item ſi mittat ipſum ad aliquod negotium gerendum.Hinc hodie Romanus Pontifex ſæpius Epiſcopos pro legatis ad Principes mittit, quos à reſidētia excuſari nemo dubitat; ſecus autē ſi inprimis ob vtilitatem ſuam in Curia parochus verſaretur, & munere aliquo fungeretur, ita Addit.ad Diaz. cap. quinquageſimoſecundo,verſ.Tertius caſus. Epiſcopus quoque duos Canonicos ſecum habere poteſt, vbi vel diœceſim viſitet,vel ad Curiam proficiſcitur,vt habetur in c.de cætero, & in cit.c. ad audientiam,eodē,& ita Addit. ad Diaz. eodem verſ.Secūdus caſus.Idem & de alijs inferioribus prælatis dicendum eſt,vt dixit Abb.in cit.c.de cætero. Etenim & pro Capitulo Canonicus abeſſe poterit,vt dixit Nauar.in conſ.ſecundo,eodem. Quo ad eos verò,qui curam animarum habent,non id facile concedendam cenſerem ob periculum ſalutis animarum.Quare à Romano Pontifice licentia eſſet petenda,vbi diutius abeſſe vellent,tunc enim in pœnam non inciderē, huic nec etiā,qui priuilegia ad id haberent. Epiſcopus tamen eorum priuilegia animaduertere debet,an ex legitima cauſa, honeſtavè ſint,quam ipſe probare debet,quæ priuilegia valent,vbi ad tempus, non autē vbi perpetua ſunt,vt ſupra dixi,per cit. capit.2. ſeſſ.6.de reform.apud Triden.Synodum. In omnibus igitur his caſibus licitè aberunt;& nullam pœnam ſubibunt.

4 Relinquere † tamen debent idoneum Vicarium ab ipſo Ordinario approbatum, cū debita mercedis aſſignatione, ne animarū ſalus interim detrimentum patiatur, ita habetur apud Triden. Synod.ſeſſ.vigeſimatertia,de reformat.cap.primo,verſ.Eadem omnino ibi,ita tamen,& ſeſſ.6.de reform.capitulo ſecundo. Quo diximus autem de reſidētia parochi;eadem aſſeruimus de reſidentia eorum, qui habent beneficia ſimplicia reſidentiam de iure exigentia,ita Triden.Synod.eadem ſeſſ.ſexta,de reformat. capit.2. Sed de reſidentia hactenus,iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Baptiſmus à parocho adminiſtrari debet,vbi fontem baptiſmi habet.*
2 *Eccleſia,vbi fons baptiſmi, adeſt baptiſmus adminiſtrandus eſt.*
3 *Baptiſmum adminiſtrans extra Eccleſiam punitur,caſibus quibuſdam exceptis.*
4 *Parochus non Sacerdos ſolemniter adminiſtrare baptiſmum non poteſt.*
5 *Diaconus, an ſolemniter baptiſmum adminiſtret.*
6 *Diaconus ſi ſolemniter baptizet, an irregularis fiat.*
7 *Parochus non Sacerdos dare poteſt licentiam alteri baptiſmum adminiſtrandi.*
8 *Patroni deſignari debent à parocho.*
9 *Patrini plures duobus, an cognationem contrahant.*
10 *Patrini aut vnus,aut vna,aut vnus,& vna.*
11 *Cognatio ſpiritualis, an per procuratorem contrahatur. Et quid ſi nomine vniuerſitatis quem ſuſcipiat.*
12 *Conclus ſuſcipiens aliquem an cognationem contrahat.*
13 *Monſtrum an baptizandum.*
14 *Baptiſmus quando adminiſtrandus.*
15 *Baptizatus ſine ſolemnitatibus an in loco ſacro ſit ſepeliendus,ſi moriatur.*
16 *Baptiſmi miniſter quæ habere debet.*
17 *Obſtetrices parochus docere debet modum baptizandi.*
18 *Confirmationem,vt ſuſcipiant parochiani,parochus curare debet.*

§.VI.Se-

§. V I.

Secundò loco parochus ſuis parochia-
nis ſacramenta adminiſtrare debet, vt
probabimus.
1 Primum igitur † ſi eccleſia baptiſmi fon-
tem habeat, in eadem eccleſia ſolemniter,
ideſt cæremonijs adhibitis baptiſmum ad-
miniſtrabit, vt habetur in Clem. vnic. de ba-
ptiſ. non igitur in priuatis domibus, vel au-
2 lis, vt ibi dicitur † Nõ etiam in eccleſia, vbi
fons non adeſt, quandoquidem cit. Clemen.
vult in eccleſia, quæ fontem baptiſmi habet,
adminiſtretur, ita ſenſit Zabar. num. quinto,
quæſt. ſecunda. Non licet etiam id non ſolũ
ei, qui ex officio baptizare poteſt, ſcilicet Sa
cerdoti, verum etiam neque laico vel vir,
vel mulier ſit, dictio enim illa, Ne quis poſi-
ta in cit. Clement. omnes comprehendit, vt
ait Gloſſ. prima, ibi Zabarel. & DD. com-
muniter.

Excipitur tamẽ primo, vbi neceſsitas id
prohibet, vtpotè vel quia baptizandus in
mortis conſtitutus ad Eccleſiam deferri ne-
quit, vel qui deferre ipſum habent, nequeũt
ob hoſtium periculum, vel quod obſeſſi sũt,
ita dicitur in cit. Clement. vnic. iunct. Gloſſ.
Periculo.

Secundo excipiuntur liberi Regum, ac
Principum, hi enim in ſuis Curijs, ac aulis, &
idcirco extra eccleſiam, vbi fons baptiſmi
non eſt, baptizari queunt, vt hoc etiam exci
pitur in cit. Clem. adhibita tamen aqua ba-
ptiſmi, ideſt ſolẽniter benedicta, & alijs ſer-
uatis, quominus ius commune lædatur; nam
quoad hæc nihil communi iuri derogatur,
per cit. Clem. ergo. l. iubemus, C. de teſtam.
Quare quod liberorum nomine non ſolum
filij primi gradus, verum etiam vlterioris
comprehenduntur, l. liberorum, ff. de verbo.
ſignific. ob eam rem Nepotes eorum, ac reli
qui hoc priuilegio fruuntur, ita Gloſſ. in ver-
bo, Liberis, & DD. communiter. Excipit ta-
men Gloſſ. naturales liberos tantum, & alios
qui ex fœminis naſcuntur. His exceptis caſi
3 bus extra † eccleſiam baptiſmum admini-
ſtrans ad arbitrium Epiſcopi puniri poteſt,
vt ibi dicitur in oc. Gloſſ. caſtigetur; immo
dedita opera, & qui præſentes ſunt ibi. Hinc
fit, quod deferentes puerum, & leuantes, pu
niri queunt.

Secundo ſibi ſubditos baptizare debet,
alioquin grauiter peccat, niſi neceſſitas ad-
ſit, vel culpa vacet, ſcilicet quia probabiliter
ignorauit, vel exiſtimabat ratum illud, tunc
haberi à proprio parocho.

4 Verum quid ſi parochus † Sacerdos non
ſit, an baptizare poterit? Secundo eſto non
poſſit, an alteri facultatem hanc delegare va
leat? Antequam primam quæſtionem abſol-
uamus præmittendum eſt baptiſmum duo-
bus modis adminiſtrari, ſolemniter, & non
ſolemniter. Solemniter Catechiſmo, & Exor
ciſmo Sacris vnctionibus, & aqua benedicta
adhibitis. Non ſolemniter vbi hæc omittun
tur. Secundo præmittendum eſt, ſolemniter
baptizare poſſe Epiſcopum, ac Sacerdotes,
vt probaui in Tract. meo De Sacram. Tab. 2.
& habetur in Catechiſ. Rom. de Baptiſ. cap.
De ordine miniſtrorum.

Quare, ſicut grauiter peccat Sacerdos ſo
lemnibus non adhibitis baptizans extra ca-
ſum neceſſitatis, ita peccant reliqui bapti-
zantes ipſis adhibitis, vel aqua benedicta,
ita dixi Angel. in verb. Baptiſmus. V. nume-
ro vndecimo. Non debent igitur adhibere
aquam benedictã, qui non ſunt Sacerdotes;
Sed non benedictam, & ita quoq; dixit Fuſc.
de Viſit. eccleſ. libro primo, cap. ſeptimo, nu
mero vndecimo. Excipitur, vbi aliam nõ ha
berent; & eſſent in neceſſitate; tunc enim be
nedicta baptizabunt, ita DD. allegat. Ter-
tio præmitto triplicem eſſe ordinem mini-
ſtrorum baptiſmi. Primus eſt Epiſcoporum;
& Sacerdotum. Secundus Diaconi. Tertius
aliorum hominum in neceſſitate. Sed non
ſolemniter.
5 His præmiſſis † videndum eſt, an Diaco-
nus poſſit adminiſtrare cum ſolemnitatib.
& ſua auctoritate. Et concludendum eſt bre
uiter caſu neceſſitatis excepto propria au-
ctoritate baptizare ipſum non poſſe, vt di-
xit Nauar. in conſ. ſecundo, cum ſequent. de
cler. non ordinat. miniſtr. Poteſt tamen de
licentia Sacerdotis baptizare: ſed ſolemni-
ter, vbi Sacerdos ipſe nõ poteſt, vel ob mor
bum, vel ob multitudinem baptizandorum,
vel ipſo abſente, ita habetur in c. Diaconos,
& ibi Gloſſ. diſtinctio. 93. & in c. conſtat, de
conſecr. diſtinct. quarta, quamuis non ipſis
præmittendum eſſe cenſerem, niſi maxima
baptizandorum multitudo eſſet. Hoc præ-
miſſo conſtat, quæſtionem primam propoſi
tam ſolutam eſſe, ſcilicet qui Sacerdos non
eſt quamuis parochus ſit, baptizare ſolem-
niter non poſſe.
6 Atqui ſi Diaconus † baptizet ſolemniter,
an irregularis fiat? Breuiter concludo ipſum
fieri irregularem, ex quo Sacerdotij officiũ
vſurpat, quod non habet, quo caſu quis fit
irregularis, c. 1. de cler. non ordin. miniſtr.
Excipitur tamen, vbi id faceret non vt Sacer
dos, ſed Diaconus, nam vt ordinatus irregu-

laris ſiat exercens officium ordinis, quem
non habet, requiritur, vt id faciat vti ordinẽ
illum habens, alias non fit irregularis, ita
Abb.antiq.in c.1.de cler.non ordin.miniſtr.
& Hoſtien.& Panorm.ibidem,& quidam re-
lat.inter Conſilia Nauar.in conſil.3.de cler.
non ordin.miniſtr. Hoc verum cenſeo, vbi
bona fide exiſtimansq; ſe id poſſe ſic bapti-
zauit, c.Apoſtolicæ,de cler.excommu. miu.
aliàs non.

Verum an præſumatur, vt Diaconus id
feciſſe? Vt generatim materiam hanc agam,
ſic diſtinguendum cenſeo. Aut eſt actus, qui
ab eo etiam fieri poteſt, qui eum ordinem
non habet, cuius eſt ille actus; & in hoc caſu
ſolemniter eum exercendo exiſtimabitur in
foro exteriori hoc ab eo factum tãquam eũ
ordinem habente:& idcirco irregularis exi-
ſtimabitur. Excipitur, vbi coniecturæ aliquę
adeſſent, quæ contrarium ſuaderent, exem-
pli gratia conſuluit, qui hanc functionẽ exer
cebat, an id liceret, qui id licere aſſeruit; nã
quid culpa vacat;& irregularitas hæc in pę
nam fit, meritò in ipſam non incidet, cum
non delinquerit. In foro conſcientiæ igitur
imprimis,& etiam in exteriori hic excuſa-
bitur. Aut eſt actus, qui vel ſolemniter, vel
non ſolemniter fiat, ab eo tamẽ fieri poteſt,
qui ordinem habet, vt miſſæ ſacrum facere,
pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrare, nec
non extremam vnctionem,& huiuſmodi, &
in hoc caſu ſemper irregularis fit; nã enim
ratione vlla ſe tueri poteſt. In hac igitur quę
ſtio.hic concludendum cenſeo.

Excipitur ſecundo, vt ſcilicet ſolemniter
baptizans irregularis nõ fiat, vbi Romanus
Pontifex licentiam hanc ei dediſſet; cum e-
nim hæc iuris poſitiui ſint, diſpenſare in his
Summus Pontifex poteſt; quamuis non faci-
le ipſam concedat,& ideo cuidam meo ami
co eam denegauit; quippe quia neceſſitas
non aderat.

7 Quoad ſecundam quæſtionem † videba-
tur dicendum, parochum huiuſmodi, nec al
teri poteſtatem hanc delegare poſſe, ex quo
ipſe eam non habet, l.nemo plus iuris, ff. de
regul. Contrarium tamen concludendũ eſt,
ſcilicet facultatem dare poſſe Sacerdoti; nã
non dat poteſtatem ordinis, quam non ha-
bet. Sed dat materiam,& ſubditos; & iuriſ-
dictionem ſuper eos, quæ habet per colla-
tionem beneficij, argum.c. tranſmiſſam, de
elect.& facit Gloſſ. in Clem. prima, in verbo,
Presbyteri, de priuileg. quam ſequũtur DD.
vbi licentiam ait à parocho dari poſſe admi
niſtrandi Sacramenta, de quibus ibi; er-
go, & hic ob eaſdem rationes.

8 Tertiò † quoniam adeſſe debent patrini,
qui ſuſcipiant baptizandum; & debent eſſe
vnus, vel vna, vel vnus,& vna ob eam ratio-
nem, antequam baptiſmum adminiſtret, di
ligenter parochus ſeruare debet, qui nam
eligantur ad ſuſceptionem,& electos admit
tere,& cognationem ortam illis explicare,
eorumque nomina in libro baptizatorũ con
ſcribere, ita habetur apud Trident. Synod.
9 de reformat.matrim.cap. ſecundo. † At qui
ſi patrini non deſignentur, & tres vel plures
puerum ſuſcipiant, an cognationem omnes
contrahant? Breuiter concludendum eſt co-
gnationem ab ipſis contrahi; nam Trident.
Syno.eodem cap.ſecundo, prohibuit ſolum
cognationem hanc naſci inter non deſigna-
tos, vbi certi deſignati eſſent; at vbi nulli eſ-
ſent deſignati, nihil dixit, ergo à iure com-
muni antiquo non diſcedemus, quo iure in-
ter omnes, qui ſuſcipiebant in baptiſmo, co
gnatio naſcebatur, c.fin.de cognat.ſpirit.li-
bro 6. Quod enim correctum nõ eſt, nos cor
rigere non debemus, l.præcipimus, C.de ap
pellat.& l.iubemus, C. de teſtam. Puniretur
tamen parochus, qui non deſignauit, arbi-
trio ordinarij, cum ſua culpa,& negligentia
factum id ſit quò minus deſignati ſint, vt ha
betur eodem cap.ſecundo, verſ. Si parochi
culpa; Sicut etiam ſi contra voluntatem pa-
rentũ, aliquos ipſe deſignet, vt dixit Paleſt.
in ſecunda parte caſ.conſ.caſ.1. Contrahitur
ergo cognatio inter omnes, qui ſuſcipiunt,
vbi deſignati non ſunt. Sicut etiam ſi duo vi-
ri non deſignati, vel duæ mulieres ſuſcepe-
rint contrahunt, eſto mortiferè peccent.
10 † Ex quo vnus, vel vna, vel vnus,& vna ſuſci
pere tantum debent. Vnus tamen vir nomi-
ne alterius viri;& alter vir nomine mulieris
poteſt, vt declarauit ſacra Congregatio ibi;
ſecus ſi duo viri nomine ſuo, vel duæ mulie-
res nomine itidem ſuo, ita Congregatio
ibidem.

11 Hinc † cõſtat per Procuratorem, vel man
datarium in baptiſmo ſuſcipere quem poſſe
vbi conſuetudo eſſet, nam qua lege fieri poſ-
ſunt,& conſuetudine; quippe quia conſuetu
do lex eſt, §. Ex non ſcripto, in Inſtit. de iur.
natural.gen.& ciuil.& c.conſuetudo autem,
diſtinc.prima, per legem autem poſſe ex Cõ
cilij Trident.decretis, eodem manifeſto ap-
paret. Conſuetudo autem hæc inter Princi-
pes viros ſeruatur, vt dixit Bald. in l.1.§.Ao
autem, numero octauo, C.de caduc.tollend.
& Quinct.Mandoſ.de ſignat.grat. in tit. In-
dulg. Principi fruct.in abſcen. in verſic. Rur-
ſus ibi, ita etiam accepit Bald. in alijs igitur
conſuetudo probanda erit, nam regula con-
traria

tracia eſt, ex quo lenare, vel tangere baptizandum quis debet, dum baptizatur, & communis opinio hæc eſt, quam diſputauit Nauar. in conſ. 6. de cognat. ſpirit. Congregatio autem Sacri Concilij Triden. teuuit contrarium, ſcilicet cognationem ſpiritualem contrahi per procuratorem, à mandante, & non à procuratore, vt habetur in Addit. ad Nauar. in fine ſuorum Conciliorum, quam & ſequemur.

Verum quid ſi procurator à Senatu conſtituatur, vt ſuſcipiat quēpiam in baptiſmo, an contrahatur cognatio cum ipſa vniuerſitate? Breuiter concludendum eſt non cōtrahi; nam cognatio hæc eſt actus ſpiritualis, qui non conuenit niſi perſonæ certæ & baptizatæ vniuerſitas autem eſt corpus fictum quoddam non baptizatum; & idcirco huius capax non eſt, nam & ob has rationes excōmunicari non poteſt, c. Romana, §. in vniuerſitatem, de ſent. excommu. lib. 6. Non igitur contrahetur cognatio cum vniuerſitate ob prædicta. Non cum ſingulis de vniuerſitate quoniam non ipſorum nomine ſuſcipit, & ob hanc rationem, nec cnm procuratore, atque ſic pluribus diſputauit Feder. de Sen. in conſil. 15.

12 Non ergo † coactus quis vi præciſa, ſi quē ſuſcipiat cognationem contrahet; ſecus ſi conditionali: quamuis ſi metu ductus id fecerit, qui in conſtantē virum cadat, vel facil litem diſputationem obtinebit ab hac cognitione, vel non obligabit? ſicut contingit patri, qui in neceſſitate filium baptizat; & ei qui eodem metu ordinem ſacrum ſuſcipit. Reliqua autem ad hæc pertinentia poſita ſunt infra in titu. de Sacram. Confirmat.

Reſtat hic ſolum, vt tria tantum explice-
13 mus † quorum primū eſt, an baptizari Monſtrum debeat, qui ferinum caput habet, reliquum vero corpus humannm. In qua quæſt. ſic breuiter concludendum cenſeo. Aut conſtat ipſum habere animam rationalem, vt in hoc caſu, quia homo eſt, baptizari poteſt. Aut conſtat non habere animam rationalē, & tunc ſecus. Aut dubitatur, & in hoc caſu confugiendum eſt ad iudicium peritorum, ideſt Medicorum, ita Nauar. in conſil. 3. de baptiſ. Quid ſi & ipſi dubitent, an ſub conditione baptizandum?

14 Secunda quæſt. eſt † quo tempore baptiſmus adminiſtrandus eſt. Planè infantibus quocunque tempore adminiſtrari debet ob periculum mortis; nullum enim aliud remedium habent, vnde ſalui fiant. Adultis verò Catechumenis in Paſchate, vel Pentecoſtæ, niſi mortis periculum aliud ſuadeat, c. de Catechumenis cum ſequen. & c. venerabilis, & ibi Gloſſ. & c. baptizandi, de conſecr. diſtinct. quarta, arbitrio tamen Epiſcopi alio etiam die baptizari poterunt, l. 1. ff. de iur. deliber. & c. de cauſis, de off. deleg.

15 Tertia quæſt. † an is, qui Catechiſmo, & Exnrciſmo, & alijs cæremonijs omiſsis baptizatus eſt, ſi moriatur, antequam prædicta ſuppleantur, in ſacro loco ſepeliri debent. Concludendum eſt breuiter ſepeliri debere; non enim minus Chriſtianus eſt eo, qui illis adhibitis baptizatus eſt, quandoquidem de ſubſtantia Sacramenti nō ſunt, atque ſic reſpondit Nauar. in conſilio ſecundo, de ſepultur.

16 Ex his apparet, † ad quem baptiſmum conferre pertinet, debere habere vas ex politum, & accōmodatum, vbi baptiſmi aqua reſeruatur, ſecundo vaſculum, quo aqua funditur ſuper baptizandum. Tertiò bis in annum renouare eum aquam debere ſacris Oleis, ſcilicet Catechumenorum, & Chriſmatis adhibitis, alijſque cæremonijs, idque & in Sabbato ſancto Paſchatis, & Pentecoſtis, vt habetur in Miſſali Romano. Quartò librū baptizandorū. Oleum verò & chriſma prædicta in vaſis æneis habeat, quæ & qualia eſſe debeant, & à quibus olea accipienda, ſuo loco infra explicabimus.

17 Poſtremò † Parochus diligenter inueſtigare debet, an obſtetrices baptiſmum adminiſtrare ſciant; cum enim ſæpius adminiſtrare baptiſmum habeant, quæ ad id neceſſario poſtulantur, ſcire debent; ſcilicet formam, & materiam, eamque concurrere ſimul debere. Quare hæc tria ipſas edocebit parochus.

18 Curare etiam debet † vt ſubditi confirmentur, de quo Sacramento, quoad Epiſcopum eius collatio pertinet, ob eam rem infra ſuo loco agemus.

S V M M A.

1 *Euchariſtiam parochus adminiſtrare debet.*
2 *Euchariſtia an publicis peccatoribus tribuenda ſit, vbi peccatorum eos pœnituit.*
3 *Damnatis ad mortem*
4 *Non abſolutis, eſto confeſsi ſint*
5 *Excommunicatis, vel interdictis.*
6 *Demitenti iniuriam, ſed nolenti inſtrumentum pacis facere.*
7 *Tempore interdicti*
    an Euchariſtia adminiſtranda ſit.
8 *Sacerdos non celebrans an Euchariſtiam ſibi adminiſtrare poſsit.*
9 *Euchariſtiam pro ægrotis parochus ſeruare ha-*

Digitized by Google

bet. Et qua ratione ſeruanda, & ad infirmos deferenda.

30 *Viatores ab eo parocho pœnitentiam, & Euchariſtiã ſuſcipere debent, in cuius parochia tempore Paſchatis ſunt.*

§. VIII.

1 Secundò † Euchariſtiam parochus adminiſtrare debet; hoc enim ipſius munus etiam eſt, vt habetur in c.omnis, de pœniten. de quo Sacramento, quod egimus abũde in Tract. de Sacram. ob eam rem dubitationes quaſdam tantum abſoluemus. Et primo an publicis peccatoribus danda ſit, vbi peccatorum eos pœnituit. Secundò an damnatis ad mortem. Tertio an nõ abſolutis eſto confeſſi ſint. Quartò an excommunicatis, vel interdictis. Quinto an remitenti iniuriã, ſed nolenti inſtrumentum pacis facere. Sexto an tempore interdicti. Septimo an Sacerdos miſſæ ſacrum non faciens adminiſtrare Euchariſtiam ſibi poſſit.

2 Quoad primam quæſtionem igitur, † an publicis peccatoribus Euchariſtia adminiſtranda ſit; vbi peccatorum eos pœnituit, ſi publicè eam petant. Breuiter concludendũ eſt tribuendam eis non eſſe; nam, etſi ipſos peccatorum pœnituit, quòd tamen adhuc non manifeſtò conſtat de ſua pœnitentia, ne ſcandalum detur, neganda eis eſt, ita dixit ſanct. Bonauentur. & Palud. libro 4. diſtinc. nona, quæſt. quarta, & ſequitur Nauar. in c. penult. §. Sacerdos, num. 61. & numero 102. de pœniten. diſtinct. 6. & in Man. capit. vigeſimoprimo, nu. 55. & Illuſtriſs. Tolet. in Inſt. Sacerd. libro 6. cap. decimoſeptimo, numero quinto, & facit c. pro dilectione, de conſecr. diſtinctio. ſecunda, communis deniq; DD. ſententia hęc, vt teſtatur Nauar. eiſdem in locis. Quæ ſentẽtia vera eſt, vel in Paſchate Euchariſtiam petant, & publicè. Etſi inſtent parochus reſpondebit ſe Euchariſtiam ipſis denegare, quoniam eorum emendatio manifeſta nondum eſt; non enim hac ratione pœnitentẽ patefacit; ſed, quod notiſsimũ eſt, profert; ita aſſerunt ſanct. Bonauentur. & Palud. in cit. locis. Notorium autem peccatorem dicimus, qui manifeſtus eſt, vel per ſententiam, vel per confeſsionem factam in iure, vel per euidentiam rei, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt, c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. & c. fin. iunct. Gloſſ. de tempor. ordin. Excipitur tamen, vbi ſecretò Euchariſtiam petunt; tunc enim ipſis adminiſtranda eſt, ex quo verè eos pœnituit, & confeſsi ſunt peccata; non enim ſcandalum tũc prębent. Secundò excipitur, vbi manifeſto conſtaret eos vitam mutaſſe, quia ſcilicet honeſtè viuunt, idque notiſsimum eſt. Tũc enim vel publicè Euchariſtiam petant, tribuenda eis eſt, Idem dicendum ſi parochus facultate habita ab ipſis nunciaret eos pœnituiſſe, & confeſſos eſſe, ita allegati DD. eiſdem in locis aſſerunt. Et de hac quæſtione hactenus.

3 Quoad ſecundam quęſtionem † an damnatis ad mortem Euchariſtia tribuenda ſit. Videbatur dicendum dandam ipſis non eſſe, ſaperet enim impietatem quandam Euchariſtiam eis dare, qui laqueo ſuſpendendi, vel alia ratione morte afficiendi ſunt.

Contrarium tamen ſuadet, quoniam nullo iure prohibitum eſt. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum eſſe cẽſeo, Aut quæritur, an Communio dãda ſit ei, qui ſtatim morte afficiẽdus eſt, vel paulo poſt, & in hoc caſu priorem ſententiam veriorem eſſe cenſeo; nam fieri poteſt, vt ſuſpendatur is, qui adhuc in corpore Sacramentum habet, quandoquidem Chriſti Domini Corpus tandiu ibi eſt, quandiu ſpecies illę durant, c. tribus, de conſecr. diſtinct. ſecunda, & vt dixit ſanct. Thom. in 3. par. quæſt. 80. articu. 8. communis denique opinio hæc eſt, vt teſtatur Nauar. in conſ. quadrageſimo, de pœnit. & remiſſ. Aut poſt aliquod tẽporis, vt exempli gratia poſt horam eſt morte afficiendus, & tunc poteſt, nam pro hac ſententia fa[illegible] e. quæſitum, decimatertia quæſtione ſecũda, & ita communiter ſeruari teſtatur Clar. in prax. crim. §. fi. quæſtio. 99. verſ. quæro nunquid capitaliter, & Nauar. in conſ. 40. num. 11. de pœn. & remiſſ. Idque meritò, nam ſpecies illæ digeſtæ eſſe poſſunt.

4 Quoad tertiam quæſtionẽ † an parochus adminiſtrare ei Euchariſtiam debeat, quem confeſſum non abſoluit, ſi petat eam, cũ per ipſum ſteterit, quominus ipſum abſolueret. Concludo vbi publicus peccator non eſt: & tempore Paſchatis eam petit, idq; publicè, denegandã ei non eſſe. Tũ quod nec Chriſtus Dominus denegauit eam Iudæ, vt habetur in c. ſi Sacerdos, de off. ordi. tum quod ſi eam denegaret, ſigillum confeſsionis frangeret contra, c. omnis, de pœniten. atque ſic aſſeruit Nauar. in cap. 1. §. Sacerdos, numero 84. de pœnit. diſtinct. 6. & in Man. capitu. vigeſimoprimo, nume. 55. Excipitur tamen vbi extra tempus Paſchatis eam peteret, quod enim tunc ad eam præſtandam parochus nõ tenetur, legitimè ipſam denegabit. Secundo excipitur, vbi etiam tempore Paſchali petit, ſed ſecretò; nam poſſum ipſam

ei

ei denegare; quandoquidem ſigillum cõfeſſionis non violatur, quod fit, vbi alteri, non autem pœnitenti peccatum patefacit, eſto contrarium ſenſerit Nauar. eodem num. 55. vbi in confeſſione peccatum audiuit ob ſigilli fractionem, quod verum non eſt, vt dixit ob rationem allatam.

5 Quoad tertiam quæſtionem † an excommunicatis, & interdictis adminiſtrari debeat: in Tract. meo de Cenſur. declarauit, Tabu. 2. cap. 7. §. 1.

6 Quoad quartam quæſtionem † ſcilicet an tempore interdicti in eodem Trac. id etiam poſui, Tab. 5. cap. 15. §. 1.

7 Quoad quintam quæſtionem † an ſcilicet ei tribuẽda ſit Euchariſtia, qui remittit quidem odium, quo affectus erat in eos, qui filium occiderunt, vel offenſam aliam ei intulerunt, ſed inſcriptis inſtrumentum pacis nõ vult facere.

Breuiter concludendum eſt ei tribuendã eſſe; nam ad inſtrumentum illud præſtãdum; nullo iure obligatur. Nõ diuino; nam ſat eſt, vt recõcilietur ipſi eo iure, quod facit remittendo odium, & condonando inimicitias, c. fin. de pœniten. diſtinct. quinta. Non humano, quoniam nullo iure id cautum eſt, a que ſic Sacra Congreg. Cardinalium reſpondit, quæ ordinarium quendam reprehendit, qui ob hanc cauſam prohibuerant mulieri Sacramentum pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ adminiſtrari, vt refert Addit. ad Nauar. conſilio primo, de accuſ. Idem ſi coram teſtibus nollet id facere, quandoquidem ſcripturæ, & teſtes non ad ſubſtantiam rei pertinent, ſed ad faciliorem rei probationem, l. cõtrahatur, & ibi Gloſſ. ac DD. ff. de pign. c. cum Ioannes, de fid. inſtrum.

Immo accuſare ipſum poteſt, ita vt etiam morte à iudice afficiatur, vbi ob bonum finem id facit, ſcilicet ne poſthac offendatur, argum. c. pen. de hom. lib. 6. Vel vt eius malitia coerceatur, vel emendetur, vel ad quietem aliorum, vel ad iuſtitiæ cõſeruationem, ita dixit San. Thom. ſecunda ſecundæ quęſtione 108. artic. primo, & facit Gloſſ. in c. ſi quis contriſtatus, diſtinct. quadrageſimaquinta, & c. qui emendat, eadem diſtinctio. atque ſic conſuluit Nauar. in conſil. primo, de accuſ. vbi mulier querelam de morte ſui filij apud Iudicem ſecularem propoſuit, quo pro delicti ratione puniretur, & quoniam ſine odio ius ſuum proſequi volebat, etiam vſque ad vltimum ſupplicium, ob eam rem tuta conſcientia id facere poſſe reſpondit. Multomagis Euchariſtia ei poterit dari, qui ſuum intereſſe proſequitur. Nec repugnat, ſi dicatur graue damnum fore ipſi, vel ſuis liberis; ex quo enim legitimè, & per Iudicem hoc facit, non peccat; alioquin ipſi Iudices quoque, vbi ex officio procedunt, puniendo delinquentes peccarẽt, quod abſurdum eſt, argum. l. Gracchus, C. de adult. & c. qui peccat, vigeſimatertia quæſtione quarta. Non etiam denegari ei debet, qui inimicum ſuũ nõ alloquitur, vel non ſalutat; non .n. ad id tenetur, ſicut nec aliàs cum eo negotiari, ita pulchrimè tradidit Caiet. ſecunda ſecundæ quæſt. vigeſimaquinta, art. 8. Excipit tamen ibi Caiet. in fine, vbi ſcandalum daretur, ſi alloquatur, quod veriſsimum cenſeo. Atqui an confeſſarius credere debeat ei, qui prædicta facit, vel non facit aſſerenti ſe non odio ductum id facere?

Planè ſic. Tum quod de eius tantum commodo agitur. Tum quod in ijs, quæ pendent ab animo, ei fides adhibenda eſt, quamuis in foro exteriori iuſiurandum adhibeatur. Et de quæſtione hac ſatis.

8 Quoad ſeptimam quæſtionem, † ſcilicet an non ieiuno dari queat; id etiam explicatum eſt ſupra, cap. 6. Hoc addimus viatores obligatos eſſe, & ſubditos ei parocho tempore Paſchatis, vbi ſunt habito reſpectu ad pœnitentiam, & ſanctiſsimam Euchariſtiam ita declarauit Eugenius Quartus, vt inquit Caiet. quem refert ac ſequitur Sot. & etiam Fuſch. de Viſit. Eccl. libro ſecundo, capit. 3. num. 44.

9 Poſtrema quæſtio eſt † an Sacerdos, qui miſſæ ſacrum non facit ſibi Euchariſtiã adminiſtrare queat. In qua quæſtione breuiter concludendum eſt id poſſe. Tum quod de iure prohibitum non eſt, ergo permiſſum eſſe videtur, l. ab ea parte, ff. de probat. Tum quod & coniuges matrimonium ſibi adminiſtrant præſente eorum parocho, & duob. teſtibus. Tum quod indulgentia conceſſa à prælato, & ipſe recipere eam poteſt. Nec repugnat, ſi dicatur differentiam eſſe debere inter dantem, & accipientem, vnde non poteſt, quis ſeipſum baptizare; nam ea ſacramenta, dum adminiſtrabantur, fiunt, & in baptiſmo, quod generationẽ ſignificat, ſicut non poteſt quis ſeipſum generare, ita nec poteſt ſeipſum baptizare, c. debitum, de baptiſ. In pœnitentia debet quis iuriſdictionẽ habere, in ſe autem non habet, vt probaui in Tract. meo de Cenſur. at Euchariſtia per modum cibi ſumitur, ergo per ſé adminiſtrare ipſe Sacerdos ſibi poteſt, ſicut cibum ſumere. Non autem laicus ſibimet adminiſtrare valet, quoniam eſt ipſi prohibitum tangere, arg. c. tribus, de conſecr. diſtinctione 2.

Vbi

Vbi tamen Sacerdos ſibi adminiſtrát ſtolã, necnon ſuperpelliceum habere debet c. Eccleſiaſtica, diſtinct. vigeſimatertia, idem vbi ab alio accipit.

10 Ex his conſtat † parochum, quo pro ægrotis Euchariſtiam paratam ſemper habeat, aſſeruare ipſam debere in Tabernaculo in Altari maiori collocato optimè exhornato, atque diligenter occluſo, lampade ſemper ante ipſum ſacramentum ardente (id, quod ſumptibus ſuis parochus faciet, niſi conſuetudine ratione vè alia aliquis alius ad id teneatur, vtpotè Societas Sanctiſsimi Corporis Domini) ita habetur in c. presbyter, de conſec. diſt. ſecunda, & in c. ſanè, de celebra. miſſ. & c. 1. de cuſtod. & apud Triden. Syno. ſeſſ. 13. de Euchariſtia. capitu. 6. & Canon. 7. nam ſi incautè Euchariſtiam reliquerit, trib. menſibus ab officio ſuſpendẽdus eſt, etſi ob eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori pœna afficiendus, ita dicitur in cit. c. 1. de cuſtod. Euchar.

Vbi etiam ad infirmum defertur, diſpoſitio ſeruetur, cit. c. ſanè, de cele. miſſ. alioquin puniri debet arbitrio Epiſcopi, vt ibi dicitur. Epiſcopus etiam ſæpius ſuis populis Euchariſtiam adminiſtrare deberet, nam ob pietatem, quam ipſi habent erga ipſum facilius mouentur ad Euchariſtiam ſuſcipiendam, & ita Sanctiſsimi Epiſcopi ſactitarunt, vt refert Epiſcopus Montis Marani in ſuo Man. Paſtorum, cap. 62. nume. ſecundo. Sicut etiam Sacramentum pœnitentiæ, vt idem refert, & ita Clem. VIII. faciebat.

S V M M A.

1 *Pœnitentiam adminiſtrare Parochus debet.*
2 *Parochus licentiam facilè dare debet ſuis parochianis confitendi alteri.*
3 *Parochus an credere debeat parochiano alterius dicenti ſe habere licentiam à ſuo parocho ei confitendi peccata.*
4 *Confiteri alteri ſua peccata extra tempus Quadrageſimæ ſine licentia Parochi an liceat.*
5 *Pœnitens, qui aliquod peccatum commiſit ſæpius, & confeſſus illud eſt, an interrogatus à Sacerdote ſi aliàs illud peccatum commiſerit, teneatur id ei dicere.*
6 *Confeſſarius, an interrogare debeat pœnitentem.*
7 *Confeſſarius accidens pœnitentem eſſe in aliquo peccato, id eſt in aliquo ſtatu illicito idque ignorare, an admonere ipſum debeat.*
8 *Parochus an audire in confeſsione Parochianum debeat quoties vult.*
9 *Bannito an ſacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandum, vbi prohibitum eſt, ne quis eum recipiat.*
10 *Parochus ſimplex an abſoluere poſſit ab omnibus caſibus.*
11 *Abſoluere an Sacerdos poſſit mulierem qua cum peccauit.*
12 *Confeſſarius in confeſsione mulieres ad actus inhoneſtos non alliceat.*
13 *Confeſſarius pœnitentem patefacere non debet.*
14 *Parochus Bullæ Cœnæ Domini caſus reſeruatos ſuo Epiſcopo, necnon Confeſſionale in Eccleſia habere debet.*

§. VIII.

1 §. † Pœnitentiam quoque ſacramentũ adminiſtrare parochus debet; nam munus hoc etiam parochi eſt, vt habetur in c. omnis, de pœnit. & in Clemen. 2. §. huiuſmodi, verſ. verum, de ſepult. De quo Sacramento quòd etiam egi in Tracta. meo De Sacram. ob eam rem quæſtiones nonnullas frequentiores explicabimus.

2 Prima quæſtio igitur hæc eſt † an parochus facilis eſſe debeat ad concedendam licentiam ſuis parochianis, quò poſſint alteri ſua peccata confiteri. Et videbatur dicendũ ſe non facilem præbere debere; quandoquidem ad ipſum pertinet ſuas oues cognoſcere, id quod præſertim fit confeſſione. Contrarium tamen concludẽdum eſt, & opinionem hanc magis receptam eſſe teſtatur Nauar. in cap. primo, numero 99. de pœnitent. diſtinct. 6. & in c. placuit, num. 151. eodem. Idque meritò. Tum quòd periculum famæ, & vitæ adire poſſet aliquando pœnitens ſi parocho confiteretur; quid enim ſi conſanguineos, affinæque parochi in fama, vitaque læſiſſet? Quid ſi timore, aut verecundia indici pœnitens non poſſit, vt aliqua peccata parocho confiteatur? Ob huiuſmodi rationes igitur, quo ſaluti animarum conſulatur, & ne detrimentum famæ, vel vitæ pœnitens patiatur, facilis eſſe debet parochus ad hanc licentiam concedendam. Hinc Triden. Syno. ſeſſ. vigeſimaquinta, de regul. capit. 8. decernit, ac mandat, vt monialibus, præter ordinarium Confeſſarium, Epiſcopus, vel ſuus Superior bis, aut ter in anno offerat alium extraordinarium, qui omnium Monialium confeſſiones audiat; id quod ob rationes ſupra allatas fit. Hinc Clem. VIII. in Decreto de caſibus reſeruatis monet Epiſcopos, vt faciles ſint ad dandam licentiam abſoluendi ab eis caſibus. Hinc ſanct. Thom. lib. quarto, ſent. diſtinct. decimaſeptima, quæſt. 3. art. 3.

quem

quem communiter recept. teſtatur Nauar. in conſ. decimotertio, nume. 6. de priuileg. inquit peccare Sacerdotem, ſi non ſit facilis ad præbendam licentiam ſuis parochianis confitendi alteri ſacerdoti; facilis igitur erit Parochus ad hanc licentiam concedendam. Et de quæſtione hac ſatis.

3 Secunda quæſtio hæc eſt † an pœnitenti, qui adit alium Sacerdotem, quò ei peccata confiteatur, & aſſerit ſe licentiam habere à proprio parocho, fides adhibenda ſit? Cõcludendum eſt fidem ei adhibendam eſſe; nã ſi dixit Gloſſ. in Clem. prima, de priuileg. & ſequitur Zabar. quæſt. decimaquinta, & ſan. Thom. ſupra cit. art. duodecimo, & Nauar. in c. placuit, num. 156. diſtinct. 3. & habetur in Extranag. inter cunctas, verſ. ſuper confeſſione, de priuile. vbi duos caſus excipit, quibus adhibenda fides non eſt, vbi ſcilicet excommunicatus, notoriusvè eſt peccator; ratione autem id probatur, quandoquidem in eo caſu nemo exiſtimatur immemor ſalutis ſuæ. Et quæſtione hac idem ſatis.

4 Tertia quæſtio eſt, † an extra tempus Paſchale, ſeu Quadrageſimæ pœnitẽti liceat non ſuo parocho confiteri ſine proprij parochi licentia. Videbatur dicendum licere; nã ita conſuetudine ſeruari videtur. Atqui contrarium concludendum eſt; nam ad Sacramentum hoc adminiſtrãdum iuriſdictio requiritur neceſſario, c. omnis, de pœnit. ergo, quocunque anni tempore confiteatur, ab alio Sacerdote, qui parochus non ſit, vel à parocho facultatem nõ habeat, abſolui nequit atque ſic dixit Abb. in cit. c. omnis, not. ſeptimo, & Adrian. in confeſſ. 8. dub. & Nauar in cit. c. placuit, num. 8. & in Man. nu. 8. vbi doctos aliquos in hoc decipi ait. Non repugnat conſuetudo alleg. non enim in hoc conſuetudo valet, vt habetur in c. de pœnit. lib. ſexto. Excipio, vbi parochus id videret, & taceret; quod enim impedire poteſt, tacendo licentiam dare exiſtimatur, argum. l. ſæpe, ff. de re iudi. Excipio Regulares mendicantes tanquam delegatos à Sede Apoſtolica, Clement. ſuper cathedram, de ſepulturis, Gloſſ. in c. 2. de pœn. & remiſſ. in 6.

5 Quarta quæſtio eſt, † an pœnitens, qui confitetur aliquod peccatum, quod aliàs cõmiſſit ſæpius; ſed abſolutus fuit, an inquam ſi interrogetur à Confeſſario, ſi aliàs illud peccatum commiſſerit, confiteri ipſum iterum debeat, ex quo fuit abſolutus. Videbatur dicendum ad id teneri; fieri enim poteſt, vt peccatum tale ſit, quòd vbi ſæpius commiſſum eſt, Epiſcopo eſt reſeruatum: at ſi ſemel tantum illud ſe commiſiſſe dicat, cognoſci id non poteſt. Poſtremò ſi non nouit ſtatum pœnitentis, & facilitatem, qua in illud peccatum incidit, aptum medicinã adhibere non poteſt. Contrarium tamen cõcludendum eſt, ſcilicet pœnitentem non teneri iterum ad peccatum confitendum, quod aliàs fuit confeſſus, & abſolutus ab eo Primò quia nullo iure id cautum eſt; non diuino (nunquam enim id habetur.) Non humano; quippe, quia neque id fieri poteſt, vt aſſeruit ſanct. Thom. Quolib. prima quæſt. 12. & ſequitur Abb. & Nauar. in c. fratres, nu. 30. de pœnit. diſt. 5.

Ergo ad id non tenetur. Secundò, quoniã hic ratio peccati non eſt, non circunſtantia, etiam peccati neceſſario confeſſione explicãda; non enim mutat peccati ſpeciem, quo caſu confeſſione explicanda eſſet, vt tradidit Triden. Synod. ſeſſ. decimaquarta, de pœniten. cap. quinto, verſ. Colligitur præterea. Tertio, quoniam ſi id daremus toties, quoties peccata confitemur, neceſſariò iterare omnes alias cõfeſſiones deberemus; at hoc eſt abſurdum, ergo non dicẽdum, l. nam abſurdum, ff. de bon. lib. Nec facit, ſi dicatur obligatum eſſe pœnitentem, vbi requiritur à Sacerdote; nam ſi neceſſe eſſet, vel non requiſitus deberet confiteri. Præterea, vbi inuenitur obligatum eum eſſe? Poſtremò Confeſſarius officio iudicis fungitur, vt iudex autem cauſam aliàs cognitam, & expeditam, iterũ cognoſcere non poteſt; Deus enim non iudicat bis in idipſum. Ex his omnibus concludo non teneri pœnitentem requiſitum peccatum, à quo aliàs ſolutus eſt, iterum confiteri, ſed poſſe dicere ſe illud non commiſiſſe, intelligendo autem in animo ſuo, ita vt teneatur ipſum iterum confiteri, atque ſic dixit Nauar. in c. fratres, nume. vigeſimoquarto, & num. trigeſimo, de pœniten. diſtinct. 5. Nec repugnant rationes contrariæ; ſat enim eſt, vt cognoſcat ſtatum præſentem pœnitentis, non autem præteritum. Quod autem dicebatur fieri poſſe, vt ſit caſus reſeruatus nihil eſt; nam ſi aliàs peccata confeſſus eſt eidem Sacerdoti, facilè ipſi erit noſcere peccatum reſeruatum hoc eſſe; ſi verò non recordatur, vel ipſi confeſſus non ſit, excuſatur: ſi pœnitens id nouit, fateri illud debet. Immo laudandus hic pœnitens videtur, qui confeſſus eſt peccatum ſtatim atque illud commiſit. In hac quæſtione ſic concludendum cenſeo.

6 Quinta quæſtio eſt, † an Confeſſarius interrogare debeat pœnitentem. Videbatur dicendum ad id ipſum non teneri; ipſe enim pœnitens peccauit, ergo ipſe confiteri debet

bet in x.illud Dauidis, Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitias meas, id quod habetur in c.omnis, de pœnit. Contrariam tamen ſententiam amplectēdam eſſe cenſeo, vt ſcilicet Confeſſarius interrogare pœnitentem debeat. Primùm, quia iudex eſt; at iudex in cognoſcēda cauſa reum interrogare debet, argumen.tot.titu.ff.de quæſt. Præterea Medicus eſt, at niſi morbi cauſas, ac naturā cognoſcat, quod fit inrerrogatinne, nequaquā medicinam aptam adhibere poteſt. Poſtremò eſt etiam Magiſter, ſeu Doctor, & tanquam talis debet interrogationes facere, vbi ſcilicet pœnitens aut errat inſcitia, aut timore, verecundiaque detinetur à libera peccatorum confeſſione, aut memoria eum defecit. In his caſibus omnib. Confeſſarius pœnitentem inrerrogare debet. Quid enim ſi pœnitens fateatur ſe rem habuiſſe cum muliere, & ignoret circumſtantiam peccati? Planè hic Sacerdos inquirere debet, an eſſet mulier illa ſoluta, vel affinis, vel conſanguinea, vel Monialis, vel alijs qualitatibus affecta, quod enim circunſtantiæ hæ plura peccata faciunt, peccativè ſpeciem mutant; ob eam rem interrogare debet, ex quo pœnitens ipſe id ignorat. Quid itidem ſi fateatur peccatum, ignoret autem peccatorū numerum confitendum eſſe? Hìc etiam interrogatio neceſſaria erit; id quod ſumma pronidentia Sacerdos faciet; interrogare igitor ipſum in prædictis caſibus debet. Verùm quid ſi ruſticus, vel aliàs imperitus confeſſus eſt ſuo parocho imperito; & ſpecies peccatorum, non autem eorum numerum confeſſus eſt, an abſolutio tribota valeat. Planè ſic, eſto ad confeſſionem quantitatis, ac numeri, teneatur, vbi id nouerit.

7 Verùm, quid † ſi animaduertat pœnitentē eſſe in aliquo peccato.i. in aliquo ſtatu, quē ſi noſcet ipſe pœnitens malū eſſe, peccaret; excuſatur tñ, quia id ignorat, an admonere ipſum parochus debet, exēpli gratia nuuit, inter ipſum, & vxorē matrimoniū non valere, quia .ſ. antequam vxorem duceret, rem habuit cum vxoris ſorore, quo caſu orta eſt affinitas ex fornicatinne in primo gradu, quamobrem matrimonium inter ipſos prohibitum eſt, vt habetur apud Trident. Syno. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat.capit.quarto. An igitur debet eum de hoc certiorem facere? In hoc caſu vbi ex vtraque parte, tam viri, quam vxoris igoorantia eſt (ex quo impedimētum hoc eſt de iure humano ob ſcandalum, quod naſci poteſt, & periculū famæ, vel vitæ) concludendum eſt id confeſſarium tacere debere. Tum quod id habetur in ſimili in c.quia circa, de affin. & conſan. vbi DD. id communiter not. Tum quod non peccant prædicti ob probabilem ignorantiam, & id pluribus probanit Nauar. in c.ſi quis autem num. ſexageſimoſeptimo, cum multis ſequ. de pœnit. diſtinct. ſeptima, & Ego hanc doctrinam his ſum ſecutus; quandoquidem magnum ſcandalum ortum eſſet; ſi id patefactum eſſet. Et hoc etiam locum habet, eſto ſcandalum non imineat, vt dixit Nauar. in conſ. primo, quæſt. 10. & ſeq. de conſtitu. vbi ait nec legem alicubi non permulgatam, vel non receptam debere ſponte ſua legentē patefacere ipſam, vel ſi patefacit, dicere quāobrem non obliget. Excipio tamen, vbi dānum tertij verſaretur, vt exempligratia mulier accepit pecuniam ſuper ſuas ædes ab aliquo, vt quouſque pecuniam reſtituerit, dās pecuniam fruatur ædibus nulla penſione ſoluta; hic verſatur damnum mulieris, & altee vſuram facit; & quamuis id ignoret probabiliter ex quo in ea regione talis adeſt conſuetudo, & idcirco non peccat; quod tamen in damnum mulieris redundat, ob eam rē admonere debet ipſum eſſe contractum vſurarium, & ad penſionem ſoluēdam ipſum obligari. Idem ſi pericolum eſſet alicuius grauioris mali, exempli gratia habet aliquis aliquam opinionem hæreticam, hìc etiam admonendus eſt omnino, ne alios inficiat. Poſtremo excipitur, vbi aliquid adeſt, quod de iure diuino prohibitum ſit. Et de quæſt. hac itidem ſatis.

8 Sexta quæſtio.eſt, † an parochus toties audire parochianum in confeſſione debeat, quoties voluerit? Planè, vbi opus habet parochianus ipſum ſemper audire debet parochus, alias non, ita Ricard. quem refert, ac ſequitur Sylu. in verb. Confeſſ. prima quæſtione 18.

9 Septima quæſtio.eſt, † an Sacerdos poſſit audire bannitum, quem recipere prohibemur. Egn ſentin id poſſe; nemini enim, qui ad pœnitentiam venit abſolutio deneganda eſt, argum. Clem. prima, de pœnit. Immo à quocunque abſolui poteſt, & à quocunque peccato, & cenſura, vbi impunè occidi poteſt; quandoquidem in periculo mortis hic conſtitutus ſemper videtur, argum. eorum, quæ tradidit Triden. Syno. ſeſſ. decimaquarta, cap. ſeptimo, & ita ſenſit Nauar. in conſilio quarto, num. ſecundo, ne cler. vel monac. ibi, Extra caſum ſacræ confeſſionis, & in cō ſil. vigeſimoprimo, de ſentent. excommunic. Excipitur tamen, vbi publica fide habita alicubi moraretur, id eſt haberet, quod vulgo dicitur *Saluo Condotto*, in aliquo loco; tunc enim

enim parochus, vbi habitationē habet, adminiſtrare ipſi pœnitentiam, & alia Sacramenta debet.

10 Octaua quæſt eſt, † an parochus, qui Sacerdos ſimplex eſt, abſoluere ab omnib. peccatis queat, atque cenſuris. In qua quæſtione breuiter concludimus non poſſe; nam à caſibus reſeruatis ſuo Epiſcopo, necnon Romano Pontifici abſolutionem tribuere non valet, vt infra ſuo loco probabimus; Quare, ne hos caſus ignoret, Bullam Cœnæ Domini nouiſſe debet, vt in Tract. meo De Bulla hac probaui in tertia parte, cap. ſeptimo, viden. Item & à caſu ſuo Epiſcopo reſeruatos apud ſe eadem ratione habere.

11 Poſtrema quæſt. eſt, † an abſoluere poſsit parochus eam mulierem, qua cum peccauit. Et videbatur dicendum non poſſe; nā in ſua cauſa Iudex eſſe exiſtimabitur contra tit. C. ne quis in te propr. Contrarium tamen concludendum eſt, ſcilicet abſoluere ipſam poſſe; nam per illud peccatum nō amittit iuriſdictionem; nec vſum eius; nullo enim iure id cautum eſt, ergo abſoluere ipſam poteſt, atque ſic dixit Arcbi. quem refert, ac ſequitur Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, numero 113. ff. de libe. & poſth. Non repugnat ratio contraria, negatur. n. in ſua cauſa ius dicere abſoluit enim mulierem à peccato ſuo, non autem ſe quicquid contrarium ſenſerit nouiſsimè quidam Peruſin. nulla ſolidiori ratione adhibita. Addo parochum ſuum parochianum vbique etiam extra diœceſim adminiſtrare Sacramentum hoc poſſe, ita Sylu. in verb. Confeſſor. prima quæſ. 14. non enim iuriſdictio alterius læditur.

11 Caueat † tamen Confeſſarius in confeſſionibus audiendis, ne mulieres pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audit confeſſiones alliciat, & prouocet; nam quod Sacramento abutitur, cognitio huius delicti ad Inquiſitorem hæreticæ prauitatis pertinet, vt habetur in Bulla Pij Quarti, lata Romæ die 16. Aprilis 1561. Pont. ſui anno ſecondo incip. Cùm ſicut nuper, quam refert Stepha. Quaran. in ver. Confeſſor. pag. mihi 174. & ita Franc. Pegn. tradit ſuper Director. Inquiſitor. parte ſecunda, quæſt. 56. & ita ſeruari in Tribunalibus Inquiſitoris, aſſeruit Addi. ad Diaz. cap. 82. in verb. Deponatur.

12 Caueat † demum ne pœnitentem pateſaciat. ideſt in Confeſsione delictum auditum explicet, ita vt pœnitens manifeſtus fiat; nō enim id poteſt, & grauiter punitur, vt habetur in c. omnis, de pœnit. nam ſigillum confeſsionis de iure diuino eſt, ita Turrecrem. & Card. in c. Sacerdos, de pœnit. diſt. 6. & Viu. in ſua Sylu. opin. 143. Excipitur tamen, vbi aliunde id nouiſſet, vt dixit Abb. in c. dilectus, de exceſſ. prælato. & DD. in cit. omnis. Atqui an credatur ei, aſſerenti aliunde ſe id nouiſſe? Planè non, ita inquit Hoſt. Card. & Abb. in cit. c. omnis, de pœnit. & communiter DD. vt teſtatur Nauar. in c. pen. nu. 164. de pœniten. diſt. 6. & Proſper Farinac. de Indic. & tort. quæſt. 51. num. 107. & Menoch. de arbit. iud. libro ſecundo, Cent. 5. caſ. 414. Non tamen punietur pœna ordinaria, cit. c. omnis, ſed mitiori, & arbitrio iudicis, ita Maſcard. de libro 3. concluſ. 1286. num. quinto, & numero 6. & ſequitur Farin. eadem quæſt. num. 108. & Sylu. in verb. Confeſsio. 3. numero quinto, & Angel. in verb. Confeſsio in fin. Non creditur etiam, ſi dicat licentiam hanc ipſi datā à pœnitente (tunc enim pateſacere poteſt de cōmuni teſtatur Viu. in Syl. opin. 142.) Si pœnitens id neget. Tum quòd hoc non præſumitur ob turpitudinem. Tū quod, ex quo id negat pœnitens, transfert onus probandi in ſacerdotem; ſecus ſi id non negaret, & ſacerdos eſſet bonæ famæ, & iureiurando affirmaret ipſi licentiam datam, ita DD. relati à Farinc. eadem quæſtione ſecunda, 112. cum ſequ. Poteſt tamen pateſacere delictum committendum confeſsione ſibi pateſactum, quò impediatur, tacita perſona confitentis, vt de communi ſententia teſtatur Viu. in ſua Syl. opin. 143. numero ſexto. Sed iam ad Extremam Vnctionem transeamus; ſi prius hoc addiderim parochum abſoluere poſſe parochianum ſuum ab omnib. peccatis, vbicunque commiſsis; non enim forum ſortitur quis ratione delicti in foro pœnitentiæ, & vt ita Clar. §. fin. quæſt. 38. numero quinto, qui de communi teſtatur, & ſequitur Oldrad. conſ. ſeptuageſimotertio, numero ſecundo, & Tuſch. in Pract. concluſ. in littera F. concluſ. 441.

13 Ex his patet † parochum habere debere Bullam Cœnæ Domini, necnon caſus reſeruatus ſui Epiſcopi, vt ſupra dixi. Item confeſsionale in Eccleſia, vbi confitentes audiat quod in loco aperto, & manifeſto eſſe debet, non autem in ſacellis, neque in angulis eccleſiarum, vnde videri publicè non poſsit: id quod fit, vt tollatur materia delinquendi; ob quam rationem, etiam ipſum Confeſsionale habebit feneſtram crata ferrea occluſum, ne pœnitentem videat.

S V M M A.

1 *Extrema Vnctio à pluribus Sacerdotibus, an adminiſtrari poſsit.*
2 *An conferri ei, qui dubitatur, an ſit mortuus.*
3 *Præpoſteratio vnctionis, an vitiet Sacramentum*
4 *An vulnerato ad mortem adminiſtrari debeat.*
5 *An tempore interdicti conferri poſsit.*
6 *Olea ſacra per conſtitutum in ſacris ordinibus peti debent.*

§. IX.

§ Extrema vnctio conferri etiam à parocho debet, de qua quia egimus etiam in Tract. de Sacram. ob eam rem hìc quatuor tantum quæſtiones abſoluemus.

2 Prima quæſt. igitur hæc eſt † an parocho dum adminiſtrat hoc Sacramentum, ſi vna perfecta vnctione moriatur, alius Sacerdos adueniens neceſſe habeat iterare primã vnctionem, an reliquas perficere. Videbatur igitur dicendum ipſam debere iterare; nam Sacramentum ab vno tantum dari debet, vt probaui in Tract. meo de Saeram. Contrarium tamen concludẽdum eſt reliquas perficiendas eſſe, & non priorem iterãdam; nam quæuis vnctio per ſe perfecta eſt, ergo non debet iterari. Etenim ſe habet ſicut ſacramentum Euchariſtiæ, in quo, ſi poſt conſecrationem panis, Saeerdos moriatur, alter adueniens vinum tantum conſecrare debet, & non hoſtiam.

Non obſtat contrarium; locum enim habet, vbi pars Sacramenti per ſe perfecta non eſt, & ſumus in indiuiduis, quo caſu, qui partem eius facit, nihil feciſſe cenſetur. l. furioſum, & ibi Bar. C qui teſt. fac. poſſ. & Iaſ. in rubr. num. 12. ff. de leg. primo, ab hac igitur ſententia non diſcedemus, & ita aſſeruit Illuſtriſs. Toler. in Inſtruct. Sacerd. in tit. de Extrema vnct. capitulo ſecundo, num. quarto, & quinto.

2 Secunda quæſtio. eſt † an ſi poſt vnctiones duas, vel tres factas moriatur ægrotus, reliquæ vnctiones faciendæ ſint. In qua quæſt. breuiter concludimus faciendas non eſſe; nã Sacramentum hoc homini adminiſtrandũ eſt, cuiuſmodi mortuus non eſt; conſtat enim homo ex anima rationali, & corpore, vt inquiunt Philoſoph. & habetur in Symbolo Athanaſij. Non igitur reliquas perficiet; nã nec ſacramenti effectus collatus eſt, quid in vltima vnctione quinque ſenſuum confertur ſi dubitetur verò, an mortuus ſit, ſub conditione confertur, ſicut de baptiſmo, & ita in re noſtra Tolet. eodem capitulo tertio, numero 6.

3 Atqui † ſi præpoſteratione vnctiones fiãt, an Sacramentum vitiabitur, exempli gratia. Primò manus; deinde os; tertio nares; quartò aures; poſtremò vngũtur oculi? Concludendum eſt Saeramentum confici; nam ratione nobilitatis inſtrumentum vnius ſenſus prius vngitur altero, non autem neceſſitatis ratione; ſenſus enim omnes ſunt cauſæ peccati; ſicut igitur ſi quis plura vulnera habet, nihil intereſt quodnam prius curetur, ita & hic: quod autem ſenſus alter altero nobilior ſit docuit Philoſoph. lib. ſecundo, de anim. lib. 1. Metaph. Accedit quod etſi in Sacramẽto Euchariſtiæ panis prius conſecrandus ſit, ſi vinum tamen prius cõſecretur, conſecratio valebit, quod dubitationem non habet; ſicut etiam in ordine, ſi prius ſacerdotium alijs ordinibus eonferatur, eſto peccetur, vt habetur in titu. de Cleric. per ſalt. promot.

Verùm quid ſi quis vna verborum conſtructione formam proferat, ita vt omnes ſenſus comprehendat; exempli gratia. Per iſtam ſanctam vnctionem parcat tibi Deus quicquid oculorum, aurium, narium, oris, vel linguæ, & tactus vitio deliquiſti, an inquam Sacramentum eonfertur? Ego ſentio conferri, & id poſſe; nam & vna verborum forma plures ſimul baptizari poſſunt, vt baptizo vos; eſt enim forma vna multiplex ratione plurium prædicatorum, l. ſtipulationes plures. ff. de verb. oblig. Immo quandoque debebimus hanc formam adhibere, vbi periculum mortis adeſt; modò tamen vngat ſingula inſtrumenta, dum ea tunc nominat.

4 Tertia quæſt. eſt, † an vulneratos ad mortem Sacramentum hoc eonferri debeat. Hãc quæſtio. abſolui in Tracta. meo de Sacramen. & concluſi poſſe, & ita de communi ſententiam teſtatur Illuſtriſs. Tolet. eodem cap. 3. num. 5.

5 Poſtrema quæſt. eſt † an tempore interdicti conferri poſsit. Hoe declarauimus in Tracta de Cenſur.

Ex his patet parochum debere habere oleum infirmorum vaſculo aliquo reſeruatum, & ſingulis annis à Cathedrali Eccleſia accipere veteri combuſto: Ad hoc oleũ autem petendum, † ſicut etiam oleum Catechumenorum, & Chriſmatis mittetur in ſa-
6 cris conſtitutus, vt habetur in c. presbyteri, qui, de conſecr. diſt. inct. & c. omni tempore, eadem diſtinctio. Patet etiam ad parochum

pere-

Digitized by Google

pertinere ægrotos præſertim, vbi graui morbo affecti ſunt, ſæpins viſere, quò animarum ſaluti conſulat, ſcilicet ſacramenti pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ adminiſtratione, ad quæ ſuſcipienda parochus ægrotum hortabitur, vt alibi diximus: & vbi pauperes ſunt pro ſuis viribus opem eis ferre, quod munus Epiſcopi etiam eſt; plurimum enim præſentia eius ægrotis prodeſt, quandoquidem facilius ſacramenta ſuſcipient, iniurias condonabunt, & mortem æquo animo ſubibunt: id quod exemplis, & auctoritatibus ſanctorum pluribus probauit Epiſcopus Mótis Maran. in Man. Paſtor. cap. quinquageſimoſeptimo, & facit c. Epiſcopus, diſtinct. 82. vbi dicit Epiſcopum de victu, & veſtitu eis prouidere debere; ergo multomagis animarum ſaluti conſulere. Accedit poſtremò Epiſcopum primarium Parochum omnium Eccleſiarū ſuæ diœceſis eſſe, c. quæcunque, vndecima quæſtione prima, ergo hac quoque ratione concludendum eſt munus hoc & ad Epiſcopum pertinere. Sed iam de Matrimonio agamus.

S V M M A.

1 *Matrimonium coram parocho, & duobus teſtib. adminiſtrari debet.*

2 *Parochus, qui matrimonio intereſt, dum contrahitur, qui nam ſit.*

3 *Parochus ſponſum, an in parochia ſponſæ intereſſe poſſit matrimonio contrahendo, & è contrario.*

4 *Non requiritur, vt parochus verba proferat.*

5 *Parochus hic Sacerdos eſſe debet.*

6 *Non requiritur, vt ſit rogatus, ſeu vocatus.*

7 *Matrimonium valet vel inuito Sacerdote contrahatur.*

8 *Valet etiam ſi contra interdictum Epiſcopi contrahatur.*

9 *Teſtes duo, vel tres intereſſe matrimonio debent dum contrahitur.*

10 *Non requiritur, vt ſint rogati.*

§. X.

1 Matrimonio denique † dum contrahitur, intereſſe debēt proprius parochus, & duo, vel tres teſtes, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reforma. matrimon. cap. 1. verſ. Qui aliter, quàm præſente parocho.

2 Hic autem parochus, † vt mittam Rom. Pont. qui omnium parochus eſt primò eſt Sacerdos ſimplex parochiæ viri, vel mulieris. Secundò ordinarius, ideſt Epiſcopus, vt dicitur in eodem verſ. Qui aliter. Tertiò Vicarius Epiſcopi. Quartò delegatus ab vno ex ipſis, de licentia enim vnius horum coram alio Sacerdote contrahi poteſt, vt dicitur in eodem capitulo primo, verſicu. Qualiter. Et quoniam licentia requiritur, ideo præcedere ipſa debet auth. licentia, C. de epiſc. & cleric. & l. ſi quis mihi bona, §. iuſſu, ff. de acqu. hæred. & ita Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. Canon. verſ. Decimotertiò, pág. 292. Quare quòd ob hanc rationem præcedere debet, ob eam rem expreſsè poſtulatur, non autem tacita ex permiſſione, ita Lap. Alleg. 86. numero 3. & ibi Addit. & ita declarauit Sacra Congreg. Conc. Trid. dum quæſtio hæc orta eſſet Venetijs, vt teſtatur Menoch. de arbitr. iud. libro ſecundo, Cent. 5. caſ. 453. num. 14. Excipitur tamen vbi generatim Sacerdos eſſet probatus ad aliquam curam Eccleſ. vt Capellanus, hic enim poterit, etiam ſi nulla alia licentia interueniat, & hoc ob eam rationem, quoniam eſt ſubrogatus in locū parochi, vel Coadiutor parochi eſt, & in partē ſolicitudinis, igitur vt parochus omnia facere poteſt, quod eſt notandum.

3 Ex his patet † ſi matrimonium contrahatur in parochia mulieris intereſſe debere. Si in parochia viri parochum eius; nam S. Synod. eodem capitu. 1. ſimpliciter de parocho contrahentium loquitur, nec diſtinguit corā quo parocho; ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. & ob eandem rationem, & in parochia viri parochus mulieris, & è cōtrario in parochia mulieris parochus viri intereſſe poterit, atque ſic declarauit Sacra Congrega. vt refert Nauar. in conſ. 4. num. 1. verſic. Tertiò, de clandeſt. deſponſ. & Addit. ad eum, eodem conſil. 3. Immo & in alterius diœceſis parochia, quæ non eſt viri, vel mulieris, matrimonium contractum coram parocho, & duobus teſtibus, vel tribus valebit. Tum quod S. Synod. non præſcribit locum, in quo contrahatur; ſed ſolum perſonas coram quibus, ergo vbique locorū contrahi poteſt, c. nonne, de præſump. Tum quod contractus ſpeciem habet, vt dixi, contractus autem vbique locorum contrahi poteſt, ergo & matrimonium contrahi. Tum quód S. Synod. voluit, vt intereſſent parochus, & teſtes, quò probari poſſet, quod efficitur, vel in aliena parochia cōtrahatur, atque ſic concluſit Addit. ad Diaz. eodem cap. verſ. Vndecimò prætermittendū non eſt. Contrarium tamen tenuit Nauar. in conſil. 14. de Clandeſt. deſponſ. cuius opinio locum habere poteſt quoad benedictioné dandam; nā ſine licentia parochi illius loci eam

dare Sacerdos ſecularis,regularisvè non po
teſt,ex quo in Eccleſia fit,& violatur alterius
iuriſdictio,& quoad matrimonium contra-
ctum nihil tale interuenit. Ac planè ſi priua-
tis domibus fiat hic contractus,nulla ratio-
ne iuriſdictio violatur. Secundò locum habe
re poteſt quoad pœnam, vt dixit Addit. ad
Diaz.eodem quam tamen pœnam non ſubit
ſi ex cauſa fecerit, vtpotè timore hoſtium,
vel de licentia parochi loci.

Coram etiam habente iuriſdictionē quaſi
Epiſcopalem contrahi poteſt, cuiuſmodi iu
riſdictionem habent Cardinales in Eccleſijs
ſuorum titulorum,c.his,quæ,de maior.& o-
bedien.& ita Nauar.in conſ.14.de Clandeſ.
deſponſa.

4 Atqui † an proferre aliqua verba paro-
chus neceſſariò debet? Videbatur dicendū
debere,ob id,quod ſancta Synod.in eodem
cap.verſ.Quibus denunciationibus factis id
ſentire videtur. Præterea conſuetudine ſer-
uatur, & parochus dicat, Ego coniungo
vos,&c. Contrarium tamen concludendum
eſt,ſcilicet non neceſſariò requiri, vt quid-
piam dicat; nam matrimonium non ſolùm
ſacramentum eſt,verùm etiam ſpeciem con
tractus habet;in cōtractibus autem ipſi con
trahentes ſunt cauſa efficiens,& miniſtri cō
tractus,& forma ſunt verba Sacerdotis,at-
que ſic reſpondit Sacra Congreg. Concilij,
vt refert Addit.ad Diaz.in Pract.Crim.can.
capitulo 73.verſicu Reuerendiſsime Domi
ne,pag.263.

Quæ diximus autem locum habent, vel
matrimonium contrahatur per procurato-
rem;nam præſentibus prædictis,ſcilicet pa-
rocho,& teſtibus contrahi debet. Verū quod
coguntur perſeuerare in matrimonio ſic con
tracto per procuratorem, niſi præbent ante
contractum matrimonium ſe mutaſſe volun
tatem,c fin.de procur.lib.6.ob eam rem, vbi
per procuratorem contrarium eſt,à præſen-
tibus deinceps coniugibus peti debet,ſi con
ſentiant huic matrimonio,quod procurato-
rem eorum nomine contraxerunt, ita dixit
Nauar in conſ.14.num.13.de ſponſ.quod ta
men mihi non admodum placet; ſi enim va-
let,cur deinceps id petitur, cum repugnare
deinceps non poſsint?

5 Secundò † parochus hic Sacerdos eſſe de-
bet,ita Triden.Synod.cap.1.verſ.Qui aliter
quàm præſente parocho,vel alio Sacerdote;
dictio enim alio eſt repetitiua ſimilium, vt
inquiunt DD.& ſic declarauit Sacra Cōgre
gatio,vt teſtatur Addit.ad Nauar. in conſil.
10.de Clandeſt deſponſ. Quare nec corā Vi
cario Epiſcopi, qui Sacerdos non ſit,nec co-
ram alio in ſacris conſtituto, etiam tempo-
re peſtis,& ita Nauar.in conſ.6.de Clandeſ.
deſponſ. Alioquin ſi contrafiat, matrimoniū
6 nullum eſt,vt habetur apud Trident.Synod.
eodem cap.1.verſ.Qui aliter. † Non requiri-
tur autem,vt rogatus ſit,modò intelligat a-
ctum,qui geritur,ita Sacra Congregat. ibid.
7 † Item non refert,an voluntarius, compul-
ſusvè interſit,ita Sacra Congreg. reſpondit,
vt refert Addit.ad Diaz.eodem cap. pagina
284.Debet tamen intelligere actum, qui ge
ritur,alioquin matrimonium non valeret, vt
8 eadem Addit eodem in loco. † Valet etiā ſi
contra prohibitionem factam ab Epiſcopo
coram parocho, & duobus teſtibus contra-
hatur. Ex his apparet Sacerdotem interue-
nire quaſi teſtem quēdam,eſto quoad cære-
monias, & benedictiones vti miniſter in-
teruenitat.

9 Tertiò † debent adeſſe duo,vel tres teſtes,
vbi matrimoniū contrahitur, vt diximus;id
quod fit,quò facilius matrimonium probetur.

10 Nihil autem † intereſt an rogati ſint nec-
ne,modò videant & ipſi actum, qui geritur,
& audiant; nam pro regula traditur ad rem
probandam teſtes rogatos non requiri, niſi
ſpeciatim id caueatur,l.ad fidem,ff.de teſti-
bus,& ita Gloſſ.in Auth.Rogati,eodem at-
que ſic reſpondit Nauar.in conſ. 11.de clan
deſt.deſponſ.

SVMMA.

1 *Denunciationes fieri debent.*
2 *In Eccleſia contrahentium.*
3 *Diebus feſtis ſolemnibus.*
4 *Tribus diebus.*
5 *Continuis.*
6 *Inter miſſarum ſolemnia.*
7 *Denunciationes quando omittantur.*

§. XI.

1 §. † Quartò, antequam matrimoniū con
trahatur, denunciationes fieri debent
eorum,qui matrimonio iungi volunt,vt ſcili
cet,ſi quis ſciat inter eos,q matrimonio iun
gendi ſunt,aliquod impedimenti eſſe, illud 2
in mediū proferat. Id quod & iure antiquo
cautum fuit,c.cum inhibito,de clandeſt.de-
ſponſ.& in c.cùm in tua,de ſponſ. vbi etiam
not. Abb.num.4.quando eſt timor ſcandali,
ſi matrimonium contrahatur, videlicet debe
re matrimonium impediri, id quod contin- 3
git ſæpius,vbi nobilis,ac diues pauperē du-
cere vult,vel minus nobilem. idem Felyn.in
c.nihil,de præſcrip.ob plures tamen cauſas

omitti

omitti poſſunt auctoritate Epiſcopi, ſcilicet vbi periculum eſt, ne impediatur, contrahentium inæqualitas; in articulo mortis conſtitutus; timor parentis vel tutoris legitimus; ſtuprum illatum, vicinitas temporis prohibiti ad ſolemnes nuptias, ita Prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 26.

2 Fieri † autem debent hæ denunciationes in Eccleſia parochi, vbi domicilium habent ipſi contracturi matrimonium; & ſi diuerſæ parochiæ ſint, in vtriuſque parochia: idem ſi diuerſæ diœceſis; nam fiunt, quò pateſiãt impedimenta, ſi qua ſint; hæc autem ſciri nequeunt niſi ab illis, in quorum parochijs habitarunt; ſi verò vagabundus ſit parochus in his non facilem ſe præbebit ad ſuam præſentiam præſtandam; ſed curabit, vt fides fiat à curatis, vbi habitabit, & re diligenter cognita ad Ordinarium probationes habitas deferet, & ab eo licentiam id faciendi obtinebit, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 24. de reformat. capit. 7. & ita ego ſeruaui in hiſce caſibus.

3 Secundò † diebus feſtis ſolemnibus; non igitur feriatis diebus, eſto frequens populus adſit, atque ſic S. Synod. eodem cap. primo, & Epiſcopus non poteſt in hoc diſpenſare, c. cũ inferior, de maior. & obed. & ita Prax. Arch. Neap. caſ.

4 Tertiò † tribus diebus; non igitur bis, vel ſemel, niſi Epiſcopus ex cauſa diſpẽſauerit, vt ſuo loco diximus.

5 Quartò † tribus diebus continuis; non enim intermitti vna dies debet, niſi aliqua cauſa interueniat, quæ impediat.

6 Poſtremò † inter miſſarum ſolemnia; non igitur inter veſpertinas preces. Hæc omnia habentur apud Trid. Synod. eodem capitu. Verùm, ſi contrahãt, & denũciationes omittantur, an matrimonium nihilominus valebit? Planè ſic, atque ſic concluſit Addit. ad Diaz. cap. 72. verſ. Primo ante omnia, & ita Sacra Congregat. ab ea relata declarauit. Quare improbanda eſt opinio Menoch. qui contrarium tenuit in conſ. 69. num. 70. lib. 1. Verùm quid ſi quis impedimentum nouit, quod probare non poteſt, an denunciare nihilominus illud debet? Planè ſic, ita Couar. de ſponſ. 2. par. cap. 6. §. 10. num. 10. cum ſeq. viden.

Qui tamen, vt matrimonium impediat, falſa impedimenta denunciat, arbitraria pœna punitur, ita habetur in cita. c. cùm inhibitio, §. ſi. iunct. Gloſſ. ibi, & Anchar. numero 13. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Centu. quinta, caſ. 453. nu. 2. Coram parocho igitur matrimonium contrahi debet.

7 Excipitur † tamen, vbi coram parocho, & teſtibus matrimonium ſemel contractum eſt, & poſtea fuit pateſactum impedimentũ, quod nullum matrimonium reddebat; tunc enim, ſi diſpenſatio habeatur, vt matrimonium contrahi poſſit, etſi nouus conſenſus requiritur ipſorum coniugum, vt id pluribus aſſeruit Nauar. in conſ. 14. de ſponſa. qui teſtatur ibi, nu. 7. opinionem hanc à ſacra Pœnitentiaria comprobatam; non tamen iterũ coram parocho, & teſtibus, requiritur, vt nouus hic conſenſus præſtetur, & ita Pont. Max. placuit, vt refert Illuſtriſs. Cardin. Alciatus Propœnitentiarius in ſignatura, quẽ refert Nauar. eodem conſ. in fine. Id quod factum fuit; quandoquidem ſæpius nõ poſſet cum præſentia parochi, & teſtium fieri ſine periculo maximi ſcandali. Et quod videtur Concilium Trident. non cogitaſſe de huiuſmodi caſibus occultis, & idcirco iuri communi ſtandum eſt, l. iubemus, C. de teſtamen. & l. præcipuus, C. de appellat. quo iure inter ipſos coniuges tantum matrimonium contractum olim valebat; ſat igitur eſt in huiuſmodi caſibus, vt inter ipſos coniuges iterum conſenſus ſecretò præbeatur, ſed ita vt coniux, qui impedimentum ignorabat, intelligat impedimentum dirimens matrimoniũ ſubeſſe, & idcirco neceſſe eſſe, vt iterum conſentiant, quò matrimonium valeat.

Quare ſi eadem ratione impedimentum aliud ſit, vt potè ætatis, quia ſcilicet alter cõiugum legitimam ætatem non habebat ad contrahendam, quæ poſtea ſuperuenit, ſat erit nouus conſenſus ſine alijs denunciationibus, & ſine præſentia parochi, & teſtium; vt dixit Addit. ad Nauar. in conſil. 3. de deſpon. impub. eſto Nauar. cõtrarium ſentiat, vt ſcilicet ſeruatis ſeruãdis cõtrahi debeat; id quod ad cautelam fieri debet; non autem ad neceſſitatem ſacramenti, vt dixit eadem Addit. ne ſcilicet matrimonium nullum dicatur, vel pro lis illegitima allegetur.

Secundò excipitur, vbi matrimoniũ contractum eſt coram parocho, & teſtib. per verba de præſenti ſub licita conditione; nã adueniente conditione, perinde eſt, atque ſi purè contractum eſſet; nec opus eſt, vt amplius contrahatur, & idcirco nec coram parocho, & teſtibus, atque ſic concluſit Nauar. in c. 1. de condit. appoſit. de communi ſententia DD. eſto Theologi contrarium ſentiant, cuius tamen contraria communis opinio eſt, vt dixi.

Parochus autem, ſi poſt denunciationes

factas

Digitized by Google

ſactas, compareat aliquis, & denunciet alterum coniugum cum altero ſponſalia contraxiſſe, intereſſe huiuſmodi matrimonio nō debet, antequam Epiſcopus declaret ſponſalia ſoluta eſſe; nam, qui promisſit, cogi poteſt adducendum eam, cui primò permisſit, c. ex litteris, 2. de ſponſ. & ita Nauar. in conſil. 12. de ſponſ.

Verùm quid, ſi his denunciationibus factis, non appareat, qui impedimentum aliquod patefaciat, an contrahētes ipſi, qui impedimentum nouerunt, excuſentur? Planè non, vt habetur in c. cùm inhibitio, §. ſi quis verò, de clandeſt. deſponſ. & ita Illuſtriſs. Tuſch. aſſeruit in littera B. concluſ. 5. Idq; meritò cum enim ſe inhabiles eſſe ſciant, detegere illud impedimentum debebant, vel non contrahere, vel diſpenſationem quærere.

Atqui, an fides ipſis adhibenda ſit? vbi agitur de vinculo matrimonij tollendo; nam adhibetur eis fides, vbi volunt matrimoniū diſſolui; nō enim in eorum poteſtate, hoc eſt c. quos Deus, trigeſimaſecūda quæſtione ſecunda, & ita Abb. in c. ſuper eo, qui cognou. conſang. nume. . Excipitur, vbi vellent matrimonium valere, ita Abb. ibi, modo fama adſit, ſicut ſi alter coniugum impedimentū aſſereret, ita Menoch. vbi rem hanc egit, de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 2. caſ. 103. Atquid ſi fama ſit etiam denunciatione non facta eſſe aliquod impedimentum; qui verò matrimonium contrahere volunt, vt eam famm tollant, vel ſuo, vel patentum iuramento probare id conantur, an eorum iuſiurandum recipiendum? In arbitrio Epiſcopi id collocatū eſt, c. cum in tua, de ſponſ. & ibi Abb. atque Butr. qui docet quomodo Epiſcopus ſe gerere habeat. Idem Menoch. de arbitr. iud. lib. ſecundo, Cent. 5. caſ. 454. & Centur. tertia, caſ. 243.

Tertiò excipitur, vbi Epiſcopus eas denunciationes ommitteret; id enim poteſt, vt habetur apud Trident. Synod. eodem. Ex dictis colligitur, & poſt denunciationum lapſum tempus poſſe denunciari impedimentū modo denuncians prius id nouerit, vel denunciationes ignorauerit, c. cum in ſua, qui matrimon. accuſa. poſſ. etenim in cauſa matrimonij ſententia non tranſit in rem iudicatam, c. lator, & c. conſanguinei, de re iudic. Sed de his hactenus, ad pœnas tranſeamus, quibus afficiuntur, qui contra prædicta faciunt.

S V M M A.

1 *Matrimonium cōtractum præſente parocho proprio, ſed non teſtibus, vel è contrario præſentibus teſtibus, & non parocho; vel præſente parocho, ſed non Sacerdote, vel præſente alio, nullum eſt.*

2 *Parochus, qui ſine teſtibus, vel teſtes ſine parocho matrimonio interſunt, mortiferè peccāt, ſicut & contrahentes.*

3 *Arbitrio ordinarij puniri prædicti debent.*

4 *Benedictio coniugum fieri debet, antequam matrimonium conſumetur, ſicut & peccatorum confesſio, & Euchariſtiæ ſumptio à contrahentibus.*

5 *Benedicti coniuges non debent in alio matrimonio benedici.*

6 *Benedicens ſecundas nuptias qua pœna afficiatur.*

7 *Benedicens ſponſos tempore prohibito qua pœna puniatur, necnon ipſi ſponſi.*

8 *Benedictio facta ab alio Sacerdote ſine licentia parochi, vel Ordinarij reddit eum ſuſpēſum ipſo iure, etſi Regularis ſit ipſo facto eſt excommunicatus.*

9 *Parochus librum habere debet, in quo coniuges, & parochus, & teſtes, qui matrimonio interfuerunt, ſcribantur.*

10 *Coniux ſi monaſterium ingrediatur, quid alter facere habeat.*

11 *Matrimonium clandeſtinum ſi qui contrahant, Epiſcopus ex officio poteſt eos punire.*

12 *Parochus debet habere cognitionem ſacramentorum.*

13 *Parochus ſi denegat ſacramenta, qua pœna afficiatur.*

§. XII.

§ Quibus præſentibus matrimonium contrahi debeat, vidimus, modò an valeat, ſi contrarium fiat, & puniantur, qui ipſi interſunt, & contrahentes, videamus.

1 Primùm igitur † ſi matrimonium cōtrahatur præſente proprio parocho ſine teſtib. & è contrario præſentibus teſtibus ſine parocho, vel præſente parocho, & teſtibus, ſed parocho nō Sacerdote; vel nec parocho, nec teſtibus præſentibus, matrimonium nullum eſt, ita ſancta Synod. ſanciuit, ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. matrimon. cap. primo, verſic. Qui aliter.

Idem ſi alio præſente Sacerdote contrahatur, qui à proprio parocho licentiam non habet, & in hoc caſu matrimonium nullum eſt, atque

atque ſic habetur in eodem verſ. Qui aliter. Quare Iudex Eccleſ. qui matrimonium contractum contra formam Concilij iudicabit, matrimonium ipſum nō irritum reddet, ſed irritum eſſe declarabit; atque ſic declarauit Sacra Congreg. vt refert Addit. ad Diaz capitulo 77. verſic. Decimoquintò, pag. 283. & pagina 293.

Verùm, quid, ſi deinceps ipſi contrahentes velint matrimonium contrahere ſeruata forma Concilij, an ſine alia diſpenſatione id poterunt? Videbatur dicendum non poſſe. Nam ſancta Synod. inhabiles omninò eos reddit in verſ. Qui aliter, & ita tenet Maiol. de irregul. lib. 3. capit. vigeſimoquinto. Circa crimina. Atqui contrarium concludendū eſt, ſcilicet hos ſine alia diſpēſatione matrimonium contrahere poſſe, modo ſeruetur Sacri Concilij forma. Id quod probatur, eodem verſicu. Qui aliter. Nam ſancta Synod. non omnino reddit inhabiles ipſos contrahentes ſimpliciter: ſed ad cōtrahendum ſic, ideſt cum ea qualitate, ſcilicet non præſente parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia, & duobus teſtibus. Hac igitur ratione ad cōtrahēdum inhabiles reddit, ergo ſecus ſi ſic non contrahant, ſed præſente parocho, & teſtibus prædictis, atque ita aſſerit Addi. ad Diaz. eodem cap. 73. verſ. Quartò etiā memoratu dignum, & ita Sacra Congreg. declarauit, vt ibi teſtatur; id quòd apertè ſignificat nobis ſancta Synod. per illam particulam ſic. Ab opinione Macoli ergo diſcedendum eſt, vt quæ nulla ratione nitatur, atque falſa ſit.

2 Secundò principaliter † parochus, qui ſine duobus, vel tribus teſtibus; & teſtes, qui ſine parocho, aliovè Sacerdote de eius licentia interſunt; & contrahētes matrimonium, mortiferè peccant; quippe quia in re graui delinquunt, atque ſic dixit eadem Addi. eodem cap. verſ. Quintò eſt, & eo magis ſi ipſi contrahentes deinceps matrimonium, quod nullum eſt, conſument, ita Addit. eadem excuſarentur tamen contrahentes, qui probabiliter id ignorarent.

3 Item † prædicti omnes arbitrio Ordinarij grauiter puniri debent, ſic enim præcepit ſancta Synod. eodem cap. 1. verſ. Inſuper parochum. Et facit c. 2. de maior. & obed. en. & quoniam ſancta Synod. id præcipit Ordinario, vt id puniat, ob eam rem, ſi non obtemperent, ipſe ordinarius, ideſt Epiſcopus, eiusvè Vicarius, qui cauſam cognoſcet, hos puniet, atq; ſic dixit eadem Addit. ad Diaz. eodem cap. verſ. Septimò, de iure autem antiquo c. fin. §. fin. de Clandeſt. deſp. per triennium Sacerdotem parochum (qui tales coniunctiones prohibere contempſerit) Regularemsqui vero (ei præſumpſerit intereſſe) per triennium ab officio ſuſpendi mādatur, & grauiori etiam pęna affici, ſi culpà delicti id poſtulet; & contrahentes etiam pœnitentia condigna affici. Hæc eſt pœna à iure antiquo in eos lata, quæ per Triden. Syno. ſublata non eſt, immo magisq; confirmata, vt dicitur eodem cap. primo, atque ſic aſſerit Addit. ad Diaz. eodem cap. verſicu. Octauò. Excipiuntur tamen ſponſalia; non enim coram parocho, & teſtibus neceſſe quis habet ea contrahere, & idcirco non ſeruata forma Concilij Triden. in ipſis, nec peccatur, nec quis puniri dbet; quandoquidem ſancta Synod. de Matrimonio per verba de præſenti contracto ſemper loquitur. Id quod & pluribus probauit, eadem Addit. eodem capit. verſ. Nonò. Secundo excipitur quoad eas pęnas Sacerdos, qui parochus non eſt, & licentiam non habet à proprio parocho; non enim his pœnis afficitur, ſed alijs, vt mox videbimus.

4 Tertiò † ante matrimonium conſumatū, benedictionem à proprio parocho, vel ab alio Sacerdote de ſui licentia parochi, vel Ordinarij accipere coniuges debent; ſicut etiam ſua peccata confiteri, & Euchariſtiam ſuſcipere, vel antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem, ita habetur apud Trident. Syno. eodem cap. verſ. Præterea, eadem ſancta Synodus, iunct. verſ. Poſtremò ſancta Synodus; licentia verò prædicta, vt dixi vel à parocho, vel ab Ordinario, vel à Vicario Generali Epiſcopi dari poteſt, & multomagis à Papa: id quod dixit eadem Addit. ad Diaz. eodem cap. verſ. Decimoquartò. Ex his patet Romanum Pont. præter ſupremam poteſtatem, quam habet in omnes, commulatiuè cum alijs inferioribus poteſtatem etiam habere, & Epiſcopum in ſua diœceſi cum ſuis inferioribus.

5 Excipiuntur ſponſi † in alio matrimonio antea benedicti c. 1. & c. 3. de ſecund. nupt. Id quod locum habet, vel vnus tantum coniugum benedictus ſit, quandoquidem orationes, & preces, quibus benedictio fit, vtrique communes ſunt, quamobrem in benedicto iterarentur contra cita. 3. & Gloſſ. ibi in eodem c. 1. Quare reicienda eſt opinio quorundam, quos & ſequitur Menoch. de arbit. iud. libro ſecundo, Cent. 5. caſ. 407. nume. 7. qui exiſtimarunt id factum eſſe, quoniam, qui benedictus eſt, cōmunicat benedictionem alteri coniugi; ſicut aqua benedicta mi-

xta

xta aquæ non benedictæ communicat benedictionem ei c. quod in dubijs, de conſ. eccl. vel altar. vera enim ratio non eſt; nam illa locum habet in liquidis, non autem in his, quorum vtrunque remanet in ſua ſubſtantia & alterum ad ſe alterum nõ trahit. Nec obſtat quod de aqua dicitur; locũ enim habet, vbi benedicta aqua maior eſt in quantitate a qua nõ benedicta, vt ſuo loco probauimus. Excipiunt tamen nonnulli, vbi mulier benedicta nõ eſt, tunc enim ipſam benedici poſſe dixit ſanct. Thom. in 4. ſenten. diſtinct. quadrageſimaſecunda, quæſtione 3. in fine. Et de conſuetudine ita ſeruari ſatetur Gloſſ. in cit. c. 3. & frequẽtiori vſu eam receptam eſſe teſtatur Couar. de ſponſ. parte ſecunda, capitu. 8. §. 11. num ſecundo, & nonnulli alij, quos refert Addit. ad Diaz. in ſua Pract. Crimin. Canon. cap. 74. Mihi tamen de iure hęc opinio non placet. Nam cit. cap. 3. alternatiuè loquitur, vt ſcilicet vel vir, vel mulier ad bigamiam tranſeat, non debere benedici; ergo, vel vir virginem ducat, benedici non debet præſertim ob rationem ſupra allatam. Quare contraria opinio locum habebit, vbi conſuetudo adeſt à ſuperiori probata, ita dixit Gloſſ. in cit. c. 3. in fi.

6 Verùm, qua pœna Sacerdos † afficitur, ſi contrarium faciat, ſcilicet benedicat antea benedictos? In cit. c. 1. de ſecun. nupt. ſuſpendi à beneficio, & officio debere. & cum litteris Epiſcopi ad Apoſtolicam Sedem mitti iubetur. Atqui granior pœna hæc videtur pro huiuſmodi delicto; ob eam rem, Io. And. & Abb. & alij ibidem interpretati ſunt eum Canonem locum habere, vbi conſtante priori matrimonio, ſecundas nuptias Sacerdos benedixit; Quorum interpretatio mihi recipienda non videtur; quandoquidem ibi nihil eſt, vnde elici id poſſit; inquit tamen ibi Couar. eam pœnam hodie locum non habere; quandoquidem extare teſtatur Conſtitutionem Ioan. 22. qua miſſio Sacerdotis ad Apoſtolicam Sedem omnino tollitur. Arbitraria igitur pœna hic punietur atque ſic dixit Diaz. eodem capit. ſeptuageſimoquarto, & ſequitur Addit. eodem in littera E. cum ſeq. & prius Abb. Butr. & Ioann. & nouiſſimè Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 5. caſ. 417. num. 8.

7 Arbitraria † etiam punietur, qui temporibus à iure prohibitis nuptialem benedictionem tribuit (prohibita autem tempora quominus ſolemnes nuptiæ fiant, præſcripta ſunt nouiſsimè à Triden. Syno. ſeſſ. vigeſimaquarta, capitulo 10. de reformat. ſcilicet ab Aduentu Domini vſque ad diem Epiphaniæ; & à feria quarta Cinerum vſque ad Octauam Paſchatis incluſiuè) cum enim ibi ſtatuta pœna non ſit, Iudicis arbitrio punietur c. de cauſa, de off. delegat. & l. 1. ff. de iur. deliber. & ita Addit. ad Diaz. eodem capitu. 74. qua pœna etiam ipſi coniuges puniũtur, vt ibid. ead. Addit. ſentit.

Atqui ſi ante benedictionem cõiuges matrimonium conſument, an mortiferè peccabunt? Caiet. tenet eos nõ peccare mortiferè, idem & ſanct. Thom. quem refert, ac ſequitur Nauar. in Man. capit. decimoſexto, numero 38.

8 Quartò † Sacerdos, qui intereſt matrimonio eorum, qui ſunt alterius parochiæ ſine licentia expreſſa; vel benedictionem tribuit (tacita enim licentia non ſat eſt, vt declarauit Sacra Congregat. quam refert Addit. ad Diaz. eodem ca. verſ. Duodecimò, pag. 242. & ſupra id aſſeruimus.) Primò vel Regularis ſit, vel ſecularis, ipſo iure ſuſpenſus eſt, quandiu ab ordinario eius parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, & à quo benedictio accipiẽda erat, abſoluitur, ita habetur apud Triden. Synod. eodem cap. primo, verſ. Quid ſi quis parochus, quę pœna locum habet, vel priuilegium ad id ſe habere aſſerãt, vel conſuetudinem immamorabilem allegent, ita Sanct. Synod. eodem verſ. Quare priuilegia Regularibus conceſſa, quæ ante Concilium id permittebant, niſi deinceps confirmata fuit, abrogata ſunt. Præterea Regulares ipſo facto excommunicati ſunt, ſi matrimonia ſolemnizent, ideſt benedicant, vt habetur in Clem. prima, de priuileg. non enim per ſanctam Synodum additione pœnæ ſuſpenſionis, excommunicationis pœna ſublata eſt, atque ſic dixit Nauar. in conſil. decimo, de conſtitu. Idque meritò) quæ enim inducta ad augendum ſunt, diminutionem facere nõ debent, argum. l. legata inutiliter à contrario ſenſu, ff. de adim. leg.

Quintò, ſi quæ laudabilis conſuetudo ſit, eam parochus ſeruabit, atque ſic dixit ſancta Synod. eodem cap. primo, verſicu. ſi quæ prouinciæ.

Sextò † librum parochos habere debet,
9 in quo coniugum, & teſtium nomina, diem, locumque matrimonij contracti, necnon nomen Sacerdotis, qui interfuit, deſcribat, quẽ diligenter apud ſe cuſtodiet, ita ſanct. Syno. ibidem verſ. Habeat parochus; Hæc ſunt primaria capita, quæ de ſacramentis parochus ſeruare debet. De quib. Epiſcopus, vbi Diœceſim viſitat, interrogare debet, & ſciſcitari an ſeruentur.

10 Septimò, † ſi alter coniugum ante matrimonium

mònium conſumatum religionem ingrediatur(id enim poteſt c.ex publico,& ibi Abb. ac DD.de conuer.cõiug.)an debeat alter in ſeculo manens expectare, vt ingreſſus profiteatur? Videbatur dicendũ non debere;nam per cit.c. ex publico præſcribitur ei tempus duorum menſium.Contrarium tamen cõcludendum eſt,ſcilicet eum expectare debere, quouſque profeſſio fiat;& hoc per Trident. Synod.ſeſſ.vigeſimaquinta,de Regul.capitulo 15.vbi profeſſio ante annum probationis fieri non debet; & quia poteſt ad ſeculum redire,ob eam rem expectandus eſt, atq; ſic reſpondit Sacra Congreg.eadem ſeſſ capit. 17. ſcilicet cogendum eſſe remanentem in ſeculo,vt expectet, quouſque ingreſſus profeſſiunẽ fecerit. Quare, ſi mulier duodecim annorum erat, quando ingreſſa eſt religionem,cogetur vir expectare,quatuor annos; non enim ante decimum ſextum annum expletum profeſſiu fieri poteſt.Non obſtat illud c.ex publico,quandoquidem eſt correctum per cit.Triden.Synod.& ita quoq; dixit Nauar.in conſ.1.de conuerſ.coniug. Poterit tamen Epiſcopus præſcribere tempus inter quod religionem ingrediatur.

11 Poſtremò † ſi qui matrimoninm clandeſtinnm contraxerint, & non in facie Eccleſiæ poſt Trident.Synod.& vtantur matrimonio;an Epiſcopus contra eos venire ex officio poteſt? Planè ſic ex officio nobili;& hoc ob vtilitatem publicam, & ſalutem animarum,vt dixit Barto. communiter recept. in l.quarta,§.hoc autem iudicinm,ff.de damn. infect.nam & per denunciationem Euangelicam contra peccantes procedere poteſt,& inquirere ex officio fama præcedente ad punitionem delicti,& ita Nauar.in conſil.3.de off.ordina.

12 Ex his patet † parochum cognitionem habere debere ſacramẽtorum cum habito reſpectu ad ea,quæ de ſubſtantia ipſorũ ſunt; tum habito reſpectu ad ea,quæ, etſi de ſubſtantia non ſunt,omitti tamen pro arbitrio non debent; quæ autem vtraque ſint in Tracta.meo De Sacramen.diſtinctè poſui præterquam quòd innumeri hac de re ſcriptores ſunt.

13 Atquid ſi † parochus ſacramẽta adminiſtrare nolit,vbi obligatus eſt, qua pœna affici debet? Pro regula habendum eſt,ſi moriatur parochianus ſine ſacramentis,primò grauiter,ac mortiferè parochum peccare; nam reus eſt illius animæ, vt dicitur in c. ſi preſbyter,& c.ſeq.vigeſimaſexta quæſtione ſexta,& Gloſ.in c.officium,in verb.ſine confeſſione, de offic. Archipresbyter.

Quad pœnam verò,Addit.ad Diaz.capitulo quadrageſimoquarto, inquit deponi debere à ſuo officio ob rationem proximè allatam,quòd reus eſt illius animæ; quod tamen nullo iure probat, vnde concludit denique pro his criminibus ſuſpenſionis pœnam imponi cum recluſione ad tempus ſe vidiſſe. At in c.qnicunque presbyter,de conſecr.diſtinctiu.quarta,dicitur qui baptizare infirmum noluit,& mortuus eſt, deponendũ eſſe. Quid igitur concludendum? Ego pro regula pono arbitraria pœna puniendum hunc eſſe; non enim generatim de omnibus ſacramentis, nec de ſingulis ſpeciatim cautum eſt, quæ pœna inferatur nolenti ſacramenta adminiſtrare,quo caſu arbitraria pœna infertur,argumen.c.de cauſis, de off. delegat.& l.prima, ff. de iur. deliberan. & ita Nauar.in conſil.final.de parnch.& alien.paroch.Arbitraria verò pœna infertut habito reſpectu ad negligentiam parochi,& ad neceſſitatem ſacramẽti,& ſalutem animarum. Punietur etiam ſi deneget alia ſacramenta non neceſſaria; ſi Ordinarius id arbitrabitur.

Hæc autem regula locum habet in ſacramentis neceſſarijs, vt in Baptiſmo, & Pœnitentia; nam vel parochianus alterius ſit, qui in periculo mortis ſit conſtitutus,& ſuus parochus nollit ſine cauſa ſacramenta ei adminiſtrare, punietur Sacerdos alius, qui adminiſtrare noluit,cùm poſſet.

Excipitur tamen, vbi quis infirmum ſibi commendatum baptizare noluit;nam ſi ſine baptiſmo moriatur,deponi debet cit.c.quicunque presbyter,de conſecr.diſtin.quarta. Epiſcopus ergo dum diœceſim viſit, an parochus in ſacramentis adminiſtrandis in officio ſit,diligenter animaduertet, ex omnibus iam dictis manifeſtò conſtat parochos non vulgarem ſacramentorum cognitionem habere debere,& eorum, quæ ad animarum curam pertinent.

Hinc in diœceſibus bene inſtitutis Epiſcopi conuentus Clericorum faciendos ſingulis menſibus,vel hebdomadis curant,vbi caſus cõſcientiæ aguntur.Sed de Sacramentis hactenus,iam ad alia parochi muneta tranſeamus.

De Gubernatione Clericorum ſecularium, qui obtinent beneficium curam animarum habens, effectu per ſe, ac proximo, ſed duodecimo poteſtati, atque officij Epiſcopalis, habito reſpectu ad Miſſæ ſacrum. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Miſſam ſingulis ſolemnibus feſtis diebus celebrare parochus debet.*
2 *Alijs diebus an debeat.*
3 *An poſſit ſingulis diebus.*
4 *Semel in die miſſam celebrare debet.*
5 *Natalis Chriſti Domini die an parochus obligatus ſit ad plures miſſas celebrandas.*
6 *Miſſas plures celebrans vna die extra neceſſitatem qua pœna puniatur.*
7 *Miſſa vna an pluribus ſatisfiat.*

1 TERTIO † Miſſam ſingulis ſolemnibus diebus feſtis celebrare parochus debet, vt habetur apud Triden. Syno. ſeſſ. 23. cap. 14. de reformat. Idq; meritò; nam his diebus parochiani intereſſe miſſæ debent, c. miſſa, & c. omnes fideles, de conſecr. diſtinct. 1. & vt probauimus ſupra, ergo & parochus eam celebrare; diſpoſitio enim in vno ex correlatiuis in alio locũ habet, l. 1. & ibi DD. C. de cupreſſ. lib. 10. Integra autem celebrari debet, vt habetur in c. nihil, ſeptima quæſ. 1. alioquin excommunicandus eſt, vt ibi dicitur illius verbis ſententiam excommunicationis ſuſtinebit. Excipio, vbi aliquo caſu non poſſet; tunc enim alius, ſi adſit, perficere eam debet, vt ibi dicitur, & in c. illud, eadem diſ. 9. & in c. nullus Epiſcopus, diſt. 1. Atqui an alijs feriatis diebus obligatus ſit ad miſſam celebrandam? Item, an poſſit ſingulis diebus eam celebrare? Tertiò an ſæpius in diem?

2 Quoad primam quæſtionem † concludendum eſt ſingulis diebus feriatis ad miſſæ ſacrum celebrandum parochum non obligari, argum. c. ſignificatum, de præben. vbi neque obligatus à teſtatore, nec ab alio ad id tenetur, niſi ſalua eius deuotione, atque conſcientia ergo nec hic. Sæpius tamen, quam fieri poteſt celebrare debet, quò muneri ſuo ſatisfaciat, vt dixit S. Synod. eodem. Idque meritò; ex quo enim fructibus eius Eccleſiæ alitur, & pro ea Eccleſia preces fundere debet. & in primis miſſæ ſacrum facere, quò animabus benefactorum ſatisfaciat; ad hoc .n. D. Paulus ad hæbreos nos hortatus eſt; & plurimum commendatus fuit in diuinis litteris ille vir, de quo dictum eſt. Iſte eſt Sacerdos, qui multum orat pro populo. Adde & hac ratione plurimum ſuæ ſaluti conſulere ob meritum, quod augebit; & ob id, quod facilius peccata vitabit. Sæpius igitur, qua poterit ab eo miſſæ ſacrum fiet. Et de quæſt. hac ſatis.

3 Quoad ſecundum † an ſcilicet quouis die celebrare poſſit; breuiter concludendum eſt id poſſe, c. viſum, de conſec. diſt. prima. Excipitur tamen ſexta feria ante Paſcha: nam in ea confici non debet, & idcirco hoſtia conſecrata feria quinta hebdomadæ ſuſcipietur; non igitur de more celebrari debet, ſed vt in Miſſali habetur. Secundo excipitur Sabbatum ſanctum, neque enim tunc celebratur. Nec repugnat, ſi dicatur immò miſſam celebrari; nam ea miſſa non eſt Sabbati ſancti, ſed noctis ſequentis: id quod declarant preces, quæ ibi habentur, atque ſic habetur in c. Sabbato, diſtinct. tertia, & ibi DD. & eadem Gloſſ. in eodem c. iuſſu. Et de quæſtione hac ſatis.

4 Quoad tertium † an plures vno die miſſas celebrare poſſit. Planè non, c. ſufficit, de conſecr. diſtinct. & c. conſuluiſti, & c te referente, de celebr. miſſ. Excipitur, vbi neceſſitas adeſſet; tunc enim liceret per cit. c. conſuluiſti, non enim correctum reperitur, ergo ab eo iure non diſcedemus, argumen. l. iubemus, C. de teſtam. & l. præcipimus, C. de appellat. Quæ autem neceſſitas hæc ſit, in arbitrio prudentis viri, qui erit Sacerdos id collocatum eſt; non enim iure, qualis neceſſitas eſſe debet, præſcribitur, ergo ad arbitriũ boni viri confugiemus, l. prima, ff. de iur. delib. & c. de cauſis, de off. deleg. Quare præter diẽ Natalem Chriſti Domini, quo tres miſſæ celebrari poſſunt, c. nocte ſancta, de conſecra. diſtinct. 1. ſi aliqua probabilis ratio ſuadeat, vtpotè Aduẽtus Principis, vel Epiſcopi, vel peregrinorum, qui peregrini de præcepto in die miſſam audire debent, ob hanc cauſam, & dignitatem ſuperiorum aliam miſſam celebrare poteſt; ſicut etiam ſi mortuus ſepeliendus eſſet, vbi miſſa celebratur de conſuetudine vel aliquis ægrotus ſit, & neceſſariò ſumere Eucharistiam habeat, & Euchariſtia

non

non adſit, vel noptiæ benedicendæ ſint, vel præſit quis duob. Eccleſijs vnitis miſsis indigentibus.

In his enim caſibus, & huiuſmodi, vtpotè ſi eſt magna penuria Sacerdotum bis celebrari poteſt, atq; ſic dixit Nauar. in Man. cap. 25. & in conſ. 2. de celeb. miſſ. Hæc tamen locum non habent, vbi alij Sacerdotes adſunt, qui miſſam celebrent; ceſſat enim tũc neceſsitas, & idcirco conceſsio, argu. c. cum ceſſante, de appell. & idcirco hodie rarò id faciendum eſſet.

5 Atqui † quòd diximus ĩ die Natalis Chriſti Domini tres miſſas celebrari poſſe, an ad id Sacerdos, vel parochus obligatus eſt? Planè non. Tum quòd id iure non præcipitur, quod ſenſit Gloſſ. in cit. c. nocte ſancta, de cõſecr. diſtinct. 1. Tum quòd S. Thom. communiter recept. tenet de conſilio id eſſe, quod habetur in cit. c. nocte ſancta: idque tam quoad ipſum celebrantem, quàm quoad audientem, & ita Nauar. refert in conſ. 1. de celebr. miſſ. Excipitur, niſi ratione quapiam præcipua ad id teneretur. Secundò ſi non omnes celebrare velit, quam celebrare debet? Quã mallet; non enim eſt & hoc iure præſcriptũ. Quare ſi primã miſſam celebrare volet, ante auroram, & poſt id facere valebit. Si ſecundam vel tertiam poſt auroram, & non ante; nam primam tantum ante auroram vt quis celebret, permiſſum eſt, & ita Nauar. in eodem conſ. 1. Excipitur denique, vbi ieiunus non eſt, nam, qui miſſam celebrauit, ſi poſt Euchariſtiæ ſuſceptionem ablutionem digitorum ſumpſit, quod ieiunus eſſe deſinit, celebrare iterum non poteſt, c. ex parte veſtra, de celebr. miſſ. & ibi not. Multomagis ſi ratione alia ieiunium fregerit id dicendũ eſt.

6 Verùm † ſi extra neceſsitatem ſæpius celebret, quã pœna punietur? Diaz. in Pract. Crim. Canon. cap. 25. inquit habito reſpectu ad ſcandalum, & qualitatem celebrantis, vt ſi ob auaritiam id fecerit, puniendum eſſe arbitrio iudicis, & ſequitur Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 15. num 6. & Menoch. de arbi. iud. lib. 2. Cent. 5. caſ. 407. Et quamuis in cita. c. ſufficit dicatur non euadere damnationem accipiendum eſt pro peccato mortali. Interdiu denique celebrari debet; excepta enim miſſa prima Natiuitatis Domini, per cit. c. nocte ſancta, de conſec. diſt. 1. aliàs nocte celebrari non debet. Vſque autem ad meridiem celebrari poteſt, ita Ioan. And. in c. 1. de celeb. miſſ. niſi neceſsitas aliqua eſſet, vel priuilegium, ita Tolet. in Inſtruct. Sacer. lib. 2. cap. 1. num. 8.

7 Atqui † an ſatisfaciat quis vna miſſa pro pluribus, qui ſinguli eleemoſynam dederũt, vtpotè ſe miſſa celebretur? Sanct. Thom. tertia par. quæſt. 76. art. 5. tenet ſatisfieri.

Contrarium tamen communiter concluditur contra ipſum, vt teſtatur Nauar. in cõſil. 8. num. 2. de celebr. miſſ. eſto enim infiniti valoris ſit, limitatiuè tamen quoad ſatisfaciendum applicatur; alioquin vna miſſa tantum totum purgatorium euacuaret. Sed de his hactenus, iam de qualitatib. tam animi, quam corporis, quibus affectus eſſe debet, qui celebrat, agamus: id quod in ſequen. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Ieiunus Sacerdos eſſe debet, vbi miſſam celebrare vult.*
2 *Non ſibi cõſcius alicuius mortiferi peccati, quod confeſſus non ſit.*
3 *Sacerdos celebrans ſi aggreſſorẽ occidat, an miſſam perficere debeat.*
4 *Non cenſuræ irretitus.*
5 *Non irregularis.*
6 *Non pretio ductus miſſam celebrare debet.*

§. I.

1 §. † Secundò Sacerdos, qui miſſam celebrare vult, ieiunus eſſe debet, c. liquido de conſec. diſt. 2. & argum. c. ex parte veſtra, de celebr. miſſ. ſacramenta altaris, de conſe. diſtinc. 1. & quamobrem id fieret in Tracta. meo De Sacram. explicaui, & habetur in cit. c. liquidò cum ſimil. & à me cit. proximè. (Ieiunium autem hoc frangitur cuiuſuis rei ſuſceptione, & appellatur ieiunium naturæ, quod incipit à media nocte, l. more Romano, ff. de fer. Id quod declarauimus ſupra, vbi de ieiunio egimus.) Verùm quid ſi neceſſitas celebrãdi adſit, vtpotè, quia dies feſtus adeſt, & ratione aliqua parochus ieiunium fregit, an celebrare debebit? Ego ſentio ipſum non debere; non enim ſcandalum præbet; neque ſe infamat, ſi populo patefaciat ſe ob id celebrare non poſſe; nam nec populus peccabit, ſi alibi miſſæ ſacrum audire nõ poterit; nec etiam Sacerdos ipſe ſi non animaduertens ieiunium fregit, ſecus autem ſi animaduertens. Quid ſi eum pœniteat huius fractionis an celebrare poterit? Videbatur dicendum poſſe; nam, qui neceſſe habet celebrare, & mortifero peccato detinetur, nec Confeſſarij copiam habeat, contritio huic ſat eſt, vt habetur apud Triden. Synod.

ſeſſ.13.de Sacram.Euchar.capit.7.Contrarium tamen concludendum eſt id non poſſe; nam per contritionem non efficitur ieiunus, neque redditur;qui enim ieiunium fregit,ieiunus eſſe non poteſt; quod enim factum eſt pro infecto haberi non poteſt, l. in bello, §. infectæ,ff.de capt.at per contritionem tollitur peccati culpa,quę impediebat.Non igitur mirandum eſt,ſi hoc conceditur, & illud non permittitur.Quid ſi vbi miſſam celebrare cæpit in memoriam venit ſe ieiuniũ non eſſe,an conficere eam debet?Si ante conſecrationem id contingat,vel graue ſcandalũ non detur deſinere debet,ſecus autẽ ſi ſcandalum interueniat. Idem ſi poſt cõſecrationem recordetur;tunc enim omnino perficere debet;quandoquidem vt ieiunus ſit de iure poſitiuo eſt,vt verò perficiatur ſacrificiũ de iure diuino.Quare poſitiuo erit præferendum,tanquam dignus minus digno,c.ſolitæ de maior.& obed.l.1.& 2.ff.de alb.ſcrib.atque ſic inquiunt DD.Sylu.in verb. Euchariſtia,2.§.7.& Angel.eodem 2. §. 6.& Tolet. lib.2.Inſtruct.Sacerdot.cap.1.num.5.Secundò idem ſi ſumere volens ſanguinem,vt inueniet non eſſe ſanguinem,quoniam non erat vinum,ſed vel oleum,vel acetum, vel aqua;ſi verò ipſe non poterit de facto impeditus alius ſubſtituetur, qui ſit ieiunus, & ſi neque hic quiſquam inueniatur,non ieiunus perficiet.

Tertiò,† nullius mortiferi peccati ſibi cõſcius eſſe debet,quod confeſsione non deleuerit,& confeſſus ſit;nam enim contritio ſat eſt,vt habetur apud eandem Synod.eodem cap.7.quamuis ad omnia alia ſacramenta ſuſcipienda contritio ſat ſit.Excipitur tamẽ vbi neceſsitas vrgeret,exẽpli gratia eſt dies feſtus,nullusque adeſt Sacerdos, cui parochus confiteatur,quivè miſſam celebret, vel habet caſus reſeruatos,& in hoc caſu,ex quo parochus eſt,& idcirco ad celebrandum feſtis diebus tenetur,& vidimus,tunc miſſæ ſacrum facere poterit abſq; confeſsione; quãuis vbi primum poterit, deinceps confiteri debeat,ita Triden.Synod.eodem capit.7.& ita Tolet.in Inſtit.Sacerd.lib.6.cap. 16. verſic.Secundus.Excipitur etiam,vbi ſi non celebraret,ſe infamaret,exempli gratia eſt regularis,qui habet caſum reſeruatum Prouinciali,qui præſens non adeſt, & ex præcepto Superioris tenetur celebrare; etſi non celebrat ſe infamabit,in hoc caſu etiam contritione habita celebrare poterit,ita Tolet.eodem cap.verſ.Tertius eſt. Id quod & in laicis locum habet,vbi neceſſe habent communionem ſumere, & non habent facultatem Sacerdotis,& communionem non ſumant, ſe infamabunt,vel periculum aliquod ſubibunt.Poſtremò excipitur, vbi iam miſſæ ſacrum facere cæpit, & in memoriam ei venit aliquod graue peccatum; tunc enim contritione habita miſſam perficere debet,ita Tolet.in eodem verſic. Quintus eſt, qui de laico Euchariſtiam ſumpturo idem ait, ſi tunc peccati alicuius recordetur in ipſa ſuſceptione.

3 Atqui † ſi dum quis miſſam celebrat, aliquis eum aggrediatur,& Sacerdos ſe tuendo aggreſſorem occidat,an perficere miſsã poteſt,ac debet?Ioan.de Legnan. quem refert,ac ſequitur Abb.in c.Clerici, de vit.& honeſt.Cler.& Mar.Socin.quos etiam refere Marſil.in Pract.Crim.§.quoniam, num. 75. inquit poſſe ad altare ire,& miſſam perficere.Hanc opinionem non ſimpliciter ſequendam cenſeo.Sed ſolum,vbi conſecratio cæpta eſſet,vt de excommunicatis infra videbimus;vix enim fieri poteſt, vt ſedato animo ſit ob illatum homicidium.

4 Quartò † cenſura irretitus eſſe non debet, ideſt, neque excommunicatus neque ſuſpenſus,neque interdictus; quandoquidem nec celebrare poteſt, vt probaui in Tracta. meo De Cenſur.

Excipitur, vbi periculum mortis, vel famæ adiret,ſi non celebraret. Quare ſi Princeps cogeret huiuſmodi Sacerdotem celebrare morte illi propoſita ſi non celebret,celebrare poterit.Quæ exceptio non habet locum,vbi in contemptum clauium Princeps ille id faceret,vt ſi cogeret celebrare in contemptum poteſtatis Eccleſiaſticæ, vtpotè quia negaret Eccleſiam poſſe cẽſuras ferre, in his enim caſib. potius mortem deber oppetere,quam celebrare,vt probaui in Tract. meo De Cenſur.

5 Quintò †nec irregularis eſſe debet ſi cum ipſo non fuerit diſpenſatum, nam per irregularitatem quis impeditur,quominus functiones ordinum legitimè obeat, vt probaui in Tract.meo De irregul.

6 Addo †nec pretio ductum celebrare eum debere:nam ſimoniam committeret, argumen.totius tit.De ſimon.& vt Ego in Tract. meo de ſimon. viden.Sed iam de alijs qualitatibus agamus, quæ ad Sacerdotem celebraturum qertinent, id quod in ſequenti præſtabimus.

SVMMA.

1 *Miſſam celebraturus matutinas preces recitaſſe ſaltem debet.*
2 *Veſtibus Sacerdotalibus ad miſſam celebrãdam aptis inductus.*
3 *Aperto capite miſſam celebrare debet.*
4 *Miſſali Romano vti debet.*
5 *Latino ſermone latinus celebrare debet.*
6 *Excluſis excommunicatis, & interdictis, necnon ijs omnibus, quæ impedimento eſſe poſſunt.*
7 *Præſentibus aliquibus.*
8 *In Eccleſia conſecrata.*
9 *Non polluta.*
10 *Non interdicta.*
11 *Super altari conſecrato ſtabili, vel portabili.*
12 *Tempus quo celebrari miſſa debet.*
13 *Miſſæ ſancti Gregorij quæ nam ſint, & an hodie celebrari poſſint.*
14 *Peregrinus Sacerdos, ſeu ignotus, an ad miſſam celebrandam admitti debeat.*

§. II.

1 §. † Septimò Miſſam celebraturus matutinas preces recitaſſe ſaltem debet; ita enim Eccleſiæ conſuetudo videbitur eſſe, ita Syluester in verb. Miſſa quæſtio. 6. An autem contrafaciens mortiferè peccet? Nauar. in Man. cap. 25. num. 83. verſ. Decimuoctauo peccare hunc ſentit, vt qui contra generalẽ eccleſiæ conſuetudinem faciat. Contrarium ſequitur Sot. vt dixi in Tract. meo de Sacramen. ob hanc potisſimum rationem, quod ſeptem Horarum Canonicarum preces pars miſſæ non ſunt. Hãc opinionem, ſi ſummo iure agatur, veram eſſe ſentio; nam & Nauar. ibidem ex cauſa earum recitationem omitti poſſe ante miſſæ celebrationẽ aſſeruit: quãuis maiori pietate, & animo magis compoſito precibus illis recitatis celebrabitur? Nec quod de conſuetudine dicitur neceſſariò cõcludit: nam nec omnis lex ad peccatum mortale obligat, vt dixit Nauar. in conſil. tertio, de conſtitut.

2 Secundò † Sacerdotalibus veſtibus indutus eſſe debet, ſcilicet Amictre, Alba, Cingulo, Manipulo, Stula, & Caſula; alioquin mortiferè peccatur, ſi omittantur etiam ſi neceſſitas adſit, ita enim dixit Nauar. in conſil. 3. num. 2. de celebr. miſſar. & Addit. ad Pract. Crim. Canon. Diaz. capitu. 38. Idque meritò nam hic excommunicari poteſt, c. eccleſiaſtica. diſtinct. 23. at quis, niſi mortiferè peccet, excommunicari non debet, c. nemo, & c. nullus, 11. quæſt. 3. ergo mortiferè peccat. Hinc Caiet. par. 2. quæſt. 96. art. 4. dixit Sacerdotem debere potius mortem oppotere, quam abſque Calice, & Corporali, Altari, & veſtibus Sacerdotalib. celebrare; quod durum eſſe de morte inquit Nauar. Excipio tamen, vbi per obliuionem, vel non animaduertens Manipulum, vel quid aliud huiuſmodi omitteret; non enim tunc mortiferè peccaret, argum. l. impoſſibilium, ff. de regul. iur. Atqui quod diximus hunc excommunicari poſſe Menocb. de arbit. iud. libro 2. Cent. 6. caſ. 561. Senſit ipſo facto hunc excommunicatum eſſe, inquit enim Sacerdotes non vtentes huiuſmodi veſtibus incurrere excommunicationis pœnam. Quod verum non eſt, nam dicitur in cit. c. eccleſia ſubiacebit excõmunicationi; at verbum illud ſubiacebit futuri temporis eſt, futurum tempus autem nõ inducit ipſo facto excommunicationem, vt probaui in Trac. meo de Cenſur. Præterea tamẽ ille loquitur ſolum de Stola, & non de alijs ornamentis. Nec Caiet. quem citat, hoc dicit, & ita Diaz. eodem capitu. 38. excommunicari ergo poterit, & alia arbitraria pœna etiam puniri, vt inquit Diaz. ibidem, Sacerdos his veſtibus non vtens miſſam celebrans, vide tamen an latæ ſententiæ ſit excõmunicatio hæc in Trac. meo de Cenſur. cap. 9. num. 14. Tab. 1.

Verum an, dum ſingulis veſtibus Sacerdos induitur, poterit ſine mortifero peccato eas preces omittere, quæ ad ſingulas veſtes accommodatæ ſunt? vt habetur in Miſſali Romano. Planè ſentio omittendas non eſſe. Tum quod in Miſſali Romano ponunnuntur, & ſecundum ritum eius miſſa celebranda eſt. Tum quod conſuetudine generali Eccleſiæ ita ſeruatur, atq; ſic dixit Nauar. eodem conſ. 3. de celebr. miſſ. Quare qui per contemptum eas omitteret, vel ſciens, vidẽsvè, mortiferè peccaret, vt aſſeruit Nauar. ibidem. Secus autem ſi aliquas tantum omitteret, nam paruitas rei in vnaquaque materia excuſat, l. ſcio, ff. de integr. reſtit. Idem dicitur ſi per obliuionem, & incuriam, & non animaduertens, & ita Nauar. ibid.

3 Tertiò † aperto capite celebrare debet c. nullus Epiſcopus, de conſecr. diſt. 1. prima. An igitur operto non licet? Planè ſi Amitre id fiat, licere ſentio; nam, dum quis eo induicitur, ad caput tegendum indui, ſignificatur illis verbis. Impone Domine capiti meo Galeam ſalutis ad expugnãdos diabolicos incurſus. Etenim ea ratione auocantur oculi, & aures à prophanis audiendis, & videndis, quamobrem magis pie tantum ſacrificium offertur. Nec facit, quod à pluribus ſupra

collum

collum imponitur,eſto enim hæc conſuetudo probata ſit,non tamen prins dictum tollit.Qni verò hyemali tempore,vel dolore capitis,vel frigore impeditur,& damnum patitur,niſi aliquid in capite habeat, tunc licitè aliquid habere poterit,nec licētia Epiſcopi poſtulabitur,vbi manifeſto conſtat caput non tegendo periculum aliquid adiri; ſic enim,& qui ieiunium ſeruare nequit, ſine alterius licentia frangere illud poteſt; Secus autem ſi dubitaret, atque ſic reſpondit Nauar.in conſ.12.de celebr. miſſ. Quare quod hyemis tēpore, & capite Ego laboro,& vbi nihil in caput gero, mihi plurimum obeſt, ob eam rem opertum caput habeo;quamuis vbi ad conſecrationem venio,quouſque ſacram Communionem ſumpſerim,nihil omnino in caput habeo.Nec repugnat cit.c.nullus Epiſcopus, locum enim habet, vbi quis nihil tale pateretur;quod tamen geritur debet eſſe quid paruum, vt vulgo *vn Beretino negro*,non autem pileum,& huiuſmodi.

4 Quartò † Miſſali Romano vti debet,quod à Pio Quinto editum fuit,& Clemētis VIII. iuſſu reformatum,ritib. ibi poſitis ſeruatis, ſuperſtitionibuſque omisſis,vt habetur etiā apud Trid.Synod.in Decre.de obſer.in celebr.miſſ.

5 Quintò † à Latino Sacerdote Latina lingua,& à Græco Græca lingua celebrari debet,ita decreuit Pius Qnintus in Bulla incip.Prouidentia Romano Pontifici, quæ eſt in ordine 17.vbi idem de alijs diuinis officijs decernit ſublatis facultatibus omnibus ad id conceſſis.Etenim & Sacerdos Latinus panem azimum conſecrare, & Græcus frumentatum debet;alioqnin peccaret ſi Latinus frumentatum,& Græcus azimum conſecraret,ita dixit Sanct.Thom.3.par.quæſtio. 72.art.4.in reſpon.Quiſque igitur morē ſuæ Eccleſiæ ſeruabit,vbique locorum,& ita Romæ,& Venetijs obſeruatur,nam Græci Græca lingua celebrant. Quare Græcus baptizans forma Latinorum peccabit, & è contrario Latinus forma Græca, atque ſic ſenſit Nauar.in conſilio primo, numero 19. de conſtitutio.

6 Sextò † excommunicatis, interdictisvè præſentibus denunciatis, ſeu notorijs celebrare non debet ob extrauag. Ad euitanda; & quamuis peccet,ſi contrarium fiat,non tamen irregularis efficitur cit.c.is qui,de ſentent.excommun.lib.6.Verum quid ſi expelli nequeant,in hoc caſu quid faciendum eſſet, abundè id poſui in Tract. meo de Cenſ. Tab.2.cap.8.§.4.At quid de Gentili, vel Iudæo an intereſſe poſſunt vſque ad miſſam Cathecumenorum, dum miſſæ ſacrum fit? Planè ſic, vt habetur in c.Epiſcopus nullum, de conſecr.diſtin.1.modò non veniant irridendi cauſa,ita Gloſſ.ibi.Laici autem longe ab altari,& à Choro obeſſe debent, vbi diuina faciunt,ne moleſti ſint ipſis clericis, ita Fuſch.de Viſit.lib.1.capitu. 23. nume.17.& nos alibi,

Quò verò maiori pietate miſſæ ſacrum, aliaque diuina officia fiant, Decretum Pij Quinti incip.Cum primum latum Romę Calend.April.1566. vt ſeruetur curandum eſt, quod tale eſt.

Vt igitur Deo Optimo Max.Glorioſę Virginis,& ſanctis omnibus debitus honor deferatur Gregor. VIII. prædeceſſoris noſtri Conſtitutionē innouantes ac ſtatuta in Concilio Tridentino obſeruari volentes ſtatuimus,&. ordinamus, vt ad eccleſias ſit humilis & deuotus ingreſſus,quieta conuerſatio, deuotis orationibus inſiſtant, & omnib. genibus flexis ſanctiſſimum Sacramentū adorent;& ad nomen Ieſu Chriſti Domini noſtri cum inhibitione reuerentiæ caput inclinent nullus in dictis Eccleſijs ſeditionem faciat,tumultum excitet,clamores moueat,impetumque committat,ceſſent vana,ſerda,& prohana colloquia,riſus immoderati,& ſtrepitus omnes iudiciorum, & alia quæcunque diuinum officium perturbare poſſunt.Nullus intra Eccleſias deambulare audeat, ſiue præſumat dum celebrantur ſacra miſſarum, & alia diuina officia. Qui vero prædicta petulanti animo contempſerint præter diuinæ vltionis acrimoniam noſtri quoque arbitrij pœnas incurrent quæ omnia locorum quoq; Ordinarij in ſuis Eccleſijs faciāt obſeruari. Quicunque verò in eccleſijs,dum ibi ſacrificium miſſæ,& diuina celebrātur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare vociferari,aut verſo tergo ad ſanctiſſimum Sacramentum irreuerenter ſedere,aut aliquid quod ſcandalum generet, aut diuina officia facere præſumpſerint,pœna vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio noſtro imponendas,& moderandas pœnas; & qui non habet in ære,licet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in eccleſijs cū mulieribus impudicis, ſiue etiam honeſtis colloquium ſcurile habuerit,aut alios inhoneſtos actus fecerit,vigintiquinque ducatorum pœnam incurret, & carceris per menſem,qui in Eccleſia vt ſupra abſcenis, & inhoneſtis verbis aut ſignis vſus fuerit, aut alia ſerda colloquia cum perſonis quibuſcumque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter punietur.

Manda

Mandamus prĳterea omnibns, & ſingulis Cathedralinm Collegiatarum, & Parocbialium Eccleſiarum Capitulis, & Rectoribns, Vicarijs, Sacriſtis, Oſtiarijs, & alijs ipſarum cuſtodibus, quatenus pręfati omnes in Eccleſijs delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel ſaltem ipſis Ordinarijs, vel Officialibus noſtris puniendos deferant, qnod ſi facere neglexerint, pœna duorum aureorum vice qnalibet incurrent. Hæc ſunt Decreti verba, ex quibus apparet qua pietate, diem miſſæ, aliaque diuina officia celebrantur, verſari in Eccleſia Chriſti ſideles debeant. Et contra facientes qua pœna puniantur.

Pauperes quoque eleemoſynas petentes per eccleſias permitti non debent, dum miſſæ ſacrum, aliaqne diuina officia celebrãtur, & vt habetur eadem Bulla V. Sic enim ibi inquit, Vt pauperes qnoque mendicantes, ſeu eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore Miſſarum, prædicationum aliorumq́ue diuinorum officiorum ire non ſinant. Sed eos ad valuas Eccleſiarum ſtare faciant ſub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda ꝓ qualiber vice, niſi eos eijci curauerint, & parochus dimidij auri. Religioſis etiam clauſtralibus, ſiue Regularibus præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, vt in Eccleſijs ſuis deputent aliquem, qni tales eijciat, & ſi negligentes fuerint, grauisſimas pœnas incurrent, & pro qualirate perſonarum etiam corporaliter punientur arqitrio noſtro, ſiue Superiorum. Hæc ibi, qnæ diligenter à parochis animaduertenda ſnnt.

7 Præſentibus aliquib. † atqui nemine pręſente an Sacerdos miſſæ ſacrum facere poteſt? In hac quæſt. pro regula habendum eſt De iure ſcripto duobus ſaltem præſentibus miſſæ ſacrum à Sacerdotibus celebrandum eſſe, ira enim Sother Papa ſanciuit in c. hoc quoque ſtatutum, de conſecr. diſtinct. 1. Idque meritò, nam cum dicatur à Sacerdote verſus ad populum, Dominus vobiſcum, & Orate fratres, atque idcirco plurium numero vtatnr, meritò panciores dnobus eſſe non debent. plurium enim nnmerus duos ſaltem requirit, c. vbi numerus, de reſtibus, & ita habetur in eodem c. hoc quoque. Ex illis autem duobus vnus ſaltem inſeruire debet ipſi Sacerdoti, nnn enim ſolus presbyter ſine ſuffragio miniſtri miſſarum ſolemnia celebra pnteſt, vt in c. propoſuit, de fil. presby. & inquit Gloſſ. in cit. c. hoc quoque vbi probat etiam Eccleſias ædificãdas non eſſe, quę tot facnltates non habent, vnde Sacerdos, & qui ei inſeruiat in diuinis, ſubſtentari non poſſint. Excipitur tamen ob cõſuetudinem, vt celebrari poſſit etiam vno tantum præſente, qui inſeruiat Sacerdoti dum miſſæ ſacrũ celebrat; nam ipſe inſeruiens populi perſonam refert. Immo & nemine pręlente, atque inſeruiente miſſæ ſacrum celebrare quis poteſt, vt dixit Gloſſ. de incluſis, ſcilicet Monacis in eodem c. hnc qnoque, & Borgas in Tractа. de Irregul. & diſpenſ. par. 3. de priuileg. Epiſcop. num. 1. verſ. Simplex autem Sacerdos. Et de ſurdo omnino Nauar. in conſil. 6. de corpor. viciat. qui dixit cit. c. hoc quoque loqui, vbi ſolemniter celebratur. Quare multomagis præſente populo miſſæ ſacrum cebrari poterit. Et parochns ſi non habeat, qui ei inſeruat, ab Epiſcopo cogi poterit ad ipſum habendum.

8 Octano † in eccleſia conſecrata miſſæ ſacrum facere debet, argum. tot. tit. de conſec. Eccleſ. vel Altar. Sãcta enim ſanctè celebranda ſunt, vel ſi conſecrata non ſit, ſaltem deſtinata, & dedicata auctoritate Epiſcopi ad diuina ſacienda, argum. c. fin. de conſecr. eccl. vel altar. & c. pen. de immnnit. eccleſ. in alio enim loco celebrari non debet. Immo Abb. in eodem c. pen. num. 3. inqnit licentiam Epiſcopi poſtulari, vt in Eccleſia non conſecrata celebretur. Contrarium tamen cenſeo ex qno ad diuina celebranda deſtinata eſt, ipſa enim deſtinatio videtnr eſſe ipſa licentia. Quare idem Abb. in c. fin. de celebr. miſſ. contrariam opinionem ſequitur, vt ſcilicet alia licentia Epiſcopi non requiratur, qnam & ego ſeqoor, qnoniam tacita ineſt, ob illam deſtinationem, vt ita dicam, & idcirco perinde eſt, atque ſi eſſet expreſſa, l. cum quid, ff. ſi cert. petat.

Ex his patet in priuatis ædibns, etiam coram ægroto celebrari non poſſe. Cnm ob prædicta. Tnm quod id prohibitum eſt à Trident. Synod. ſeſſ. 22. in tit. de obſer. in celeb. miſſ. verſ. Nevè patiantur in priuatis domibus, ibi enim mandat Epiſcopis, ne patiantur in priuatis domib. hoc ſacrificiũ peragi. Non ergo Epiſcopus auctoritatem hanc dare poteſt, vt in priuatis domibus celebretur atque ſic dixit Nauar. in conſ. 1. quæſtio. 37. de conſtit. Quamuis in cap. 5. de priuil. contrarinm ſentiat, à priori tamen ſententia diſcedendum nõ eſt. Minus eius Vicarius eſto contrarium aſſeruerit Sbrozz. & quidam ab eo cit. in tracta. de off. Vicar. libro ſecundo, quæſt. 24. & male ob prædicta. Licentia igitur à Romano Pontifice petenda eſt, & ita ſacra Congregatio eadem ſeſſ. 22. eodẽ decreto aſſeruit. Quare c. miſſarum ſolemnia de conſecr. diſtinct. 1. correctum eſt quatenus

nus ait celebrari poſſe, vbi Epiſcopus permiſſerit, niſi enim locus ſacer ſit, vel deſtinatus ad diuina facienda, non poteſt cit. Decr. in verſ. Nevè patiantur. Hinc vbi Summus Pontifex licentiam hanc concedit, ſolet has clauſulas addere videlicet. Vt Oratoriũ ad hoc decenter, extructum, & ornatum exiſtat ac domeſticis omnibus actibus liberum ab Ordinario loci etiam viſitandum, & approbandum. Item vt miſſa celebrari poſſit per quemcunque Sacerdotem ſecularem. Seu de Superiorum ſuorum licentia regularem. Itẽ vt dicta conceſſio intelligatur ſine tamen iniunium parochialium præiudicio, ac exceptis diebus Paſchatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Item adijci ſolet, vt alij, præter familiares illius perſonæ, cuius contemplatione dicta licẽtia impartitur, ſeruitio neceſſarios ibidem miſſæ intereſſentes diebus feſtis de præcepto ab obligatione audiendi miſſam in Eccleſia minime liberi cenſeantur, vt refert Steph. Quarant. in Sum. Bullar. in verb. miſſa. Expiuntur tamen Epiſcopi, nam priuilegium quod eis conceſſum eſt in c. finali, de priuil. libro 6. vt poſſint in quocunque loco, etiam priuato dum in itinere ſunt, celebrare, non eſt eis ſublatum, vt ſacra Congregatio eodem in loco apud Trident. Synodum declarauit, & nos ſupra pluribus egimus.

9 Nonò † Eccleſia, in qua celebratur, polluta eſſe non debet, c. is, qui, de ſenten. excom. lib. 6. facit quoque, c. vnic. de conſecr. Eccle. vel Altar. eodem lib. Non tamen fit irregularis in huiuſmodi Eccleſia celebrans per cita. c. is qui, quod antem modis cõtingat polluci infra declarauimus.

10 Decimo † nec interdicta ſpeciatim alioquin celebrãs irregularis fit per cit. c. is, qui, §. primo. Nec Epiſcopus licẽtiam in hoc dare poteſt, ita Gloſſ. & DD. in c. ad hæc, de appellat. & Bertach. in Tract. de Epiſcop. parte 2. libro 4. nume. 71. Item nec in Eccleſia generatim interdicta, niſi ſeruata forma, c. fin. de ſenten. excommun. & c. permittimus, eodem in antiq. quam rem egimus in Tract. de Cenſu. Ex his patet extra Eccleſiam, & loca ad id deſtinata, vt ſupra, miſſæ ſacrum celebrari non poſſe, & idcirco vbi miſſæ nouæ celebrantur, vel feſtum alicuius ſancti ob populi frequentiam in plateis id fieri non poſſe, & ex parte correctum eſſe. c. concedimus, de conſecr. diſt. 1. quatenus permittit in itinere celebrari poſſe.

11 Vndecimò † ſuper Altari portatil vel ſtabili conſecrato, de quibus infra ſuo loco egi.

12 Duodecimo † veſpertino tempore celebrari non debet cuiuſuis priuilegij prętextu ſuper hoc habito; nam ſublata ſunt omnia priuilegia quo ad hoc per Bullam Pij V. publicatam Romæ die 29. menſis Martij anno 1566. incip. Sanctiſſimus in Chriſto Pater.

Poſtremo minus nocturno tempore celebrare debet, die Natalis Chriſti Domini excepto c. nocte ſancta, de conſecr. diſtinct. 1. albente cœlo tñ celebrari poteſt; id quod in Ciuitatibus bene inſtitutis ſeruatur, vbi de multo mane, & ante ſolis ortum miſſæ celebrantur. Id quod artificium inprimis gratia inductum eſt quò diuinis interſit, operasque ſuas non amittant. Ab ortu ſolis igitur, vel albente cœlo vſq; ad Sextam celebrari debet, & ita conſuetudo Eccleſiæ ſeruat; ſi tamen paulo plus moretur, quoniam dies feſtus eſt, nihil intereſt; parum enim pro nihilo reputatur. (Hora autem Sexta eſt meridies diei, cuiuſque temporis anni; nam de iure antiquo Eccleſiæ dies in duodecim horas diuiditur, vel plures, vel pauciores habeat, & idcirco horæ in hyeme erunt breuiores, æſtate verò longiores, ita dixit Couar. in mater. ieiun. libro 4. var. reſolut. cap. 20. numero 14. & ante eum Alciat. in l. 2. cuiuſque die de verb. ſign.) Vſque ad horam nonam, ergo ex cauſa celebrari poteſt, quippe quia Sexta hora Chriſtus Dominus pro mundi ſalute in Cruci æterno Patri ſacrificium ſe obtulit, & hora Nona expirauit.

Id quod permiſſam refertur, ita Diaz. capitulo 46. nume. 4. Addo & lumine accenſo miſſæ ſacrum celebrandum eſſe, c. fin. de celebrat. miſſ. & Diaz. in ſua prax. cap. 36.

De ritibus autem in miſſa celebranda obſeruandis in Miſſali Romano habetur, ſicut etiam de defectibus, qui occurrunt, de materia verò, & forma conſecrationis referti ſunt doctiſſimorũ virorũ libri. Et Ego aperte, & diſtinctè poſui in Trac. meo de Sacram. Tab. 4. Non. n. propoſitum meũ eſt totius materiæ cognitionem in hoc opere tradere. Sed permana tantum capita, ac præcipuum. Vnum addo, vbi quis celebrat ſine aqua, & igne, vel pane vtitur frumentato, vel Calice ligneo, vel ſuper altari non conſecratę, vel ſine veſtibus ſacris arbitrio Iudicis puniri debere, ita dixit Diaz. in Pract. Crim. can. capitulo trigeſimoſeptimo, quem refert, ac ſequitur Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. Cent. 5. caſ. 108. & in c. fin. de celebr. Miſſ. officio, & beneficio mãdatur priuari quod verum eſſe poteſt, vbi non ſemel in prædictis, ſed ſæpius peccauit.

13 Verum quod † ſæpius miſſæ ſancti Gregorij, vt celebrentur, laici petunt, quæ nam hæ miſſę ſunt, & an hodie celebrẽtur, videamus. Non enim hoc prætermittendum eſt, quandoquidem paſſim non reperitur. Quoad primum igitur in Miſſali Romano antiquo, & maximè impreſſo Pariſijs anno 1557. miſſæ trigintæ ſancti Gregorij hæ erunt. Prima de Dominica prima Aduentus. Secunda de Natiuitate Domini. Tertia de ſancto Stephano. Quarta de ſancto Ioanne Euangeliſta. Quinta de Innocentibus. Sexta de Epiphanię. Septima de octaua trium Regum. Octaua de Purificatione B. Virginis. Nona de Septuageſima. Decima de Dominica prima Quadrageſimæ. Vndecima de Dominica ſecunda Quadrageſimæ. Duodecima de Dominica quarta Quadrageſimæ. Decimatertia Beatæ Virginis. Decimaquarta in Ramis Palmarũ. Decimaquinta de Cœna Domini. Decimaſexta de Reſurrectione Domini. Decimaſeptima de Aſcẽſione Domini. Decimaoctaua de Pentecoſte. Decimanona de feſto Trinitatis. Vigeſima de Dominica prima poſt Pentecoſtes. Vigeſimaprima de Dominica ſecunda poſt Pentecoſt. Vigeſimaſecunda de ſancto Ioanne Baptiſta. Vigeſimatertia de ſancto Petro, & Paulo. Vigeſimaquarta de ſancta Maria Magdalena. Vigeſimaquinta de ſancto Laurentio. Vigeſimaſexta de Aſſumptione Beatæ Virginis. Vigeſimaſeptima de ſancta Cruce. Vigeſimaoctaua de ſancto Michaele. Vigeſimanona de ſancto Gregorio, vel de omnibus Sanctis. Vltima de mortuis. Et ſingulis diebus erat dicendum nocturnum illius diei ante miſſam, & deinde Pſalmi Pœnitentiales cum precibus; & poſt celebrationes recitandæ erant vigiliæ mortuorum, & omni die ieiunandum. Referunt Innocentium Papam conceſſiſſe plures Indulgentias dicentibus, vel dici facientibus dictas miſſas. Hæ igitur ſunt miſſæ, quæ ſancti Gregorij dicuntur, & hæc fieri debebãt à Sacerdotibus, qui eas celebrandas ſumebãt. Et de quæſt. hac ſatis. Quoad ſecundam breuiter concludendum eſt non celebrari, nam ſublatæ ſunt per Miſſalem iuſſu Pij V. editũ, & Clemẽtis VIII. reformatum, atque ſic dixit Ludou. Paleſtr. in 1. par. reſponſ. caſ. conſil. conſil. 23.

14 Aduertendum tamen eſt, † ne quis ignotos Sacerdotes ad miſſam celebrandam in ſua Eccleſia admittat, niſi omninò conſtet eos nullo impedimento detentos, quominus diuina faciant, ita habetur tot. tit. de cler. peregr. vbi in clericis vltra marinis, quicunq; Epiſcoporum ſigna poſtulantur. Non etiam ordo conferendus, & cura animarum committenda, vt dicitur in eodem tit. viden. niſi legitimè probent neceſſaria. Immo Epiſcopus prouidere debet, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti miſſas celebrare liceat, ita iuſſit Trien. Synod. ſeſſ. vigeſimaſecunda, de obſeru. & euitand. in celebrat. miſſ. Non etiam admittendi, ſi habent literas dimiſſorias ſimpliciter; ego enim noui quendam improbũ admiſſum à quodam ad celebrandum, vbi ergo pro certo non habetur quis nam ſit ſaltem publicè, non admittat, c. pen. de cler. peregr. vt hoſpites tamen ad alia admitti poſſunt, ita Gloſſ. fin. in c. inter. eod.

Ex his apparet Sacerdotem cognitionẽ habere debere omnium, quæ requiri in celebrante miſſam poſuimus. Vbi ergo Epiſcopus diœceſim viſitabit, an parochus munera hæc obeat, diligenter inquiret, c. 1. §. ſanè, de conſecr. lib. 6. Epiſcopus autem vbi ipſe ſacra facit, quot habere debeat, habetur in c. Epiſcopus Deo, & c. iubemus, de conſect. diſtinct. 1. & alibi diximus in materia Canonicorum; ſed iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Feſtis diebus inter miſſarum ſolemnia parochus concionem ad populum habere debet.*

2 *Sacramentorum vim, atque effectus explicare.*

3 *Ieiunia* }
4 *Dies feſtos* } *etiã indicere illius hebdomandæ.*

5 *Reliquiæ ſi adſint in Eccleſia, quomodo habendæ.*

6 *Reliquias an ſecum ferre quis poſſit.*

§. III.

§. Quartò diebus feſtis ſolemnibus itidẽ parochus inter miſſarum ſolemnia hęc facere debet.

1 Primum † concionem ad populum ſuum habere. Id quod faciet habito reſpectu ad captum audientium inutilibus quæſtionib. omiſſis, facilitate, breuitateque adhibita, vt diximus, vbi de Concionatore egimus, atq; ſic habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. & ſeſſ. 24. de reform. capit. 4. & cap. 7. & ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſ. capit. 8. & vbi commode poteſt, populus tenetur parochiam ſuam adire ob hanc cauſam; ſic enim dicitur in eodem cap. 4. ſeſſ. vigeſimaquarta. Moneatque Epiſcopus populum diligenter teneri vnum quemq; parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei. Ecce hinc obligari populum ad quę ſupra diximus, eſto de miſ-

ſa contrarinm aſſernerimus. Verum quò magis fides ei adhibeatur, ijs moribus prædi-ctus eſſe debet, nec in ijs, quæ in alijs reprehendit, argui ipſe poſſit, argum. tot. titu. ff. quod quis ier & iuxta illud Poetæ, ſurpe eſt Doctori, &c. Id quod faciet ſi honeſtis, pijs, ſanctisque moribus viuat, nemini vllam offenſionem præbeat, vt dixit Apoſtolus, Eſt enim ſpectata parochi vita aſsidua concio; & hoc eſt quod dici ſolet Paſtores parochoa debere verbo, & exemplo ſibi ſubditos paſcere, ita Trideo, Synod. ſeſſ. 22. de reforma. cap. 1. docet.

2 Secundo † quo maiori pietate, atque alacritate Sacramenta ſuſcipiant, ac venetētur, & pœnitentiam, & Eucharistiam frequētius ſuſcipiant, Sacramentorum fructus, & horũ vberrimos inter miſſarum ſolēnia parochus ſæpius explicabit, ita enim Trident. Synodũ faciendum mandauit omnibus curam animarum habentibus, ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ, cap. 8. & ſi ipſi oon poſsint per alios; nihil enim eſt quod magis ſubditos parocho obtemperantes reddat, quam frequens ſacramentorum ſuſceptio, quandoquidem Deum collunt magis, magisque; & libentius ſuis parochis obediunt, quamobrem animarum cura facilior redditur. Hæc autem dum occaſio ſe obtulerit, parochus explicabit. Sed de pœnitentia imprimis agere poterit tēpore Quadrageſimæ. De ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento in ſuo feſto, vbi frequens populus eam ſuſcipit. De Confirmatione in dieb. feſtis Pentecoſtes. De Baptiſmo vel vbi adminiſtratur & frequens populus adeſt De Extrema vnctione ſæpius etiam agetur; & eo magis, quò à Chriſti fidelibus ſacramentũ hoc ſæpius omittitur, atque non ſuſcipitur præſertim ab idiotis, quandoquidem exiſtimant eo ſuſcepto ſe ſtatim morituros, cum tamen ſacramentum hoc, ſi ægroto expediat valitudinem etiã corporis reſtituat, vt probaui io Tract meo de Sacramen. Tab. 6. De Matrimonio occaſio ſemper offertur, dũ contrahitur de ordine aliquando etiam verba fiant quò magis Eccleſiaſticas perſonas laici venerentur ob earum dignitatem, & poteſtatem.

Prudens igitur parochus, quando hęc explicanda erunt præter Euangelicam lectionem ipſe arbitrabitur, quod autē ſacramentum virtus explicaoda ſit, ſancta Synodus id percepit, ſeſſ. 24. de reform. capit. 7. Quamobrem etiam Catechiſmum faciendum curauit, qui eſt in locum iam editus.

3 Tertiò † ieiunia indicere debet; hoc enim curare parochus habet, vt obſeruentur, vt apud Triden. Synod. habetur ſeſſ. 15. de delict. cibor. de quibus ieiunijs egimus antea. Quare hic ſolum hæc contemplabimnr. Primum vbi ieiuninm incidit in diem Dominicum, an tunc ieiunãdum ſit. Secundo an diebus Dominicis liceat ieiunare. Tertiò ex quò feria Sexta & Sabbato non licet carnib. vt ſic, an ſi quis ipſis veſcatur ſine cauſa, vt hæreticus poniri poſſit. Quartò ſi reſeruet Epiſcopus ſibi caſum eorum, qui frangunt ieiunia, an qui dicta feria Sexta, vel Sabbato carnibus veſcerentur, eo caſu reſeruato obligentur.

Quoad primũ igitur pro certo habendum eſt, vbi feria ſecunda dies feſtus interuenit, qui ieiunium poſtulet, non die Dominico, ſed Sabbato antecedenti ieiunandum eſſe, vbi habetur in c. 1. & ibi Gloſſ. & DD. de obſeru. ieiun. & facit c. Quadrageſima, de conſecr. diſtinct. 5. & c. fin. diſt. 30. & ita Gloſſ. in c. de ieiunio, diſtinct. 76. per cit. cap.

Quoad ſecuodum an Dominicis diebus ieiunandum ſit. Ego ſic diſtinguendnm cenſeo. Aut quis vult ieiunus eſſe, quo magis, magisque corporis illacebras coerceat; & id fieri poſſe cenſeo; nam & abſtinentia carnis, ouorum, & caſei Dominicis diebus Quadrageſimæ ſeruatur, ergo diem & hic; ex quo enim quouis die libidinem, ac vitia comprimere licet, & ieiunare die Dominico licebit. Aut ſcit Eccleſiam non obligare, ſed exiſtimat ſe obligatum eſſe, & contra Eccleſiam tenet, & in hoc peccat, & ſuſpectos eſt de tineri, ex quo videtur credere eccleſiam hoc facere non poſſe.

Quoad tertium, an hæreticus ſit, qui prohibitis diebus carnib. veſcitur. In hac quęſt. ſic breuiter concludendum cenſeo. Aut hic ſcit Eccleſiam nolle tali tempore carnibus, quem veſcit, ſcit etiam hunc eſſe diem, in quo veſci non licet, & tamen ſine cauſa iuſta ipſis veſcitur, & in hoc caſn mortiferè peccat. Item hæreticus eſt ſi id præcipere Eccleſiam non poſſe afferat, in dubio verò ſuſpectus eſt de hæreſis. Id quod pręſertim locum haber, vbi is, qoæ veſcitur male audit quoad ea, quæ ad Eccleſiam pertinent, & ita ſernari Ego vidi. Aut veſcitur ex cauſa legitima, & tunc non peccat: quare qui ægrotus eſt de conſilio Medici veſcitur carnibus, hic non peccat. Item nec qui probabiliter ignorat id ab Eccleſia prohibitum eſſe. Tertiò nec qui nouit ieinnandum eſſe, & abſtinendum à carnibus; ſed per obliuionem, vel non animaduertens, vel ignorans diem ieiunij eſſe, commedit earnes, quod etiam ſæpe in ruſticis contingit. Verum vbi recordatur an.

ex

ex quo fregirieiuninm, poſſir veſci adhnc
carnibus, & alijs prohibiris? Planè nun, nam
præceptum de non commedendis carnibus
negatiuum eſt, præceptum autem negatiuũ
ſemper, & quocunque tempore obligar, ita
DD. & Illuſtriſs. Toletus in Inſtruct. Sacerd.
lib. 4. cap. 9. num. 9. & Sylueſ. in verb. Præce-
ptus, quæſt. 1. & idcirco peccat niſi exiſtima
ret ſe ad id non teneri.

Idem de eo, qui in neceſſitatib. huiuſmo-
di diebus earnibus veſcitur, nam hic nõ pec
car, peccaret tamen ſi ſæpius veſceretur eo
die. Et ſi enim Eccleſia permitrir huiuſmodi
cibus in neceſſitate, nam tamen fractionem
ieiunij, & ita ſenſit Nauar. iu conſ. fin. de ie-
iun. Er de quæſt. hac ſatis.

Quoad puſtremam quæſt. an qui ſexta ſe
ria, vel Sabbaro, vbi ieiunãdum non eſt, car
nibus veſcetur in caſum reſeruatum Epiſco
po incidar, qui reſeruauir ſibi peccata eorũ,
qui ieiunia frangunt? Ego cenſeo ipſum non
incidere; nam hi dies non numerantur in nu
meru ieiunorum. Item quod illis diebus ſæ-
pius commedi poteſt, quod in diebus ieiu-
nij nun licet. Tum quod illis diebus ouis, &
lacticinijs veſci permittitur, quę ieiuniorum
tempore pluribus in locis prohibẽtur, ergo
qui eis diebus carnibus veſcitur, in caſum
reſeruatum non incidir.

Idem ſencio de ieiunijs, ad quæ quis ſe o-
bligauir voto, vel alia ratione; nam de ieiu-
nijs generalibus caſus reſeruatus accipien-
dus eſt, argum. c. fin. de couſtit. libru 6. & de
ieiuinio indicto ab Epiſcopo, qui ieiunij
fractionem ſibi reſeruauit.

4 Poſtremò † dies feſtos indicere parocbus
etiam debet vel communi iure ſcripto, vel
non ſcriptu ſint, vel præcipui loci ſint, de q-
bus feſtis diebus egimus ſuo loco. Hìc addi
mus diem habito reſpectu ad celebrationẽ
publicam diuinorum officiorum à Veſperæ
incipere, & in Veſperæ ſequentis diei finire,
c. 1. & 2. de fer. & de conſecr. diſt. 1. & in Cle
men. prima, in fine, de reliq. & venet. Sanct.
& ita Couar. var. reſolur. lib. 4. cap. 19. nume
ro 9. verſ. Dies verò. Idq; nou ſolum in die-
bus ſolemnibus feſtis, verum etiam in alijs
diebus. Vbi tamen quis preces priuatim re-
citat à Veſperæ die antecedentis, vſque ad
mediam noctem diei ſequentis id poteſt, ita
Syluest. in verb. Hora, quæſt. 19. & Caietan.
eodem §. quoad quartum, & Angel. eodem
§. 21. & Couat. eodem numero nono, pro-
pè finem.

Habito reſpectu tamen ad vſum carnium
dies incipir more Romano à media nocte,
vſquè ad aliam mediam noctẽ diei ſequen-
tis, ita Gluſſ. in princ. de conſecr. diſtinc. 3. in
verb. Vſque, & Abb. in c. 2. num. 4. de fer. vbi
etiam declarare. Eſau, eadem de conſecrat.
diſtin. 3. & Couar. ibidem, quæ ratio ſerua-
tur etiam in abſtinendo ſe ab operibus ſer-
uilibus dies ſeſtus enim ſulemnis incipir à
media nocte diei antecedentis, & concludi-
tur alia media nocte diei conſequentis, ita
Cunar. ibidem eſto conſuetudo in hoc plu-
rimum puſſit. Verum quod in nocte antece-
denti diem feſtum in Eccleſia ſolenr plures
vigilare, ſed temporum, vel horum porius
iniuria ferda, & minus honeſta ſæpius fiunt,
ub eam tem Epiſcopus prohibebit, ne vigi-
liæ huiuſmodi fiant, vel dormiãr, & comme
dant homines in Eccleſijs, vt habetur in c.
non oporter in Baſilius, diſtin. 42. & ita Fu-
ſch. de Viſitat. libro 1. cap. vigeſimooctauo,
numero 8.

5 Si in ſua Eccleſia reliquias habet † in ho-
neſto loco eollocare eas debet, & propone-
re etiam ipſas poteſt quù Chriſti fideles eas
venereutur, ſed non lucri gratia, ita Triden.
Synod. ſeſſ. 25. de inuocat. Sanct. verſ. Om-
nis porrò ſuperſtiti, ita habetur in c. fina. de
reliq. & venet. Sanct. vbi præcipitur, ne ex-
tra capſam oſtendantur, & in inuentario re-
rum Eccleſiaſticarum poni etiam debent.

6 An autem liceat ſecum † reliquias Sanctorũ
ſerre, vel in Oratorio priuato habere? Planè
ſic, modò nulla ſuperſtirio interueniar, ita
ſanct. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 96.
art. 4. Etenim cum per ſe malum id non ſit,
conceſſum exiſtimatur, vbi pruhibitum non
eſt, l. prima, ff. de teſtamen. & l. ſi quæramus,
iunct. Gloſſ. ff. eodem. nam & conſuetudine
ſeruatur à pijs viris, atque ſic dixir Syluestr.
contra Angel. in verb. Reliquiæ, quæſt. quin-
ta. Nec repugnar c. corpora Sanctorum, de
conſecr. diſtin. 1. vbi ſine licentia Principis,
ideſt Papę, vel Epiſcopi, & Canonicorum, ſic
enim Archidiaconus ibi ait, corpora San-
ctorum de loco ad locum nullus transferre
poteſt, illud enim intelligitur, vbi perpetuæ
ſepulturæ tradita ſunt, l. vltim. ff. de relig.
Secus autem de non traditis perpetuæ ſepul
turæ; tunc enim tranaferri poſſunr ſine aucto
ritate alicuius ad alium locum, cuiuſmodi
ſunr Reliquiæ, l. nec dum, C. eodem, & ita
dixir Gloſſ. in cita. c. corpora, & ita ſeruari
teſtatur Prax. Archiep. Neapol. quæſtio. 70.
At quid de nouis Reliquijs, ſi dubitatio ali-
qua grauis naſcatur? Declarauit ſancta Sy-
nodus ibidem quid facieodum. Excipitur
etiam vbi infidelibus auferrentur, id enim

licet quoniam in honore apud eos non ſunt, ita Tuſch.de viſit.Eccl.lib. primo, capitu.8. num.11.Poſtremò excipitur, vbi de licentia Epiſcopi aliquid de Reliquijs concederetur pro conſecratione Eccleſiæ, vel Altar.ita Fuſch.ibidem.& cit.c.ſi.& c.1.eodem.Sed iam de alijs, quæ feſtis dieb. fieri à parocho debent, agamus, id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Doctrinam Chriſtianam docere feſtis diebus parochus debet.*
2 *Veſpertinas preces cantu recitare.*
3 *Proceſsiones ſanctiſsim. Corporis Chriſti, necnon ſanctiſsimi Roſarij, vbi Societates huiuſmodi ſunt, facere.*
4 *Candelas benedictas in die Purificationis diſtribuere ſicut etiam oliuarum ramos in Dominica oliuæ, & benedictos cineres primo die Quadrageſimæ ſuper caput fidelium.*
5 *Feſta mobilia denunciare habet.*
6 *Proceſsiones facere.*

§. IV.

S Feſtis diebus etiã hæc facere parochus
1 debet.† Primum Doctrinam Chriſtianã ſuos parochianos docere; hoc enim parochis Triden.Synod.præcipit.ſeſſ. 24. de reformat.capit.quarto, de qua Doctrina egimus ſupra.

2 Secundo † veſpertinas preces cantu celebrare, cõſuetudo enim Eccleſiæ hæc eſt vniuerſalis, vt in omnibus parochialibus Eccleſijs feſtis diebus ſolemnibus preces veſpertinæ celebrentur, & ideo ſeruanda eſt; legis enim rationem habet, §. ex non ſcripto, in Inſtit.de iur.natur.gent.& ciuil.& l. de quibus, ff.de leg.

3 Tertiò, † quod fere in omnibus Eccleſijs parochialibus Societates ſunt, vel ſanctiſſimi Corporis Chriſti, vel Sãctiſſimi Roſarij Beatæ Virginis, quamobrem ſæpius fit vt confiteantur, & Euchariſtiam ſumãt, qui de illis Societatibus ſunt primo, vel ſecũdo die Dominico Menſis, eiſdemq́ue dieb. proceſſiones fiant; ob eam rem, vt hæc frequententur parochus curabit, & meritum, quod conſequuntur, & indulgentias, quas lucrantur, eos edocebit.

4 Quartò † Candelas benedictas die Purificationis Beatę Mariæ Virginis diſtribuet, & primo die Quadrageſimæ Cineres benedictos ſuper caput fidelium imponet, & Dominico die Palmarum oliuarum, vel palmarũ ramos tribuet, vt habetur in Miſſali Romano. Curabit etiam vt oratio Quadrageſ. horarum fiat in hebdomada Sancta habito tamen reſpectu, ne mulieres noctu, vel cum viris in Eccleſia orent, & fores Eccleſiæ occludantur, ita Fuſch. de Viſi.lib.primo, capit.26.num.18.

5 Quintò † feſta mobilia Aduentum Chriſti Domini, & Quadrageſimam, & alia huiuſmodi de more denunciare debet, id quod in die Circuncisionis fieri ſolet.

6 Poſtremò † proceſſiones in Litaneis maioribus, necnon minoribus fieri debent, ſcilicet in feſto ſancti Marci, quæ Litaniæ maiores dicuntur, & tribus diebus antecedentibus Aſcenſionem Chriſti Domini, quæ Litaniæ minores dicuntur, iuxta tamen Decretum Clementis VIII. nam præcipit, ac mandat, vt ſolum hæ Litaniæ recitentur, quæ antiquiſſimæ, & communes ſunt, & quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur.

Litaniæ verò de Beata Virgine, quæ in ſacra æde Lauretana cantari, & celebrari ſolẽt; alias verò Litanias æditas, vel edendas prohibet recitari, niſi prius eas ad Congregationem rituum mittant, vt cognoſcantur, & corrigantur; alioquin ſi ſine licentia eius publicè eas edere, vel publicè recitare quis præſumpſerit, arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris puniri ibidem percipitur, ita per Decretum cautum editum octauo Idus Aprilis anno 1601. Quod refert Steph. Quarant. in Summ. Bullar. in verb. Litaniæ. Ad has autem proceſſiones, & Clerici beneficium habentes, vel officium in Eccleſia tenentur, ita declarauit Sacra Congregatio, vt refert Prax. Archiepiſc. Neapol. capitulo ſexageſimotertio, numero quinto, niſi longè abeſcent.

Epiſcopus ergo vbi diœceſim viſitabit, de his omnibus parochum interrogabit. Verum quod ad prædicta peragenda neceſſaria plura ſunt, & ea habere parochus debet, ob eam rem, quæ nam hæc ſint, explicemus, id quod in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Vaſa, quæ in parochiali Eccleſia eſſe debent.*
2 *Veſtes.*
3 *Libri.*
4 *Sacrarium.*

§.Quo-

§. V.

§ Quoniam autem parochus, quo prædicta obire poſſit, multa poſtulentur, ob eam rem, quæ nam hæc ſint videamus.

1 Primum † igitur ſi baptiſmũ adminiſtret fontẽ habere debet, in quo aqua ad baptiſmum cõferendum in vaſe aliquo nitido contineatur, non ex ligneo, imbiberetur enim aqua ab ipſo. Non ex auricalco, ne rugine tegatur, ſed ex lapide marmoreo, vbi facilius aqua conſeruatur. Eritque fons conſtitutus in loco Eccleſiæ, commodo, vt occulto clauibus, ne homines aquam ſumant ad ſuperſtitiones faciendas. Eruntque ibi duo vaſa, ſaltem ex ſtamno, in quorũ alterũ Chriſma, in alterum oleum Cathecumenorum cõtinebatur. Ac demum vaſculum, quò aqua baptizandi ſuper caput fundatur. Hæc autem omnia nitida, atque expurgata ſemper erunt, aquaque baptiſmi in ſingulos annos renouabitur benedictionibus ſolemnib. adhibitis, necnon oleo ac Chriſmate mixtis; & fient hæc in die Sabbati ſancti, & Pentecoſtes, vt habetur in Miſſali Romano.

Secundò, quoniam Chriſti Corpus conſeruatur, ſeu conſeruari debet in parochialibus Eccleſijs, quò ægrotis deferatur, c. ſanè, de celebr. miſſ & c. presbyter, de conſec. diſt. 1. & vt habetur apud Triden. Synodum ſeſſ. 13. de Sacram. Euchar. cap. 6. ob eam rẽ Tabernaculum habebit in Eccleſia Summa arte effectum, & auro ſi fieri poſſit, exornatũ quod in altari maiori collocabitur, intusq; in pyxide conſecrata ſuper poſito Corporali benedicto hoſtiæ ſacræ conſeruabuntur, atq; ſæpius renouabuntur, quò minus ſpecies illæ corrumpantur: id quod præſertim æſtiuo tempore cauendum eſt, occluſuque Tabernaculum omnino erit: alioquin ſi incaute illud reliquerit, tribus menſib. ab officio ſuſpendi debet, & ſi per eius iniuriã aliquid nefandum inde contigerit, grauiori pęna punietur: Quæ quod, qualis, ac quanta ſit non præſcribitur, arbitraria erit, ita Gloſſ. in c. 1. de cuſtod. Euchar. Chriſmat. Sacram. Idem ſtatuitur de cuſtodia Chriſmatis. in cit. c. 1. & Ego idem ſentio de alijs oleis ſacris, vt infirmorum, & Cathecumenorum, & de aqua baptiſmi ob eandem rationem, & Rubr. ibi quæ generalis eſt. Et ante ipſum ſanctiſſimum Sacramentum lampas dies noctuque ardebit, candor enim æternæ lucis eſt Chriſtus Dominus. Quo autem commodius ad ægrotos defertur vaſculum aliud argento cęlatum habebit cum media parte Corporalis in burſa, (quod in Villis imprimis requiritur ob iter cænoſum quod ſępius eſſe ſolet hyemis tempore) eaque collo apenſa ſic deferretur in decenti habitu ſupra poſito mundo velamine, vt habetur in c. ſanè, de celebr. miſſ. alioquin arbitrio Iudicis puniri debet, vt ait Gloſſ. ibi. Habebitque vaſculũ aliud, quo vtatur, dum Sacramẽtum in proceſſionibus deferr, & pro qualitate beneficij quale eſſe debeat, Epiſcopus præſcribet. Item campanulla, quæ, dum ad ægrotum Eucharistia defertur, pulſabitur, quò ipſam adorent, atque aſſocientur. In Eccleſia autem campana altera erit ad ſignum dandum fidelibus, quando diuina facienda ſunt, argu. c. fin. de ſent. excommun. lib. 6. & vt inquit Gloſſ. in extrauag. Quia cunctos, ff. de offic. cuſtod. vbi etiam Mendicantibus prohibetur plures campanas habere ſicut in c paten tibus, de priuil. prohibitum eſt in priuatis ædificijs campanas ponere, & publicè pulſare, & Gloſſ. cit. Extrauag. recenſet plures cauſas, quamobrem campanæ pulſentur. Habebit etiam parochus aliquod inſtrumentum, quo ſignum detur diuinorum officiorũ vbi campanæ pulſari nequeunt, vt in hebdomada ſancta, eſto nulla ratione ſignum detur, vbi interdictum loci eſt, per cit. c. fina. de ſent. excommun. & vt egi in Tracta. meo de Cenſur. in Tab. de interdic. Tabu. quinta, capitulo 8. §. 2.

Tertio Calicem & Patenam, quæ adhibetur ad miſſæ ſacrum faciendum, habeat, ſecundum formam, c. vt Calix, de conſecr. diſtinct. prima, vbi ſic dicitur. (Vt Calix Domini cum Patena ſi non ex auro omnino, tamẽ ex argento fiet; ſi quis autem tam pauper eſt ſaltem vel ſtamneum Calicem habeat. De ære autem, ex auricalco non fiat Calix, quia ob vini virtutem æruginem facit; pariterque vomitum prouocat. Nullus autẽ in ligneo, aut vitreo Calice præſumat miſſam celebrare. Hæc ibi ex quibus apparet vaſa hęc qualia eſſe debeant, alioquin puniuntur, c. fin. de celebr. miſſ. & ibi Gloſſ. Item & vrceolos ad vinum, & aquam continendam adhibito etiam in ſacello, vbi Sacerdos induitur ad miſſam celebrandã, vaſe vnde manus abluetur. Tiribulum etiam cum nauiculá, necnon vaſculum pro aqua benedicta pro facultatibus Eccleſiæ in ea habebit, necnon imaginẽ Chriſti Domini ad pacem dandam; non enim patena licet, qua Corpus Chriſti Domini tangitur; necnon candelabra pro Eccleſiæ, itidem ſacultatibus. Sed de vaſis hactenus, iam de veſtibus, & indumentis Eccleſię agamus.

a Secun-

Digitized by Google

2 Secùndò igitur Corporalia † Animæ, ſeu Paleę ex lino contextę eſſe debent, vt de Corporalibus habetur in c. conſulto, de conſecr. diſt. 1. ita & linteola, quibus Calix abſtergitur, vbi Sacerdos purificationem ſumpſit; quæ ſicut vaſa prædicta, munda, ac nitida eſſe debent, vt habetur in c. 2. de cuſtod. Euchariſt. Chriſmat. & alia Sacramen. Item Amictus, Alba, Cingulum, Manipulum, Stola, atque Caſula. Hæc ſunt quæ ad Miſſam faciendam pertinent, quę Caſula, Stola, Manipulum de conſuetudine Eccleſiæ (vt anni tẽpus poſtulat) quinque colurum ſunt albi, rubei, viridi, violacei, nigri, de quibus habetur in Miſſali Romano quo tempore adhibendi ſint. Veſtes autem prædictæ, vti Eccleſiæ facultates patiuntur, eſſe debent, necnon benedictæ, de quorum benedictinne infra egimus. Nec fieri debent de veſtibus Mulierũ ob multa profana, quę contingere potuerũt, ita Archiep. Flor. in Summ. in 3. par. titu. 13. cap. 8. §. 5. & Fuſch. de Viſita. cap. 23. nu. 13. relictæ ergo Eccleſiæ alienari poterunt, & ad vſum Eccleſiæ conuerti. Vmbellam quoque ad Euchariſtiam deferẽdam habere debet, necnon Piuiale, quo ſolemnibus feſtis vtantur. Veſtes verò Altariũ, ideſt Touagliæ tres eſſe debent ex communi conſuetudine eccleſiæ, vt teſtatur Fuſch. de Viſit. lib. 1. cap. 21. num. 17. item pallia altarium, quæ omnia expolita habere debet, ne indigna ſint tantis miniſterijs, id quod in nonnullis eccleſijs vidi, & prohibitum eſt in cit. c. 2. Et de veſtib. ſatis. Hæ autem veſtes ad profana adhiberi non debent, nec etiam laicis commodari, argumen. c. cum decorem, de vit. & honeſt. cleric. & c. veſtimenta, de conſecr. diſtinct. prima, & c. ſeq. & c. ligna, cum ſeq. de conſecr. eadem diſtinct. Immo ſi laicus ipſis vtatur, vel dolo, vel ludo, arbitraria pœna punitur, ita Gloſ. dixit in c. tuarum, in verb. Signatos de priuileg. quam communiter receptam teſtatur Fuſch. de Viſit. lib. primo, & cap. 23. nume. vigeſimo, & facit cit. c. veſtimenta, vbi prohibetur, ne tangantur, niſi à ſacris hominibus.

3 Tertiò † hos libros habere debet Breuiarium, Miſſale Romanum iuſſu Pij Quinti editum, & Clementis VIII. reformatum, vt ex eius Bulla habetur. Ritus baptizandi, Tridentinam Synodum, Catechiſmum Romanum, Synodum diœceſanam, necnõ prouincialem Bullam Cœnæ Domini, Bulla Epiſcopi continentem caſus reſeruatos, quas duas Bullas, qui animarum curam gerunt, vel Regulares, vel Seculares ad audiendas confeſſiones deſtinati ſint, habere debent, & ipſis diligenter ſtudere ob pœnas illatas à Clemente VIII. per ſuum Decretum contra abſoluentes à caſib. reſeruatis ſine expreſſa licentia, vt ſuo loco infra diximus. Librum itidem habere debet, vbi nomina baptizatorum ſcribantur. Item eorum, qui confirmati ſunt id quod fieri debet, vt ſi quando matrimonia contrahenda eſſent, & de huiuſmodi impedimentis dubitaretur, id ſciri poſſit. Fidem enim faciunt prædicti libri; proſunt etiam ad ſciendum ętatem, id quod expedit ijs, qui ordinibus initiari volunt, itidẽ ad multa alia. Poſtremo librum habere debet eorum, qui matrimonio coniuncti ſunt ex Decreto Concilij Trident. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 1. Id quod fit quò facilius matrimonium probetur, & cognitio. Hæc Sacerdos habere debet.

4 † Ad quæ omnia conſeruanda locus præſcriptus eſſe debet, qui dicitur Sacrarium, ſeu Sacreſtia, in qua arcæ aderunt, quibus prædicta contineantur, ne puluere conſumantur, atque ſubripiantur. Poſtremò conſtituendus eſt, qui omnium prædictorum curam habeat, qui dicitur Sacriſta, de quo in tit. de off. Sacriſtę, vt ibi facultates Eccleſiæ id poſtulant cuſtos etiam creandus, qui paret omnia ad diuina pertinentia, de quibus in titu. de off. cuſtod. eſto Sacriſta hæc facere poſſit. Sed de his hactenus, iam ad gubernationem Clericorum ſæcularium beneficium Eccleſiaſt. obtinentes curam animarum habens tranſeamus, id quod in ſequenti præſtabimus.

De Gubernatione Clericorum Secularium, qui obtinent beneficium Eccleſiaſticum curam animarum habens, effectu per ſe, ac proximo decimotertio poteſtatis Epiſcopalis, habito reſpectu ad Sepulturam parochianorum. Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Sepelire ſuos parochianos parochus debet.*

2 *Sepulturam vbi parochianus eligit extra ſuam parochiam, quartam funerum habere parochus debet.*

3 *Regulares, in quorum Eccleſia, quis ſepulturam eligit, an ingredi parochiam alicuius ad mortuum*

Digitized by Google

tuum ſuſcipiendum propria auctoritate poſſint.

4 *Sepultura Eccleſiaſt. quinam careant.*

5 *Sepultura locus an vendi poſſit in Eccleſia.*

6 *Sepeliendi ius an vendi poſſit.*

7 *Facultas ſepeliendi an concedi poſſit.*

8 *Beneficium Eccleſiaſt. habens*

9 *Regulares*

10 *Vxor*

11 *Peregrini* } *vbi ſepeliendi ſint.*

12 *Miſſa, aliaque pia opera ſecundum Eccleſiæ ritum fieri debent.*

13 *Cœmeterium Eccleſia parochialis habere debet.*

1 QVARTO † Parochus ſuos parochianos ſepelire debet, hoc enim ius parochiale etiam eſt, vt habetur in Clem. dudum, §. Huiuſmodi eodem, & facit tot. eod. extra de ſepult. & c. ex parte, eodem cum ſimilibus, atque ſic dixit Abb. in Rubr. de paroch. nume. 2. & in c. abolendæ, de ſepult. num. 6. vbi à parocho nihil pro ſepultura, ſeu officio peti poſſe, cum ad hæc obligatus ſit, niſi aliud ſuadeat conſuetudo, c. ad Apoſtolicam, de ſimon.

Hæc autem regula locum habet, vt parochiani etiã ſimiliter ſepeliri in ſua parochia debeant, vbi aliter diſpoſitum non eſt ab ipſis, c. 1. & c. is, qui, & c. licet, de ſepult. lib. 6. Mortuo igitur aliquo etiam extra parochiã, ad ſuam parochialem Eccleſiam deferri debet, cit. c. is qui.

Item locum habet, vbi parochianus inductus à Clericis ſecularibus, vel regularib. iuraſſet vouiſſet, ꝓmiſiſſet, vè aliqua ratione ſe electuram ſepulturam in Eccleſia dictorum, à quibus inductus fuerat, vel iam electam non mutaturum. Alioquin ſi cõtrafiat, ad reſtitutionem corporis, necnon omniũ, quę occaſione ipſius habuerunt intra decem dies faciẽdam obligati ſunt; quibus elapſis ſi non fuerit ſatisfactum, Eccleſia, & Cœmiterium eorum ipſo facto interdicto ſubiecta ſunt, quouſque plenè ſatisfecerint, ita dicitur in c. 1. & ibi DD. de ſepultu. lib. 6. Immo inducentes ad ſepulturam eligendam ſunt ſtatim ipſo facto excommunicati per Clem. fin. de pœnit. Verum, quid, ſi teſtator relinquat anniuerſarium celebrari perpetuo pro anima ſua, & non dicat in qua Eccleſia, vbi celebrabitur? In eccleſia, in qua erit ſepultus; ita enim cõſuetudine ſeruatur. vt inquit Cuman. in conſ. 12. quem refert, ac ſequitur Illuſtriſs. Tuſch. in pract. conclu. in littera A. concluſ. 337.

Poſtremo ſepeliri etiam debent, & eccleſiaſtica ſepultura priuari non poſſunt à creditore, ſi velit ipſum corpus debitoris, vt pignus quoddam, vel ſequeſtrari, donec pecunia ei debita præſtetur, §. hæc autem diſpoſuimus, verſ. Meminimus in Authen. Vt cum de appellat. cognoſc. & idcirco Iudex hanc licentiam dare non debet, ita DD. in l. cũ ſit iniuſtum, C. de ſepult. violat. communiſque opinio hæc eſt, vt teſtatur Viu. in ſua Sylu. opin. 171. Immo nec ſi appellet creditor, ne corpus debitoris ſepeliatur, audiendus eſt, ita Gloſſ. & DD. in c. ex parte, de ſepultur. & Viu. in eodem loco. Et facit l. fi. C. de appel. recip. & Farin. lib. 1. var. quæſt. crim. in tit. de delict. & pœn. quæſt. 20. num. 139. cum ſeq. vbi pœnas etiam recenſet, quas patitur creditor prædicta faciens, & etiam tempore ægritudinis debitorem moleſtia efficiẽs, ita Fario. ibidem, & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Cent. 4. caſ. 387. & pœnæ plures creditorum ob id habentur in l. fi. C. de ſepult. violat. & in Auth. Item qui, eod.

2 Excipitur tamen, † vbi alibi ſepulturam quis ſi ſibi eligiſſet, liberam enim quiſque facultatem habet eligendi ſepulturam, c. 1. de ſepultur. & c. cum quis, eodem lib. 6. & idcirco apud Regulares quiſque poteſt ſepulturam ſibi eligere, vt habetur in Clemen. dudum, de ſepul. & Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in littera P. concluſ. 97. nu. 5. In hoc caſu tamen quartam funerum habere parochus debet, ita Feder. de Sen. in conſ. 253. & conſ. ſequenti, & idem Tuſch. in eadem concluſ. num. 6. Quorum autem quarta hæc ſit habetur in cit. Clem. dudum, §. verum ne parochialis, & ibi Gloſſ. & DD. & Tuſch. in littera I. concl. 27. cum ſequent. In hac quarta vide Addit. Pauin. ad extraua. ſuper Cathedram, de ſepultu. vbi multa huc pertinentia poſuit. Et quamuis quarta dicatur, quandoquidem hæc de iure præſtatur; aliquãdo tantum tertia, & aliquando dimidia tribuitur de conſuetudine, ita Bald. in conſ. 70. lib. 4. quem refert, ac ſequitur Tuſch. in littera Q. concl. 23. qui & in eadem littera conclu. 30. de ſententia Butr. non deberi quartam ait de candelis, & eleemoſynis, quæ dantur de conſuetudine parochis, quando ad ſepulturam corporis inuitantur extra parochiam.

3 Atqui † an Regulares, in quorum Eccleſia quis eligit ſibi ſepulturam, cum proceſſione atque Cruce ingredi parochiã poſſunt inuito Rectore ad mortuum ſuſcipiendum. Oldrad. in conſ. 204. tenuit ipſos poſſe; & hanc opinionem ſequitur Anchar. ob hanc potiſſimum rationem, quod ius liberum ſepeliendi habent, & ita Addit. ad Ioan. Fran.

de

de Pauin. in Extrauag. ſuper Cathedram, in fine.

Contrariam opinionē tenet idem Oldra. in conſ.102.aliàs 103.ſcilicet non poſſe eos inuito Rectore ingredi parochiam prædicta ratione;& hanc opinionem ſeruari teſtatur Zabar.in Clem.dudum,§.Huiuſmodi, nu.3. nam ait non licere leuari funus niſi iubente Sacerdote parochiali, qui etiā incipere debet, verſic. Subuenite, & tutius hoc eſſe inquit ibidem, ne rixarum materia detur. Sequitur etiam Paul.Fuſch.de Viſit.parte prima,cap.25.num.8.nam ait non debere parochiam alterius ingredi ſine licentia parochi, vel Epiſcopi. Idem quoque Rebuff.ibid. & Illuſtriſs.Tuſch in littera P.concluſio.95. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut adeſt conſuetudo, & in hoc caſu ſtabitur ei. Aut non eſt, & tūc poſteriorem ſententiam Oldrad.ſequor, vt ſcilicet ſine licentia parochi non ingrediantur parochiam ad mortuum ſuſcipiendum, quā ſi concedere nollent, tunc contrariam opinionem ſequerer. Hæ igitur opiniones inter ſe ſic conciliandæ mihi videntur. Hodie tamen per Decretum Congregationis Illuſtr. Cardinalium negotijs Epiſcoporum,& Regularium propoſitæ quæſtio hæc ſublata eſt, cautum enim eſt, ne regulares cuiuſcunq; ordinis,& Congregationis vllo modo, etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu parochias cum Cruce, proceſſionaliter, aut aliàs ad deferenda,& leuanda defunctorum funera, intrent, vel leuent,& offerant, niſi vocato, & expectato proprio defuncti parocho, eoque itidem præſente. Si tamen aliter ipſe fieri non conſentiat, & permittat, vel niſi requiſitus venire expreſsè omnino recuſet. Hæc ſacra Congregatio decreuit, quam refert Steph.Quaran.in Sum.Bullar. in verbo, Priuilegia Regular. Vbi quis ergo in Eccleſijs Regularium ſepulturam eligit, decretum hoc ſeruabitur. At quid ſi parochianus alicuius Clerici ſæcularis in alterius parochia ſepulturam eligat, quid tunc ſeruabitur? Planè idem, quod de regularibus decretum eſt ob eandem rationem, argum.c.cum dilecta,de confirm. vtil.vel inutil.& l. illud, ff.ad legem Aquil. Vel diuiſionem prædictā ſequent. Quoad quartam verò, quæ offertur, vbi in alterius parochia quis ſepelitur, parochus defuncti ipſam habere debet, vt in allegato Decreto proximè habetur,& ſupra diximus. Si verò mortuus domicilium in duobus locis habebat, inter vtrunque parochū quarta diuidi debet, c.cum quis, de ſepultu. libro 6.

Secundo . . . . vt in ſua parochia non ſepeliatur, vbi extra eam mortuus eſt, & cōmode ad ipſam deferri nequit, ſic enim habetur in c.fina. eodem libro 6. vbi etſi Religioſi in ſuo Monaſterio ſepeli debent, tamen ſi adeo remoti ſunt ab ipſo, vt cōmode deferri nō poſſint, in alio loco ſepeliri queunt, niſi aliter tacuiſſent. Tunc enim eo deferri debent, quamuis exinterari nō debeant per Extrauag.1.de ſepult inter communes. Qui ergo Romæ mortuus eſt, ibi ſepeliri poterit, niſi aliud elegerit.

Tertiò excipitur, vbi ſine periculo ad ꝓpriam parochiam deferri non poſſet, vt habetur in c is qui, de ſepult. lib.6. tunc enim ſepeliri alibi poteſt. Quare nec bānitus poſt mortem in patriā deferri valet, vt habetur in l.ſecunda, ff.de cadauer. punit.& ibi not. Bartol.

Quartò excipitur, vbi maiores ſui alibi ſepulturam haberent; tunc enim, niſi aliam ſepulturam elegerit, in ſepulcro ſuorum maiorum ſepeliri debet, vt habetur in c. 1. de ſepult.& in c.licet, eodem lib. 6. & c. is, qui habet, eo. Quamuis & tunc quarta parocho debeatur.

4 Quintò † excipiuntur qui Eccleſiaſt.ſepultura carent; nam hi nec in parochia, nec alibi in loco ſacro ſepeliri debent, cuiuſmodi ſunt, qui in torneamentis mortui ſunt, vt in c.1.& c.2.de torneam. Secundo qui in duello, vt in cap.19.ſeſſ.25.de reform.apud Friden.Synod. Tertio, qui ſemel in anno confeſſus non eſt,& in Paſchate Euchariſtiam non ſuſcepit, niſi de conſilio Sacerdotis prorogaſſet.c.omnis, de pœnit. Quarto monachus qui cum peculio ſine licentia Abbatis habita mortuus eſt.c.Monachi, de ſtat. monach. Quinto vſurarij manifeſti, niſi prius ſatisfecerint, vel idoneè cauerint, vt habetur in c. quanquam, de vſur.lib.6. de qua pœna Ego in Tract meo de vſur.cap.34 §.8.cum ſequ. Sexto qui Deum maledixerit, ſi pœnitentiā iniunctam iuxta, c.2.de malef.non adimpleuerit. Septimo excommunicati, notorij, & denunciati, vt probaui in Tract.meo de Cenſur.Tab.2.cap.9.§.5.& §.6.abundè vbi etiā habetur de pœna huiuſmodi ſepelientium. Octauo interdicti notorij,& denunciati, vt habetur in eodem Tract.Tab.5.cap.13.§.4. & cap.1 . §.4.vel ſeparatim, vel generatim, vel per vniuerſitatem interdicti ſint. De pœna ſepelientium hos habetur eadem Tab. 5. cap.1.§.1.num.13. Poſtremò publici peccatores, qui pœnitentiam non egerunt, nec ſigna contritionis dederunt. Item qui ſeipſos occiderunt, c.placuit, 23.quæſtio. quinta.

Excipitur

Excipitur tamen poſtquam ſe quis vulnerauit, ſi ipſum pœnituit. Secundo excipitur, vbi ſe præcipitem dedit, non quo ſe interficeret, ſed quoniam malum ipſi impendens, aliter euitare ſe non poſſit, exempligratia mulier per feneſtras ſe proiecit, vel quo fugeret violare eam volentes, vel ne in manus inimicorum incideret, c. ex parte, a. & ibi Gloſſ. de ſepult. vid. Item de eo, qui in flumine ſe proiecit ob huiuſmodi cauſas. Excipitur deniq; vbi quis reperitur mortuus in puteo, vel laqueo, niſi enim conſter ſeipſum interimiſſe eccleſiaſtica ſepultura priuari non debet, ita Couar. lib. ſecundo, var. reſol. cap. 1. numero 11. & Nauar. in conſ. 7. de ſepultu. non enim præſumitur quis ſe interfeciſſe, l. merito, ff. pro ſoc.

Addo ſepultura carere, qui cum mortifero peccati occiſi ſunt, c. fures, de furt. atque omnes alij relat. à Gloſſ. in c. ex parte, de ſepult. Atqui an locus ſepulturæ vendi poſſit in Eccleſia, vel Cœmiterio. Item an ius ſepeliendi. Tertio, an facultas ſepeliendi dari poſſit in Eccleſia nullo iure tranſlato.

5 Quoad primam quæſtionem † concludo vendi non poſſe, ita vt emptor eius dominus fiat; nam locus ſacer eſt, ſacræ res autē alienari nequeunt, l. inter ſtipulātem. §. ſacram. de verbor. oblig. §. res ſacræ, in Inſtit. de rer. diuiſ. nec auctoritate Epiſcopi alienari poterit; ergo vt ita habetur in c. addendæ, de ſepultu. vbi Abb. & Fuſc. de Viſit. Eccl. lib. 1. cap. 25. num. 10.

6 Quoad ſecundam quæſtionem, † ſcilicet an vendi poſſit, ius ſepeliendi, vide Abb. ac DD. in c. abolendæ, de ſepult. & quæ ego dixi in Tract. de ſimonia, Tabul. 1. cap. 44. §. 2. vbi hanc priuilegi. Hi quæ tamen martiria, vid. Abb. in cit. c. abolendæ eum.

7 Quoad tertiam, † an facultas ſepeliendi in Eccleſia nullo iure tranſlato concedi valeat. Planè à quocunque parocho cōcedi poteſt hac ratione, & ita quotidie ſeruatur, & conſuluit Nauar. in conſil. 1. de ſepult. Quare hac ratione conceduntur loca ad ponenda ſcamna in Eccleſia, & ideo poteſt ab eodem parocho, etiam facultas hæc adimi ad arbitrium ſuum, cum nullum vis transferatur, ſed non mera facultas, ita Abb. in cit. c. abolendæ, & ſcilicet in verb. Sepultura. quæſtione 3. Non etiam præſcribi poteſt locus in Eccleſia, arg §. nullus, in Inſtit. de rer. didiuiſ. atque ſic dixit Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 26. num. 3. Non etiam conſuetudine acquiri eſſet enim onus locis diuinis contra c. 1. de conſuet. ita Fuſch. ibidem nume. 3. Quando autem in ſepultura ſimonia committatur abunde egi in Tract. meo de ſimon. cap. 44. §. 2. num. 8.

8 Verum, † qui beneficium Eccleſiaſt. habet, vbi ſepeliri debet? Planè in ſua Eccleſia,
9 † vt Monaci in ſuis Monaſterijs, c. fin. de ſepult. lib. 6. & Paul. Fuſch. de viſit. Eccl. lib. 1. cap. 25. num. 12. exceptis caſibus iam dictis.
10 Vxor † etiam in ſepultura mariti ſepelietur, nam eius domicilium retinet, & honorē c. is, qui. §. fin. de ſepul. lib. 6. & ſi plures habuit cum vltimo, vt ibidem dicitur, exceptis iam dictis caſibus in primaria regula.
11 Quid de peregrinis? † In ea parochia ſepeliri debent, vbi mortui ſunt, quando alibi ſepulturam non elegerint, ita Feder. de Sen. in conſ. 92. & refert, ac ſequitur Tuſc. in littera P. concluſ. 277. Quæ diximus de ſepultura, locum habent, modo Eccleſia, cœmiterium, vè interdicto generali, ſpecialivè ſubiecta non ſint, non enim tunc in hiſce locis ſepeliri poteſt, vt probaui in Tract. meo de Cenſ. Tab. 5. cap. 9. & cap. 10.

Atqui quod diximus parochum quartam habere debere eorum, quæ dantur, vbi extra parochiam ſepeliuntur, an igitur licet pro funeribus, officis, & vniuerſalibus defunctorū aliquid accipere? Concludendum eſt, non licere communi iure, nam beneficium datur ob hanc rationem, vt probaui quo huiuſmodi officium parochus obeat, ita in eod. Tracta. cap. 44. §. ſecundo, num. 6. cum ſequent. Excipitur tamen vbi quid vltro offertur ab hæredibus, vel ex laudabili conſuetudine, c. ad Apoſtolicam, de ſimon. & vt Ego probaui eodem §. ſecundo, num. ſeptimo. Sublimitatur vbi pauperes eſſent hæredes, & non haberent quid darent, nam nihilominus officia huiuſmodi obeunda ſunt de more Eccleſiæ, ibidem enim, vt dixi, beneficium datur, c. fi. de reſcrip. lib. 6.

12 Suffragia verò viuorum, † ideſt Miſſæ, ſacrificia, preces, aliaque pia opera, quæ pro mortuis fiunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta, piè, ac deuotè fieri debent, ac vt ſic fiant Epiſcopus curare debet, vt habetur apud Trid. Syno. ſeſſ. 25. de Purgatorio, ſic enim inquit, Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorū ſuffragia, miſſarum, ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſinæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta, piè, ac deuotè fiant. Et quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & alijs, qui hoc perſonæ tenentur, diligēter, & accuratè perſoluantur.

Hæc ſancta Synodus, ex quibus propoſita coocluſio habetur.

13 Ex his † patet Eccleſiam parochialẽ Cœmiterium habere debere, ab Epiſcopo benedictum, vt ſuo loco diximus, & vbi nõ eſt in Eccleſia, in qua Chriſti fideles hodie ſepeliuntur, ſed foris occluſum habendum eſt, ne in eis prophanum, quid fiat, ſruitur enim, & ipſum immunitate Eccleſiaſtica. In eo tamen ſepeliri non debet, vbi eſt interdictum, vel ſpeciatim, vel per contiguitatem, quia Eccleſia eſt interdicta, quo caſu & Cœmiterinm contiguum eſt interdictum, c. ſi Ciuitas, de ſenten. excommunica. lib. 6. idem vbi polluta eſt Eccleſia, nam & Cęmiterium pollutum erit, & in eo ſepeliri non poſſent. c. vnic. de conſecr. Eccl. vel altar. Idem ſi interdictum loci adeſt, vt in Tract. meo de Cenſ. Tab. 5. cap. 9. vide, & ſupra dixi.

De Gubernatione Clericorum ſecularium, qui obtinent beneficium curam animarum habens, effectu per ſe, ac proximo, ſed decimoquarto poteſtatis, atq; officij Epiſcopalis, habito reſpectu ad Preces, & ſacrificia, quæ pro populo offerre debet. Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Preces, ac ſacrificia pro ſuo populo parochus offerre debet.*

2 *Pro inſantibus mortuis an orandum ſit.*

3 *Parochus ad ea tenetur, quæ ad ſuum munus obeundum pertinet. Et quid de Capellano.*

4 *Fructus, & emolumenta omnia beneficij ſunt parochi, quoad onera ſubſtinenda.*

1 POSTREMO † Parochus pro ſuo populo preces fundere debet, ac ſacrificia offerre, ita habetur apud Trid. Synodum ſeſſ. 23. de reformat. capit. 1. Cum præcepto diuino (dicitur enim ibi) mandatum ſit omnibus, qnibus animarum cura cõmiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificinm offerre, &c. Ecce hinc haberi pro ſuis parochianis parochum ſacrificia offerre debere, atque preces. Idqne iure meritò, nam cui beneficium Eccleſiaſt. confertur, conſtituitur legatus, & præcator, ſiue interceſſor inte hominem, & Deum, vt dixit Alexan. 1. in c. ipſi Sacerdotes, 1. quæſt. 1. Ipſi Sacerdotes, ait ibi, pro populo interpellant, & peccata populi commedunt, qui ſuis precibus ea delent, atque coosummũt. Idem ſenſit Grat. diſtinct. 49. in prin. vbi inquit, qui ordinantur interceſſores pro populo ad Deum parari. Idem Apoſtolus inquit ad Hæbreos, cap. ſeptimo, ibi Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominib. conſtituitur in his, quę ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, & hoc officium eſt, & munus parochi, propter quod dicitur beneficiũ dari, c. fin. de reſcript. lib. 6. & ita Capic. deciſ. 23. num. 5. & ſanct. Thom. in 3. par. quæſtione 22. art. 1. & quæſt. 26. aart. 1. & Nauar. de Hor. Canon. cap. 18. num. 1. & cap. 21. eodem. Idque meritò decuit enim, & neceſſarium fuit inſtituere Clerũ, qui populi nomine Deum laudaret, & pro beneficijs acceptis aſſiduè gratias ageret, & ſacramẽta adminiſtraret, nam cum munus hoc omnium Reipublicæ Chriſtianæ maximum ſit, & alia omnia munera certos habeant miniſtros, meritò qui diuinis præceſſent, & qui ea adminiſtrarent, Eccleſia habere debuit, atque ſic dixit Nauar. in c. ſi quando, except. 7. numero 2. de reſcript. & in Comment. de Hor. Canon. cap. 21. nume. 2. Item Catechiſmus Roman. de Sacram. ordin. in princ. Quare tam pro viuis, quam pro defunctis ſacrificia offerre debet parochus, & Epiſcopus, vbi diœceſim viſitabit, an hæc fiant, diligenter obſeruabit.

2 Atqui † pro inſantibus baptizatis, qui in ea ætate moriuntur, orandum eſt, & miſſa celebranda? Planè non pro ſalute eorum, mortui enim ſtatim in cœlum euolant. Sed Deo gratiæ pro ipſis agendæ, & pro alijs mortuis fieri debent, ita Nauar. de oratio. capit. 19. concl. 5. num. 65. Non ergo in Memento defunctorum pro infantibus orandum, nec aliæ huiuſmodi preces fundendæ, pro eorum ſalute.

3 Verum † quo ad hæc obeunda neceſſariò multa poſtulantur, an ad ea paranda parochus obligatur? Breuiter concludendum eſt ipſum obligari, argum. l. 2, ff. de iuriſd. omn. iud. Nam beneficium ibi datur, quo eius fru fructibus onera eccleſiæ ſubſtineat, c. pręſenti, §. porrò, de off. ordin. lib. 6. & ita Gloſſ. in verb. Oneribus. Excipitur tamen, vbi conſuctudo contraria eſſet, vt ſcilicet onera alij ſubſtinerent. Hinc Societas Corporis Chriſti Domini multis in locis oleum ſubminiſtrat ad lãpadæ, & cereos ad diuina facienda;

da;

Digitized by Google

da;ſicut etiam ſumptus Concionatoris.

Quid de Capellano ad quæ onera tenetur? Niſi aliàs pactũ interueniat,ad eoa omnes ſumptus tenerur,qui perpetui quodammodu non ſunt, & ſine quibus munus ſuum obire non poteſt.Quare ſuis ſumptib. Adiutorem tenebit,de hoſtijs,& vinu pruſpicier, quæ ad Ebchariſtiam conficiendam,adminiſtrandamq́ue pertinẽt; ſicut etiam ad expurgandam Eccleſiam,veſtes,& vaſa,non aurẽ ad ea reficienda,& ſarciẽda; ſicut nee etiam ad candelas,& ramus oliuarum diſtribuendos,ita ſenſit Nauar.in conſ.4.de ver.ſignif. niſi alias cautum ſit.

4 Quò autem † prædicta munera obire parochus poſſit, fructus, & emolumẽta omnia ſuæ Eccleſiæ habeat,& idcirco tam vrbanorum prædiorum quam ruſticorum, necnon decimas,de quibus ſuo loco diximus, ſicut etiam primitias. Tertiò oblationes, quæ in Eccleſia fiunt,c.quia Sacerdotes, & c. Sanctorum,& c.hanc conſuetudinem, 11.quæſt. prima,Immo quæ offeruntur ad cultum imaginis depictæ in pariete, in laicis priuatim ob miracula intra fines parochiæ ad parochum pertinent,vt inquiunt Anton. & Abb. in rubr.de paroch.Idem Anto. & Abb. in c. paſtoralia,num.2.de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſen.cap.qui Abb.hac de re ſępiſſimè conſultus ſe ita reſpondiſſe teſtatur,& Fely. in c.dilectus,vbi rem hanc pluribus agit,de off.ordin. Idem aſſerit Abb.in allegatis locis de oblationibus factis capellis,& ſacellis ſitis intra ſuam parochiam;& de ijs, quæ in ſua Eccleſia offeruntur aliquo extraneo cebrante ibi vel Capellano,ita Fely.vid.in cit. c.dilectus.Sæpius enim hæc occurrunt.Oblationes igitur prædictæ debentur, niſi præſcriptione,vel conſuetudine aliter eſſet cautum, id quod in curia parochorum contingit, ita Fuſch.de Viſit.Eccleſ.lib.2.capitu.2.nu.15. Vel intentione offerentis,ita Prax. Archiepiſcop.Neapol.cap.71.vbi rem hanc egit. Poſtremo in ſua parochia ſolemnis miſſa cani non poteſt,nec oblationes colligi in præiudicium parochiæ parochi,niſi de licentia Papæ,ita Calder.in conſ.422.alias conſil.6. de relig. dom. quem refert ac ſequitur Illuſtriſs.Tuſch.in littera P.concl.95.numero 6. quare ob hanc rationem, quòd oblationes factæ in parochia ſunt parochi,alij nequeũt mulierem poſt partum admittere in eccleſiam,nec aqua benedicta ædes luſtrare, nec oua paſchatis tempore benedicere,vel nouã domum;nec oblationes facere in Capellis, vel regularis ſint,ita Prax. Archiepiſc.Neapol.cit.cap.71.num.13.

Addo demum è contrario parochianos habere ius petendi ſacramenta, & poſſe decimas denegare,ſi ſacramenta eis non præſtentur,& ſi petantur excipere,quouſq; reſtituat parochianos ad ſacramenta, ita Lap. allegat.67.nume.8. quem refert.ac ſequitur Tuſch.in eadem littera P.conclu.98.Sed de Clericis ſecularibus ſatis,ad Collegia eorundem,& ad Capitula Eccleſiarum Cathedralium tranſeamus.

De gubernatione Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, effectu per ſe,atque ſeptimo Poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XIX.

S V M M A.

1 *Canonici quales eſſe debeant.*
2 *Canonici Eccleſiæ Cathedralis reſidere debent, ſicut etiam alterius Eccleſiæ collegiatæ.*
3 *Pœna Canonicorum, qui non reſident, quæ nam ſit.*
4 *A quo imponatur.*
5 *Fructus, qui adimuntur Canonicis non reſidentibus in quem vſum diſtribuantur.*
6 *An retineri poſſint,antequam priuentur,& quid ſi ex licita cauſa abſint.*

EGIMVS de gubernatione Clericorum ſecularium ſingulorum; nunc agendum eſt de vniuerſitate, & Collegijs eorundem, ideſt de ijs, qui ſunt de Collegio,vel Eccleſiæ Cathedralis, vel alterius Eccleſiæ Collegiatæ, & communiter dicitur Capitulum,de quò quidem Capitulo omiſſis,quæ ad ipſum pertinent viuo Epiſcopo,& quæ pro mortuo ſede vacante agere poſſit, vt œconomum conſtituere, qui fructuum Eccleſiæ vacantis curam gerat;& Vicarium qui ius dicat,vt habetur apud Trid, Synod.ſeſſ.24.de reformat.cap.16. Quãdoquidem præterquam quod iure pluribus in locis de eius poteſtate agitur,vt in tit.ne ſede vacant.in antiq.& ſextò,& in c.1.de Inſtit.lib.6.& c.ſi Epiſcopus, & c. ſeq. de ſupplend.neglig.prælat.eod.liq.6.Clem. ſtatutum,de elect.& c.cum olim,& c.his quæ, de maior.& obed.in antiq.& in ead. c. ad abolendam,de hæret. cum ſimil. & apud Trid. Synod.ſeſſ.7.de reform.cap.10.& ſeſſ.23.de reform. cap. 10. Tractatus plures doctiſſi-

morum virorum extant, & docta Addit. ad Simm. Bullar. Steph. Quaran. in verb. Capitulum, ideſt de Canonicis ipſius, quæ agere debent contemplabimur, præmiſſo tamen prius quales Canonici eſſe debẽt habito reſpectu ad gradum cuiusque.

9 Canonici ergo huiuſmodi † vt rem aggrediamur, partim habent dignitates, vel perſooatus, partim non. Item partim habent curam animarum, partim non habent; ob eam rem qualitates ipſorum breuiter contemplabimur; hoc enim Epiſcopus animaduertere debet, quę & quot dignitates ſint, & an ſignũ quodpiam dignitatis gerant, & an honeſtũ ſit, ac legitimum, item quot alij Canonici, ita Fuſch. de Viſit. Eccleſ. lib. 1. cap. 15. num. 5. cum ſequen. item an Canonici ſupra numerati. Qui igitur dignitatem perſonatum vè habent, ideſt præbendas, vel Canooicatus, qui habent aonexas dignitates, ſeu perſonatus, cuiuſmodi eſt Arimini præpoſitura, vel Archidiaconatus (dignitates enim illæ dicuntur, quæ in initio ſic fuerunt cooſtitutæ, vel poſtea factæ, vel conſuetudine pro talibus habitæ) dignitates igitur huiuſmodi vè perſonatus conferri tantum debent Magiſtris, vel Doctoribus, aut licentiatis in Theologia, aut iure Canonico, ita habetur apud Trid. Synodum ſeſſ. 24. de reſorm. capit. 12. verſ. Hortatur etiam Sancta Synodus, id tamen conſilij eſt, & non præſcripti, hortatur enim vt id fiat, præſertim in Cathedralibus ſingulis.

Qui verò curam animarum habẽt, ætate, moribus, & ſcientia, vt reliquis prædicti eſſe debent, de quibus in c. cum in cunctis, de elect. & ita ſancta Synod. eodem capitu. 12. in initio. Idque Epiſcopus curare debet, vt ſcilicet ſit Canonicus, qui ſacramenta omnibus de diœceſi adminiſtret, qui ad eam veniunt, cum Eccleſia Cathedralis ſit mater omniũ, in reliquis non ſe ingerat, ita Fuſch. de Viſit. lib. primo, cap. 15. num. 36. Si verò curam animarum non habent idonei tamen eſſe debent, & non minores ætate viginti duobus annis, ita Sancta Synod. eodem verſ. Ad cæteras autem dignitates. Atqui an Canonicus beneficium animarum curam habens retinere poteſt? Planè communi iure non; vtrunq; enim reſidentiam poſtulat, & idcirco incompatibilia, & declaratum hoc eſt, ſicut refert Fuſch. de Viſit. lib. 1. cap. 15. num. 22. Excipitur vbi à Romano Pontifice diſpenſatum eſſet, quod conceditur vbi Canonicatus pauper eſt, & beneficiom curatum, eſt in ciuitate, ita Fuſch. ibidem, num. 23. & ita Arimini factum vidi.

Tertio in Eccleſijs Cathedralibus omnib. dimidia pars Canonicorum presbyteri ſint reliqui verò Diaconi, & Subdiaconi, & vbi conſuetudo laudabilior eſſet, vt plures eſſent presbyteri, mandat ſancta Synodus eodem capitu. 12. verſ. In omnibus, id ſeruari. Hoc autem in hanc ſententiam accipitur, vt ſcilicet qui præbendam, quę habet aonexũ ordinem presbyteratus habuerit, presbyteri munere in celebratione miſſarum fungatur. Qui habet præbendam, cui ſit annexus ordo Diaconatus, in celebratione diuinorũ Diaconatus officio, qui præbendam Subdiaconatus habet tantuodem; eſto ipſas habentes presbyteri ſint, ita habetur ſeſſ. 22. de reformat. cap. 4. apud Trid. Synod. ſicut enim de Collegio Cardinalium partim Epiſcopi, partim presbyteri, partim Diaconi ſunt. Quare nemini canonicatus conferri debet, qui in ea ætate non ſit, quam ordo ſuus poſtulat ita Triden. Synod. cit. ſeſſ. 22. de refor mat. cap. 4. & qui Canonicatum adeptus eſt, ſi ordinem non habet, quem poſtulat Canonicatos, infra anoum ſuſcipiet, ita Trid. Synod. eodem cap. 4. idem habetur in Clemen. vt ij, de ætat. & qualit. alioquin punitur iuxta cit. Clem. quia non habet vocem in Capitulo, & dimidiam partem diſtributionum amittit, vt ibi dicitur, & ſancta Synod. confirmauit. Immo vbi non aderunt tales Epiſcopus cũ conſilio Capituli deſignabit prębendas, quibus quiſque ordo annexus eſſe debeat. Idem & in alijs collegiatis Eccleſijs fieri debet, ſcilicet, vt ordinum functiones ij obeant, qui ipſis ordinibus iniciati ſunt. Qui ergo Oſteriatus ordioem habet, hic oſteriatus munera obibit. Qui Lectoratus ordinem habet, lectoratus functiones, & ſic de reliquis ita habetur apud Triden. Syno. ſeſſ. 23. de reform. capit. 17. vbi etiam mandatur, vt ex aliqua parte redituum beneficiorum ſimplicium, vel fabricæ Eccleſiæ ſi ſuperant, eis prouideatur. Ex his ergo patet inſeruientes huiuſmodi emolumentum aliquod habere debere, & facit cap. 16. eadẽ ſeſſ. Ex his colligi poteſt, quid ſentiendum de Clericis alicuius parochię, ad cuius vtilitatem ordines eis collati ſunt, an inſeruire ei habeant, & qua ratione.

Quarto quod ſtatuta facere poſſunt, vt probaui in Tract. meo de Cenſ. Tab. 1. capitulo 9. num. 4. ob eam rem, vt licita ſint, Epiſcopus curare debet, & reicere ipſa, vel conſuetudines, quæ ſunt cõtra Canooes, ita Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquatta, de reformat. cap. 14. & ſeſſ. 22. de obſer. & euitan. in in obſer. miſſ.

Hig

Digitized by Google

His p:ęmiſsis, iam functiones Canonicorum aggrediamur. Primum igitur omnia ea facere & ab ijs omnibus ſe abſtinere debẽt, quæ facere, & à quibus ſe abſtinere communiter Clericos debere antea concluſimus, & idcirco etiam profesſionem fidei, de qua infra plutibus agemus.

2 Secundo † Canonici reſidere debent, vbi Canonicatus habent; idqoe merito, nam diuina officia per ſe, & non per ſubſtitutos obire in Eccleſiam debent, ita Trident. Synod. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. verſ. Omnes verò. & Pius V. in Bulla incip. Cupientes, quæ eſt in ordine 64.

3 Atqui † an puniri posſint, ſi abſint? Planè ſic Num primo anno priuari debent dimidia parte fructuum, quos ratione præbẽdæ, ac reſidentiæ ſuos fecerunt. Si itidem ea negligentia vſi iterum fuerint, omnibus fructibus, quos eodẽ anno lucrati ſunt, priuabuntur. Creſcente contumacia contra eos iuxta ſactorum Canonum conſtitutiones procedetur, ita ſanciuit Triden. Synod. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 12. verſ. Præterea obtinentes ibi. Alioquin primo anno; Cenſuris etiam, necnon pœnis pecuniarijs, arbitrio Epiſcopi, & etiam priuatione beneficiorum, puniri poſſunt, eandem Bullam. Idqne facere poteſt etiam, vt Apoſtol. Sedis delegatus per eandem Bullam. Verum à quo fructibus priuabuntur? Item in quos diſtribuẽtur. Poſtremo ſi non priuẽtur, an retinere ipſos fructus tuta conſcientia poterunt.

4 Quoad primam † Epiſcopus eos priuabit ex quo enim ſancta Synodus mandat, vt puniantur, & priuatio hæc fieri exrerioris eſt, ad Epiſcopum pertinet, vt habetur in cita. Bulla. Cupientes; ſicut diſpẽſatio, vbi diſpenſandi ſimpliciter facultas à iure conceſſa eſt, Epiſcopi permiſſa eſſe intelligitur, vt dixit Innoc. communiter recept. in c. dilectus, de tempor. ordin. & ſic id non facit, peccat, vt inquit Gloſſ. in c. quia, de off. Archid. & Nauar. in conſilio 3. de Cler. non reſid.

5 Quoad alterum † in quos vſus diſtribuentur, vt id dilucidius ſit, ſciendum eſt huiuſmodi fructns triplicis generis eſſe, quidam qui percipiuntur in fine anni ex diſtributionibus maſſæ communis quæ maſſa groſſa dicitur, & ſunt cenſus, & fructus, ſeu decimæ, & alij reditus Eccleſiæ asſignati. Alij fructus ſunt retributiones dictæ, quæ dantur eis, qui Horis Canonicis interfuetint, tertij, qui ex propria præbenda.

Quoad fructus igitur, qni ex maſſa groſſa habentur, ac creſcunt alij Canonicis, ita habetur in c. 1. & ibi not. de Cler. non reſid. & ita Nauar. in conſ. 20. num. 2. de celebrat. miſſ. Quoad fructus verò, qui percipiuntur ex præbenda propria, de quibus in hoc caſu agitur in Eccleſiam, vel pauperes diſtribui debent: non enim poteſt Epiſcopus eos condonare, nec etiam legatus à latere contra decretum Concilij Triden. vt dixit Glo. in c. cum dilectus, 2. de elect. de diſtributionibus quotidianis infra agetur, diſtinctione ſecunda.

6 Quoad tertium † an tuta conſcientia ipſos retinere posſint, concludendum eſt eos id poſſe; nam pœna à iure impoſita in foto conſcientiæ non debetur, niſi Iudicis ſententia interueniat, ita dixit Gloſſ. communiter recept. in c. fraternitas, 12. quæſt. 2. & facit, c. cum ſecundum leges, de hæret. libro 6. & Nauar. in conſ. 3. num. 2. de Cler. non reſid. At hæc eſt pœna, & eſt ipſo iure, ergo. Ex his igitur patet primum caſum, vbi Canonici retinebunt fructus pręb endæ, quando ſcilicet non ſunt ipſis priuati, eſto ptiuari queant.

Secundo retinebunt, nec ipſis priuari poterunt, vbi ſtatuto conſuetudine vè pet tres menſes abeſſe poſſunt, vt habetur in eodem cap. 2. verſ. Non licer vigore, vbi vltra tres menſes abeſſe ſancta Synodus nõ permittit ob ſtatutum, vel conſnetudinem, ergo ſecus pet tres ſaluis nihilominus Eccleſiarum conſuetudinibus, quæ longins ſetuitij tempus requirunt.

Tertiò habebunt vbi ex iuſta cauſa abeſſent. Primò ſi in ſeruitio ſint Epiſcopi, c. de cætero, de Cler. non reſid. (& duo eſſe posſunt, vt dicitur in c. ad audientiam, eodem, vbi verò prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, & nõ Cathedralis eſt, vnũ habere poteſt, ita Abb. in cit. c. de cætero.)

Multomagis, qui Papæ inſeruit per cit. c. ad audientiam, non enim iure hæc per Trid. Synodum correcta ſunt, nam lex generalis, vel poſterior ſit, ſpeciali non derogat, argu. l. in toto iure, ff. de reg. iur. & ita Nauar. in c. 1. de Cler. non reſidend. ſecundo qui itidem ægroti ſunt per cit. c. ad andientiam, nam & tunc diſtributiones quotidianas habere debent; ſicut etiam ſi ſenio confecti non poſsẽt Eccleſiam adire, modo tamen, cum eſſent ſanè teſiderent, & diutius intererant, alias nõ, ita Abb. in conſ. 70. libro 1. quem refert, ac ſeqnitur Illuſtriſs. Tuſch. in littera R. concluſ. 252. Tertiò, qui abſunt, pro vtilitate ſuæ Eccleſiæ, vel Cathedralis, c. ex parte, de Cler. non reſidend. in antiq. & c. 1. eodem libro 6. Quartò, qui cauſa ſtudij abſunt, & ſacræ Theologiæ, ac iuri Pontificio operam dant,

Digitized by Google

dant,c.ſi.de magiſtr. non eoim & hi fructus amittunt,nec licentia Epiſcopi in hoe requiritur,vt conſuetudine vniuerſali id ſeruari teſtatur Abb.in c.tuæ,num.5.de Cleric. non reſideo.& Rebuff.in pract.beneſi.in titu.de diſpen.non reſid.num.25.& Mand.de ſigna. grat.verſ.Iodultum percipiendi fructus, & Addit.ad Stephan.Quaran.in Summ.Bulla, in verb.Reſidentia, verſ. Verum reuocatur in dubium;ex quo enim id à iure habet, fruſtre ab Epiſcopo id petit, l.1, C. de theſaur. lib.10.& hie nec Vicarium relinquere habet,quandoqnidem alij Canoniei Eccleſiæ inſeruiuot,ita Abb.in c.liect,de præben. numero 9.& cit.Addit.ad Summ. Bullar. verſic.Prædicta amplia: quoniam licentia hæc ad quinquennium conceditur per eit.c.fina. prorogare ipſam Epiſcopus non poteſt,ita ſacra Congregatio reſpoodit,vt refert ead. Addit.ad Summ.Bulla.in verſ.Et quoniam. An aotem plures Canonici de eodem Collegio eodem tempore puſſint abeſſe cauſa ſtudij id arbitrabitur Epiſeopus, oam cauere debet,ne diuinus cultus diminuatur,hoe priuilegiu tamen cauſa ſtudij non fruitur, qui non ſtudr, ita ſenſit Abb.in c.fin,de magiſt, & Felyn,oum.3.& eadem Addit. in verb.Limita primo,ſi ob aliam inſtam cauſam reſidere noo puſſent,vt ſupra de parocho diximus,nam & diſtribotiones habebũt, ita Tuſch.in littera R,cooel,251. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Miſſis,atque alijs diuinis officijs Canonici intereſſe debent.*
2 *Statis horis.*
3 *Clara voce recitare diuina officia debent.*
4 *Canonici an faciant,ſi ſumiſſa voce in choro recitent diuinas preces.*
5 *Canonici an ſatisfaciant,ſi altera pars ſuum verſiculum incipiat,antequam altera ſuum expleuerit?*
6 *Canonici an ſatisfaciant,ſi in Choro, dum preces recitantur, rideant, alio vè eorum mens vagetur.*
7 *Punctator curandus.*

§. I.

1 §. Tertio loco † miſſæ ſacris, ſeptemq; Horarum Canonicarum precibus intereſſe debent;nam ob hanc rationem Collegia hoiuſmodi inſtituta ſont,quo ſimul,dum miſſę ſacrum cantu celebratur ſeptemque Hurarum Canonicarum preces,interſint,& vt ordo ſuus poſtulat,munera obire poſſint,pœnis arbitrio Epiſcopi illatis,vt dicitur apud Trident. Syood. ſeſſ.22. de reformatio. capitulo 4.

2 Secundo † ſtatis horis in Eccleſia Cathedrali intereſſe præſcriptæ enim horæ ſunt in huiuſmodi in Eccleſijs Collegiatis, quibus diuina officia prædicta fiant.

3 Tertiò, † clara voce preces recitare debẽt,quo mutuo audiantur; ob hanc enim rationem diuinis intereſſe debent. Verum an ſatisfaciat Cannnicus,qni cum alijs Canonieis io Churo ſubmiſſa voce diuinas preces recitat?Quid ſi vna pars recitantium nõ expectet,vt altera ſuom verſiculũ abſoluerit? Qoid de ijs,qui aut rident,aut dormiũt, aut literas legunt,aut cum vicinis colloquũtur, aut ſi quid erroris ab alijs cummittiuur, eos irrident,per Clerum ambulãt,& oculis huc,
4 illucq́ue vagantur?

Quoad primam quæſtionem † videbatur dicẽdum, qui ſubmiſſa vuce diuinas preces recitat,ſatisfacere.Nam Canonicus tenetur recitare Horas in Choro; & hic ſic recitat, ergo;Atqoi contraria oqinio tenenda eſt,ſcilicet hanc non ſatisfacere. Primum, quooiã Canonicus nun tenetur ſimpliciter horarum Canonicarom preces recitare in Choro; ſed eum alijs alteroatioẽ, ita vt alteroatim vna pars Canonicorum ſoum verſiculum recitet, & altera pars alterum, & ſic alterios partis particeps quiſque ſit, vt habetur io Clemen. prima,de celebra.miſſ.& c.dulenics, eadem io antiq.& nouiſſimè Triden.Syood. eadem ſeſſ.24.de reformat.cap.2.& ita inueterata Eccleſiæ conſuetudine ſeruatur.Atqoi tenetur facere aliquid eum aliqua qualitate non ſatisfacit,ſi agat illod ſine ea qualitate. Hinc qui accuſat aliquem de percuſione facta ſanguinis effuſione, oon reportabit ſententiam pro ſe, ſi probet percuſionem ſine ſanguinis effuſione, vt dixit Abb. in e.licee cauſam,nu.33.de probat. & ſequitur Felyn, nu.78.verſ.Prima regula,vbi pluribos materiam hanc egit.Hinc etiam qui eauere debet ſi nun legitime caueat,nihil faeir,l. quoties, cum ſimil.ff.qui ſatiſd.cogan. Ex quo igitur ſimul recitare debent, non ſatisfaceret, qui eas ſeparatim in Choro recitabit. Idq; merito ſocietas enim quædam eſt, in qua quiſque particeps facit ſocios ſuæ portionis cantus,non igitur æquum eſt,vt alter taeito, altera voce diuina uffieia celebret. Poſtemò, ſi liceret tacito diuinas preces in Choro recitare,ſicot vni licet,ita & alteri, & tertiu ac deinceps omnibus liceret;ex quo nõ maior ratio in vno eſt,quã in alio,ergo eadem iu-

ris

tis diſpoſitio erit,l.à Titio, ff. de furt. & ſic ceſſaret Chorus. Addo ſi hoc daretur, fruſtra in Choro Canonicos venire ;, quod abſurdum eſt. Non igitur ſatisfaciunt, qui tacito Horas Canonicas in Choro recitant. Quare Canonici, qui aut generis nobilitate, aut rerum abundantia dedignantur cum alijs diuinas preces recitare, videant, qua ratione ſuo muneri ſatisfaciant, non enim nobilitas, non rerum abundaotia, & alia excuſant Canonicos à ſuo munere exercendo, vt decreuit Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaſecuoda, de reformat capitulo 4. verſicn. Ij verò ibi quocunque ij priuilegio. Quare Nauar. hos mortiferè peccare aſſeruit, in conſil. decimotertio, de celebrat. miſſ. Ex his patet minus eos ſatisfacere, qoi domi eas recitãt, nam Canonici tenentur recitare in Choro, vt dixi; atqui tenetur in aliquo loco, aliquid facere non ſatisfacit ſi alibi faciant, argum. c. nos quidem, de teſtamen. & ita inquit Nauar. in cit. conſil. decimotertio, de celebrat. miſſ. ergo nec ſic ſatisfaciunt. Etenim qui in aliqua Capella, vel Altari teoetur celebrare miſſæ ſacrum bis, vel ter in hèbdomadam, vel menſem, non ſatisfacit, ſi alibi miſſas celebret, vt iuſra ſuo loco probauimus.

5 Quoad ſecundam † vbi diuinæ preces à Canonicis recitantur alternatim in Choro, an ſatisfaciant ſi vna pars non expectet, vt altera ſuum verſiculũ recitauerit, (hic enim error communis eſt, & in Ciuitatibus, & Villis; nam antequam pars voa canentium dimidiam partem verſiculi recitauetit, altera ſuum inchoauit.) Non ſentio igitur hos ſatisfacere. Tum quod omnes Canonici tenentur totum officium integrum, & permiſſum eſt eis, vt in Choro alternatim illud recitẽt, quo vnaqueque pars participem faciat aliã partem Canonicorum ſuæ portionis, quam recitat, ita vt ſit mutua quadam compeſatio, vt ſcilicet tu audias meum verſiculum à me recitatum, & Ego tuum à te recitatum, & ita hac ratione totum officium recitatur; at ſi tu non expectes, vt partem meam Ego abſoluam; nec Ego, vt tu tuam; neque tu mei particeps eris, qui ooo audis meum verſiculum integrum, & neque Ego tui, qui te inchoantem oon audio, ex quo adhuc meum recito. Tum quod confuſio quædam oritur, dum vna pars eodem tempore verſiculum canit, & alia aliud. Quare Epiſcopi huic errori proſpicere debent, freqnens enim error eſt, & vidi Ego in Veſpertinis Horis recitandis, necnon mortuum officium obeundis; vix enim Clericos continere poteram, ne cum recitantes, quin inchoarent verſiculum ſuum, antequam alteram pars ſuum recitaſſet; ſicut etiam è contrario in altera parte. Hinc Nauar. in Tracta. de Hor. Canon. & multis in locis admonet Epiſcopos, vt à ſuis Eccleſijs vitium hoc auocent.

6 Quoad tertium, † ſcilicet de ijs, qui dum recitare debent, aut rident, aut dormitant, aut literas legunt, aut cum vicinis Canonicis colloquuntur, aut ſi quid erroris ab alijs committitur eos irrident, & quaodoque per Chorum ambulant, vel quoſcunque prætereuntes abeuntesvè intuẽtur, & ad ſummam partem aliquam officij intermittunt, vel minus attente recitant, vel alios impediunt ſuo riſu, & collocutionibus, an ſatisfaciant. Planè non omnino ſatisfaciunt ſuo muneri, vel ſcandalum ſaltem præſentibus præbent. Tum quod laici res ſacras paruipendunt, cum vident hęc fieri à Clericis. Tum quod cum diuinum officium recitare oil aliud ſit, quam in conſpectu Angelorum, vt dixit Regius ille Propheta, Pſalere, immo cum ipſo Deo agere, ipſi verò quaſi rem nullius momenti agant, nihil hoc animaduertunt. In hoc igitur Epiſcopus humanam diligentiam etiam adhibebit, id quod imprimis faciet, vbi cum Canonicis ipſe Horas recitabit, & pręſens erit. Et quæ diximus de Canonicis, eadem, & conſiderandum erit in Cantorib. ſunt enim nonnulli adeo impudentes, ac rediculi, vt dum ſe Deum placaſſe exiſtimant, cum quid cantu per belle recitauerint, totũ contrarium conſequuntur, ipſorum enim tumultu, & riſu, atque oſtentatione non modo Chriſti fidelium pietas excitatur (cuios gratia cantus, & organum inuenta ſunt, ſed contra potius ob quorundam inſolentiam tollitur. In his igitur Epiſcopus, vt expurget Chorum, ne Deum offendant, ſummam diligentiam adhibebit, cenſuris adhibitis, cauendo, ne vitia ea interueniant in diuinis celebrandis, quæ & prohibentur in Clem. 1. de celebr. miſſ.

Verum ſi non interſint, an aliquam pœnã
patiantur? Planè ſic, de qua pœna in ſequen
7 ti agemus † ſi illud addiderimus Punctato-
rem creandum, atque conſtituendum eſſe,
qui notet eos, qui non interſunt diuinis, &
iuret prius ſe fideliter ſuum munus obitu cũ
pœna propoſita ſi in officio non erit, ita Fu-
ſch. de Viſit. Eccl. lib. 1. cap. 15. nu. 29. hic au
tem librum oſtendet, cum Epiſcopo videbi
tur, & ita ſeruari vidi.

SVM-

S V M M A.

1 *Diſtributiones duplicis generis ſunt.*
2 *Diſtributiones cur inuentæ.*
3 *In qua Eccleſia eſſe debeant.*
4 *Diſtributiones vbi multæ ſunt, quid fauendum.*
5 *Diſtributiones qua ratione aſsignandæ habito reſpectu ad horarum canonicarum preces recitandas.*
6 *Diſtributiones quotidianas amittunt, qui diuinis officijs non interſunt; quæ regula quouſuc pateat, declaratur.*
7 *Priuari etiam poſſunt Canonici Canonicatibus creſcente eorum contumacia in non ſeruiendo Eccleſiæ.*

§. II.

§ Pœnæ explieandæ nobis ſunt, quas patiuntur Canonici, vbi ſua munera non obeunt, vel diuinis officijs non interſunt Id quod vt dilucidius fiat, hæc pmittenda ſunt. Primum diſtributiones quotuplices ſint. Deinde, quæ dantur ijs, qui diuinis interſũt, cur inuentæ. Tertiò, in quibus Eccleſijs eſſe debeant. Quarto, vbi nullæ ſunt, vel tenues, ex quibus conſtituendæ. Poſtremo qua ratione aſsignandæ.

1 Quoad primum igitur † diſtributionea duplicis generis ſunt, partim quæ dantur ija qui munus ſpirituale aliquod obeunt, vtpotè, qui miſſam ſolemnem canit, vel Epiſtolã, vel Euangelium, vel Chorum regit, & huiuſmodi, de quibus agitur apud Triden. Synodum ſeſſ. 22. de reforma. cap 3. Id quod declarauit Nauar. in Comment. de Hor. Cano. cap. 21. num 51. verſ. Quæritur autem nunc à nobis. Has autem Canonici amittunt, necnon dominium acquirunt, illis diebus quib. ſua munera non obeunt, quorum gratia inſtitutæ ſunt, & fabricæ Eccleſiæ indiget, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicantur vt dicitur in eod. cap. 3. ſeſſ. 33. Excipitur tamen, vbi qui ea munera obire habẽt. curam animarum extra Ciuitatem in Diœceſi habent, nam & tempore quò in curatu Eccleſia reſident ac Sacramenta adminiſtrant, tũc tanquam præſentes diuinis diſtributionibus non carebunt. Excipitur ſecundo vbi conſuetudo eſſet, vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non ſeruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, ac prouentuum aſcendant, vt habetur eodem capit. 3. Poſtremò excipitur vbi de facto impediretur; vt videbimus in alijs diſtributionibus.

Partim diſtributiones dantur omnibus Canonicis, qui diuinis officijs interſunt, & de his agitur apud Trid. Synodum ſeſſ. 22. de reformat. cap. 3. de quibus hæc videnda ſunt. Primo cur inſtitutæ ſint. Secundo in quibus Eccleſijs eſſe debeant. Tertio vbi nullæ ſunt, vel tenues à quo, vel à quibus inſtituendæ, vel augendę Poſtremò qua ratione ſingulis horis aſsignandæ.

Quoad primam quæſtionem per igitur,
2 † breuiter concludendum eſt inſtitutas eſſe, quo Canonici, ac reliqui Clerici cum diuina celebranda frequenciores, atque prõptiores veniant, & idcirco ob diuinum cultum agendum, ita dixit Abb. in c. licet in 2. notab. de præben. & Helia in Addit. ad cita. c. vnic. de cler. non reſid. & facit Trident. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 3. Alliciuntur enim huiuſmodi diſtributionibus magis, magisque diuina obeunda, nec ſimonia committitur cum imprimis, vt Deo inſeruiant, & munera ſua obeant, vt probaui in Tracta. meo de ſimon. Tab. 1. cap. 9 §. 6. nu. 4.

3 Quoad ſecundum † in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis eſſe debent, ita ſanciuit eadem ſancta Synodus eod. cap. 3.

4 Quoad tertium † vbi nullæ diſtributiones ſunt, vel adeo tenues, vt veriſimiliter cõtemnantur, tertia pars fructuum, dignitatũ, Canonicatuum, perſonatuum, portionum, & officiorum Eccleſiæ Cathedralis, vel collegiatæ ſeparari debet, vt in has quotidianas diſtributiones cõuerti Et ex his patet ab alijs Eccleſijs, & beneficijs, quæ Canonicatibus vnitæ non ſunt, portionem hanc deducendã non eſſe, atque ſic declarauit Sacra Congregatio, eodem cap. 3. ſeſſ 21. Idque meritò ex quo enim canonici ad ipſa diuina officia obligati ſunt, nõ aliorũ beneficiorum fructibus, ſed ſuorum fructuum amiſſione inuitari, ac moueri debent. Poſtremo ſine facto noſtro, & culpa, quod noſtrum eſt, adimi nobis non debet, nec cum alterius iactura quem locupletari, c. locupletari, de reg. iur. lib. 6. & l. id quod noſtrum eſt, ff. eodẽ. Portio hæc autem deduci nõ debet, niſi deductis prius omnibus alijs oneribus, quib. affectum erat ipſum beneficium vel canonicatus. Ergo ſi penſio erit ſoluenda, alia vè onera obeunda, hæc pius deducentur atque ſic ſacra cõgregatio ibidem declarauit. Valor autem fructuum verus ſumetur, & non ſecundum taxam, ita congregatio ibidem.

5 Quoad quartum † huiuſmodi fructus omnibus horarum canonicarum precibus aſsignandi ſunt; nõ enim aliquibus tantum aſſignari

gnari poſſunt, vt ſacra congregatio cenſuit. Debebit igitur aſsignari vna pars matutinis horis, alia pars Primæ, alia Tertiæ; & ita ſingulis horis, vt ſcilicet qui intererit Primæ, tantum habeat, & qui Completorio itidem tantum; & ſic qui miſſæ; & ad ſummam omnibus officijs celebrandis portio aliqua aſſignari debet. Quo autem ſciatur qui diuinis interſit, vel abſit, ex Canonicis vnus, vel plures conſtituetur per aliquod tempus, qui abſentes notent, & ſinguli munus hoc pro ſua vice gerant. Epiſcopus deniq; cogere poteſt procuratores Capituli ad reddendas rationes harum diſtributionum.

6 His præmiſsis † pœnam, quam ſubeunt canonici, vbi diuinis officijs non interſunt explicemus. Priuantur igitur diſtributionibus quotidianis iam dictis, de quibus habetur in c. vnic. de cler. non reſid. lib. 6. & apud Trident. nod. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 3. & ſeſſ. 24. de reformat cap. 12. verſ. Diſtributiones verò priuabuntur, quæ priuatio diſtributionum locum habet etiam in ijs, qui abſunt ſtudiorum gratia de licentia, vtpotè quo Theologiæ operam deut, eſto priuilegio habeant vt poſsint abeſſe, & ſic enim fructus præbēdę habere poſſunt, diſtributionibus tamen carebunt, c. licet, de præben. ita Oldrad. in conſil. 300. Excipitur niſi beneficiū haberet has diſtributiones tantum; & ſequitur Tuſch. in litera D. concl. 514. nu. 3. & Viu. in ſua Sylu. opin. 95.

Secundò nec ipſis dantur, qui Epiſcopo inſeruiūt, duos enim canonicos ſecum habere Epiſcopus poteſt ob vtilitatem Eccleſiæ; & quamuis præbendarum fructus, & hi habeant, non tamen diſtributiones conſequuntur, c. de cætero, verſ. Niſi fortè ſint vectualia, iunct. Gloſſ. de cler. non reſid. & Nauar. in eodem conſ. 2. Non etiam habebit, qui inſeruit ei pro Vicario, Conſiliario, vel à ſecretis, & huiuſmodi. Idem ſi Romano Pont. ita Vic. ibidem.

Tertiò nec canonici facultatem dare poſſunt, vt abſentes eas percipiunt, nō enim remittere ipſis expreſsè, tacitovè queunt, vt habetur eodem capit. 12. verſ. Diſtributiones verò.

Non etiam Epiſcopus concedere ipſas valet, ius enim publicum eſt, quod priuatorum pactis tolli non poteſt, c. ſi diligenti, de foro compet. Quare eſto ſtatutum, conſuetudovè aliqua adeſſet, nihilominus eis carebunt, ita habetur in eodem verſic. Diſtributiones verò. Diſpenſatus autem à Papa, vt in abſentiam fructus percipiat, non tamen has diſtributiones habebit, ita Calder. conſ. 221. alids cap. tunc. de cler. non reſid. Itidem & Tuſch. eadem concluſ. 514. num. 6. vel per aliū ſeruiat, habebit tamen maſſam groſſam. Idem de canonico celebrante miſſam tempore horarum, vel ex deuotione, vel ex obligatione, nam diſtributiones non habebit, niſi à Superiore id ſibi iuſſum eſſet, quod Superior vitare debet. Tantundem aſſeruimus de aſſociante Epiſcopum volentem audire miſſam in alia Eccleſia à Cathedrali, ita declarauit ſacra Congregatio ſuper Cōcilium Trident. vt refert Hierony. Conzzalez. quem refert Addit. ad Summ. Bullar. Steph. Quar. in verb. Diſtributiones quotidianæ.

Excipitur tamen primò, vbi morbo quis impeditus, vt diuina facere non poſsit, vel ſua culpa in morbum incidiſſet; non enim afflicto afflictio eſt addenda, l. diuus, ff. de off. prætor. & ita Couar. lib. 3. var. reſol. capitulo 13. §. 8. verſ. Septimò, quamuis nonnulli cōtrarium ſenſerint de rigore iuris, vt refert ibi Conar. & Tuſch. de Viſit. Eccl. lib. 1. capit. 20. num. 26. Vel alia corporali neceſsitate præmeretur, vt ſi à latronibus captus, vel à Ciuitate iniuſtè expulſus eſſet, vel detineretur iniuſtè à Iudice vbi innocens iudicatus eſt, ita Nauar. in conſ. 10. & 11. de cler. non reſid. per c. 1. eodem lib. 1. Quare & ea quæ pro anniuerſalib. defunctorum tribuuntur, & horum partim ſuam habebit, & hæc locum habent, vel ea inditia anteceſſerint, quæ ad ipſum tegendum ſat eſſent, modo innocēs iniudicatus, & abſolutus ſit. Idem vel in primo iudicio condemnatoriam ſententiam reportauerit, ſed per appellationē fuerit reuocata, & fuerit abſolutus, & ad priſtinam famam reſtitutus; quandoquidem, qui appellauit, non dicitur condemnatus, l. 2. §. fin. ff. de pœn. & facit l. 1. ff. ad Turpil. ita habetur in Summ. Bullar. Steph. Quaran. in verbo, Diſtributiones quotidianæ, & Nauar. in eodem conſil. 10. & 11. & ad Summam vbi facto impeditur, quominus diuinis interſit, diſtributiones quotidianas habebit, ita de ægroto, & alijs impedimentis detento habetur in cit. c. vnic. de cler. non reſid. lib. 6. quæ tamen vera ſunt, vbi alias conſueuiſſent diuinis intereſſe, quando poterat, ſecus ſi non conſueuiſſent, nam nec tunc ipſas habebit.

Secundo excipitur vbi ex præcepto Superioris abeſſet, nā diſtributionibus hiſce non carebit, ita Couar. var. reſolut. lib. 6. cap. 13. num. 8. & Illuſtriſs. Tuſch. in littera D. concluſ. 514. num. 8. cum ſequent. Quare ſi ad Concilium Synodale iuerit, habebit diſtri-

butiones,nam ad ipſum ire cogitur, cap.2. ſeſſ.24.de reſor.apud Trid. Synod.

Tertiò excipitur Canonicus Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis; nam vbi in Eccleſia confesſiones audit,tunc in Choro præsẽs eſſe cenſetur,& idcirco diſtribntiones prædictas lucratur,ita habetur apud Trid. Synod.ſeſſ.24.de reformat. capit.8.verſicu. In omnibus.

Quarto excipitur, vbi abeſſet ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem,ob cit.c.vnic.de cleric.non reſid.

Verum quibus accreſcent hæc diſtributiones? Ijs planè,qui diuinis interſunt,vt colligitur ex eadem ſancta Synod.ſeſſ.23.de reforma.cap.3.verſ.Quæ inter dignitates obtinentes,& ſi ſit Canonicus ſuper nnmerum, modo non ſit receptus ſine præiudicio antiquorum,ita Illuſtr.Tuſc.in cit.littera D.concluſ.514.num.11.Hæc autem diſtributiones quod propter operas perſonales tribuũtur; de ipſis Clerici teſtamentum facere poſſunt, ita Gemin.in conſ.85.& idem Tuſch in littera D.concluſ. 512. Quare ob eandem rationem valorem beneficij non augẽt,ex quo etiam incertæ ſunt,& ideo in expresſione valoris beneficij non exprimuntur, ita Oldra. in conſ.118.quem refert,ac ſequitur Tuſch, in eadem littera D.concl.513.& ob hanc rationem etiam,vbi locantur beneficij fructus diſtributiones huiuſmodi non comprehenduntur,ita Oldrad in conſ.129.

7 Poſtrema pœna † eſt, quoniam creſcente contumacia non ſeruientium cõtra eos iuxta iuris,& ſacrorum Canonnm diſpoſitionẽ procedi poteſt,etiam ad priuationem Canonicatus,ita Trid.Synod.ſeſſ.21.de reformat. cap. 3.& ſeſſ.24.de reformat.cap.21.verſic. Præterea obtinentibus.Ex his,quæ diximus duo habemus,quæ Canonici facere debent. Primum reſidere. Alterum dininis officijs recitandis intereſſe,iam alia eorum munera explicemus,ſi prius explicauerimus,& Epiſcopum diebus feſtis ſcilicet Dominicis intereſſe debere diuinis officijs cum Canonicis,c.Epiſcopus,iunct.Gloſſ. de conſecr. diſtinct.tertia.Atqui an canere debet? Planè poteſt ita Sanctisſimi Viri ſeruarunt, non tamen cantu Muſico,grauitatem enim, quam ſeruare debet,non conſeruaret; De conſuetudine tamen non canit, quod & mihi non diſplicet,modo meditetur, quæ cantu celebrantur.

S V M M A.

1 *Epiſcopo miſſæ ſacrum facienti, Pontificaliaque exercenti aſſiſtere, atque inſeruire Canonici debent.*

§. III.

1 §. † Poſtremò Epiſcopo celebranti,aut alia pontificatia exercenti aſſiſtere, & inſeruire Canonici debent,ita dixit Triden. Synod.ſeſſ.vigeſimaquarta, de reformatio. capitu.duodecimo,verſicu. Et Epiſcopo celebranti,quare dum miſſæ ſacrum celebrat ſolemniter, Canonici aſſiſtere debent. Item & dum ordinationes facit ſacrorum ordinum in Eccleſia Cathedrali,ita Triden. Synod.ſeſſ.vigeſimatertia, de reformat. capitulo 8. Ad alia etiam teuentur, de quibus ſupra in initio generatim egimus.

Hæc quæ diximus de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis,eadem aſſerimus de Canonicis alterius Eccleſiæ collegiatæ, nam vt ipſi ad reſidentiam,& ad horas canonicas ſtatis horis recitandas impellẽdi ſunt,niſi Collegiata eſſet ruralis, ac deſtituta, in qua antea nunquam poſt hominum memoriam ſolitũ ſit reſideri;& Canonicos non habentes aliunde vnde viuant, alere non poſſet, ita Sacra Congregatio cenſuit,vt refert Addit.ad Stephan.Quaran.in Summ.Bullar.in verb.Horæ Canonicæ. Item,vbi Capitulum congregatur b in eo vocem non habet, qui ſaltem Subdiaconatus ordinem non eſt conſecutus,vel alij Canonici eum admittant,ita Trident.Synod.ſeſſ. vigeſimaſecunda,de reformat.capitu.quarto.Poſtremò vbi extra viſitationem procedit Epiſcopus contra Canonicos. Seruatur diſpoſitio Trident. Synod. ſeſſ.vigeſimaſecunda,de reformat. capitulo ſexto,verſic.Quid ſi aliquid. Feſtisque diebus Capitulum non fiat,argum.c.placita ſecularia, decimaquinta quæſtione quarta. Sed de Canonicis hactenus ad Regulares tranſeamus.

De Gubernatione Regularium, effectu per ſe, atque octauo poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XX.

S V M M A.

1 *Epiſcopi in Regulares iuriſdictionem non habent caſibus quibuſdam exceptis.*

a *Regu-*

2 *Regulares qui pænitentiam Clericis ſecularibus, laicisvè adminiſtrare volunt ab Epiſcopo pænitentis probati eſſe debent.*
3 *Decretum Pij V. de approbatione Regularium ad confeſſiones, necnon declaratio ſacræ Congregationis Concilij referuntur.*
4 *Regulares ſemel approbati ad confeſſiones examinari iterum non poſſunt, niſi à ſucceſſore.*
5 *Regulares in omnibus probati eſſe debent ad confeſſiones quò omnibus pænitentiam adminiſtrent.*
6 *Declaratio ſacræ Congregationis refertur, quoad probationem generalem Regularium quoad Confeſſiones.*
7 *Regularis approbatus in vna diœceſi, in alia probatus non intelligitur.*
8 *Regularis approbatus ad confeſſiones ſimpliciter à caſibus reſeruatis abſoluere non poteſt.*
9 *Regularis approbatus in vna diœceſi ad confeſſionem, an alterius diœceſis ad ſe venientes, abſoluere poſſit.*
10 *Regulares an alia ſacramenta ſecularibus adminiſtrare poſſint.*
11 *Bulla Leonis X. refertur de Regularibus quo ad adminiſtrationem aliorum ſacramentorum.*

QVINTO agendum eſt de gubernatione Regularium habito reſpectu ad ipſos Epiſcopos, & quamuis olim omnia Monaſteria, ſiue Monachorom, ſiue Monialium, omniumque denique hominum genus, qui in diœceſi erant, de iure canonico ſub Epiſcopi gubernatione, atq; cura eſſent per ſe in ſpiritualibus laici, io omnibus clerici ſeculares, ſeu regulares, c. obitum, diſtinctio. 61. & c. omnes baſylicæ, cum ſeq. 16. quæſt. ſeptima, c. Monaſteria, & c. Abbatibus, & c. ſeq. 18. quæſt. 2. & c. 1. de off. ordin. in antiq. & c. Epiſcopus, eodem lib. 6. & c. cum olim, de præſcrip. & c. cum venerabi-
1 libus, de except. † Hodie tamen caſibus quibuſdam exceptis ab ordinariorum iuriſdictione Regulares exempti ſunt fere in omnibus, vt tradidit Qoinct. Mand. in Tract. de ſignat. grat. in verb. Exceptiones ab Epiſcopis. Id quod ſuit factum ob id, quòd ab Epiſcopis malè tractarentur, vt habetur in c. nimis iniqua, de exceſſ. præla. & io Clem. vnic. eodem, ob eam rem, quòd in aliquibus tantum caſibus curam eorum Epiſcopos habet atque iuriſdictionem, ob id hos caſus breuiter recenſeamus.
2 Primum igitur † Regulares, vbi Sacramentum pœnitentiæ clericis ſæcularibus, laicisvè adminiſtrare volũt, prius probati eſſe ab Epiſcopo eius loci debent, vbi pœnitentes audiunt, ita habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 15. Id quod locum habet, vel in Theologia Doctores ſint, ita declarauit Pius Quintus, vt refert Steph. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. confeſſor, pagina mihi 167. cuius declarationis verba hæc ſunt.
3 Declaramus † Decretum Concilij Trid. de approbatione Regularium audiendis cõfeſſionibus ſecularium præpoſitorum ab Epiſcopis facienda obſeruari debere in omnibus Regularibus quoruinuis ordinum, etiam Mendicantium, etiam ſub Regulari diſciplina viuentibus, etiam ſi ſint Doctores, aot in Theologia, etiam de Superiorum ſuorum licentia gradnati, & promoti, vel à ſuis magiſtris Generalibus, vel Prouincialib. miniſtris ſecularium confeſſionibus audiẽdis expoſiti Volumus tamen eos, qui ſemel ab Epiſcopo in ciuitate, & in diœceſib. ſuis præuio examine probati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum non examinari; ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro maiori cõſcientiæ ſuæ quiete examinari de nouo poterunt, vt patet ex eius cõſtitutione Romæ publicata die 22. Auguſti 1571. incip. Romani Pontificis in Bullar. pag. 1131. Hæc ſunt verba declarationis Pij Quinti, quæ non fuitreoocata à Gregor. XIII. per reductionem priuilegiorũ Regularium ad terminos Concilij Trident. vt refert idem Steph. Quarant. ibidem. Eandem declarationem Congregatio Concilij interpres ſeruandam cenſuit, ſeſſ. 23. de reformat. cap. 15. cuius verba hæc ſunt, Cõgregatio Concilij cenſuit Regulares ad audiendas in ciuitate, & diœceſi ſæcularium cõfeſſiones ſemel ab Epiſcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Epiſcopo nõ eſſe examinandos.

Cæterum à ſucceſſore poſſe vtique examinari iuxta conſtitutionem Sanctæ Memor. Pij Quinti, datam octauo idus Auguſt. Pontificatus illios anno 6. quæ à Fel. Recor. Gregor. XIII. non eſt reuocata per redactionem priuilegiorum Regularium ad terminos Cõcilij Trident. Ex his patet Regulares ſacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare nõ poſſe ſecularibus, niſi ab Ordinario loci probati
4 ſint. † Secundo ſemel approbatus ab Ordinario, ab eodem amplius probari non debere, eſto ab eius ſucceſſore examioari poſſit, vt habetur ex dictis.
5 Secundò † quu generaliter in diœceſi omnibus ſecularibus, tam clericis, quam laicis ſacramentum hoc adminiſtrare queũt, probati generaliter eſſe debent, abſque limitatione temporis, locorum, atque perſonarum

vbi idonei reperti fuerint;in reliqnis, qui adeo idonei non reperiuntur, iuxta arbitriũ Ordinarij fiet,ita declarauit ſacra Congregatio Regularium ſuper Regul. die 2. Iulij 1587.vt refert Steph.Quaran.in Summ.Bullar. in verb. Priuilegia Regularium, pagina 385.Sacræ Congregationis autem verba ſunt hæc.

6 Regulares † qui qnoad confeſſiones audiendas idoeni generaliter ab Ordinarijs, eorumque examinatoribus reperti & probati fuerint,generaliter quoque,& indiſtinctè, abſque alia limitatione temporis,certorũq; locorum,aut generis perſonarum admittantur in diœceſi propria. De cæteris vero qui non adeò idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti arbitrio Ordinariorum relinquitur ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare,& admittere. Qui autem in domibus laicorum confeſſiones ex cauſa audierint; ſtatim parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confeſſionis pro Medico adueniente relinquere. Ex his antecedentia probantur.Simul etiam inde habetur,vbi generaliter pro idoneis probati ſunt generatim admittendos eſſe,& arbitrium Epiſcopi eorum poteſtatem non coarctandam,ita Ioan. Bapt.Confett.in Sum.priuileg.Mend. in tit. 17.cap.5.Immo nec ſuſpendi ab ea poteſtate poſſe habita à iure poſt probationem, & ob exemptionem,ita Confett.eodem verſic. Septima,qui etiam ait in officio delinquẽte non poſſe ab Epiſcopo puniri in domib.laicorum,vbi confeſſiones audiunt,vtpote qã ſunt ægroti,admonere ſtatim parochũ debere,& fidem auditæ confeſſionis pro Medico adiueniente relinqnere. Verum an approbatus in vna diœceſi in omnibus alijs diœceſibus probatus erit? Item an abſoluere poterit Regularis approbatus à caſibus reſeruatis.Tertiò an alinnde veniẽtes,& extraneos abſoluere poſſunt?

7 Qnoad primam quæſtionem † pro certo habendum eſt approbatum Regularem ab vno Ordinario,non intelligi approbatũ ab omnibus Ordinatijs. Nam per Clem. dudũ §.in Eccleſijs autem,de ſepulr.præſentatio, & approbatio fieri debet Ordinatio eius diœceſis,vbi Sacramentum boc adminiſtratur,ergo,& diſpoſitio Triden.Synod.ſeſſ.23. de reformat.capit.15.quæ declarat ius antiquum, atque coarctat ſecundum ius antiquum accipi debet,atque ſic aſſeruit Hiero. à Sorbo.in Compend.priuileg Fratr.Minor, in verb.Abſolutio quò ad ſæculares,pagina 54.contra Cordubam,qui contrariũ aſſerit, & malè.Probatio autem prædicta non tribuit ordinis poteſtatem, vt ſenſit Trid.Synodus ſeſſ. 23.de reform.cap.15.ſed ſolum per examẽ probatum habilem declarat, ita Confett.eod.tit.17.cap.4.

8 Quoad ſecundam quæſtionem, † breuiter etiam concludo à caſibus reſeruatis per eã ſimplicem approbationem regulares abſoluere non poſſe Idque meritò,nam nec parochi, qui habent iuriſdictionem ordinariam fauorabiliorem ipſa delegata, quam habẽt hi Regulares,facultate hac vtuntur,cit. Clemen.dudum,§.per huiuſmodi autem cõceſſionem iunct.Gloſſ. Poſtremo approbatio, hæc eſt generalis; & per conceſſionem generalem non complectuntur caſus reſeruati,c. 1.de pœniten lib.6.

Addo demum per Decretum Clementis VIII.quod infra ſuo loco referemus,expreſſè licentiam hanc concedi debere, id quod non fit per generalem illam conceſſionem. Nec obſtant priuilegia plura conceſſa,quandoquidem ſunt omnia reuocara, vt reſpondit ſacra Congregatio Triden.Synod.interpres,ac refertur in Compend.priuileg.Frac. Minor.in ver.caſus reſeruati,pag 1 o.caſib. quibuſdam exceptis,vt infra ſuo loco videbimus.Et de quæſt.hac ſatis.

9 Quoad tertiam † an abſoluere poſſint pœnitentes alterius diœceſis ab ea,in qua probati ſunt.Breuiter item concludo id poſſe, vbi ad ſuas Eccleſias veniunt; & hoc per priuilegium Leonis X.quod referr Steph.Quaran.in Summ.Bullar.in verb.Confeſſor, pagina 167.& habetur in Bulla pag. 217. Sed de pœnitentiæ Sacramento hactenus, ſi addiderimus licentiam hanc non tolli morte Epiſcopi,& alibi ſæpè aſſetuimus,& ita Cõfett.eodem tit.cap.quinto. Ex cauſa tamen reuocari poteſt,ita DD.in Clem.dudum, de ſepult.& Prax.Archiepiſc.Neap.capitu.58. in fine.

10 Atqui an aliæ Sacramenta † Regulares ſecularibus adminiſtrare poſſint?Sacroſanctam Euchariſtiam in ſuis Eccleſijs adminiſtrare laicis, quouis anni tempore die Paſchatis excepto poſſunt,& hoc per priuilegium Leonis X.per Bullam incip.Dum inter mentis arcana,& habetur in Compend.priuileg Fratt. Minor.in verb. Communicare, §.9.& §.10.& ita etiam Nauar.in Man.capitulo vigeſimoprimo,num.32.Alia verò Sacramenta dare nequeunt,niſi eis quib. proprius Sacerdos denegauit, modo doceatur denegationem ſine legitima cauſa factũ eſſe vicinorum teſtimonio probatam,vel per publicum Notarium per eandem Bullam Leonis

11 nis, cuius verba hæc ſunt. † Quod ipſi Fratres forenſium confeſsiones audire valeant, laicos tamen, vt clericos ſeculares à ſententijs ab homine latis nullatenus abſoluere poſsint.

Euchariſtiæ verò, & Extremæ Vnctionis aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium confeſsiones audierint, dicentibus propriũ Sacerdotem illa ſibi dare denegare; dare nequeunt, niſi denegatio ſine legitima cauſa facta vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio coram notario publico facta doceretur eorundem verò fratrum obſequia inſiſtentibus Sacramẽta huiuſmodi nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorum durante obſequio. Hæc ibi ex quibus propoſita probantur. Excipio tamen ſacramentum Matrimonij, & nuptiarum benedictionẽ; nam nullus Regularis clericus, vel ſecularis quocunque priuilegio, conſuetudineve extante ſponſos matrimonio iungere, aut benedicere poteſt, alioquin ipſo facto ſuſpenſis eſt, ad arbitriũ Ordinarij proprij parochi, vt habetur apud Triden. Synodum ſeſſ. 24. reformat. capit. 1. Quid ſi quis parochus. at quid ſi parochus hæc denegaret? fortaſſe ob Bullam prædictã poterit. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ordines ſuſcepturi regulares ab Epiſcopo loci, vbi habitant, accipere eos debent.*

2 *Interſtitij, ſeu in interſtitijs temporis ordinum diſpenſat Epiſcopus cum regularibus.*

3 *Conſecrari Regularium Eccleſiæ, & altaria, & cæmiteria benedici, & in erectione eccleſiæ primus lapis poni ab Epiſcopo loci debent.*

§. I.

1 §. Secundo loco Regulares ſuſcipere ordines ab Epiſcopo loci debent, vbi habitant, vt habetur in c. veniens, & ibi Abb. ac DD. not. de præſcriptio. Excipitur, vbi eſſet abſens diœceſanus vel ſine cauſa rationabili Epiſcopus, vel eius Vicarius denegaret, ita ſacra Congregatio declarauit, vt refert Steph. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Priuilegia Regul. pagin. 383. ſic enim dicitur in eo Decreto. Quoque Fratres ipſi ad ordinia promouendi per Ordinarios de Grammatica, & ſufficientia examinari, & dummodo competenter reſpondeant per eoſdem Ordinarios liberè admitti, vt nullatenus in eorũ eccleſijs, ſeu domibus, aut alijs eorum locis ab alio, quam à diœceſano Epiſcopo, vel eius Vicario ſuper hoc cum debita reuerentia requiſito, & abſque rationabili cauſa cõtradicẽte, vel eo à diœceſi abſente ad dictos ordines promoueri debeãt. Hæc ibi, ex quibus patet, à quibus regulares Ordines ſuſcipere habeant, & à quibus etiam examinari de ſcientia, & in hoc nullum priuilegium eis prodeſt, vt habetur apud Trident. Syno. ſeſſ. 23. de reform. capit. 12. Sic enim dicitur ibi regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur priuilegijs quibuſcunq; quoad penitus excluſis. Hæc ſancta Synodus. Habita igitur licentia à ſuis Superioribus ab Ordinario loci ordines ſuſcipient, vt dixi. Excipitur etiã vbi Epiſcopus, vt Catholicus non eſſet, vel gratiam Sedis Apoſtol. non haberet, vel gratis conferre nollet, tunc enim ab alio ſuſcipere libere poſſunt, vt habetur in c. veniens, de præſcript.

2 Verum quod interſtitijs temporum ſeruatis ordines conferri debent, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 13. & cap. ſequent. quæ interſtitia in Regularib. etiam ſeruari debent, vt aſſeruit Emanuel. Rodriquez. quem refert, ac ſequitur Hieron. à Sorb. in Compend. Fratr. Minor. in verbo, Ordines Sacri, pag. 277. & hoc per Bullam Sixti Quinti contra male promotos ob eam rem in ipſis interſtitijs Epiſcopus cum Regularibus diſpenſare poteſt, non autem eorum Prælati, idque per verba Concilij, nam in cap. 11. dicitur Minores ordines ijs, qui ſaltem linguam latinam intelligant per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videbitur, conferantur. Ecce hic in arbitrio Epiſcopi collocatum eſſe diſpenſationem interſtitionum. Idem in fine dicitur de Ordinibus ſacris. Idem in capitu. 13. verſ. Niſi aliud Epiſcopo videatur. Ex quo agitur ſancta Synodus in diſpenſatione hac Epiſcopi ſemper mentionem facit, ergo ad Epiſcopum id pertinere concludendum eſt. Etenim, & vt ibi datur facultas eligendi ſibi Confeſſarium per Ordinarium approbatũ, de approbato ab Epiſcopo intelligitur, atq; ſic aſſeruit idem Emanuel. Rodriquez. quẽ refert, ac ſequitur idem Hieron. à Sorb. verſ. Quoad ſecundum, atque ſic reſponſum fuit à ſacra Congreg. Concil. vt refert Ioan. Bap. Confett. in Summ. priuil. Mendicau. titu. 15. cap. 3. pag. 351. quare rogare debent Epiſcopos ipſi regulares, vt diſpẽſent cauſa propoſita. Hæc autem locum non habent in ordinibus Minoribus, vbi à ſuo Abbate hos ordines ſuſcipiunt.

3 Tertio ab Epiſcopo † loci Regularium Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ,atque altaria conſecrari,& cœmiteria benedici debent;ſicut etiam In erectione Eccleſiæ primus lapis imponi. Excipitur tamen vbi Ordinarius bis,aut ter cum debitis reuerentia,& inſtantia requiſitus ſine legitima cauſa id recuſauerit; tunc enim poſſunt alium Epiſcopum ſummere,qui hæc faciat, vt habetur in Decreto Sacræ Congregationis,quod refert idem Stepha. Quar.in Sum. Bullar.in verb.Priuilegia Regul. pag.385. verſ.Nec ab alieno Epiſcopo. Sed de his hactenus ad alia transeamus.

S V M M A.

1 *Concionari in ſuis Eccleſiis Regulares non poſſunt antequam benedictionem ab Epiſcopo loci habeant.*

2 *In alijs Eccleſiis ſine licentia Epiſcopi nequeunt.*

3 *Concionator ſi errores,aut ſcandala ſeminet Epiſcopus ei prædicationem interdicat,& quid iuris ſi hæreſes prædicet.*

4 *Proceſſionibus publicis Regulares intereſſe debent,quæ regula quouſque pateat debetur.*

5 *Proceſſionibus qui regulares intereſſe non coguntur.*

6 *Proceſſiones publicæ,quæ nam ſint.*

§. II.

1 §Quarto † Regulares, vbi in ſuis Eccleſijs concionari volunt,prius benedictionem
2 ab Epiſcopo loci habere debent. † Vbi vero in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt,vel Clericorum,vel ſecularium præter benedictionem licentia ab Ordinario loci poſtulatur,ita Trid.Synod.ſanciuit, ſeſſ. 5. de reformat.capit.ſecundo.Regulares verò cuiuſque ordinis(dicitur enim ibi)niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati,& probati fuerint.ac de licentia eorum in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare non poſſint;cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In eccleſijs verò quæ ſuorum Ordinum non ſunt vltra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur,ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum ordinum nullo modo prædicare poſſint;ipſam autem licentiã gratis Epiſcopi concedant. Hæc ibi ex quibus correctam eſſe diſpoſitionem Clem.dudum §.in Eccleſija autem,de ſepult.colligitur per quam permittebatur Regularibus prædicare in Eccleſijs parochialibus, vbi inuitati eſſent,vel vocati à parochialibus Sacerdotib. & de licentia,& conſenſu ipſorum prædicarent. Non enim hodie p diſpoſitionem Triden.Synod.licentia parochi ſat eſt,ſed Epiſcopi licentia poſtulatur. Correctum etiam videtur in eadem Clem.§.Nos autem, verſ. Vt dictorum ordinum fratres, quo in loco permittebatur,vt in ſuis Eccleſijs,ſuiſque locis,ac in plateis publicia liberè prædicarẽt, ex quo enim nũ poſſunt in ſuis Eccleſijs prædicare non habita benedictione Epiſcopi, in alijs verò locis ſine eiuſdem licentia, iure meritò,nec in publicis plateis,id poterũt ſine licentia.

3 Secundo † ſi errores,aut ſcandala prædicent, vbicunque id faciunt pradicationem eis interdicere Epiſcopus debet.

Poſtremò ſi hæreſes prædicet, vel prædicator ſe exemptum aſſerat, vti Apoſtolicæ Sedia delegatus,vt ius poſtulat contra eum procedet, vt habetur apud Trid. Synodum eadem ſeſſ.capitulo ſecundo, 2.verſicu.Si verò,quod abſit.

4 Quinto † apud publicas proceſſiones vocati tam ipſi Regulares,quam Seculares Clerici quicunque etiam Monachi exempti venire debent, ita Capell. Tboloſ. deciſ.484. vbi ait ab Epiſcopo Religioſos Ciuitatis ad id compelli poſſe,per Concilium Trid. compelli poſſunt, quod tollit omnia priuilegia ei repugnantia,ſeſſ. vigeſimaquinta, de regul.cap.fin & ita Prax.Neapol.cap.58. numum.9.Et quamuis Addit.ad eam dubitauerit,dubitationem tamen hodie id nõ habet. Quandoquidem per Trident.Synod. hodie hoc cautum eſt,ſeſſ. vigeſimaquinta,de reg. cap.13. Sic enim inquit ibi, Exempti autem omnes tam Clerici ſeculares,quam Regulares,quicunque etiam Monachi ad publicas proceſſiones vocati accedere compellãtur; his tantum exceptis,qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt.Hæc ſancta Synodus, ex quibus propoſita concluſio habetur. Quare Caldar.opinio improbanda eſt, qui exemptos ad id non teneri aſſeruit in conſil.393. alias conſ.8.de regul. Et quando contingit ſæpius in proceſſionibus contendi de præcedentia,Epiſcopus in hoc iuriſdictionem habet etiam in regulares, per Trident.Synod. eadem ſeſſ.cap.13. Quare Epiſcopus iuxta Bullam Gregor.XIII. poſitum ſupra capitulo 11.num.7.arbitrabitur,& ita Ioan.Bapt. Confett.in Summ. Priuil. Mend.capitulo 5. pag.383.

5 Excipitur † tamen primo,qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuũt, vt habetur in eod. capitu.13.

Secundo excipiuntur Regulares, qui vl-

tra

tra medium milliare à Ciuitate abſunt, ita habetur in Decreto Sacre Congregationis ſuper intelligentia,& obſeruatione cap. 12. & cap.13.Trident.Synodum ſeſſ.,vigeſimaquinta,de regul.& ita refert Addit. ad Sum. Bullar.Stephan.Quaran.in verb.;Præcedentia.pag.378.verſ.Verum non obſtante.

Tertio excipiuntur,qui haberent ex priuilegio, vt non teneantur ad proceſsiones ire,vel ſemel iuerint,vel ſæpius, non tamen tenentur.Tum quod priuilegium eſt facultatis,& poſſunt ire,ſi velint,alias non.Tū quod precario veniſſe videntur ab Epiſcopo vocati.& idcirco nullum ius Epiſcopo quæſitum eſt,ita Calder.in conſil.8.de regul.quem ſequitur Felyn.in c.dilectus,nu.7.de off.ordi. & eodem Addit.ad Steph.Quar.eod.in loco verſ.Au in caſu,quoad orationes autem 40. Horarum in ſuis,& non in alienis Eccl.facere tenentur,ita ſacra Congr. vt refert Prax. Archiepiſcop.Neapolitan.capitulo 63. numero 3.

6 Publicæ autem † proceſsiones ſunt, quæ ſunt in Litanijs maioribus,atque minoribus vel pro bono publico, vt imminente peſte, alioque flagello,vel in aduentu noui Epiſcopi,vel in feſto ſanctiſsimi Corporis Chriſti, & quæ Epiſcopo videbātur;remittitur enim hoc Epiſcopo,ſicuti etiam decernere Eccleſias,quæ adeantur,ita Prax. eadem cap.63. num.primo, & Abb.in c.nimis,de exceptio. prælat.ita eadem Addit.eodem in loco. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Feſtos dies ab Epiſcopo indictos ſeruare Regulares debent,quæ regula quouſque pateat declaratur.*

2 *Ritus, qui ſeruando à Regularibus feſtis diebus.*

3 *Interdicta,ac cēſuras etiam ab Epiſcopo latas ſeruare tenentur.*

4 *Campanas pulſare in Sabbato maioris hebdomadæ non debent, antequam pulſetur campana Eccleſiæ Cathedralis,vel Matricis.*

5 *Item & Clerici ſæculares.*

§. III.

1 § Sexto dies feſtos† ab Epiſcopo indictos ſeruare ipſi Regulares omnes,etiā exempti debent,ita Triden.Synod.ſeſſ.23. de regul.cap.12.

2 Excipitur tamen † quoad ritus celebrandi miſſas,diuinaque officia, non enim cogi poſſunt ad ſeruandos ritus ſecularium,in ſuis enim Eccleſijs ſuos ritus ſeruare poſſunt; Sublimitatur tamen quoad conciones & lectiones,quas ad populū habent, in eis enim ſe conformare debent ad Epiſtolas,& Euangelia,quibus ſecularis clericus vtitur illis feſtis diebus,ita Sacra Congregatio cenſuit, ſuper cap.12.ſeſſ.25.de reg. vt refert Steph. Quaran.in Summ.Bullar.in verb.Priuilegia Regul.pag.385. cuius Congregationis verba hæc ſunt. Congregatio Concilij cenſuit decretum cap.12.verſ.Dies etiam feſti, ſeſſ. 25.de Regul.ita eſſe intelligendum, vt Regularis ritus illis diebus feſtis ſemper permaneat quoad miſſas celebrandas,& cætera diuina officia tàm publicè, quam priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſijs perſoluenda.Nec iura hæc ab Epiſcopis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe: quod ſi de facto præceperint,Regulares ne vtique ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verum quoad cōciones, & lectiones, quas ijdem Regulares ad populum habuerint,debere ſe conformare Epiſtolis,& Euangelijs,quibus Clerus ſecularis vtitur illis diebus feſtis. Hæc ibi, ex quibus propoſita concluſio habetur.

3 Septimò † interdicta,ac Cenſuras non ſolum à Sede Apoſtolica:verum etiam ab Epiſcopo lata ſeruare Regulares etiam exempti tenentur, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ.25.eodem cap.12.Immo & publicare ea requiſiti ab Ordinario,vbi latæ, & permulgatæ ſunt in Eccleſia Matricis Ciuitatis,nec non in Collegiatis, & parochialibus Eccleſijs,ita Sacra Congregatio declarauit,vt refert Steph.Quarau.in eadem Summ.in verbo,Priuilegia Regularium,pag.383. verſic. Cenſuras autem. Econtrario etiam latas à Regularibus in ſuos regulares Epiſcopi ſeruare debent.

4 Octauò in Sabbato † maioris hebdomadę Regulares Campanas pulſare non debent, antequam pulſetur Campanæ Eccleſiæ Cathedralis,vel Matricis;alioquin pœna centū ducatorum puniuntur,ita habetur in Concilio Lateranenſi ſub Leone X.& refert Fuſch. de Viſit.lib.2.cap.11.num.69.& Steph.Quaran.in Summ.Bullar.in verb. Priuilegia Re-
5 gular.in verſicu.Et vt debitus honor † Clerici quoque ſeculares idem ſeruare debent. Excipitur autem alio tempore, nō enim Ordinarius impedire poteſt Fratres, quò minus pulſent campanas ad matutinum ad horas,& ad miſſam,antequam pulſetur campana maioris eccleſiæ,ita ſacra Congrega.declarauit,vt refert Addit. ad Stephan. Quarant.in Summ.Bullar.in verb.Confeſſor.pagina

Digitized by Google

giua 364.verſ.Quarto Ordinarij.Sed de hie hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Eccleſia Regularium, quæ curam animarum ſecularium habent, ſub iuriſdictione Epiſcopi ſunt habito reſpectu ad ipſam curam.*

2 *Eccleſia militum regularium ſub cura Epiſcopi ſunt, vbi animarum ſecularium curam habent.*

3 *Bulla de militibus regularibus refertur.*

§. IV.

1 Secundo † vbi regulares eccleſias habẽt cũ cura animarum ſecularium habito reſpectu ad ipſam curam,iuriſdictionem eandem in eos habet Epiſcopus, quam in ſæculares Clericos,ita habetur in c.1.de Capell. Monach.in antiq.& c.vnic.eodem lib.6.& apertius apud Trid.Synod.ſeſſ.25.de regul. cap. vndecimo,& idcirco viſitare eos,& corrigere poteſt,& qui præferuntur huiuſmodi curæ,ab Ordinario, eiuſque Vicario probati eſſe debent;ſic enim dicitur in eodem capitulo 11.In Monaſterijs, ſeu domibus virorum,ſeu mulierum,quibus imminet animarum cura perſonalium ſeculariũ præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia,perſonæ,tam regulares, quã ſeculares huiuſmodi curam exercentes ſubſint immediatè in ijs,quæ ad dictam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem pertinent,iuriſdictioni,viſitationi, & correctioni Epiſcopi,in cuius diœceſi ſunt ſita. Nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles deputentur,niſi de eiuſdẽ conſenſu,ac præuio examine per eum,aut eius Vicarium faciendo,excepto Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus,& exceptis etiam ijs Monaſterijs, ſeu locis,in quibus Abbates Generales,aut Capita Ordinum.Idem Ordinariam principalem habent,atque alijs Monaſterijs,atq; domibus,in quibus Abbates atque regulariũ alij Superiores iuriſdictionem epiſcopalem & temporalem in parochos,& parochianos exercent;ſaluo tamen eorum Epiſcoporum iure,qui maiorem in prædicto loco,vel perſonis iuriſdictionem exercent.Hæc ibi ſancta Synodus,ex quibus habetur ijs, quæ ad animarum ſecularium curam pertinẽt, ſubeſſe Ordinarijs. Quare iuxta diſpoſitionem Triden.Synod.ſeſſ.5.de reformat.cap.2.per ſe,vel per alios exempti diebus Dominicis, ſaltem & feſtis ſolemnibus prædicare debent,alioquin ad id per Epiſcopũ cogi poſſunt,vel ipſi,vel eccleſiæ exemptæ ſint, vnitę Monaſterio extra diœceſim,etiam exiſtenti, vt ibi dicitur,vel in diœceſi eccleſiæ ſint. Itẽ locum habet vel eccleſię ſint Regulariũ, vel Monialium.excipiuntur tamen perſonę,quę ſunt de illorum monaſteriorũ familia.Secũdo monaſterium Cluniacenſe.Tertio monaſteria in quibus Abbates,Generales,aut Capita ordinum ſedem ordinarium habent. Poſtremò excipiuntur monaſteria, in quib. Abbates, aut alij Regularius ſuperiores iuriſdictionem epiſcopalem & temporalem, in parochos, & parochianos exercent, niſi epiſcopus maiorem iuriſdictioné haberet. Item ſi deliquerint coerceri poſſunt ab epiſcopo,ita Fuſch.ibidem,nume. ſecundo. Ei autem,qui adſcribitur huic curæ, portio asſignand aeſt,iuxta diſpoſitionem Trid.Synod. ſeſſ. 7.de reform.cap.7.Facitque Trid. Synod.ſeſſ.vigeſimaquinta,de reform.capitulo 16.Nec obſtat conſtitutio Pij V. incip. id exequendum,per quam eſt certa determinata portio,nam per Gregor.XIII.reuocata eſt,ita Fuſch.de Viſit.lib.6.num. 12. Regulares etiam poſſunt conſtitui Vicarij huiuſmodi curę de conſenſu epiſcopi, ita Fuſc. ibidem,num.17.Sed tunc ſociũ habere debet,c.finali. de capell. Monach. quod malè obſeruatur,alias poteſt clericum ponere ſecularem.

2 Eandem † iuriſdictionem habet epiſcopus viſitandi loca,& perſonas militiæ, & Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vt habetur in Bulla Pij Quinti incip. Excipit, quæ eſt in ordine 139. quam & confirmauit Gregorius XIII.per Bullam incip. Conſueuit ſedes,& eſt in ordine 88. quas Bullas in confirmatione priuilegiorum eiuſdem confirmationis voluit Clemens VIII.firmas eſſe.Sic enim inquit in eadem confirmatione facta die 27.Iunij 1592.Volumus antẽ quod Fel.Recor.Pij Quinti, die 22.Septẽbris anno ſexto,ac Gregorio XIII.prædeceſſorum noſtrorum litteris ſub annulo Piſcatoris 25. Nouembris,anno nono Pontificatum ſuorum expeditis in ſuo robore, & efficacia permanentibus præſentes literæ non compræhendant,neq; eccleſias,neq; perſonas in his quæ ad curam animarum pertinẽt, in quib. decreta Concilij Trid. huiuſmodi omninò ſeruari debeant.Hæc ibi.Verum quod Bulla Pij Quinti incip.Expoſcit vberius,& dilucidius loquitur ob eam rem eius verba inſerenda huc curauimus. † Expoſcit paſtoralis

3 officij,&c.Et ne in futurum aliqua amplius controuerſia oriri poſſit decernimus,declaramus, ſtatuimus omnes, & ſingulos locorum

Digitized by Google

.rum Epiſcopos, & alios ſuperiores tãquam Apoſtol. Sedis delegatos omnes, & quaſcunque parochiales Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica ſuarum Ciuitatum, & Diœceſes. Quibus animarum cura imminet ad dictam Religionem, eiusque Milites, Capellanos, Miniſtros, Rectores, quoquomodolibet pertin. etiam quod in eis Epiſcopalem, & temporalem iuriſdictionem religio, & Milites prædicti haberent, eorumq́ue eccleſias, Rectores, Vicarios, & Miniſtros quoſcunq; (in his tamen duntaxat, quæ animarum curam illiusq́ue exercitium, & ſacramentorũ adminiſtrationem reciperent) viſitare omnesq́ue actus viſitationem concernẽtes exercere poſſe, ac debere, ac Rectores, cæterosq́; huiuſmodi miniſtros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, ſi quidem ad nutum amouibiles ſint, ſtatim amouere; ſi verò titulares ſint, illico ſuſpendere, ac Superiores eorum monere, vt intra aliquẽ breuem terminum in locum amotorum ſubrogent alios idoneos prius tamẽ per ipſos Epiſcopos, & alios Superiores examinatos, & approbatos titularibus verò ſuſpenſis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt ſupra in Coadiutores, ſeu Vicarios iuxta Decretum Concilij Triden. ſeſſ. vigeſimaſecunda, cap. 6. Interea verò, dum hæc ſubrogatio, ſeu deputatio fiat, ipſi Epiſcopi, & alij Superiores dictorum Rectorũ, & Miniſtrorum intra tempus præfixum non ſubrogauerint, aut non deputauerint, vt ſupra, tunc dicto termino elapſo, ipſi Epiſcopi, & alij Superiores, alios præuio examine, iuxta eiuſdem Concilij formam idoneos repertos in locum amotorum ſubrogent. Titularibus verò ſuſpenſis coadiutores deputẽt iuxta dictum cap. 6. ſeſſ. 21. qui tamen cũ dictis parochialibus perinde inſeruiant, ac ſi ſubrogati, aut deputati ab ipſis ſuperiorib. Religionis, & Militum prædictorum fuiſſent. Volumus autem quod Epiſcopi, & alij Superiores prædicti viſitationem huiuſmodi, & prædicta omnia ſolum tãquam delegati Apoſtolicę Sedis, & gratis, & abſque vllis dictæ Religionis Rectorum miniſtrorum impenſa, & onera faciant. In collatione itidem Ordinum, necnon conſecratione eccleſiarũ, & ſacrorum vaſorum, ac benedictionibus, & alijs actibus ſpiritualitatem concernentib. ac inſtitutione præſentatorum ab eiſdẽ Militibus ad beneficia, aut approbatione, ſeu confirmatione quas ab eiſdem fieri harum præſentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendãt, vt nullos admittant, qui qualitates à Cõcilio requiſitas non habeant, ac præuio examine, iuxta eiuſdem Concilij decreta idonei non exiſtant. Nolumus autem Epiſcopos, & alios Superiores locorum ſupradicta facultate viſitandi vti, qui cum eadem Religione, & Militib. ſuper iuriſdictionem Epiſcopali in locis viſitari coram quibuſcunque Iudicib. litigent, niſi ipſi Epiſcopi, & alij Superiores in quaſi poſſesſione antiqua exercitij iuriſdictionis huiuſmodi extiterint, ſaluo tunc iure vtriq; illeſo in petitorio. Sed quod Epiſcopi, & alij Superiores viciniores ius aliquod in iuriſdictione huiuſmodi non habentes, nullumq́ue intereſſe prorſus prætendẽtes facultate prędicta vtantur. Nolumus autem per præſentes vllum afferri præiudicium iure viſitandi dictas parochiales eccleſias, & alia beneficia curam animarum habentia quoad antea Religioni, & Militibus prædictis competebar. Inhibemus dictis Epiſcopis, & alijs Superioribus ne hac facultate viſitandi eis per præſentes conceſſa alio vtantur modo, quã præſcripto, &c.

Ex his omnibus habetur, vbi Regulares ſimplices, vel Militiarum, vel Moniales beneficia ſecularia curam animarum habẽtia retinent, habito reſpectu ad animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem Epiſcopum diœceſis, vbi ſunt Eccleſiæ parochiales, viſitare ipſa beneficia, ſeu Eccleſias poſſe, necnon eos, qui curam gerunt, corrigere. Idem habetur in c. per exemptionem, de priuileg. lib. ſexto. Quare ab Epiſcopo loci Chriſma, Oleum ſanctum, Conſecrationis altarium, ſeu baſylicarũ, Ordinationesq́ue ſacras ſuſcipient, vt habetur in c. veniẽs de præſcript. Hic autem exceptis caſibus, c. aliàs Epiſcopus in Regulares, quod eccleſias eorum animarum curam non habentes iuriſdictionem non habet. Quare nec ipſorum Sacreſtiam, paramenta, ſacra vaſa, Altaria, &c. huiuſmodi, aut etiam Tabernaculum, ſeu pyſidẽ in qua ſanctisſimam Euchariſtiæ Sacramentum ſeruatur, viſitare poteſt ita ſacra Congregatio eodem in loco relata ab eodem Stephan. Quarãnt. pag. 385. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Lectio Sacræ Scripturæ in Monaſterijs Regularium, vt habetur, Epiſcopus curare debet.*

2 *Monaſteria commendata Abbatiæ, & huiuſmodi, vbi non viget Regularium obſeruantia, viſitari ab Epiſcopo poſſunt.*

3 *Regularium in Eccleſiis, vbi Epiſcopi pontificalia exercere poſſunt, Solium, & Baldachinum eis parari debent.*

4 *Decretum Clementis VIII. refertur quoad Pontificalia, quæ exercere poteſt Epiſcopus in Eccleſiis Regularium.*

§. V.

1 § Decimo † Lectiones Sacræ Scripturæ in Monaſterio Regulares habere debent, vbi id commode poteſt; & ſi id omittāt, compelli ab Epiſcopo ad hoc queunt, ita habetur apud Trid. Syno. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. verſ. In monaſterijs.

2 Vndecimo † commendata Monaſteria, Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularium obſeruantia, etiam exempta ab Epiſcopo ſingulis annis viſitanda ſunt. Id quod faciet, vt Apoſtolicæ Sedis delegatus, & curabit, vt quæ reſtauratione; indigent, reſtaurentur; & ſi qua animarum cura ei, illis vè annexa inſit, ea exerceatur; & alia obſequia præſtentur; Eadem ſeruabit in beneficijs quibuſcunque curatis, & non curatis, ſecularibus, ſeu regularibus commendatis, etiam exemptis, ita ſancta Synod. ibidem. Vbi verò regularis viget obſeruantia, ipſos hortabitur, vt ſuam regulam ſeruēt; alioquin vt Apoſtolicæ Sedis delegatus contra ipſos proceder, ita habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 21. de refor. cap. 8.

3 Duodecimo, † vbi Epiſcopi tam ex conſuetudine, & priuilegio, quam ex ſacrorum Canonum inſtitutionibus, & pontificali Romano præſcripto, aut alio iure pontificalia exercere, aut pontificalibus paramentis cū Mitra, vel etiam ſola Cappa inducti in quibus ius regularium Monacorum, & cuiuſuis ordinis, & religionis, & militiæ ſocietaris, aut Congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt; ipſi regulares in locum ad ſolium Epiſcopi conſtituendum, baldachinum attollere debent, etſi ipſi negligant, aut nolint, Epiſcopis id facere licet, atq; conceditur ibiq; ſedere, dum ptiōficales functiones exercentur. Et ſi regulares in hoc nō obedierint, ab Epiſcopo per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas ad id cogi & compelli poſſunt, præterquam quod à Romano Pōtifice ad arbitriū alijs pœnis tam ſpiritualibus, quam temporalibus puniri queunt, ita habetur in Decreto Clementis VIII. datū die 10. Iunij 1063. incip. Decer Epiſcopis. dicitur enim ibi, &c.

4 † Atque adeo ſacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, atque conſultationib. Epiſcorum, & Regulariū præpoſita facto verbo cum ſanctiſſimo Domino noſtro Clemente Papa VIII. ac de ſanctitatis ſuæ ſpeciali, & expreſſo mandaro hoc præſenti decreto perpetuis futuris temporibus valituro declarat, ſtatuit, decernit, & mandat, vt de cætero Epiſcopi, vbi tam conſuetudine, & priuilegio, quam ex ſacrorum Canonum conſtiturionib. & Pontificalis Romani præſcripto, aut alio iure pontificalia exercere, aut pontificalibus paramentis cum Mitra, vel etiam ſola Cappa induti in quibuſuis regularium tam Mendicātium, quam nō Mendicantium, etiam Caſſinenſium, Clericorū, Presbyterorum, & cuiuſuis alterius ordinis, & religionis, militiæ, ſocietatis, aut congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt, ipſi regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad ſolium Epiſcopi conſtituendum opportuno, & congruo, baldachinum attollere. Eis autem facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eiſdem Epiſcopis illud aſportari, & in quacunque eorundem Regularium, aut alia quantumuis exēpta Eccleſia ſuper Epiſcopale ſolium, ſeu Pōtificale faldiſtorium, erigi facere, atq; ſub eo ſedere, & ſtare, quemadmodum in proprijs & cathedralibus eorum eccleſijs ſtare, & ſedere ſolent; eo tamē dumtaxat tempore quo Pontificales huiuſmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui in pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui verò regularium huie declarationi, ſtatuto, decreto, & mandato inobedientes, & cōtumaces fuerint, ſciant ſe ab eiſdem Epiſcopis cum id per Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſt. huius decreti virtute cogi, & compelli poſſe, alijsq; pœnis tam ſpiritualibus, quam temporalib. arbitrio ſummi Romani Pontificis ſubiacere, & obnoxios fore. Hæc ibi, ex quibus propoſita habentur, & decretum illud refert Stephan. Quaran. in Sum, Bulla. in verb. Priuileg. Reg pag. 386. Sed de his hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus licentiam dare poteſt Regularibus ædificandi Monaſterium ſeruata forma tradita à Clemen. VIII.*

2 *Decretum Clementis VIII. refertur quoad licentiam dandam ab Epiſcopo Regularibus ædificandi ſua Monaſteria.*

§. De

Digitized by Google

§. VI.

1 § Decimotertio † Epiſcopus licentiam dare poteſt regularibus, quo monaſteria regularium ædificent, ita habetur apud Trident. Synodum ſeſſ. 25. de regul. capitu. 3. Quod tamen non licet concedere, niſi ſeruata forma tradita à Clemen. VIII. die 23. Iulij 1603. incip. Quoniam ad inſtitutum, &c. verba vero huius Conſtitutionis hæc ſunt.

2 Harum ſerie † declaramus locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad nouos Cõuentus cuiusq́ue etiam Mendicantium ordinis in Ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectoa erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium, Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus; & cauſa ſeruatis ſeruandis cognita conſtiterit, in eiſdem Ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos Cõuentus ſine aliorum detrimento commode ſubſtentari poſſe.

Si verò ab eorum in huiuſmodi cauſia ſententijs ad nos, & ad Apoſtolicam Sedem prouocari, & appellari contigerit, ipſos Ordinarios tandiu erectionem nouorum Conuentuum ſuſpendere debet, quousq́ue à nobis, & Apoſtolica Sede in eadem cauſa pronunciatum exſtiterit, irritum nihilominus, & inanè decernentes quicquid ſecus ſuper his à quocunq; quauis auctoritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuerſis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliorum locorum Ordinarijs per præſentes, in virtute sãctæ Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mãdamus, vt præſentes noſtras litteras obſeruent, & obſerri faciant. Non obſtantibus, &c. Nec ibi Clemen. VIII. ex quibus propoſita habentur, iam ad alia trãſeamus, ſi illud addiderimus Generales poſſe monaſteria minus commoda relinquere, & in manu Ordinatij dimittere, & eccleſia excepta, alia omnia inde auferre, & ſolum vendere, ita Sixt. IV. eis concesſit, vt refert Ioann. Baptiſt. Confett. in Sum. Priu. Mend. titu. 18. cap. 3. pagina 374.

S V M M A.

1 *Contractus ratione Epiſcopus in regulares iuriſdictionem habet.*

2 *Ingreſſus Monaſterium ſine licentia Epiſcopi ante profesſionem diſponere de bonis non poteſt.*

3 *Diſpoſitio bonorum facta ante ingreſſum valet.*

4 *Regulares cogere poteſt Epiſcopus ad reſtituenda omnia, quæ à nouitio habuerunt, vbi profesſionem non fecit.*

5 *Regulari aſſerente ſe rei, metu vè profesſionem feciſſe, coram Ordinario cauſa etiam cognoſci poteſt.*

6 *Regulares extra clauſtrum degentis conueniri poſſunt coram Ordinario.*

§. VII.

1 § Decimoquarto † ratione contractus iuriſdictionem Epiſcopus etiam in regu-
2 lares habet. Num primo † ſi poſt religionis ingreſſum renunciauit ſuis iuribus, vel donauit ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij ante duos menſes ante profesſionem, renunciatio, atque diſpoſitio non valet; nam intra duos menſes, antequam profiteatur, cum licentia vnius prædiorum fieri debet, ita ſancta Synodus, de regul. ſeſſ. 25. capitu. 16.

3 Atqui † ſi antequam ingrediatur religionẽ, de rebus ſuis diſponat, an diſpoſitio valebit. Nauar. in conſ. 82. de regu. tenet non valere. Contrarium tamen declarauit ſacra Congregatio ibi, vt teſtatur Addi. ad ipſum Nauar. & Stephan. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Monaſteria regularium, pag. 315. & Ioann. Bapt. Confett. in Summ. priuileg. Mend. titu. 13. cap. 13. pag. 325. verba autem Congregationis hæc ſunt. Congregatio Concilij cenſuit decretum Concilij Triden. cap. 16. ſeſſ. vigeſimaquinta, de regul. & monach. non habere locum in renunciatione facta ante ſuſceptionem habitus, quam declarationem, etiam refert Menoch. in Addit. ad lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 436. num. 3. qui hanc declarationem factam tefert ad preces Monaſterij ſanctæ Agnetis Mediolani. Idque meritò nam ſancta Synodus loquitur de iam ingreſſo; & ſic de eo, qui habitum ſuſcepit; ſecus ſi in ipſo ingreſſu, ideſt habitus ſuſceptione. Sicut etiam ſi facta eſſet intuitu ingredientis ita inquit ſacra Congregatio. Ab ipſa ſententia igitur non diſcedemus.

4 Decimoquinto † Epiſcopus cogere po-

Digitized by Google

teſt regulares ad teſtituenda, omnia quæ habuerunt à Nouitio, qui profesſionem facere non vult, vt dicitur in eodem cap. 16. Idem ſi egrediatur ob infimam valetudinem, & moriatur ante profesſionem; nam & hic abijſſe ante profesſionem dicitur, & idcirco monaſterij facta non ſunt, & ita Nauar, in conſ.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.& in Comment. 2.de reg.num.49.cum ſeq.idem ſi ante profesſionem moriatur in monaſterio, ita Ioan. Bap.ibid.DD.eſto olim ſecus eſſet per auth. ingresſi, C de ſacroſanct. eccl. vbi DD.

5 Decimoſexto † aſſerens ſe vi, metuvè cauſa profesſionem ſeciſſe, & idcirco ſe velle exite, intra quinquennium id poteſt à die profesſionis. Cognoſci autem cauſa hæc debet, & probari coram Superiore regularium, & ordinario. Excipitur tamen vbi habitum prius dimisſiſſet, vel poſt quinquennium reclamaſſet; non enim tunc auditur, & ita Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reg. cap 19.

6 Decimoſeptimo, † regulares extra clauſtra degentes in ciuilibus cauſis mercedũ, & miſerabilium perſonarum quoquomodo exemptum, etiam ſi certum Iudiceoi à ſede Apoſtolica habeant, & idem dicitur Clericis ſecularibus exemptis in eodem cap. 14. In alijs verò cauſis ſi Iudicem non habuerint, coram Epiſcopo loci, vt Apoſtolici ſedis delegato conueniri queunt, & ad ſoluendum iure cogi, ita ſancta Synodus ſeſſ. 7. de reform.cap.14.non obſtante quocunque priuilegio, & ſeſſ. 14.de reform.cap.5.verſic.In cauſis In clauſtris verò degentes, coram ſuo ſuperiore, ita Abb. in c. cum contingat, de for.comp.ſed hodie coram cõſeruatore per conſtit.Gregor.XIII.quem regulares eligere habent, & intra menſem Epiſcopo loci id ſignificare; alioquin coram ordinario conueniri posſunt, ita Hierony. a Sorb. in Compẽ. priuileg.Mendic.in verb.Conſeruatores, & Prax.Archiepiſco.Neapolitan.capitulo 58. num.10.

SVMMA.

1 *Delicti ratione Epiſcopus in Regulares iuriſdictionem aliquando habet.*

2 *Regularis extra monaſterium delinquens, quãdo ab Epiſcopo de delicto puniri poteſt.*

3 *Regularis excommunicatus, vbi fugitiuus eſt, denunciari ab Epiſcopo debet.*

§. VIII.

1 § Decimooctauo † ratione delicti aliquando Epiſcopus iuriſdictionem in regulares habet. Nam primo, qui ſtudiorum gratia aut ad vniuerſitatem mittantur; ſi in Cõuentibus non habitent contra eos Ordinarius procedere poteſt, vel de licentia Superioris id faciant. Secundo ſi quis regularis recedat à ſuo Conuentu, hoc nomine, vt ad ſuum ſuperiorem accedat (niſi miſſus, aut vocatus ab eo fuerit) & ſine ſuo mandato in ſcriptis repertus fuerit, ab Ordinario loci, tanquam deſerta ſui inſtituti puniri poteſt, vt debet, ſancta Synodus, eadem ſeſſ. vigeſimaquinta, de regu.cap.4. Idem ſi ob aliam cauſam exſam extra Monaſterium vitam degat, & delinquat non obſtante ordinis priuilegio puniri poteſt, & corrigi, & viſitari ab Epiſcopo vbi deliquit, ita Trident.Syno. ſeſſ.6. de reform.capit.3. ita Prax. Archiepiſ.Neapolit. cap.57.num.2.qui ita ſacra Congreg. declinaſſe ſiſtatur.

2 Decimonono † regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra Monaſterij degit, & extra ea notoriè delinquit, ita, vt populo ſcandalo ſit Epiſcopo inſtante à ſuo ſuperiore intra tempus ab Epiſcopo puniri debet, ac de punitione Epiſcopum certiorẽ fieri, ſi minus, delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt, ita Triden.Synod.eadem ſeſſ. cap. decimoquarto, immo comprehendi poſſe, & informationem ſummi, ait poſtea ad ſuos ſtatim remitti dixit, eadem Prax. ibi, nu.3. literas autem ob hanc cauſam ab Epiſcopo miſſas, quæ requiſitoriæ dicuntur ſolemnib. diebus præſentibus duobus teſtibus ſignare Epiſcopus faciet, ita enim in praxi ſeruari teſtatur, Fuſch.de viſit.eccl.lib.2.cap.17.numero 11, Immo per Bullam Clemẽtis VIII. incip. Suſcepti muneris officia ratio poſtulat, augetur, & confirmatur, cit.cap.14. ſeſſ. 25.de regul. quam refert idem Steph. Quar. in Summ. Bullar. in verbo, Exemptio, cuius Bulla verba hæc ſunt.

Hac noſtra perpetuò valitura cõſtitutione omnibus, & ſingulis cuiuſcunque ordinis & inſtituti regularium etiam Mendicantiũ ſuperioribus in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum eo ipſo incurrendis pœnis præcipimus, & iuxta prædictum decretum quilibet ipſorum regularem non habitum Epiſcopo intra clauſtra degentẽ; & extra ea, ita notoriè delin-

delinquentem, vt populo ſcãdalo ſit, Epiſcopo inſtante intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniat, ac de punitione certiorem Epiſcopum faciat, & alias decretũ ipſum in omnibus, & per omnia exequatur. Cæterum ſi ſuperiori in regularẽ delinquentem non animaduertit; quinimò ſi illum impunitum ad alia ſuorum ordinum loca extra Epiſcopi diœceſim, vt præfertur tranſmiſſerit, volumus, & ſimili motu, atque auctoritate decernimus, vt ſuperior Epiſcopo inſtante intra triennium ab Epiſcopo præfigendum, & ſuper eiſdem indignationis noſtræ ac priuationis dignitatum, & officiorũ obtentorum, necnon & ſub inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, & vlterius priuationis actiuè, & paſſiuè vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore exiſtente reſtitui poſſit, ipſo facto ſimiliter incurrẽdis pœnis, ipſum regularem delinquentem à loco, ad quem tranſmiſſus fuit, reuocare, & in quo deliquit cõſtituere, ſeu ſiſtere teneatur. Quod ſi hoc facere etiam prætermiſſerint, per præſentes etiã ſtatuimus vt ordinarius loci, ad quem regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſſis ab ipſi ordinario loci, in quo deliquit ſimiliter requiſitus, vel aliàs de illius delicto informatus, vt refertur tanquam Apoſt. Sedis delegatus prędictum Concilij Decretum omnino exequi, & in regularẽ delinquẽtem ſeuere animaduertere poſſit, ac debeat. Hæc ibi, vbi amplificatio habetur ad cit. cap. 14.

Vigeſimo Epiſcopus iuriſdictionem etiã habet in regulares, vbi ab eorum Prælatis imploratur auxilium, c. non eſt vobis, & ibi not. Abb. num. 4. de regul. ſi etiam ſine habitu extra locum exemptum vadit ab ordinario puniri poteſt, ita Fuſch. de viſit. eccl. cap. decimoſeptimo, num. 2. lib. 2. per DD. in c. 1. de priuileg. lib. 6. & per Gloſſ. in c. ſuper his, de maior. & obed. vnde tamen Foller. in pract. crim. can. de mod. proced. contra Monac. num. 41.

3 Vigeſimoprimo † excommunicatus regularis à regularibus fugitiuus, vbi eſt ob id, quod ad Monaſterium redire nollit, denunciari publicè ab Epiſcopo, & ab Eccleſiarũ Prælatis tandiù debet, donec ad obedientiã reuocetur, c. fin. de regul. & ibi not. Abb. numero 2. Sed de his hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Regulares quorum religio extincta eſt, vel alia ratione à regularium iuriſdictione liberi ſunt Epiſcopo ſubijciuntur.*

§. IX.

1 §. Vigeſimoſecundo † ſi qua religio deleatur, extinguaturvè iuxta c. 1. de relig. domib. lib. 6. & religioſis huiuſmodi nõ permittatur amplius in ſuis Monaſterijs ſecundum ſuam regulam viuere, obedire debent, ſuo Epiſcopo, & in ſuam obedientiam tranſeunt; qui Epiſcopus erit, Epiſcopus originis, vt id pluribus aſſeruit Nauar. in Comment. 2. de regul. num. trigeſimoquarto. Eiecti etiam de Monaſterio ſubiecti ſunt Epiſcopo originis, & idcirco ſe ei offerre debent, vt præcipiatur ab eo, qua in re vellit ſe occupatos habere, & huiuſmodi eiecti regularium habitum gerere non debent; ſed clericalem non enim regularem gerere poſſunt cum ipſo priuati ſint, nam nec cogi poſſunt redire ad eum locum, vnde ſunt eiecti, ita Nauar. eodem num. 33. verſ. Secunda cũ tribus ſeq.

Item ſi aſſumptus regularis ſit ad dignitatem ſecularem, vt ad Epiſcopatum, ac deinceps ob ea dignitate ſe abdicauit, ratione vè alia priuatus ſit, cum ſemel à regula abſolutus fuerit, in poteſtatem, atq; iuriſdictionem Epiſcopi incidet, ita Feder. de Sen. in conſ. 5. num. 2. verſ. Secundum hoc, & conſilio 19. num. 4. & in conſil. 38. & Tuſch. in littera M. concluſ. 325. & concl. 328. qui idem ait de Monacho profeſſo expulſo, ſi non recipiatur ab aliqua regula, ſeu religione. Sed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Regulares exempti, vbi in excommunicationem aliquam inciderunt, an denunciari ab Epiſcopo loci poſſint.*

2 *Regulares admiſſi ad pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrandum an obligentur ſtatutis Epiſcopi de hac re factis.*

3 *Regulares & exempti in pluribus Epiſcopo ſubiecti ſunt.*

§. X.

§. In pluribus caſibus Epiſcopum iuriſdictionem habere in regulares exemptos

alias

alias vidimus; nunc duæ quæſtiones explicandæ nobis ſunt. Primum an regulares exempti, vbi in excommunicationem aliquã inciderunt, denunciari ab epiſcopo posſint, vt euitentur. Altera eſt, an admisſi ad ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum obligentur ſtatutis, ac pœnis epiſcopi de eo ſacramento latis; exempli gratia, ſuſpendit ab adminiſtratione illius ſacramenti Confeſſarios, qui extra caſum neceſſitatis ante ſolis ortum, vel poſt ſolis ortum Cõfesſiones mulierum audiunt.

1 Quoad primam quæſtionem † videbatur dicendum denũciare ipſos poſſe; & hoc per c. curæ ſit, 11. quæſt. 3. vbi Honorius Pontifex mandat omnibus epiſcopis, vt nomina excommonicatorum vicinis epiſcopis, & ſuis parochianis indicent, eaque in celebri loco ponantur, quò eccleſiaſticus ingreſſus eis occludatur; ergo & regularium excommunicatorum nomina denunciari poſſunt.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus; & hoc ob hanc potisſimam rationem, quoniam antequam denuncietur, declarari prius debet eos in excommunicationem incidiſſe, vt id pluribus probaui in Tract. meo cap. 21. §. 2. nume. 8. Declsratio autem hæc fieri non poteſt, niſi cognita cauſa, & citata parte, vt id pluribus etism agi, eodem §. numero 9. (fieri enim poteſt, vt Reus probet ſe in excommunicationem nõ incediſſe) at cauſæ cognitio ad proprium Iudicem pertinet, argum. C. ſi à noo compet. iud. & l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & c fin. de conſtit. lib. 6. ergo ad ſuperiorem ipſorum regularium, & non epiſcopum quem manifeſto conſtat non eſſe competentem Iudicem exemptorum, ergo nec declaratio, ergo nec denunciatio, atque ſic dixit Nauar in conſ. 2. verſ. Secundò, de ſenten. excommun. Excipitur tamen vbi delictum quamobrem excommunicatio lata eſt, notorium eſt. Itemque notorium eſt nullam cauſam eos habere, quamobrem ſe excuſent; tunc enim quod declaratione opus non eſt, denunciari ab epiſcopo etiam poterunt, ne alij eos communione vtentes in excommunicationem incidant. Et facit Clem. prima de priuileg. & ſenſit id Domic. quem refert, ac ſequitur Felyn. in c. non poteſt, numero 6. verſ. facit Gloſſ. ſingularis, de re iudic. Idem Lap. & Hoſtien. quos refert, ac ſequitur Mar. Soc. ſenior. in c. recepimus, numero 63. fallent. 21. de priuil. nam ait, vbi delictũ commiſſum ab exempto notorium eſt, & ob tale delictum incurrit ipſo facto in excommunicationem iuris, ordinarios locorũ poſſe illos denunciare excommunicatos, vt à ſuis ſubditis euitentur; & hanc opinionem teſtatur fuiſſe originalem Ioan. And. in c. 1. de priuileg. lib. 6. Idque merito. Tum quod ordinarius denuncians pœnam non imponit, cum à iure iam ſit impoſita; & declaratio, ſeu denunciatio nihil addit, c. paſtoralis, de appellat. & l. hæredes palam, §. ſed notã, ff. de teſtam. Tum quod in Notorijs non requiritur cognitio iudicialis, c. 1. de off. deleg. lib. 6. & c. euidentia, vbi idem Socin. de accuſat. & idcirco nullam iuriſdictionem epiſcopus exercet tales denunciando. Idem aſſeruit Fuſch. de viſit. eccleſ. lib. 2. capit. 20. num. vigeſimoquarto, qui ait etiam poſſe ordinariũ ſe informare & illos declarare delinquentes, & etiam citare ad declsrationẽ faciendam, immo in maioribus delictis vbi de fuga timetur, poſſe captos delinquentes mittere ad ſuos ordinarios per ſententiam Abbatis commuoiter recept. in c. fin. de for. compet. idque ait de exemptis, & ita ſenſit Ioan. Bapt. Confett. in ſumm. Mater. priuile. ordin. Mendic. in Tracta. de exempt. à legit. iuriſd. pag. 306. & Prax. Archiepiſc. Neapo. cap. 57.

Ex his patet non obſtare citat. c. curæ ſit. Nam ſi volumus etiam comprehendi exemptos, in caſu propoſito, vbi delictum notorium iſti, vt dixi, locum habebit, ſi de non exemptis, multo minus repugnat, nã de ſubditis epiſcopo agi concludendum eſt, quos vel ipſe excommonicaoit, vel excommunicatos à iure declarauit, non enim antea nomina excommunicatorum ſignificare vicinis epiſcopis, ſuis vè parochis epiſcopus debet, quam prædicta fecerit, vt probaui in Tract. meo de Cenſur. in Tab. 1. cap. 21. §. 2. Poſtremò vbi epiſcòpus à ſuperioribus regularium requiſitus eſſet, vt denunciaret regularem excommunicatum, vt habetur in c. fin. de regul. Tunc enim non modo ordinarius poteſt ipſum denunciare; ſed ad id tenetur, vt probaui in eodem §. 2. nu. 7. & in hoc caſu locum habere etiam poteſt, cit. c. curæ, & de quæſt. hac ſatis.

2 Quoad alteram quæſtionem † an ſtatuto prædicto regulares obligentur? Breuiter cõcludo ipſos obligari. Primo quoniam regulares in ſacramento pœnitẽtiæ adminiſtrando, non plus iuris habent, quam ſacerdotes parochi, vt habetur in Clem. dudum, in verſic. Per huiuſmodi autem conceſsionem, de ſepul. at Parochi ea conſtitutione obligãtur ergo multo magis & ipſi regulares, præſertim quod iuriſdictio parochi ordinaria eſt, & idcirco magis ei fauetur; Regularium vero eſt delegata, & extraordinaria, & idcirco

n.tous

minus fauorabilis, vt inquit Gloſſ. in cita. c. per huiuſmodi, in verb. Conceſsio. Cum igitur parochus obligetur, multo magis ipſi regulares. Secundò facit quoniam obligantur ſtatuto, ſeu conſtitutione, qua Epiſcopus ſibi caſus reſeruauit, vt habetur in cit. verſicu. Per huiuſmodi, iunct. Gloſſ. & vt infra ſuo loco probauimus; Ergo multo magis huiuſmodi accidentalibus obligabuntur, ex quo in ſubſtantialibus obligentur, arg. Auth. multo magis, C. de ſacroſan. eccl. Idque eo magis dicendum eſt, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur contra, c. quia circa, de priuileg. & l. iam hoc iure, ff. de tutel. & pupil. & l. eũ, qui ædes, ff. de vſucap. Tertiò facit quod Epiſcopus coarctare poteſt poteſtatem regularium habito reſpectu ad loca, & ad perſonas, vt ſupra probauimus, ergo & in hoc caſu etiã. Poſtremo fuit quoniam, qui aliquid eligit, ſeu cui aliquid conceditur, vbi aliàs id non poteſt, cum ſuis qualitatibus conceſsiſſe exiſtimatur, l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. ex quo igitur conceſſa poteſtas eſt regularibus Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandi conceſſa eſſe exiſtimatur cum ſuis qualitatibus.

Addo Epiſcopum viſitare poſſe, & corrigere regularem qui curam animarum ſecularium habet, vt in hoc capite probauimus. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo in caſibus igitur prædictis Epiſcopus in exemptos regulares iuriſdictionem habet.

3 In pluribus etiam alijs, † quorum viginti quatuor recenſet Socin. ſen. in cit. c. recepimus, de priuileg. vt in c. ad abolendam, in fine, de hæret. & in c. cum capella, & in c. ex ore, de priuileg. & in c. cum inter, de conſuet. & in c. nulli, de ſenten. excommun. & in c. 1. de ſtat. Monach. lib. 6. & in c. 1. de præbend. eodem lib. & c. auctoritate, de priuileg. eod. lib. & in c. veniens, de præſcript. & Clem. prima, d: ſepult. & in Clemen. ſecunda, eodem, & in Clem. ſecunda de ſtat. monac. & in Clemen. ſecunda, de relig. domi. & Clemen. prima, de iur. patron. & Clemen. fin. eod. & Clemen. fina. de pœnis, & Clemen. 1. de ſentent. excommunicat. In huiuſmodi caſibus igitur in exemptos, vel regulares, vel non regulares iuriſdictionem epiſcopatus habet. At qui de Fratribus Tertij Ordinis. De his in ſequenti agemus.

S V M M A.

1 *Fratrum tertij Ordinis duæ potiſſimum ſpecies ſunt.*

2 *Fratres tertij Ordinis, qui nullum votum faciũt, & in proprijs domibus cum ſuis viuunt, ſubiecti ſunt in ſpiritualibus ipſi Epiſcopo.*

3 *Priuilegia, quæ habẽt fratres tertij Ordinis prædicti in ſacramentis.*

4 *Regulares an poſſint adminiſtrare ſacramentum Eucharistiæ, fratribus prædictis tertij Ordinis deferendo eam ad ſuas ædes. Et quid de Extrema vnctione.*

§. XI.

§ Quod iuris habeat Epiſcopus in fratres tertij Ordinis, explicandum nobis pro-
1 poſuimus † Id quod, vt dilucidius fiat, præmittẽdum eſt, iuxta Bullam Leonis X. incip. Dum intra mentis arcana, quæ eſt in ordine 17. iunct. traditis in Compend. priuil. Fratr. Minor. in verb. Tertiarij fratres, num. 25. pagina 383. & in fine eiuſdem Compend. pag. 31. & pag. 43. tres eſſe primarias huius tertij Ordinis regulas, quarum prima eſt eorũ, qui nullum votum faciunt ſolemne, ſcilicet caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis, & viuunt in ſuis domibus cum ſuis vxoribus, vel maritis, & filijs, & aliæ perſonæ ſæculares, hoc vno excepto quod obſeruant regulam quandam, ſeu modum quendam collectum per Nicolaum IV. poſitum in fine eiuſdem Compend. eodem nume. 35. cum ſeq. Altera eſt eorum, qui tribus votis eſſentialibus factis in Congreg. viuunt, quam Leo X. ordinauit, in cit. Bulla. Dum intra mentis, & refertur in eodem Compend. in fine, pag. 43. cum ſeq. Tertia eorum, qui caſtitatis voto tantũ facto in proprijs ædibus viuunt, de qua agit Leo in eadem Bulla, quam etiam declarauit quoad votum illud caſtitatis, vt refert Step. Quaran. in verb. Priuilegia Regularium, pagina 384.

2 Hoc præmiſſo quoad fratres † primi gradus pro regula habendum eſt, hos non gaudere priuilegijs fratrum Minorum, nec ſubiici eiſdem fratribus. Sed remanere ſub poteſtate tam eccleſiaſtica, quam ſeculari, vt habetur in eadem Bulla Leonis, in verſ. Fratres autem, & Sorores tertij Ordinis. Quare à proprio Sacerdote recipere eccleſiaſtica Sacramenta debent, vt dicitur in cit. Bulla.

3 Excipitur tamen † ſacramentum pœnitentiæ, nam quocunque tempore ab ipſis regulari-

gular ib. recipere poſſunt ob verba eius Bullæ, quam paulo poſt referemus.

Secundo excipitur Euchariſtia; nam & ipſam recipere ab eis fratribus poſſunt, die Paſchatis excepto, vt habetur in eadem Bulla, cuius verba hæc ſunt, Fratres autem, & Sorores Tertij Ordinis, necnõ Mantellati, Corrigiati, Pizocaræ, Cordellati; & alij quocunque nomine nuncupati in proprijs domibus habitantes ſepulturam, vbi voluerint, eligere valeant. Sed die Paſchatis tantum Euchariſtiam, necnon Extremam vnctionem cæteraque eccleſiaſtica ſacramenta (pœnitentiæ ſacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt, præferenda teneantur, ac in foro ſæculari coram Iudicibus ſecularib. conueniri poſſint. Et ne cenſura vileſcat eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdem dicti tertij Ordinis ad diuina audienda in eccleſijs ſuorum Ordinum tẽpore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, & fauorem quoquomodo præſtiterint. Hæc ibi, ex quibus propoſita habeatur, & refertur hæc Bulla in eodem Compendio in verb. Tertiarij Fratres, num 19.

Poſtremo fratres, quorum habitum gerũt curam quandam eorum tertij Ordinis habito reſpectu ad ſpiritualia audiendo eorum confesſiones, & Euchariſtiam præbendo, habere debent, vt habetur eodem Compend. in verb. Tertiarij fratres, pag. 384. verſ. Verum eſt tamen. Hæc ſunt priuilegia, quæ habent, ex quibus patet extremam vnctionem præbere illis non poſſe, & idcirco contrafacientes regulares in excommunicationem incurrere latam per Clem. 1. de priuileg. Minus eos ſponſos matrimonio coniungere, ac benedicere ſine licentia parochi; alioquin ipſo iure ſuſpenſi ſunt, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reforma. matrimon. cap. 1. verſ. Quod ſi parochus. Poſſunt enim Fratres tertij Ordinis huius gradus vxorem ducere. Atqui an regulares poſſint ingredi parochiam alicuius, & deferre Euchariſtiam Fratribus, vel Sororibus tertij Ordinis, vbi ægroti ſunt?

4 Quoad quæſtionem hanc † videbatur dicendum id eis licere. Nam die Paſchatis excepto quocunque anni tempore Euchariſtiã ipſis adminiſtrare poſſunt, vt habetur in Bulla Leonis, quam proximè retulimus, valet enim argumentum de tempore ad locum, & è contrario, vt dixit Bart. in conſil. 3. incip. Ex facto lib. 1. & refert, ac ſequitur Illuſtriſ. Tuſch. in ſuis Concluſ. in littera A. concluſ. 505. Ex quo igitur poteſt quocunque tempore, ergo, & quocunque loco. Poſtremo poſſunt audire confesſiones ſæcularium vbi ægroti ſunt in domibus ipſorum ſecularium, & idcirco extra ſuam eccleſiam, vt habetur in declaratione ſacræ Congregationis facta die 2. Iulij 1587. & refertur à Steph. Quat. in Summ. Bullar. in verb. Priuilegia Regul. pag. 385.

Contrariam opinionem tamen vti veriſſimam tenendam eſſe cenſeo ſcilicet, vt non poſſint ingredi parochiam alterius, quo Euchariſtiam Fratribus, ac Sororibus huiuſmodi tertij Ordinis tribuãt. Id quod probatur primum hac ratione, quoniam fratres, ac ſorores tertij Ordinis prædicti exempti non ſunt à iuriſdictione, Epiſcopi in ſpiritualib. nec à poteſtate laica in ſecularibus, vt habetur in cit. Bulla Leonis ſupra relata, ſed remanent, vt perſonæ meræ ſeculares, vt habetur in Compend. Fratrum Minor. in ver. Tertiarij Fratres, pag. 384. ibi enim ſic Collector inquit, De his Fratribus. Et ij non conuertuntur in perſonas eccleſiaſticas, ſed remanent, vt perſonæ merè ſeculares, & idcirco ſubiungit Fratres Minores non habere iuriſdictionem in ipſos tanquam perſonas ſeculares. At regulares Euchariſtiam & extremam vnctionem dare non poſſunt in parochia alterius ſecularibus ægrotis, niſi ꝓprius ſacerdos ea ipſis denegauerit ſine cauſa, quę denegatio vicinorum teſtimonio probata, ac requiſitio coram publico Notario facta dicetur, vt habetur in eadem Bulla Leonis, in verſ. Euchariſtia verò, & extrema vnctio, ergo nec Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis dari poſſunt.

Secundo probatur quoniam Iulius II. cõceſſit Fratribus Ordinis Minorum, vt in eccleſijs ſuis adminiſtrent euchariſtiam, vt refertur in eodem Compend. in verb. Communicare, pag. 205. ergo extra ſuas eccleſias adminiſtrare ipſam nõ poſſunt. ex quo enim in ſuis eccleſijs id conceſſit, ergo ſecus extra ſuas eccleſias; valet enim argumentum à cõtrario ſenſu, l. 1. & ibi DD. ff. de off. eius, & concluſio vnius alterius excluſio eſt, c. nonne de præſump. & l. cum prætor, ff. de iud. & limitata cauſa limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acquir. rer. domi. Id quod multo magis hic dicendum eſt, quoniam ſumus in priuilegijs, quo caſu modo aliquid operentur contra ius commune, in reliquis coar-

ctanda

ctanda ſunt, vt dixit Abb. in c. certificari, numero 10. de ſepul. Eſſe autem contra ius priuilegium hoc manifeſto conſtat, quoniã eſt contra c. omnis, de pœni. vbi habetur à proprio parocho Euchariſtiam ſumendam eſſe; & tradidit Abb. in cit. c. certificari. Priuilegium igitur hoc, vt à iure diſcedens, & cõtra ius coarctandum eſt per c. quæ à iure, de regul. iur. lib. 6.

Poſtremò confirmatur concluſio prædicta, quoniam, etſi licentiam habent prædicandi in ſuis eccleſijs, antequam tamen benedictionem ab Ordinario ſuſcipiant, prædicare non poſſunt, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, cap. 2. verſ. Regulares verò. Item eſto liberam ſepulturam habeant, tamen ingredi parochiam, & inde efferri mortuum non poſſunt, vt ſupra probauimus, cap. 16. Ergo hac quoque ratione concludendum eſt non habere licentiam cõferendi Euchariſtiam ægroto in aliena parochia. Ob rationes has igitur ab hac opinione diſcedendum non cenſeo. Non obſtant contraria allegata. Non prius quoniam id eis permiſſum eſt in ſuis eccleſijs, & in non alterius parochia, vt habetur in allegata Bulla Iulij II. Illud igitur de adminiſtratione Euchariſtiæ nihil facit.

Nec quod dictum eſt de argumento de tempore ad locum, nam valet, neque tunc fit, vbi ſumus in claris ob cit. Bullã Iulij II. in claris enim argumentis opus non eſt, arg. l. continuus, §. cum ita, de verb. obligat. Non etiam quod dictum eſt de cõfeſſione obſtat, quoniam id eis ſpeciatim conceſſum eſt, vt vidimus, ergo ſecus de Euchariſtia, argum. cit. c. nonne, de præſump. Quare quidam regulares, qui non habita licentia parochi ſorori prædicti ordinis Euchariſtiam, & Extremam vnctionem adminiſtrarũt, extra ſuam eccleſiam, non culpa vacant, nec etiam pœnas eũ aſerunt, cit. Clem. 1. de priuil. Sicut etiam puniri poſſunt ob id quod non requiſito parocho intra ipſius parochiam mortuũ detulerunt. Sed de his fratribus, ac ſororib. primi gradus hactenus; iã de alijs agamus. De ſecunda ſpecie, quæ de regularibus diximus, eadem eſſe dicta concludimus, ſicut de tertia, ita Steph. Quar. vbi ſupra, & Ioan. Bapt. Confett. in Sum. Priuil. Ord. Mend. capit. 13. de Tertiarijs, pag. 397. Verum quid de Heremitis? hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Heremitæ nomen quodnam ſit, & quod ſignificet.*

2 *Heremitæ an exempti ſint à iuriſdictione Epiſcopi.*

§. XII.

§ Poſtremò agendum eſt, an ſuper Heremitas Epiſcopus iuriſdictioné habeat. Quam quæſtionem vt dilucidiorem magis habeamus, præmittenda duo ſunt. Primum nomen hoc Heremita an Græcum Latinumvè ſit, & quid ſignificet. Deinde habito reſpectu ad rem noſtram quot modis ſumatur.

1 Quoad primum igitur † nomen hoc Heremita eſt nomen Græcum dicitur enim Græcè ἐρημίτης, quod ſignificat ſolitarium.

Quoad ſecundum Heremitæ duplicis generis ſunt. Quidam enim ſunt, quorum regula à Romano Pontifice approbata eſt, & in numero Mendicantium habentur; cuiuſmodi eſt ordo Heremitarum ſancti Auguſtini, qui & participes ſunt priuilegiorum ipſorũ Mendicantium, de quibus in Compend. priuileg. Fratr. Mendic. in initio in verb. Ordo Heremitarum. Item Congregatio Heremitarum ſancti Hieronymi à Piſa, de qua eodẽ in loco, in verb. Congregatio ſicut etiam Cõgregatio Heremitarum ſancti Hieronymi Hiſpaniarum, vt habetur eodem Compend. in initio, vbi de origine Ordinum agitur. Hi ergo Heremitæ exempti ſunt à iuriſdictione Epiſcopi ſunt, & fruuntur eiſdem priuilegijs quibus fratres Mendicantium, vt ibidem dicitur. Quidam ſunt, quorum viuendi ratio ab Apoſtolica Sede approbata non eſt, ſed ſuccedunt in ſolitudines, & ibi Deo inſeruiunt nullo ordine ſuſcepto, nullaque profeſſione religionis facta, qui habito reſpectu ad nomen propriè ſolitarij ſunt.

2 His præmiſsis † quoad quæſtionem propoſitam, Gloſſ. in c. nulla, diſt. 93. ſenſit Heremitas eſſe ſub Epiſcopo, id quod probat per cit. c. nulla ibi enim dicitur Clericos, aut Sacerdotes habendos non eſſe, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur. Ergo colligit hinc Gloſſ. Heremitas ſubeſſe Epiſcopo, quæ ratio nulla eſt.

Tum quod ſequeretur ipſos Heremitas eſſe Clericos, id quod non ſit, niſi ordinis ſuſceptione, c. cum contingat, de ætat. & qual. at Heremitæ nõ omnes tales ſunt, vt præmiſſimus ergo. Tum quod ſi hoc daretur omnes de diœceſi dici poſſent Heremitæ, cum in

Digitized by Google

ſpiritualibus ſub diſciplina Epiſcopi ſint. Hanc opinionem ſequitur etiam Gloſſ. in c. qui verè 16.quæſt. 1. Sed nulla ratione, nec iure hoc probat. Inocent. etiam in c. cum Monaſterium, de elect. Sed nec ipſe hoc probat. Idem Fuſch. de viſit. libro ſecundo, capitulo 17. num. 13.

Contrariam opinionem tenet Zabar. in Clem, 2. quæſt. 12. verſic. ſi verò à nemine, de præbend. ſcilicet hos eccleſiaſt. perſonas nõ eſſe, nam inquit ipſos non incorporatos eccleſiæ, quodam iure ſpeciali, & idcirco abſurdum eſſe eos appellare perſonas eccleſiaſticas, cum ſint merè laici, & ab huiuſmodi viuendi genere ad ſuum arbitrium diſcedant, & ad nullum pium vſum eccleſ. vel piam actionem eccleſiaſt. aſcripti ſint. Hanc eandẽ opinionem ſequunt Laur. & Ioan. de Lign. & Abb. qui eos refert in cit. c. nullus, nume. 10. de fot. compet. & probatur his rationibus. Primo quoniam ſi eſſent perſonę eccleſiaſticæ eſſent, aut per ſuſceptionem ordinis, aut per incorporationem ad aliquam religionẽ c. duo ſunt genera, 12. quæſt. 1. At nulla ratione hi tales ſunt, ergo, ita argumentatur Abb. quo argumento tacitò vſus eſt Zabar. vt vidimus. Præbere in eodem ſtatu ſunt, in quo nati ergo non ſunt eccleſ. perſonæ, non enim talis quis naſcitur. Poſtremò iure id cautum non eſt, vt tales ſint perſonæ ergo.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut loquimur de Heremitis, quorum religio ab Apoſtol. Sede approbata eſt cuiuſmodi ſunt, quas ſupra diximus, & hos eſſe perſonas eccleſiaſticas cõcludo per cita. c. duo ſunt genera, & ab Epiſcopo exemptas etiam eſſe; quandoquidem fruuntur priuilegijs etiam Mendicantium, qui ab Ordinarijs exempti ſunt, & idcirco, quæ de alijs regularibus ſupra diximus, eadem, & de his dicta eſſe volumus. Et in hoc caſu prior opinio locum habebit.

Aut ſunt Heremitæ, quorum viuendi ratio ab Apoſtolica Sede probata non eſt, vt ſupra præmiſſi; & in hoc caſu rurſus diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur an ſubiecti ſint Epiſcopo in ſpiritualibus; & ſine dubitatione Epiſcopo ſubiectos eſſe; immo & parocho in cuius parochia viuunt concludo, ita Aret. quem refert Felyn. in cit. c. nullus, numero 7. qui ait in quibuſdam ad eccleſiam etiam pertinere, ſcilicet quoad ſpiritualia; ſicut etiam reliqui Chriſtiani laici; & in hoc caſu locum habebit etiam prior ſententia. Aut quęritur an ſubiecti ſint Epiſcopo in reliquis non ſpiritualibus; & hic ſecundam opinionem ſequor, ſcilicet non ſint ſubiecti Epiſcopo, cum perſonæ eccleſiaſt. non ſint, vt ex dictis conſtat; ſed ſub laica poteſtate; eſto Epiſcopo ſubiecti ſint, ſicut alij Chriſtiani pauperes. In hac quæſt. igitur ſic concludendum cenſeo, & concluſionem hanc veriſſimam duco. Sed iam ad Moniales tranſeamus.

De Gubernatione Monialium, effectu per ſe, atque nono poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XXI.

S V M M A.

1 *Monaſteria Monialium extra Vrbem, Oppidum vè exiſtentia, intra Vrbem, oppida vè reducenda ſunt, ſi Epiſcopo videtur.*
2 *Monialium habitus à volente ſuſcipi debet.*
3 *Profeſſio à volente fieri debet.*
4 *Profeſſio facta à muliere non volente, an valeat.*

SExto Monialium gubernatio, quæ exemptæ non ſunt ad Epiſcopum pertinet (De exemptis autem quid iuris ſit, infra apparebit) Verum, quò appareat gubernatio hæc quouſque pertineat, quæ, & quales moniales eſſe debent, contemple-
1 mur, præmiſſo prius monaſteria † Monialiũ
extra Vrbem, oppida vè exiſtentia (quod obiecta prædictorum hominũ periculis ſunt) ſi Epiſcopo videbitur ad vetera, quæ ſunt in Vrbe, reduci debere; vel ad noua, quæ fiunt, inuocato quoad hoc etiam brachio ſeculari qui & non obedientes, vel id impedientes per cenſuras eccleſiaſticas comprimet, ita ſanciuit Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reg. ca. 5. verſ. Et quia monaſteria. Item ſi in vicinia domus ſint, vnde conſpiciantur, quæ intra Monaſteriũ ſunt, vel fiũt, vt amoueantur feneſtræ, vel oſtium, Epiſcopus etiam curabit, ita Fuſch. de Viſit. eccl. lib. 2. capit. 18. num. 50. Hoc præmiſſo iam rem aggrediamur.

2 Primum igitur † mulier habitum ſuſceptura volens ſuſcipere ipſum debet.

3 Secundo eadem † ratione, & profeſſionẽ emittere, quæ duo hinc probantur. Primum quoniam ad ſuſceptionem habitus maior duodecim annis eſſe debet, in qua ætate mulier conſtituta facile intelligere poteſt, actũ quem gerit (quamobrem, & tunc matrimonium contrahere, & teſtamentum facere po-

teſt,

ceſt, vt habetur in Inſtit. de nupt. in initio, in verb. Viri potentes, iunct. Gloſſ. & in titulo quibus non eſt permiſſ. facer. teſtamen. in §. præterea teſtamentum eod.) Præterea prohibitum eſt ab eodem Trid. Synod. in citat. ſeſſ. 25. ca. 17. ne habitum ſuſcipiat, vel profesſionem faciat, antequam Epiſcopus explorauerit, vel eo abſente, vel impedito eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumprib. ab eis deputatus.) Virginis voluntatem diligēter, an ſcilicet ſit coacta, ſeductavè, & an ſciat, quid agat, vt ibi dicitur (& idcirco, ne Epiſcopus profesſionis tempus ignoret, Præfeta Monaſterij tenetur certiorem Epiſcopū facere ante menſem, quod ſi non fecerit ad arbitrium Epiſcopi ab officio ſuſpenſa eſt, vt dicitur in eod. c. 17.) ergo non inuita, ſed volens ſuſcipere habitum, & profesſionem facere debet (In interrogatione autem, quæ fit ab Epiſcopo, vel ab alio ſuo nomine, hæc imprimis inquirentur, quamobrem habitū ſuſcipiat, profesſionemvè faciat, quo videatur, an metu, dolovè ad id inducatur. Item an ſciat, quid faciat, quamobrem tunc tria vota ei explicabit, quæ obſeruanda. Hinc enim facilius apparebit, quæ eius volūtas ſit; & ſi perſeuerare in ea voluntate animaduertat, diuina præmia ei parata proponet, & ita Ego pluribus obſeruaui, cum id muneris ab Epiſcopo Imolæ mihi mandatum eſſet) Poſtremo hinc probatur etiam volētem admitti tantum ad prædicta debere; nam qui agit puellam, vel viduam ad ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum, cuiuſcunque Religionis, vel ad emittendā profesſionem, quicunque ſit, ipſo facto excommunicatus eſt; ſicut etiam, qui auxilium, conſilium, fauoremvè ad id dederit; necnō ſc ēa eam non ſponte ingredi monaſterium, vel habitum ſuſcipere, aut profesſionem emittere, quoquomodo ei actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerit, ita habetur eadem ſeſſ. cap. 18. Ergo volens ad prædicta tantum admitti debet, ex quo puniuntur, qui eam ad id cogūt quacunque ratione.

In excommunicationē tamen non incidit vbi iuſtus metus eſt, exempli gratia, Iudex ob delictum condemnauit Mulierem, vt monaſterium ingrederetur, id quod innuit ſancta Synodus ibi, Præterquam in caſibus à iure expresſis, & ita Nauar. in conſil. 8. de ijs, quæ vi met. vè caſus fiunt.

Non incidit etiam in excommunicationem pater, qui filius hæredem non inſtituit; ſi Monaſterium non ingrediatur, ita ſacra Congregatio ibid.

Tertio in excommunicationem non incidit, vbi effectus ſecutus non eſt, ſcilicet quoniam non fuit ingreſſa monaſteria, cū enim in pœnis ſimus, quæ ipſo iure inferuntur, nō ſat eſt conatus; ſed perfectio actus requiritur, argum c. in pœnis, de reg. iur. lib 6. & c. cum in cunctis, §. penul. de elect. iunct. c. perpetuæ, de elect. libro 6. & ita Fely. in ſuo Tracta. Quand. conatus puniatur aſſeruit, num. 8. verſ. fallit quarto. Multo minus ergo, qui conſuluit in pœnam incidet, ita Nauar. in conſ. 5. de regul.

4 Atqui † an profesſio coacta valeat? Concludendum eſt breuiter eam non valere, tum quod profesſio eſt ſpirituale quoddam coniugium; at matrimonium carnale metu contractum nullū eſt, c. cū locum, de ſponſ. ergo, & ſpirituale hoc coniugium, matrimoniū. n. carnale, & ſpirituale, vel hoc paria ſunt, vt dixit Gloſſ. in c. bonæ, 1. de elec. Hinc timor etiam reuerentialis profesſionem nullam reddit, ita Gloſ. in c. præſens, 20. quæſt. 3. & Nauar. in conſ. 1. num. 4. de confeſſ. Tum quod per profesſionem votum ſolemne caſtitatis emittitur, vt habetur in c. vnic. de vot. lib. 6. at votum caſtitatis liberum omnino eſſe debet, vt infra ſuo loco probauimus, ergo metu contractum nullum erit. Volens igitur, & habitum ſuſcipere, & profesſionem emittere debet. Sed de his hactenus iā ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Habitum Monialium, quā ſuſcipit, maior annis duodecim eſſe debet.*
2 *Profesſio ante decimum ſextum annum expletum à Moniali fieri non debet.*
3 *Profesſio fieri non debet à Moniali poſt ſuſceptū habitum, niſi in probatione per annum fuerit.*
4 *Tria vota, necnon conſtitutiones ſuæ religionis Moniales ſeruare debent.*
5 *Confiteri ſemel menſem, & Eucharistiam ſumere Monialis debet.*

§. I.

1 §. † Tertiò ſuſcipere habitum monialis debet, niſi maior duodecim annis ſit.
2 † Item profesſionem facere, niſi poſt deci-
3 mumſextum annum expletum † modo prius ſteterit in probatione per annum; alioquin profesſio antea facta nulla eſt, nullamq; omnino obligationē inducit, ita habetur apud Triden. Synodum, eadem ſeſſ. 25. de regu. capit. 15. Annus autem probationis continuus eſſe debet, ita Nauar. in conſ. 3. de conuerſ. coniug. Quare virgo, quæ nupſit, & ante matrimonij cōſumationem monaſteria ingreſ-

ſa eſt, iuxta c. ex publico, de conuerſ. coniug. coget, ipſum maritum, & ſpectet decimum ſextum annum expletum, & profeſſionem eius, ita ſacra Congreg. ibidem.

4 Quartò poſt profeſſionem † tria vota ſeruare debet, nec non Cōſtitutiones Religionis, ac Monaſterijs ſeruare, item diuina officia celebrare, ſicut debent, argu. Clem. 1. de ſtat. Monach.

5 Quintò † ſemel in menſem ſua peccata confiteri, & Euchariſtiam ſummere debet, quo ſe his armis munita, hoſtium illuſiones facilius euadat, ita Triden. Synod. ead. ſeſſ. cap. 8. Quare Epiſcopus præter ordinarium confeſſarium ipſarum monialium, aliud extraordinarium bis, tervè in annum offerre debet, cui tamen confiteri non cogentur moniales, ſi nolint; nam in eorum fauorem conceditur, quo ſcilicet liberius ſua peccata confiteantur ob eam rem huic fauori renunciare poſſunt, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis. Sedde his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Clauſura, ideſt ſub clauſura moniales eſſe debent.*

2 *Exire à Monaſterio Moniales non debent, niſi ob tres cauſas.*

3 *Exire à Monaſterio an liceat ob alias cauſas ſimiles.*

4 *Pœna eorum, qui cooperantur in caſibus non conceſſis, vt moniales exeant à Monaſterio.*

5 *Exire ne habeant Moniales à Monaſterio, quæ facinnaa.*

§. II.

1 §. † Sextò ſub clauſura Moniales eſſe debēt, vt habetur in cap. 5. apud Triden. Synod. ſeſſ. 25. de regul. Epiſcopus igitur operam dabit, vt clauſura in Monaſterio monialium ſit; & vbi violata eſt, vt tenouetur, vbi verò non eſt violata, vt conſeruetur cenſuris eccleſiaſt. atque alijs pœnis non obedientes afficiens quacunque appellatione propoſita. Inuocare etiam poteſt brachium ſeculare; & iudices, ac Magiſtratus ſeculares ſi illud nō præſtiterint, ipſo facto excommunicati ſunt, ita S. Synod. eod. cap. 5. Hocque Epiſcopus faciet in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria auctoritate; in alijs verò Sedis Apoſtolicæ, vt ibidem dicitur, & ita Ioan. Bapt. Confett. in Sum. Mater. priuil. mend. tit. 20. cap. 12. Clauſura autem quoad rem noſtram pertinet, nil aliud eſt, quam occluſio monaſterij, ne moniales ab eo exeāt, ſeu prohibitio.

2 Septimò † exire è monaſterio moniales non debent. Epiſcopus igitur permittere nō debet, vt ſine cauſa legitima moniales profeſſæ à monaſterio, etiam ad breue tempus exeant, vt dicitur in c. periculoſo, de ſtat. regul. lib. 6. & cit. c. 5. Et quamuis per Concil. Triden. in arbitrium Epiſcopi collocatum id eſſet, quæ cauſæ legitimæ eſſent; hodie tamē tres cauſæ tantum præſcriptæ ſunt; Quarum prima eſt magnum incendium in monaſterio excitatum (quod ſuperioribus annis Bononiæ contigit) quę permiſſio ſit, ne periculum vitæ adeant. Altera cauſa eſt morbus lepræ, vbi ſcilicet Monialis lepra infecta eſſet; quo caſu id permiſſum eſt, vt vel facilius foris curetur, vel ne aliæ inficiantur morbus enim hic facile ſerpit. Tertia cauſa eſt Epidimiæ morbus, quæ dicitur peſtis idque ob proximas rationes Hæc igitur ſunt cauſæ, quamobrem concedi poteſt ab Epiſcopo, vt à monaſterio exeant, ita decreuit, atque declarauit Pius Quintus in Bulla incip. Decori, & Honeſtati, quæ eſt in ordine 100. lata anno 1569. calend. Febr.

3 At qui † an ob alias ſimiles cauſas, vel maiores exire poſſunt? exempli gratia ob bellum imminens. Item ob morbum, qui, & ſi infectionis periculum non eſt; ſi tamen mutatio aeris non fiat, curari non poteſt? Concludenpum eſt ad ſimiles caſus, & ad morbum etiam huiuſmodi tres prędictas cauſas pertinere. Tum quod Triden. Synod. de regu. ſeſſ. vigeſima quinta, cap. 5. id ſignificat poſſe ob quancunque cauſam ab Epiſcopo probatam. Tū quod & ſi quatuordecim cauſæ, ob quas filij exhæredari poſſunt, à iure expreſſę ſunt in §. Aliud quoque capitulum, in authen. vt cum de appel. cognoſc. & in Authen. non licet, C. de liber. præter. ob alias ſimiles cauſas tamen, & multo magis ob maiores exhæredari etiam poſſunt, vt dixit Guliem. communiter recept. in cit. Auth. licet. Nam & donatio, quæ ob quinq; cauſas permiſſa eſt reuocari, l. fin. C. de reuocand. don. ob alias tamen ſimiles cauſas reuocari poteſt, vt dixit Gloſſ. communiter tecept. ibidem, & ita Felyn in c. paſtoralis, de reſcript. & Rip. in cit. l. fi. atque ſic aſſeruit Nauar. in Comment. 4. de regul. num. quadrageſimooctauo, cum ſeq. Ob has igitur cauſas, quas & Epiſcopus cognoſcere debet, concedere licētiam ipſe poteſt; qua in re ne decipiatur, Medicorum conſilio vtetur, argum. l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. † ob aliam cauſam verò licētiam concedens ipſo facto excommu-

4

communicatus eſt;& alijs etiam pœnis afficitur. Nam ipſo iure priuatus eſt dignitatib. officijs,& adminiſtrationibus, quas habet, & inhabiles fit ad alia obtinenda quorũ priuatione efficitur etiam egreſſa, ſicut etiam excommunicatione reſeruata Rom. Pontif. vt in cit. Bulla habetur. Committantes verò & recipientes egreſſas ſolum excommunicati ſunt, cuius excommunicationis abſolutio Romano Pontifici reſeruata eſt, vt in cit. Bulla habetur. Verum quid ſi quis inueniret huiuſmodi Monialem, ſi vagantem longè à monaſterio, & periculum eſſet, ne violaretur vel occideretur, vtpotè, quia nocte egreſſa eſt, vel in loco deſerto reperitur, an qui eam committatur, vel recipit in excommunicationem hanc incidet, Nauar. eodem Comment. 4. num. 50. tenet id licere, nam cum in neceſſitate quadam ſit amiſſionis vitæ, vel honoris, neceſſitas id licitum facit, c. quod non licet, de regul. iur. & argum. c. paſſe, diſtinct. 95. hanc opinionem veram eſſe, vbi hoc animo committatur, vel recipit, vt in monaſterio eam ducat, ergo cenſeo. Poſtremò, vbi permiſſum eſt, vt foris morentur, euſque morari debent, quouſq; neceſſitas id poſtulat, vt dicitur in eadem Bulla.

5 † Hinc ne habeant neceſſe exire è monaſterio, recipi non poſſunt, niſi quæ viuere ex reditibus monaſterijs, vel conſuetis eleemoſynis queunt, vt habetur in c. vnic. §. ſanè, de ſtat. regul. & apud Triden. Synod. ſeſſ. 25. de

4 reg. cap. 3. Secundo per Bullam Greg. XIII. prouiſum eſt cuius mentioné infra fecimus. Poſtremò per dotis dationé, de qua in Tracta. de Simon. Tab. 1. cap. 4. egi abunde vid. Sed de his hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Monaſterij ſepta ingredi nemini licet, quæ regula quouſque pateat declaratur.*

2 *Pueros doli non capaces introducens in Monaſterium an in excommunicationem incidat.*

3 *Ingrediens monaſterium ſine licentia in quam pœnam incidat.*

4 *Ingredi monaſterium monialium, quando liceat.*

5 *Epiſcopus an licentiam dare poſſit conſanguineis ingrediendi monaſterium cauſa viſitandi conſanguineam graui morbo laborantem.*

6 *Licentia in caſibus non neceſſarijs vtens, ſi monaſterium ingrediatur, in quas pœnas incidat.*

7 *Epiſcopus, & alius Superior ingredi ſepta monaſterij non poteſt, niſi in caſu neceſſario.*

8 *Epiſcopus concedens licentiam in caſu non neceſſario, an in pœnam incidat.*

9 *Moniales puniuntur recipientes in tali caſu.*

§. III.

Sicut autem egredi moniales è monaſte-
1 rio non debent † ita alijs ingredi ſepta monaſterij non licet, quæ regula locum habet primo, cuiuſcunq; generis homines ſint ſcilicet vel perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſeculares; duo enim hæc genera chriſtianorũ ſunt, c. duo ſunt genera, duodecima quæſt. prima, & ita habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 25. de regul. capitulo quinto, verſicu. Ingredi autem.

Secundo locum habet cuiuſcunque conditionis ſint, vt dicitur in eodem verſicu. Ingredi. Quare vel ſeruus, vel liber ſit, vel in dignitate poſitus, vel priuatus, id ei non licebit.

Tertiò locum habet, cuiuſcunque ſexus ſit ob cit. verſ. Ingredi, & idcirco vel maris, vel fœmina ſit. Quare Ermaphrodito ingredi non licebit; mixtus enim caſus ſub ſimplici continetur, vt pluribus id egit Tuſch. in ſuis Concluſ. in littera M. concluſ. 294. Præterea ratio, quæ eſt in mari, & in fœmina, in hoc etiam habetur, ergo & eadem iuris diſpoſitio c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil.

Quarto locum habet, cuiuſcunque ætatis
2 ſint, ob cita. verſ. Ingredi autem. † At qui an infans ſi deſeratur intra ſepta monaſterij ſe, vel eum deferens, vel recipiens in pœnã incidat? In hac quæſt. quoad ipſum puerum, in excommunicationem ipſum non incidere ꝓ certo habendum eſt, cum enim vſum rationis non habeat, & idcirco nec velle poſſit, peccare non valet, peccatum enim non eſt, niſi voluntarium, vt dixit ſanctus Auguſtinus. At vbi quis mortiferè nõ peccat, in excommunicationem iuris nõ incidit, c. nemo & c. nullus Epiſcopus, 11. quæſt. 3. Hinc vniuerſitas excommunicari non poteſt, c. Romana, §. in vniuerſitatem, de ſent. excommunica. & vt pluribus id probaui in Tract. meo de Cenſur. Tab. 2. cap. 26. & cap. 27. eadem Tabul. quandoquidem, & in ipſa innocẽtes, & pueri eſſe poſſunt qui iniuria excõmuni-
3 carentur. † Quoad deferentes autem infantem, ſine dubio ipſos peccare concludo, ex quo rei illicitæ operam dant, & idcirco puniri poſſe; An autem in excommunicationẽ incidant, ipſos non incidere ſentio. Tũ quod id iure cautum non eſt. Tum quod in pœnã iuris, quæ ipſo facto infertur, quis non incidit, vbi id non dicit, ita dixit Gloſſ. communiter

niter recep.in c.ſi.de iut. patr. Quoad ipſas verò moniales recipientes, incidere in excommunicationem ipſas cenſeo, cum nō culpa careant, & contra recipientes excommunicatio lata ſit. Contrarium tamē tenuit Nauar.in c.ſtatuimus, num.59.quæſt.15.de regul.iur.& hoc 1.l.1.C.de falſ.mone.& c.omnis de pœnit.& ſequitur Fuſch.lib.2.de Viſit.Eccl.cap.18.num.25. Sed horum opinio locum habet, vt dixi habito reſpectu ad pœnam infantis, nam ad alios ingredi ergo ſepta monaſterij nemini licet, alioquin in excommunicationem incidunt ingrediētes, vt habetur in cit.cap.5.apud Trid.Synod.in eod.verſ.Ingredi.

4 Excipitur tamen primo, † vbi de licentia Epiſcopi in ſcriptis ab eo obtenta in caſibus neceſſarijs, quis ingreditur; tunc enim in excommunicationem non incidit, vt ibidem habetur. Idē ſi detur à Vicario, poteſt enim & ipſe, vt dixit Sbroz.de off. Vicar. libro 2. quæſt.109. Neceſſariæ autem cauſæ ſunt hæ. Primo ſalus animarum Monialium, ſi enim aliqua monialis ægrotet, tūc eius parochus ingredi poterit ſepta monaſterij, qui ſacramenta ei adminiſtret, vt pœnitentiæ ſacramentum, Euchariſtiam, & Extremā Vnctionem, ac demum vt eius animam Deo cōmendet, id quod & infra diximus.

Secundo vbi ſalus corporis agitur, exempli gratia, ſi monialis ægrotat, Medicus, & Chirugicus, ſi eorum opera egebit, ingredi ſepta monaſterij poterunt. licētia ſemper in ſcriptis ab Epiſcopo, vel ab eius ſuperiore habita.

Tertia cauſa erit viſitatio; Epiſcopus enim, ſi eas viſitare vellit, ingredi poterit, nō enim ad ſuum arbitrium ingredi, & ipſe poteſt, & ſine cauſa neceſſaria, alioquin prima vice ingreſſu Eccleſiæ priuatus eſt. Secunda vice ſuſpenſus eſt à Pontificali, & à diuinis. Tertia vice ipſo facto excommunicatus eſt per Bullam Gregor.XIII.incip. In dubijs, quæ emergunt, quæ eſt in ordine 75. Epiſcopus igitur ob oculos hæc habere debet, & vbi iuſtam cauſam habet, & neceſſariam, ſecum ducat paucos, eoſque ſeniores, ac religioſos homines, vt dicitur in eadem Bulla. Nulla tamen licentia ipſe eget, ſed ſuo iure id habet, & ita colligitur ex cit. Bulla Greg. & probauit quoque Nauar.in conſ.9.de ſta. monach. Idem dicitur de alijs Regularibus qui facultatem hanc habent, vt habetur in cit. Bulla Generalis igitur Prouincialis eorumve Commiſſarij in caſibus cōceſſis ſine licentia ingredi in monaſteria ipſis ſubiecta poſſunt, & Ioan.Bapt.Confet.in Sum.priuil. Mend.tit.20.cap.8. Immo in electione Abbatiſſæ Præfectæ vbi interuenit Epiſcopus, vel alius ſuperior ingredi clauſtra monaſterij non debent. ſed ante feneſtram Cancellorum vota reddant. vel accipiant, ita Trid. Synod.eodem ſeſſ.25.de regul.cap.7. etenim & conſecratio, ſeu benedictio monialium in eccleſia exteriori fieri debet, ita in eod.cap. 7.& ſacra Congreg.

Poſtremo ratione rei ingredi ruſtici quoque poſſunt, quo frumentum, ligna, vinum, & huiuſmodi deferant: qua in re Epiſcopus cautior erit, ne permittat, atque concedat licentiam hanc, niſi probis viris, & re morentur ibi, niſi quouſque neceſſitas poſtulat cōceſſa tamen licentia ſimpliciter intrandi cū plauſtro pro vna vice conceſſa intelligitur, ita Iaſ.in l.diuortio, §.quod in nouo, ff.ſolu. matr. quem refert, ac ſequitur Sbroz.de Off. Vicar. lib. 2.quæſt. 210. Addo puellis concedi, vt ingrediantur monaſteria educationis gratia ſeruatis tamen cōditionibus quibuſdam relatis ab eodem Ioan.Bapt.Confet.in cit.tit.20 c.7.

5 Atqui † an licet Epiſcopo licentiam dare matri, ſorori, & conſanguineis monaſteriū ingrediendi cauſa viſitandi filiam, vel ſorores, quæ graui morbo laborant? Breuiter reſpondetur non licere, vel in mortis periculo conſtitutæ ſint; & minus quando filiæ, & aliæ perſonæ profeſſionem emittunt, vel habitu religionis ſuſcipiunt, ita declarauit ſac. Congregatio, quam refert Roder.cit.à Stephan. Quar.in Summ.Bullar.pag. mihi 327. Idq; merito, non enim caſus neceſſarij prædicti ſunt, quibus exiſtentibus licentia concedi poteſt.

6 Ex his † altera regula elicitur non licere ingredi ſepta monaſterij, etiam licentia habita, vbi caſus neceſſarius non eſt; alioquin vtentes huiuſmodi licentijs. Primo excommunicati ſunt ipſo iure. Secūdo priuati ſunt dignitatibus, beneficijs, & officijs ſuis. Tertio inhabiles ſunt ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, ita habetur in Bulla Greg. XIII.incip. Vbi gratiæ, in verſ. Quinetiam, quæ eſt in ordine 36.

7 Immo, † nec ipſi ſuperiores, qui licentiam alijs dare poſſunt ingrediendi monaſteria in caſibus neceſſarijs, extra caſus neceſſarios ingredi ipſi poſſunt, vt ſupra probauimus.

8 † Verum an licentiam concedens in caſus nō neceſſario in pœnā excommunicationis incidit? Planè ipſo iure in nullam pœnam excōmunicationis incidit. Tum quod nullus Canon id dicit. ergo nec nos dicere debemus. l.de precio, ff.de publ.in rem act. Tum quod

in pœ-

in pęnã iuris quis non incidit, vbi id expreſſè non eſt, vt dixit Gloſſ. communiter recep. in i. fin. de iur. patro. ergo nec in hoc caſu licentiam concedens incidet.

Nec facit ſi dicatur, qui ea licentia vtitur in excommunicationem incidere; nã id propterea fit, quoniam ita iure cautũ eſt, quod in hoc caſu non adeſt, id quod eo magis aſſerimus quoniam cum ſimus in pœnis, à ſimilibus ad ſimilia in ipſis non argumentamur, vt inquit Gloſſ. in cit. c. in pœnis, de regul. iur. lib. 6. Arbitraria igitur pœna punietur, l. 1. ff. de iur. delibe & c. de cauſis, de off. deleg. Excipitur tamen, vbi bona fide id ſe poſſe exiſtimans licentiam conceſſit; tunc enim & arbitrariam pœnam euadet. Qua in re tamen cautior erit.

9 Poſtremò † incidunt in excommunicationem moniales, quæ recipiunt hos licentiam huiuſmodi habentes in caſibus nõ neceſſarijs, & priuatæ ſunt dignitatibus, & officijs ſuis, & inhabiles ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, à qua excommunicatione tam ingredientes, quam recipientes, prę terquam in mortis articulo à Romano Pontifice abſolui tamen poſſunt, ita habetur in cit. Bulla Gregor. XIII. incip. Vbi gratiæ, in verſ. Quin etiã. Quare vbi ſine prædicta cauſa licentia conceſſa eſt, Moniales recipere licentiam hanc habentem non debent, nec ob id contra obedientiam faciunt, quoniam per Bullam allegatam Gregor. id eis permittitur.

Addo, qui ob malum finem monaſterium ingreſſus eſt, abſolui ipſum non poſſe à Confeſſarijs habentibus facultatem abſoluendi à caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, vt habetur in declaratione Clementis VIII. de caſibus reſeruatis, facta Romæ die 26. Nouembr. 1602. quam infra in materia caſuum reſeruatorum poſuimus.

Verum, qua ratione monialibus pauperibus ſubuenietur? Multis modis, vt ſupra, ſed eo etiã quem poſuit Grego. XIII. in Bul. incip. Deo ſacris in ordine 13. ſcilicet dando dimidiam partem relictorum pauperibus, ſiue ex teſtamento, ſiue inter viuos; modo certis perſonis relicta non ſint, idque Epiſcopi exequi debent. Atqui an aliqui moniales licet ſine licentia? Et quid de Prædicatoribus, & miſſam in ſuis eccleſijs celebrantibus, necnon de eorum Confeſſarijs. Hæc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Regulares non poſſunt accedere ad Monaſteria, ſeu domos Monialium cuiuſcunq; ordinis ad colloquendum, ſeu tractandum cum eis.*

2 *Prædicatores Regulares miſſi ad prædicandum, vel miſſas celebrandas alloqui moniales intra clauſtra degentes non poſſunt quacunque ex cauſa.*

3 *Confeſſarij etiam pernoctare in ædibus contiguis monaſterio non poſſunt. Et quid de commiſtione.*

4 *Colloqui cum monialibus, an clerici ſeculares, vel laici queant ſine pœna.*

§. IV.

1 SNono regulares † per Decretum ſacræ Congregationis Regularium accedere ad monaſteria, ſeu domos quarumcunque monialium, ſiue ſui alterius ordinis ad colloquendum, ſeu tractandum cum eis non poſſunt ſub pœnis priuationis officiorum, vocis actiuæ & paſſiuæ ipſo facto incurrendis, alijsque pœnis arbitrio eius Congregationis.

2 Quæ regula locum habet † vel miſſi ſint ad prædicãdum eis verbum Dei; nulla enim ratione alloqui ipſas debet.

Item locum habet, vel mittantur ipſi Regulares ad celebrandum eis miſſam.

Excipitur tamen ſuperior cui monaſterij cura incumbit.

Secundo earum viſitator.

Tertiò, qui habet licentiam expreſsè ab eadem ſacra Congregatione; alij enim licentiam dare non poſſunt.

Poſtremo excipitur earum Confeſſarius ordinarius, vel extraordinarius ipſi enim ingredi poſſunt ad ſacramenta adminiſtranda ægrotis, quæ ad communes crates, nequeũt item pro ſepeliendis, ita Ioan. Baptiſ. Confett. in Sum. priuil. Mend. tit. 20. capit. 8.

3 Pernoctare tamen non poteſt † in ædib. monaſterij contiguis monaſterio, ſeu domibus monialium, nec alios pernoctare facere, vel ſecum retinere. Non etiam vllo modo commedere, vel cibum vllum ſumere ibidem, niſi monaſterium eius nimium diſtaret; & tempus eſſet generalium confeſſionum, vt habetur in eod. Decreto. quod refertur à Stepha. Quar. in ſumm. Bullar. in verb. Monaſteria, pag. 331. cuius decreti verba hæc ſunt.

Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Do. Cardinales, &c. Decreuerunt, & mandauerunt, nulli poſt hac religioſo cuiuſcũque ordinis,

gradus,

gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat, (ſuperiore, cui monaſterij, ſeu domus cura incũbit, viſitatore, vel viſitatoribus confeſſarioriorúque ordinario cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) licere abſq; licentia expreſſa eiuſdem ſacræ Congregationis accedere ad monaſteria, ſeu domus quarumcunque monialium, vel ſororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis. Quod ſi aliquãdo mãdato ſui ſuperioris aliquos religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas miſſas in ipſarum monialium, ſeu ſororum Eccleſijs, ſeu Oratorijs exteriorib. ſiue extra clauſtra exiſtentibus mitti contigerit prohibuerunt ne dicti Religioſi vllo quæſito colore, moniales, ſorores, aut quamlibet perſonam intra clauſtra degentes alloqui posſint. Confeſſarij autem ſimiliter interdixerunt, ne in ædibus monaſterij, ſeu domib. vel monaſterio, ſeu domui monialium, aut ſororum contiguis pernoctent, aut alios pnoctare faciant, vel alias ſecum retineant; nevè extra tempora generalium cõfeſſionũ (quibus ſoli tantum Confeſſario refectionẽ diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum ſua habitatio; aut virorum domus, vel monaſterium, in quo degit à monialium, ſeu ſororum monaſterio, vel domo nimium diſtat, niſi tamen & eo caſu contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit,) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum ſumant, quæ omnia, & ſingula ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis, alijsque eiuſdem cõgregationis arbitrio præſcripſerũt inuiolabiliter obſeruari. Hæc ibi ex quibus propoſita ſupra habentur.

4 Verum quid † de Clericis ſecularib. necnon laicis? Planè per illud decretum in nullam pœnam incidunt; quippe quia de Regularibus tãtum loquitur, ex quo igitur verba eis non conueniunt, nec diſpoſitio legis conuenire poteſt, l. quarta, §. Hæc verba, & ibi Bar. ff de dam. infect. Non enim communi iure ſeſto frequentantes ſine manifeſta, & probabili cauſa puniri posſint ab Epiſcopo, vt dicitur in c. monaſteria, de vit. & honeſt. Cler. Hinc Epiſcopi ſtatuti excommunicari ſolent alloquentes moniales ſine licentia, ita Abb. ibi.

Valet ſtatutum prohibens, ſeu excõmunicans accedentes ad monaſteria monialiũ exempta, ita Gemin. & Franc. in c. 1. de ſta. regul. lib. 6. de communi ſententia, teſtatur Prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 32. pertinet enim ad clauſuram, quamobrem & in exempta iuriſdictione habet, vt vidimus. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Eccleſiæ ſubiectæ monialibus, quæ animarum curam habent, quoad ipſam curam Epiſcopo ſubiectæ ſunt.*

2 *Moniales exemptæ excommunicatæ, ab Epiſcopo abſolui poſſunt.*

3 *Moniales exemptæ quoad clauſuram Epiſcopo ſubiectæ ſunt.*

§. V.

1 §. † Decimò Eccleſiæ monialibus ſubiectæ quæ animarum ſecularium curam habẽt, habito reſpectu ad ipſam curam ſub iuriſdictione Epiſcopi ſunt, vt de Eccleſijs Regularium, etiam diximus, ita Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reg. cap. 11. Id quod locum habet vel immediatè Apoſtol. Sedi ſubiectæ ſint; ipſe ergo dabit parochus, in temporalib. autem non ſe miſcebit, ita Triden. Synod. ead. ſeſſ. cap. 9. & ibi ſacra Congregatio, & Ioan. Bapt. Confett. in Sum. Matet. priul. ord. Mendic. tit. 20. cap. 5.

Secundo, quoad ſpiritualia habito reſpectu ad ipſas moniales vbi Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectæ ſunt, iuriſdictionem in ipſas moniales Epiſcopus habet, vt habetur in cit. cap. 9. & in Clem. 2. de ſtat. monach. Quare ipſas viſitare poterit per cit. Clem. 2. vbi etiam habetur quos ſecum in viſitando

2 habere debeat. † Poterit etiam ipſas abſoluere ab excommunicatione iuris, de monialibus, iunct. Gloſ. & ibi quoque not. Felyn. de ſent. excom. Idem dixit Socin. ſenior. in c. officij, num. 3. eod.

Quæ diximus autẽ de ijs, qui nolunt profiteri, ſed exire à Monaſterio Regularium, quoad reſtitutionem bonorum eis faciẽda, quæ in monaſterium tullerunt iuxta cap. 6. Triden. Synod. eadem ſeſſ. 25. de reg. necnõ de renunciatione bonorum poſt habitus ſuſceptionem faciẽdam, de qua habetur, ead. ſeſſ. cap. 16. Eadem & de monialibus aſſerimus per eadem iura. An autem vbi moniales habitum ſuſcipere volunt, paciſci de dote posſint, egi in Tract. meo De Simon. Tab. 1. cap 4. § 5. nume. 6. De largitione itidem munerum prohibita ipſi monialibus, ac regularibus habetur in conſtitutione Clementis VIII lata Romæ die 2. Iulij 1594.

Ex his habetur, quæ moniales facere, quæque vitare habeant præter ea, quæ cum laicis, & alijs Clericis communia habẽt, cuiuſmodi

modi eſt diuinorum officiorum celebratio, vt earum regula poſtulat; ſicut etiam obſeruatio Conſtitutionum ſuæ Religionis.
3 †Habetur etiam ex iam dictis in exempras iuriſdictionem habere epiſcopus habito reſpectu ad clauſuram, & animarum ſecularium curam, vbi eccleſias huiuſmodi habent, vt mittam intra chorum, & ſepta monaſterij ſanctisſimum Christi Corpus ſeruari nõ debere, per Trideu. Synod. eadem ſeſſ. cap. 10. Idque meritò, non enim ad mulieres cura hæc pertinet, arg. c. noua quædam, de pœnit. At quid de mulieribus, quæ nullo voto ſacto more monialium viuunt? Epiſcopis ſubiectę ſunt, c. indemnitatibus. §. in prædicta. de electio. lib. 6. & ibi Gem. Fran. & Butr. in c. 2. de for. compet. & Clem. attendentes. §. illas, de ſtat. monach. quibus iurib. apparet ab Epiſcopo viſitari poſſet, & ita Prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 53. Sed de Regularibus ſatis, iam ad alia tranſeamus.

De Gubernatione Infidelium ad Chriſtianam Religionem tuendam, effectu per accidens, & primo poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XXII.

S V M M A.

1 *Foris ſunt nihil ad nos, quomodo accipiatur.*
2 *Iudæi Chriſtianos pro ſeruis habere non poſſunt.*
3 *Non etiam pro famulis, vbi liberi ſunt in domibus eorum.*
4 *Non etiam extra domos, vbi per multum temporis, vt haberent.*
5 *Non nutrices Chriſtianas domi habere queunt.*

De Gubernatione Christi Domini fideliũ, effectu per ſe poteſtatis, atque officij Epiſcopi iam egimus; modò agamus, de gubernatione per accidẽs eiuſdem poteſtatis, atque officij, & primo
1 de gubernatione Infidelium. †Etſi enim, vt inquit D. Paulus ad Corinth. 1, capit. 5. Qui foris ſunt, nihil ad nos, & refertur in c. gaudemus, de diuort. & in Clem. 1. in verb. Principium, de teſti. & vt inquit Gloſſ. 1. de Iud. (Id quod in hãc ſententiam accipitur habito reſpectu ad obſeruationes legis Euangelicæ poſitiuæ.) ad Chriſtianam religionem tamen tuendam, necnon ad conſeruandos Chriſti fideles in religione in duobus caſib. eorum curam epiſcopus gerere quodammodo habet. In altero vbi in infidelitate perſeuerant, ne ſcilicet quidpiam contra religionem chriſtianam moliantur. In altero, vbi Chriſtiani fieri nolunt. De his duobus igitur agendum eſt, & prius de primo.

2 Primum igitur † Iudæi Chriſtianos ſeruos habere non debent, nec poſſunt, & idcirco ſi contingat quempiam Chriſtianam iudęi ſeruum eſſe, redimi omnino debet, vt dicitur in c. 1. & ibi Gloſſ. 1. & DD. not. de iudæ. ne fas enim eſt, quem Chriſtus redemit, blaſphemum Chriſti in ſeruitutis vinculis retinere, vt ibi dicitur. Id quod dicendum eſt, de eo qui Chriſtianus non eſt, ſi Chriſtianus fieri velit.

3 Secundo, † nec poſſunt conducere Chriſtiani operas, vbi in domibus eorum morandum ipſis eſt, c. iudæi, 2. & c. ſi iudæos, de iudæ. Tum ne ob aſſiduam familiaritatem ad ſuam ſuperſtitionem, & perfidiam ſimpliciũ animos cõuertant, c. ad hæc, eod. c. ſæpe, 28. quæſtio. 1. Tum ne videantur ipſi dominari chriſtianis, cum ſerui ipſi ſint, atque ſic dixit Abb. in cit. 1. Non ergo pro famulis viros, mulieresve chriſtianas domi habere iudæi poſſunt.

4 Immo † nec ad multum temporis conducerẽ operas chriſtiani ipſis licet, eſto domi eos non retineant ob cit. c. ad hæc, & ob rationes proximè allatas. Epiſcopus ergo ſi contra fiat, excommunicare chriſtianos ſic morantes poterit, c. etſi iudæi, in fine, de iudæ. Excipitur tamen extra domos ipſorum iudæorum, & per breue tempus; aliquas enim operas præſtare chriſtiani poſſunt, vt ligna ſcindere, ædes reficere, & dolia vinaria accommodare panes, coquere, & alia huiuſmodi munera præſtare.

5 Tertiò mulieres chriſtianas † pro notricib. ad ſuos filios alendos domi habere nequeunt, cit. c. iud. & c. ſi iudæos, de iud. & no. Abb. in eod. c. ad hæc. Id quod & Paulus IV. in ſua Bull. incip. Cum nimis abſurdum, quę eſt in ordine quinta ſtatuit, quam & probauit Pius V. in Bulla incip. Romanus Põtifex etiam in ordine ſeptima, & Gregor. XIII. in Bulla incip. Aliàs præ memor. Papa Paulus, quæ eſt in ordine 71. cauit, nec in hoc Epiſcopus diſpenſare poteſt. Tum quod prohibitio hæc ad fauorem, & decretum chriſtianæ religionis pertinet, vt conſuluit Cardinal. quem refert, ac ſequitur Abb. in eodem c. ad hæc. Tum quod Epiſcopus contra ius diſpenſare nequit, niſi vbi expreſsè, tacitovè id ei permiſſum eſt, vt dixit Innocent. communiter

recept.in c.dileƈtus,de tempor.ordin.& nos ſuo loco. Sed de his hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Comedere cum iudæis,& alijs infidelibus Chriſtiani non debent.*

2 *Panis azimus Iudæorum,& ſoffocatis,an liceat ſtiani veſci.*

3 *Ludere & familiaritatem cum Iudæis habere, matrimoniave contrahere Chriſtianis non licet.*

4 *Medicis iudæis chriſtiani vti non debent.*

5 *Bulla Gregor. XIII. refertur prohibens,ne infideles Medici ab ægroti vocentur.*

§. I.

1 Secundo † Chriſtiani cum iudæis & alijs infidelibus commedere non debent, c. nullus,& c.omnes, 28.quæſtio.1. Tum quod inter epulas decipi facile quis poteſt, vt ait Gloſſ.in cit.c.cum ſit laudabile.de iud. Tum quod malorum conſuetudo bonos ſæpius corrumpit,c.ſæpe malorum,eadem quæſt.1. Cum infidelibus igitur quibuſcunque nobis veſci nó licet ob rationes allatas in cit. Glo. & in c.cum ad menſam,11.quæſt.3. Accedit quod cum ipſi noſtris cibis nam veſcantur, indignum eſt nos veſci,vt in allegatis iurib. habetur. Excipitur tamen neceſſitatis caſus; tunc enim ipſorum cibis vti communib. vſu licet. Quare & captus à Thurcis, & alijs infidelibus in neceſſitate tantum eorum cibis vti poterit.

2 Atqui † an liceat Chriſtiano veſci eorum azimis panibus. In hac quæſt. ſic breuiter diſtinguendum cenſeo. Aut quis ignorat eſſe panes huiuſmodi; & in hoc caſu ſine dubio excuſatur,c.turbatur, §.notandum, prima quæſt.4.& c.licet,26.quæſtio.2. Aut ignorat id prohibitum eſſe,quod idiotis præſertim hominibus contingit,& in hoc caſu, quis etiam excuſatur ob probabilem ignorátiam, quamobrem multi excuſationem habent. Aut quis id non ignorat;& in hoc caſu non licet eis veſci,c.nullus,28.quæſt.1.nam vbi de azimis igitur,& ſi contra fiat, præcipitur, ſi Clericus eſt,vt deponatur,ſi laicus vt excómunicetur;at ſi liceret,quis non puniretur, arg.l.Gracchus,C.de adult & c. qui peccat, 23.quæſt.4.& ita inquit Nauar.in conſ.1.de iudæ. Quæ diximus autem de azimis,ob eandem rationem ſentimus etiam de ſoffocatis excipio tamen caſum neceſſitatis, modò tunc eis cibis quis veſcatur, vt communibus, non autem vt talibus.

3 Tertiò † cum eis ludere Chriſtianis non licet, nec familiaritatem habere per eand. Bullam Pauli IV. Minus matrimonia cótrahere;nam grauiter puniũtur, qui cum iudæa rem habent, vel iudæus, qui cũ Chriſtiana, vt tradidit Menoch.de arbit.iud.lib.2.Cen. 3.caſ.290.& matrimonium nullum eſt,& puniuntur c.ſi quis iudaicæ,28. quæſt.1.& generatim cum infidelibus matrimoniũ contrahere non licet,& contraƈtum non valet, vt habetur eadem quæſt.1.fere per totam,& ita Couar.de ſponſ.& matr. par.2. cap.6.§. 11.id quod Apoſtolus prohibuit,2. ad Corinthios illis verbis, Nolite coniugi cum infidelibus.

4 Poſtremo † Chriſtiani morbo affeƈti iudæos,alios vè infideles Medicos ad ſe curandos vocare non debẽt,nec ab alijs vocatos admittere;alioquin grauiter puniuntur, vt habetur in Bulla Gregor. XIII. incip. Alias piæ memor. quę eſt in ordine 71.cuius verba hæc ſunt.

5 Alias † piæ memor. Paulus Papa Quartus prædeceſſor noſter edita perpetua conſtitutione inter alia ſanciuit ne Medici Iudæi etiam vocati,& rogati ad Chriſtianorum ægrotantium curam accedere,aut illis intereſſe poſſent;quam conſtitutionẽ poſtea Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter per ſuas literas approbauit,innouauit, & confirmauit; & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit,ac voluit,& ſub intimatione diuinà iudicij præcepit,& mandauit,omnia in ead. conſtitutione contenta in poſterum firmiter obſeruari,non ſolum in terris, & Dominijs ſanƈtæ Romanæ Eccleſiæ ſubieƈtis, ſed etiã vbique locorum. Quia tamen nobis non ſine magna animi noſtri moleſtia innotuit ea minimè obſeruari,ſed multos adhuc ex Chriſtianis hominibus eſſe,qui dum ſuos corporum languores illicitis medijs, & præcipuè iudæorum,aut aliorum infidelium opera ſanari cupiunt,veræ ſalutis animarum ſuatũ, & corporum ſimul immemores fiũt,& quod valde notandum eſt,in damnationis æternæ maximum ſæpe diſcrimen incidũt, Medicis Iudæis,& Infidelibus huiuſmodi ad ipſorũ curationem vocatis,& adhibitis,vnde fit,vt & iudæis,& alijs Infidelibus magna detur delinquendi occaſio,& ſimul ſalutare præceptum negligatur ab Innocen. Papa III. Similiter prædeceſſore noſtro in Concilio generali quodam emiſſam, & deinde à prædiƈto Pio V. innouatum quod omnes Medici cum ad infirmos in leƈto iacentes vocati eſſent, ipſos ante omnia monerent,vt idoneo Confeſſori

feſſori omnia peccata ſua iuxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ confiterentur, neque tertio die vlterius eos viſitarent, niſi lõgius tempus infirmo Confeſſor ob aliquã rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientia honerabatur conceſſiſſet, & eis per fidẽ Confeſſoris in ſcriptis factam cõſtaret quod infirmi peccata ſua confeſſi fuiſſent. Idcirco nos tum Iudæos qui aduerſus mandata huiuſmodi Apoſtolica committere audẽt, quã Chriſtianos, qui eos ad ſe accerſunt, vel medendi licentiam concedũt, & viam ad delinquendum eis aperiunt, coercere volentes prædictas prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones auctoritate Apoſtolica tenore pręſentiũ approbamus, confirmamus, & innouamus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus ac noſtra in perpetuum valitura cõſtitutione, eiſdem conſtitutionib. & præceptis pro firmiori illorum obſeruatione addentes vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus diſtrictè inhibemus, & interdicimus, vt poſt hac iudæos, & alios infideles ad ipſorum Chriſtianorũ ægrotantium, & infirmorum curam vocent, ſeu admittant, aut vocari, admittivè faciãt, concedant, & permittant. Mandantes præterea omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon dilectis filijs locorum ordinarijs, & quibuſuis parochis, alijsvè curam animarum habentibus, & exercentibus ſub indignationis noſtræ, ac alijs arbitrio noſtro infligẽdis pęnis, vt præſentes noſtras literas in ſuis eccleſijs, quæ in illis Ciuitatib. & diœceſib. conſtitutæ ſunt, in quibus Hebræi, vel alij Infideles moram trahunt quamprimum ad eos prælatæ fuerint, & deinde ſingulis annis in initio Quadrageſimalis ieiunij publicent, aut publicari faciant, & quod ſi quis poſt earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, cuiuſcunque gradus, ordinis, & conditionis, & præeminentiæ exiſtens aduerſus illa facere auſus fuerit, ſacramenta ei eccleſiaſtica nullatenus miniſtrẽtur, nec etiam à regularibus exemptis; & ſic decedens Eccleſiaſtica careat ſepultura, quæque omnia parochi ægrotantibus ſignificare apto tempore non omittant; præſertim cum iudęum, vel infidelem Medicum ab eis admiſſum eſſe cognouerit, & alias ipſi locorum ordinarij contra huius mandati tranſgreſſores debita animaduerſione procedant: iudæosq; ie ipſos nihilominus iuxta Pauli, & Pij V. Pontificum, prædictorum literas contra illos editas pro eorum tranſgreſſione puniant. Hæc ibi ex quibus propoſita concluſio habetur. Idem habetur in Bulla Pauli IV. incip. Cum nimis abſurdum, quæ eſt in ordine quinta, cuius meminit Gregor. in propoſita Bulla. Idem multo ante cautum fuit in cit. c. nullus, 28. quæſt. 1.

Excipitur tamen vbi neceſſitas adeſſet, facultas Medici Catholici non haberetur; tunc enim vocare infidelem Medicum poterit, vt id ſignificauit Clem. VIII. in Bulla incip. Cum ſicut, quam retulimus, ac poſuimus ſupra Cap. 5. §. 1.

Epiſcopi ergo vt conſtitutio propoſita in initio Quadrageſimæ ſingulis annis publicetur, curabunt, vt per eadem Conſtitutionẽ ipſis id præcipitur. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Feſtis diebus in publico laborare non debent, nec alios curare, vt laborent, aut moleſtia aliqua Chriſtianos afficere.*

2 *Myrtos, aliasque frondes, an liceat iudæis vendere ad ſcenopegiam ſuam faciendam.*

§. II.

1 §. Tertiò † feſtis diebus Chriſtianorum in publico laborare iudæi non poſſunt, nec facere, vt alij laborent, nec Chriſtianos moleſtia afficere per Bullam Pauli IV. incip. Cum nimis abſurdum, verſ. Seu Dominicis, quæ eſt in ordine 5.

2 Verum † an liceat Chriſtianis vendere iudæis Myrtos, alias vè frondes ad ſcenopegiã feſtam celebrandam. Hanc quæſt. diſputauit pluribus Nauar. in conſ. a. de iudæ. Ego vero vt ordinatam rem agam, pro regula pono eos, qui vendunt prędicta ad hunc finẽ ſcienter, mortiferè peccare; & idcirco eis non licere; nam hi non ſolum conſentiunt peccato mortifero, (peccant enim iudæi his facientibus) quo caſu mortiferè peccatur, c. 1. & ibi Gloſſ. de off. deleg. ſed cooperãtur quod minus etiam licet, argumen. c. ſicut dignum, de homicid.

Excipitur tamẽ primo, vbi quis huius rei inſcius eam venderet; non enim hic peccaret; ex quo ignorans id facit, etenim contractus per ſe licitus eſt, & res etiam, quæ venditur licita, iure igitur ex quo nulla circunſtantia interuenit peccati, non peccat, arg. c. 1. de conſtit.

Secũdo excipitur vbi ſcit adhæc emi, ignorat tamen hoc non licere, & peccatum eſſe; poſſunt enim homines ſimplices probabilẽ huius ignorantiam habere, ex quo vident

iudæns in ſuis ritibus ab Eccleſia tollerari. Quare ob hanc rationem multos excuſari à peccato cenſeo; ſicut etiam qui vendunt ipſos agnos, boues, & huiuſmodi, quibus ſuffocatis veſcuntur.

Tertiò excipitur, vbi etiam id ſciret, ſcilicet non licere, veruntamen non hoc animo vendit, vt faueāt ipſis, ſed ob grauem neceſſitatem, qua præmittitur; etenim in hoc caſu nec peccat, qui vſuras pecuniam ſumit, eſto dans ipſe peccet, vt probaui in Tracta. meo de Vſur. cap. 22.

Quartò excipitur, vbi non graui neceſſitate præmittitur, ſed vendit quo ſe, ſuamque familiam honeſtè ſubſtētet; non autem vt ipſis faueat, vt proximè dixi, alioquin, & quā panes azimus coqueret, peccaret.

Poſtremò vel non ad hunc finem vendit, ſed vt alia ligna, & huiuſmodi, vt frumentum quò panes azimos faciunt; & animātes, quibus ſuffocatis veſcuntur, nam vendunt; ad eos ſubſtentandum, non autem ad delictum committendum; ſicut domus locatur meretricibus ad habitandum. His igitur caſibus omnibus non peccatur, alias ſic, atq; ſic poſtea reperij ſenſiſſe Caiet. 2. 2. quæſtio. 10. art. 4. verſ. In eod. quarto articulo. Sed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Synagogas iudæorum non licet Chriſtianis reficere.*

2 *Iudæi ſignum deferre debent, quo à Chriſtianis degnoſcantur, & croceum eſſe debet.*

3 *In die Paraſceues iudæi feneſtras, ac ianuas occluſas habere debent.*

4 *Iudæi in diebus lamentationum domo exire non debent.*

5 *Iudex Eccleſiaſticus an iudæos punire poſſit.*

6 *Inquiſitores etiam puniunt iudæos in aliquibus delictis.*

§. III.

§ Quartò iudæi Synagogam vnam tantū habere debent, vt habetur in Bulla Pauli IV. incip. Cum nimis abſurdum, quæ eſt in ordine 5.

1 Atqui an liceat Chriſtianis reficere, Synagogam iudæorum dirutam, vel ſarcire? Pro regula habemus tanquam talē reficere eam chiſtianis non licere. Sed ſolum tanquam ædes; ſicut etiam licet reficere domus meretricum, & ædes etiam ipſis locare non ad meretricandum, ſed ad habitandum, ita dixit Nau. in conſ. 9. o. 11. & Addit. ibi. de iud.

2 Quinto † iudæi ſignum deferre debent, quo à Chriſtianis degnoſcantur, c. in nōnullis, de iud. Hoc autem ſignum croceum eſſe debet, vt habetur in Bulla citata Pauli IV. & non ſolum in viris, verum etiam in mulieribus ſeruandum hoc eſt per eandem Bullam.

3 Sextò in die † paraſceues Iudæi ianuas, & feneſtras occluſas habere debent, c. quia ſuper his, de iud.

4 Poſtremò in diebus lamentationum exire iudæi domo non poſſunt, vt in c. nonnullis quæ duo proximè ipſis præcipiuntur, ne chriſtianos illudant, atque contemnant. Hæc autem, vt ſeruentur Epiſcopi, curare debeant, vt habetur in eadem Bulla Pauli IV. quam & Pius V. cōfirmauit. An autem vſuras exercere iudæi poſſint, poſui in Tracta. meo De Vſuris, capit. ſecundo, vid. vbi pluribus rem hanc egi.

5 Ex his apparet, † Epiſcopum, & Iudicem Eccleſiaſticum punire poſſe iudæum de criminibus mere eccleſiaſticis. In mixtis locū eſſe præuentioni, in merè laicis verò Eccleſiam non punire, vt dixit Felyn. in c. poſtulaſti, de iud. & DD. in c. cum ſit generale, de foro compet. & Nauar. in conſ. 4. num. 3. de hæret. Hinc etiam apparet opinionem Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 35. verſ. Modo quæro, ſimpliciter veram non eſſe, qui dixit iudicem competentem iudæorum eſſe laicum, non autem Eccleſiaſtic. vt ex dictis patet.

6 Hinc † Inquiſitores quoque in ſuperſtitionibus, & incantationibus eos puniunt, vt Boniæ ſeruare vidi, & in multis caſibus in hebræos iuriſdictionem habent, quæ referūtur in Bulla Greg. XIII. incip. Antiqua iudæorū improbitas, quæ eſt in ordine 73. vidend. Id item ſi aliquid contra legem diuinam faciunt, vel ius naturale, ab Eccleſia puniri poſſent, vt dixit Alex. de Neuo in conſ. 100. numero 7. & communem opinionem hanc eſſe dicit, & ſequitur Tuſc. in litera I. concl. 372. nume. 14. Nec obſtat quod dixit D. Paulus, Qui foris ſunt, nihil ad nos, nam illud accipitur quoad obſeruationem legis Euangelicæ poſitiuæ, vt ſupra dixi, non enim cogi debent ad eam obſeruandam, ex quo baptiſmum non ſuſceperunt, cuius ſuſceptione ad eius obſeruationem quis obligatur, quamuis puniri poſſint, ſi quid in opprobriū chriſtianæ religionis, faciant, vt ex dictis cōſtat, & reſpondit Oldrad. in conſ. 36. & Addit. ad Abbat. in canonem, num. 5. in litera de conſtit. Addo excommunicari poſſe laicos, qui concedunt iudæis, ne poſſint conuinci de delictis teſtimonio chriſtianorum, vt habetur in Clemen. prima, de teſt. Sed de primo

Capit

Capite hactenus, iam alterum aggrediamur.

De Gubernatione Iudæorum, atq; aliorum Infidelium, qui baptiſmum ſuſcipere volunt, effectu per accidens ſecundo poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XXIII.

SVMMA.

1 *Iudæi inuiti ad baptiſmum compellendi nō ſunt.*
2 *Iudæis lectio habenda ſingulis hebdomadis.*
3 *Iudæorum filij paruuli inuitis parentibus baptizandi non ſunt.*
4 *Iudæi inuiti baptizati, an ſacramentum ſuſcipiant.*
5 *Iudæi inuiti baptizati an compellendi ad vitam Chriſtianam ſeruandam.*

AGimvs de Iudæis, & alijs Infidelibus; & quid Epiſcopus agere debeat, ne Chriſtianam religionem ipſi oſtendant; nūc agendum eſt, quid facere habeat, vbi ad baptiſmum veniunt.

1 Primum † igitur Epiſcopus curare debet, ne inuiti ad baptiſmum compellantur. Tum quod hylarem datorem diligit Deus. Tum quod fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine. Tū denique quod Chriſti fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmum inuitus venire cogitur, vt dicitur in c. ſicut iudæi, de iud. Nemo igitur ad fidem venire cō pelli debet, c. ad fidem, 23. quæſt. 5. & c. iudæis, diſtinc. 45. & c. qui ſincera, eadem diſt. quibus iuribus probatur pulcherrimis rationibus id fieri non debere. Idem dixit Innoc. in c. quod ſuper, num. 8. de vot. vbi pro certo habet infideles ad fidem cogendos nō eſſe. Ratione alia igitur alliciendi ſunt, ſcilicet veritatem Euangelicæ legis eos dicēdo, & vanas eorum ſuperſtitiones improbādo.

2 Hinc † Gregorius XIII. in Bulla incip. ſancta Mater Eccleſia lata calend. Septembris 1584. Pontific. ſui anno 13. præcepit omnib. Epiſcopis cuiuſcunque gradus, etiam ſi Cardinales ſint, vt vel in ſuis Ciuitatibus, vel iudæorum multitudo eſt, ita vt Synagogam faciant, vt in Sabbato aliorum die præſcripto in aliquo loco, non tamen ſacro, nec in quo ſacra fieri ſolent per Magiſtrum in Theologia, per aliumvè idoneum ab ipſis ordinarijs eligendum, qui ſi fieri poſſit, Hebraicæ linguæ peritus ſit, ſermonem, vel lectionem habeat ab Hebræos de veritate Euangelicæ legis, & de vana eorum expectatione Meſſiæ, & de falſis eorundem opinionibus; ad huiuſmodi ſermones, & lectiones cogantur iudæi vtriuſque ſexus à duodecim annis ſupra venire, etiam ſi ibi domicilium non habent, ita vt ſemper tertia pars eorum, & non minor veniat, niſi iuſta cauſa impediantur, quā ordinarij probare debent. Etſi parere noluerint commertio cum fidelibus eis interdicto & alijs pœnis arbitrio Ordinarij ad id compellantur. Vbi verò à Chriſtianis directè, indirecteque impediuntur ipſo facto chriſtiani excommunicati ſunt, & alijs pœnis arbitrio Ordinarij affici poſſunt. Ipſi autē Theologo merces præſtari de bonis Hebræorum debet, vel alia ratione, vt Ordinario videbitur, ita habetur in eadem Bulla, quæ eſt in ordine 106.

Hac igitur ratione infideles ad religionē Chriſtianam alliciendi ſunt; an autem pecuniam dari liceat, vt ſuſcipiant, quæſtionem hanc cum alijs ad rem noſtram pertinentib. egi in Tract. meo de Simon. Tab. 1. capitulo 6. §. 1.

3 Filij † etiam ipſorum, qui vſum rationis non habent, inuitis parentibus baptizandi non ſunt, vt dixit Gloſſ. in c. iudæorum, vigeſimaoctaua quæſt. 1. & ſequitur eam Abb. in cit. c. ſicut iudæi, & Zabar. in clem. 1. in initio num. 8. quæſt. 5. de iudæ. & Viu. in ſua Syluo. opin. 393. & ſanct. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 10. art. 12. vbi contrariam opinionem repugnare rationi naturali aſſerit, & conſuetudini Eccleſiæ, quę nunquam conſueuit huiuſmodi filios inuitis parentibus ante vſum rationis baptizare; quandoquidem periculū eſt, ne grandiores facti fidem deſerant; hāc opinionem magis communem receptam etiam teſtatur Felyn. in cit. c. ſicut iudæi, num. primo, & per Bullam Martini V. qua cautū eſt ante duodecim annum, vel antequam habeant vſum rationis ne baptizentur ſine conſenſu parentum, vel eorum, ita Nauar. refert in conſ. 4. num. 16. de conuerſ. infidel. Nomine parentum accipitur ibi pater, & mater, ob verbum illud alterius, ita Nauar. ibi numero 21. ſi baptizetur, valet tamen baptiſmum, & ſi moriatur infans ſtatim, in cœlum euolabit, ita Viu. ibid.

4 Atqui † vbi inuiti baptizantur, an ſuſcipiant baptiſmi Sacramentum? In hac quæſt. ſic diſtinguendum eſt. Aut omnino diſcentiunt, & ſemper repugnant; & in hoc caſu nihil

Digitized by Google

hil recipiunt, requiritur enim ſaltem volun-
tas coacta, vt probaui in Tract. meo de Sa-
cram. Tab. 2. Aut conſentiunt, ſed timore, ac
metu, qui eis iniicitur, & in hoc caſu, quoniã
voluntas adeſt, & ſi coacta, ſacramentum ſu
ſcipiunt, ſed nõ rem, ideſt gratiam, & ita ha
betur in c. maiores, §. Item quæritur verum
dormientibus. de baptiſ. In hac quæſt. igitur
ſic breuiter concludendum eſt. Infantes ve-
rò baptizari, & rem ſuſcipiunt, vt ſupra pro
ximè dixi. Verum vbi educabuntur infantes
huiuſmodi? Calder. quem refert Fely. in eo-
dem c. ſicut iudæi, inquit eos educandos eſ-
ſe apud hebręos parẽtes cautione quadam
præſtita quod eos obire permittent cũ vſum
rationis habuerint. Mihi tamen contrarium
videtur faciendum, ſcilicet apud Chriſtia-
nos alendos eſſe fauore religionis, argum. l.
ſunt perſonæ, ff. de de relig. & ſump. funer. &
c. 1. de conuerſ. infidel.

5 Verum † vbi infideles vſum rationis ha-
bentes inuiti baptizati ſunt, an ad chriſtia-
nam fidem ſeruandam compelli debẽt? Bre
uiter concludo compellendos eſſe; nam ita
in Concilio Toletano cautum eſt, vt habetur
in c. de iudæis, diſtinct. 45. & refertur in cit.
§. Item quęritur, de baptiſ. Quæ diximus de
iudæis, eadem, & de alijs infidelib. ſentimus
ob eadẽ rationes. Sed de his hactenus, iam
ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Infideles, qui ad fidem chriſtianã venire volunt, an ſtatim baptizandi ſint.*
2 *Secundo cuius ſumptibus alendi interim ſint.*
3 *Bulla Pauli III. refertur de conuerſatione, & vita neophytorum, qui baptizati ſunt.*

§. I.

1 § † Secunda quæſt. eſt an infideles, qui ad
fidem chriſtianam venire volunt, ſtatim
baptizandi ſint. Et videbatur dicendum ob
mortis periculum, quod ſemper quodãmo-
do imminet, baptiſmum ipſis ſtatim admini
ſtrandum eſſe; nam & ob hanc rationem in-
terdicto loco baptiſmum adminiſtrari po-
teſt, vt habetur in c. fin. de ſenten. excommu
nicat. lib 6. & Ego probaui in Tract. meo de
Cenſur. Tab. 5. Contrarium tamen ratio hęc
ſuadere videtur, vt non ſtatim baptizandi
ſint, quod fieri poteſt, vt non firmo, ac pro-
poſito animo baptiſmum ſuſcipiant; Sed in-
iuria aliqua à parentibus affecti, atq; ſic in-
quiunt Abb. Felyn. ac DD. in c. ſicut iudæi,
de iudæ. per eum canonem, vbi ait non ante
quempiam huiuſmodi baptizandum eſſe,
quam fuerit voluntas eius patefacta; at pa-
tefieri nequit, niſi aliquo temporis interual-
lo interiecto; ergo ſtatim baptizãdi nõ sũt,
& ita not DD. allegat. ibi ſecundo facit, c. iu
dæi, & c. ne quo abſit, de conſecr. diſtinct. 4.
vbi inter Catechumenos per aliquos tẽpus
hos habendos eſſe dicitur.

Quid igitur concludendum? Ego ſic di-
ſtinguendum cenſeo. Aut qui ad religionem
Chriſtianam venire volunt, in periculo mor
tis verſantur; quippe quia graui morbo affe
cti ſunt; & in hoc caſu explorata diligenter
eorum voluntate, ſtatim baptizandos eſſe
cenſeo; ſic enim dicitur in cit. c. iudæi, de cõ
ſecr. diſt. 4. Item ſi ob delicta morte afficien
di eſſent, & baptiſmum peterent, quod Bo-
noniæ ſuperioribus temporibus obſeruatũ
fuit. Aut mortis periculum non imminet; &
in hoc caſu non ſtatim eos baptizãdos eſſe,
ſed interim prima Chriſtianæ fidei cunabu-
la edocendos ſentio, quandoquidem hac ra
tione magis conſtabit, an ex animo ad chri-
ſtianam religionem veniant; hoc autem tem
pus ad arbitrium Epiſcopi erit, l. 1. ff. de iur.
deliber. & c. de cauſis, de off. deleg. non enim
id ſpeciatim iure cautum eſt. Sicut igitur in
priori membro priori ſententia locum habe
bit, ita poſterior in hoc poſteriori. Et in hac
quæſt. ſic concludendum cenſeo.

Verum dum hic inſtruitur, & Catechume
2 nus eſt, cuius ſumptibus interim detur? † Pla
nè ſi habet ipſe, vnde ſe alat ſuis ſumptibus
aletur, etſi filiusfam. parentes ad alimenta
ei præſtanda cogi poſſunt, argum. l. ſi quis à
liberis, ff. de liber. agnoſcend. ſi verò non ha
bet vnde ſe alat, eleemoſynis, & ſumptibus
piorum locorum aletur; non enim huic mi-
nus alimenta præſtare, quam alijs pauperi-
bus tenemur. Hinc in bene inſtitutis Ciuita-
tibus loca quędam Catechumenorum inſti
tuta ſunt, vbi morantur, & aluntur baptizan
di, quouſque inſtituantur. In vrbe autẽ pro-
uiſum eſt per Bullam Pauli IV. lata die 23.
Martij 1556. incip. Dudum, quę eſt in ordi-
ne 18. & per aliam eiuſdem, quæ eſt in ordi-
ne 24. incip. Cum ſicut accepimus.

Interim autem cauendum eſt, ne Hebræi
& alij infideles Catechumenos viſitentve a-
nimos eorum à chriſtiana religione auocẽt;
& puniuntur ab Epiſcopo, vt ſacrilegi, qui
id conantur, vt aſſeruit Bald. in conſ. 315. &
conſ. 316. lib. 1. & Tuſch in litera I. concluſ.
375. nume. 5. Non enim offerens ad baptiſ-
mum ſuſcipiendum coram publico ſcriba,
ac teſtis ad id ſe obligare tenetur, volunta-
tem enim mutare poteſt.

Poſt

Digitized by Google

Poſtquam vero baptiſmum ſuſcepit entandum eſt per Epiſcopum,parochum,& patronum eius,ne indæorum,atque infidelium communione viatur,ſaltem per longũ tempus,ne in priſtinos errores incidat. Idque merito,ſi enim Chriſtiani adoleſcẽtes facti, & à Chriſtianis orti infidelium communionem ob hanc rationem vitare debent multo magis huiuſmodi chriſtiani neophiti.Curandum etiam eſt,vt cũ Chriſtianis originarijs matrimonium contrahãt.Item vt iudæorum ritus viter,vt habetur in Bulla Pauli III. incip.Cupientes,quæ eſt in ordine 29. cuius
3 verba hæc ſunt.†

Cupientes iudæos,&c. Curent inſuper Sacerdotes baptizantes,& alij de ſacro Fonte eos ſuſcipientes tam ante baptiſmum,quam poſt illos in articulis fidei,an legis nouæ præceptis Catholicæ Eccleſiæ ritibus diligenter inſtruere;& tam ipſi,quam diœceſani operã dent,ne cum alijs iudæis,ſeu infidelibus ſaltem per longum tempus conuerſentur;ne ſicut,quandoque contigit ab infirmitate curatis modica occaſio ad priſtinam damnationem recidiuam efficiat.Et quoniã experientia teſte compertum eſt, multam ipſorũ neophitorum inter ſe conuerſationem ipſos in fidem noſtra fragiliores reddere,ac ſaluti ipſorum plurimum officere,hortamur locorum Ordinarios, & quantum pro incremento fidei expedire viderint,curent,& ſtudeant neophitos ipſos cum originarijs chriſtianis matrimonio copulare.Et prohibeant eiſdem ſub grauibus pœnis,ne mortuos more iudæorum ſepeliant,aut ſublata, aliaſque ſolemnitates,& antiquæ ſectæ ritus quoquo modo obſeruent;ſed & Eccleſias,& prædicationes prout alij Catholici frequentent; & in omnibus Chriſtianorum moribus ſe conformes reddant. Cootemptores autem prædictorum per Sacerdotes,in quorum parochijs degent,aut alios,ad quos,de iure, vel antiqua conſuetudine de talibus inquirere ſpectar,aut etiam per alios,quoſcunq; diœceſanis,ſeu Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis deferant,& inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis per eos taliter puniantur,quod alijs tranſeat in exemplum. Et inſuper de bis omnibus in prouincialib.& ſynodalibus Concilijs diligens inquiſitio,& tam circa Epiſcopos, & Sacerdotes in præmiſſis negligentes, quam ipſos neophitos, & infideles prædictos contemptores oppotunum adhibeatur remedium.Si quis autem cuiuſcunque gradus,vel præminentiæ fuerit huiuſmodi neophitos,ne obſeruationem ritus chriſtiani,& aliorum præmiſſorum complectantur,fuerit,aut defenderit,pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas,ipſo facto incurrat,neophiti vero poſt monitionem cannnicam neglexerint cum ad vomitum iudaizantes redire coperti ſint, contra eos,tanquam perfidos hæreticos per ordinarios locorum ſecundum ſacrorum Canonum inſtituta procedatur.Nec ibi, ex quib. propoſita,& alia ad id pertinentia habẽtur.

S V M M A.

1 *Infidelis qui coniugem habet, & filios tam paruulos,quam maiores, apud quem educari debeant ſi alter chriſtianus fiat.*

§. II.

1 Tertia quæſt.eſt † vbi infidelis coniugẽ habet,& ex coniugio filios partim vſum rationis habentes,partim non, apud quem ali debent,ſi alter coniux baptiſmum ſuſcipiat,alter verò in infidelitate permaneat.In qua quæſt.breuiter concludendum eſt. Aut filij vſum rationis habent, & in hoc caſu, in eorum arbitrio eſt apud quem morentur;nõ enim ad fidem cogi poſſunt, vt ſupra dixi: Quamuis ſi pater ad baptiſmum veniat, poſſit petere,vt ſecum habitent, quandoquidẽ per baptiſmum patria poteſtas non ammittitur,ita dixit Abb.in c.fin. de conuerſ. infidel.Etenim baptiſmo non tolluntur ea, quæ iuris gentium,ciuilis vè ſunt, ſed peccata, c. gaudemus,de diuor.alioquin deteriori cõditione eſsẽt baptizati,quam non baptizati contra,c.iudæi,2.de iud.

Aut infantes ſunt,& vſum rationis nõ habent.Et in hoc caſu concludendum eſt, ſi pater baptiſmum ſuſcipiat apud ipſum alẽdos eſſe,idque fauore fidei chriſtianæ, atque ſic habetur de patre conuerſo ad fidem ibi & Abb.ac DD.not.in c.fin. de conuerſ. infidel. præterquam quod viri patriæ poteſtatis id hic debet.

Hæc regula amplificatur hac ratione, vt locum habeat in auo paterno. Nam nepos ex filio mortuo qui in iudaiſmo remanſit,tta di debet auo,vt Romæ concluſum fuiſſe teſtatur Addi.ad Nauar.in conſ.9.de conuerſ. infidel.quamuis Nauar.contrarium aſſerere pluribus conatus ſit,vt ibi dicitur.

Secundo amplificatur,vt locum habeat è contrario ſcilicet,ſi mater ipſa baptizetur; Pater verò in infidelitate permanſerit; nam filij,qui vſum rationis non habent,apud matrem ali debent,atque ſic dixit Gloſſ.1.verſ. Not.quod filius conditionẽ patris,non matris,

tris,de conuer.infidel. & ſequitur eam Abb.
ibi,num.7.& habetur in c.iudæi,28.quæſt.1.
ibi enim per Concilium quartum Toletanū,
præcipitur, vt iudæi,vel conuertantur ad fi-
dem,atque conditionem matris ſequantur,
& è contrario,ergo de hoc dubitandum nō
eſt. Accedit fauor chriſtianæ fidei, qui & in
fœminis conceſsis locum habet,ergo & di-
ſpoſitio cit.c.fin.qui hac ratione vtitur, lo-
cum habet. Ad Epiſcopum igitur pertinebit
hoc curare, vt habetur in eod. c.iudæi. Sed
iam ad aliam quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Infidelis baptizatus ſi vxor in infidelitate perſe-
ueret, an cum ea vxore eſſe poſsit, vel aliam
ducere.*

2 *Conuerſus ad fidem an interrogare debeat vxo-
rem, ſi velles ſine contumelia Creatoris Chriſti
Domini ſecum habitare.*

3 *Infidelis an ducere vxorem poſsit vxorem ad fi-
dem conuerſa.*

§. III.

1 Quarta quæſt.eſt † an infidelis baptiza-
tus,ſi vxor in infidelitate perſeueret, cū
ipſa habitare poſsit,vel aliā ducere. In qua
quæſt.pro regula pono hunc cum ipſa habi-
tare poſſe, vt cum vxore, ita habetur in c.
gaudemus,§.ſi quis frater.de diuor. Si quis
frater (dicitur enim ibi) infidelem habet v-
xorem;& hæc conſentiat habitare cum eo;
non illam dimittat. Ecce hic apertiſsimè
haberi cum illa eſſe poſſe; idq; meritò,nam
& inter infideles verum matrimonium eſt,
cit.c.gaudemus,ibi fideles huiuſmodi, & in
c.infidelibus,de conſang.& affin.

Immo non ſolum poteſt,ſed etiam debet
cum ipſa manere;adeo vt etiam ad fidē con
uerſus non poſsit aliam vxorem ducere, vt
dicitur in eodem c. gaudemus. Qui autem
ſecundum ritum ſuum(dicitur enim ibi) le-
gitimam repudiauit vxorem, cum tale repu
dium in Euāgelio veritas reprobauerit, nun
quam ea viuente licitè poterit, aliam etiam
conuerſus ad fidem,habere. Ecce hic mani-
feſto haberi ad fidem conuerſum non poſ-
ſe vxorem in infidelitate perſeuerantem re-
pudiare.

Excipitur tamen primò,vbi poſt conuer-
ſionem vxor non conuerſa nollet omnino ha
bitare cum conuerſo;tunc enim aliam vxo-
rem ducere poteſt; & ea ducta matrimoniū
primum diſſolutum eſt, vt dicitur in eodem
c.gaudemus. Qui autem ibi,niſi poſt conuer
ſionem,iunct.verſ.Quod ſi conuerſum à con
trario ſenſu.

Secundo excipitur,vbi conſentiret habi-
tare cum conuerſo,ſed tamen cum contume
lia Creatoris,vel blaſphemia diuini Nom-
nis,vel vt eum trahat ad mortale peccatum;
nam vt in hoc caſu aliam vxorem etiam du
cere poterit, vt habetur in cit. c.gaudemus.
in verſ.Qui autem;& apertius in c.quanto.
eodem, de diuor. Si autem alter infidelium
coniugum ad fidem catholicam conuertta-
tur(dicitur enim ibi)altero,vel nullo modo,
vel non ſine blaſphemia diuini nominis, ve-
lut eum trahat ad mortale peccatum, ei co-
habitare volente,qui relinquitur ad ſecun-
da,ſi voluerit,vota tranſibit. Ecce hic aper-
tiſsimè haberi in hoc caſu relinquere vxo-
rem priorem poſſe.

2 Verum antequam conuerſus † vxorem du-
cat,an interrogare debet vxorem non con-
uerſam,ſi velit ſecū habitare ſine contume-
lia Creatoris,vel abſque eo, quod in pecca-
to mortale inducat,vel an vellit conuerti?
Planè ſic. ex quo enim vxorem ducere non
debet,niſi alter ex dictis interueniat, plane
id ſcire nequit,niſi ipſam interroget, vbi e-
nim ſtatuitur aliquid,& illud ſtatutum intel
ligitur,ſine quo ſtatutum haberi nequit,l. 2.
& ibi Iaſ.& DD.ff de iuriſd.omn.iudi. & ita
Nauar. in conſ.1.de couerſ.infidel. Quæ in-
terrogatio ceſſat, vbi ex coniecturis appa-
ret nolle habitare,ita Abb. in cit. c. gaude-
mus,& Prax.Archiepiſcop.Neapol.cap.27.
numero 20.

Sublimitatur tamen, vbi, etſi ab initio nō
nolebat habitare cum cōuerſo; vel volebat,
ſed cum contumelia Creatoris,vel blaſphe-
mia diuinis Nominis, vel vt eum ad pecca-
tum traheret,ſententiam poſtea mutauit, &
vult habitare, vt decet, vel conuerſa eſt ad
fidem,antequam cōuerſus vxorem duceret;
tunc enim non poteſt aliam ducere,ſed cum
ea remanere compellitur, c. gaudemus, §.
Quid ſi? enim dicitur ibi quidſi conuerſus
ad fidem;& illum conuerſa ſequatur, ante-
quam propter cauſas prædictas legitimam
ille ducat vxorem eam recipere compelli-
tur. Ex quibus verbis propoſita limitatio ha
betur,non enim ſoluitur matrimonium, niſi
alia vxore ducta,quidquid dixerit Gloſſ. in
cit.c.gaudemus,in verb.Compellitur.

Poſtremo excipitur vbi in gradu lege di-
uina prohibito coniuncti eſſent; tunc enim
aliam ſtatim ducere poteſt;quandoquidem
matrimonium valeat, requiritur, vt licitè
contractum ſit ſecundum legem naturalem,

vt ha-

vt habetur in ead. c. gaudemus, verſ. Si quis frater, ibi quoad eos matrimonium ſit licitè contractum.

Quæ diximus autem de marito conuerſo habito reſpectu ad vxorem non conuerſam, eadem dicimus, & de vxore conuerſa habito reſpectu ad maritum non conuerſum, vt in prædictis caſibus; ipſa maritum ducere, & non ducere valeat.

3 At quid de infideli non cõuerſo, † an coniuge ad fidem conuerſa, vxorem aliam ducere ipſe poteſt? Pro regula habendum eſt ipſum non poſſe, nam per baptiſmum non tollitur matrimonium ante contractum, eſto coniux in pertinacia perſeueret infidelitatis vel moneatur vt ſe conuertat proteſtatione facta ſi non cõuertatur, quod ad ſecũdas nuptias tranſibit, & non conuerſus reſpondeat ſe nolle conuerti; nam ſi deinceps ad fidem veniat, antequam vxor nubat in caſibus, vbi ei conceditur, recipere eam ipſe tenetur. Et, ſicut vxor non poteſt alteri nubere, ita nec ipſe aliam ducere valet, ita Sanct. Thom. diſtinct. 39. quæſt. 1. art 5. ad ſecundum, & facit cit. c. gaudemus, §. Quid ſi conuerſum. Non igitur vxorem aliam ducere poteſt. Excipitur vbi ad fidem coniux conuerſa nupſit, vel ob id, quod vir nolebat habitare cum ea, vel conſentiebat quidem, ſed aut cum contumelia Creatoris hoc faciebat, vel quo ad mortale peccatum ipſam traheret. In his enim caſibus licitè nupſit ipſa mulier, & vbi nupſit tollitur vinculũ prioris matrimonij, vt ſupra dixi.

Quare maritus infidelis licitè tunc vxorem ducet, vel infidelitate perſeueret, vel deinceps conuertatur; quippe quia ius matrimonij ſolutum eſt; non tollitur tamen antequam alter coniux nubat. Idcirco autem ſi infidelis vxorem ducat, antequam fidelis nubat, matrimonium ipſum primum tollitur, quoniam matrimonium ſecundum nõ eſt fortius primo: ſecus autem vbi ſacramentum eſt, fortius enim eſt hoc, & ita Nauar. in conſ. 3. de conſ. infid. Pro regula igitur habebimus neutrum matrimonium contrahere, niſi in caſibus ſupradictis.

Atqui ſi in caſibus permiſſis, qui ad fidem venit, matrimonium contraxit, non autem eius vxor, ac deinceps ſecunda vxor ducta poſt baptiſmum moriatur, prior autem, quæ remanſerat in infidelitate, baptiſmum ſuſcipiat, an maritus eam recipere debet? Ego ſentio ipſum non teneri, ex quo per ſecundũ matrimonium fuit prioris matrimonij vinculum ſublatum, nam & actio ſemel extincta, nunquam reuiuiſcit iurib. vulgarib. & de quæſt. hac itidem ſatis.

SVMMA.

1 *Infidelis, vel Turca baptiſmum ſuſcipiens, ſi plures vxores habeat, an omnes retinere poſſit, & eſto non poſſit, quam retineat.*

2 *Infidelis conuerſus an ſi prior vxor ſecum eſſe nollit, poſſit aliam, quæ in infidelitate manet, accipere.*

§. IV.

1 § Quinta quæſtio. † ſi infidelis, vt Turca plures vxores habens baptiſmum ſuſcipiat, an omnes retinere poſſit, & eſto non poſſit, quam retinere valeat. In hac quæſtio. antequã ipſam diſſoluamus, præmitto prius de iure diuino neminem plures vxores habere poſſe, nam Deus dixit, Erũt duo in carne vna, & non dixit Plures. Item dixit, Propter hoc relinquet patrem, & matrẽ, & adhęrebit vxori ſuæ, & non dixit vxoribus ſuis, atque ſic habetur in c. gaudemus, de diuor. & ita id pluribus aſſeruit Couar. vid.

Hoc præmiſſo pro certo habebimus infidelẽ, qui plures vxores habet, vnam tantum, vbi chriſtianus factus eſt, habere poſſe. Tum ob rationes proximè allatas. Tum quod Romanus Pontifex hoc declarauit in cit. c. gaudemus. Nec facit ſi dicatur priſcis illis patribus licuiſſe plures vxores habere; nã eis diuinitus permiſſum fuit, vt dicitur in eod. c. gaudemus, & ibi Gloſſ. Quare nec in hoc diſpenſare poterit, argu. §. ſed & quod percipi, verſ. Planè, in Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.

Verum quam ex pluribus, quas habet, retinere poterit? Planè eam, quam primo duxerit, cum ipſa enim matrimonium contractum valet, modo impedimentum diuinum non adſit; nam ex quo plures vxores habere nequit, priore ducta, reliquæ legitimæ non erant; non enim cum ipſis matrimonium valuit, vt colligitur ex cit. c. gaudemus, & not. Gloſſ. ibi in verb. Vel Quam. In illa autem prima ſeruabitur quod dictum eſt ſupra, vbi vna tantum habebat, quoad eam retinendam, vel non retinendam.

2 Atqui † ſi prior nollit habitare cum eo, an conuerſus baptizatus poterit vnam ex alijs vxorem habere? Breuiter concludendum eſt non poſſe; nam chriſtianus non poteſt ducere vxorem ea, quæ Chriſtiana non

eſt, vt habetur in c. caue, & c. non oportet, & in c. ſeq. 28. q. 1.

Nec facit ſi dicatur, cum priori eſſe potuiſſe; uam cum ipſa matrimonium validum erat, quod non tollitur baptiſmi ſuſceptione vt probauimus. Secus autem in hoc, niſi igitur, & ipſa baptiſmum ſuſcipiat, matrimonium inter ipſos eſſe nequit. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Infidelis ad fidem conuerſus, ſi coniugem habeat coniűctam ei in gradu prohibito, an cum ipſa eſſe poſſit.*

§. V.

1 Sexta quæſtio eſt† an ſi infidelis baptiſmum ſuſcipiat, cum vxore manere poſſit, quam habebat in infidelitate, vbi in gradu prohibito ei coniuncta eſt. In hac quæſt. ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut ſunt coniuncti in gradu diuina lege prohibito, exempligratia inter aſcendentes, & diſcendentes matrimoniű eſt, & in hoc caſu ſimul eſſe nequeũt, ex quo matrimoniű nullum eſt quandoquidem & infideles diuino iuri ſubiecti ſunt; vt dixit Innoc. id pluribus in c. quod ſuper, nu. 4. de vot. Aut ſunt coniuncti in gradu lege canonica prohibito, vel iure poſitiuo; & in hoc caſu ſic, nã ex quo matrimoniű ab ipſis contractum eſt, antequam Chriſtiani eſſent, pontificijs inſtitutionibus non obligabãtur, qui enim foris ſunt, nihil ad nos, vt dixit Apoſtol. atque ſic habetur in cit. c. gaudemus, de diuor. Quare l. nemo, C. de iudæis nõ obligat iudæos, qui ſecundum legem Moſaycam contraxerunt, ita Fulg & Ang quos refert, ac ſequitur Clar. in pract. crim § inceſtus, in fine. Quæ diximus autem de coniunctis in gradu prohibito lege Canonica, ead. dicimus de impedimẽtis ab eadem lege inuentis. Et de quæſt. hac ſatis.

S V M M A.

1 *Infidelis ad fidem christianam veniens, an amittat bona, quæ habebat.*

§. VI.

1 Septima quæſt. † eſt, an infideles, qui baptiſmum ſuſcipiunt, ſua bona amittant. In hac quæſtione videbatur dicendum ea amittere; ſic enim vulgo ea iſtimatur. Poſtremo habent ſæpe illicitæ acquiſita; ergo hac ratione nequeunt.

Contrarium tamen habetur in c. iudæi 2. de iud. vbi dicitur ſi quis Deo inſpirante ad fidem Chriſtianam ſe conuerterit, à poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludatur. Hæc ibi ergo non debet ſuis bonis priuari; & hoc ob hanc rationem, quod melioris conditionis eſſe debent conuerſi ad fidem, quam antea, vt ibi dicitur, & not. Abb. ibi contra, c. fin. & non è contrario.

Quid igitur concludendum? Quo materiam hãc abſolutam magis habeamus. Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut conuerſus ad fidem, & baptizatus bona, quæ habet, ſunt licitè acquiſita, & dominium eorum habet, & in hoc caſu ea retinere poterit, vt habetur in cit. c. iudæi, ob rationem ibi redditam, & per extrauag. Ioan. 22. incip. Dignum, eod. de iudæ. Etenim dominia rerum de iure gentium ſunt, vt habetur in Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. §. ex hoc iure, & eodem titu. de rer. diuiſ. ergo, & infideles rerum ſuarum domini ſunt, eſto Eccleſia iudæis, qui inter chriſtianos viuunt, prohibuerit, ne bona immobilia habeant, vt habetur in Bulla Pauli IV. confirmata per Pium V. Poſtremo baptiſmo peccata tollantur, non autem dominia rerum, c. gaudemus, de diuor. Iure igitur bona licitè acquiſita retinebunt. Aut habent bona illicitè acquiſita, exempligratia ex vſuris; & in hoc caſu ſubdiſtinguendum eſt. Aut ſciunt, à quibus eas res habuerunt, & in hoc caſu ad ipſas reſtituendas dominis tenentur, c. cum tu, de vſur.

Etenim peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum, c. peccatum, de regur. iur. libro 6. Aut ignorant à quo habuerint; & in hoc caſu ipſis condonantur tanquam pauperibus per Bullam Pauli III. incip. Cupientes iudæos, quæ eſt in ordine 29. pagina 415. & ſupra in hoc capite retulimus, & probaui in Tract meo de Vſur. capitu. ſecundo, §. quinto, vbi quæſtionem hanc tractaui. Nec obſtant dicta in prima ſententia, opinio enim vulgi eſt, & idcirco non curanda. Sed de quæſtione hac ſatis. De poteſtate autem Eccleſiæ infideles, vide Innocent. in c. quod ſuper de vot. Sed iam ad aliam quæſtionem tranſeamus.

SVMa

S V M M A.

1 *Filij iudæorum, ac infidelium baptiſmum ſuſcipientes an amittant iura ſucceſſionis.*
2 *Filij iudæorum baptizati legitimam habere poſſunt viuentibus parentibus.*
3 *Parentes infideles an cogantur filios conuerſos æqualiter cum alijs hæredes inſtituere.*

§. VII.

1 SPoſtrema quæſtio eſt † an infidelium filij, qui baptiſmum ſuſcipiũt, iura ſucceſſionis amittant. In qua quæſtione pro certo habendum eſt, iure hęc ipſos non amittere. Tum quod iure id cautum nõ eſt. Tum quod vt ſæpius dixi peccata tolluntur baptiſmo, & non iura, ac dominia rerum, c. gaudemus, de diuor. atque ſic habetur in c. iudæi, & ibi Abb. num. 2. ac DD. de iudæ. Idque meritò alioquin deterioris conditionis eſſent baptizati infidelibus contra cit. c. iudæi. Poſtremo non eſt cauſa, quamobrẽ ſuis bonis priuentur iudæi.

Quare mortuis parentibus inteſtatis ſuccedunt ipſis, quamuis in infidelitate mortui ſint. Item & alijs ſuis agnatis, vt dixi, & ita Abb. eod. num. 2. & Addit. ad eum.

Item ex teſtamento ſaltem legitimam habere debent, non enim ſuſceptio baptiſmi eſt vna ex cauſis, quibus filij exhæredari poſſint, §. Aliud quoque Capitulum, Aut ſi vt cum de appel. cognoſc.

2 Immo † & viuis ſuis parentibus, eam habere poſſunt ipſi conuerſi ad fidem per Bullam Pauli III. incip. Cupiẽtes iudæos, quam ſupra retulimus, ac poſuimus. Idem dixit Alber. Brun. in tract. Quod ſtant. maſc. ar. 6. nume. 62. cum ſequent. & Tuſch. in litera I. concluſ. 367. Quare, ſi pater diues ſit, & filius, & filia conuerſi non habeant, vnde ſe alant adiuuare eos debebit, l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc. eſto legitima in loco alimentorum ſuccedat, & ad fidem conuerſum ali debet à patre infideli, dixit quoque Bal. in l. neque mater, C. de iur. dot.

3 At qui † an parentes cogantur ſi teſtamentum faciant, inſtituere æqualiter filium conuerſum cum filijs non conuerſis? Concludendum eſt ad id eos non cogi, non enim baptiſmum iura patriæ poteſtatis, vel alia iura tolluntur, atque ſic reſpondit Nauar. in conſ. 2. de iudæ. ſed de iudæis hactenus. Quæ autem de ipſis diximus, & de alijs infidelibus ad fidem cõuerſis dicta eſſe intelligimus ob eaſdem rationes. Poſtremo conuerſi ad fidem nullo modo cum eis verſari debent, qui in infidelitate permanſerunt, vt diximus ſupra eadem Cap. § 1. alioquin puniuntur, c. ſæpe, 28. quæſt. 1. & per Bullam Pauli III. quam ſupra poſuimus, eod. cap. §. 1. Epiſcopus ergo, vbi diœceſim viſitabit, vbi caſus eueniet, hæc vt obſeruentur, curabit.

De Gubernatione Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, effectu per accidens tertio poteſtatis, atque officij Epiſcopi. Cap. XXIV.

S V M M A.

1 *Hoſpitale quid ſit.*
2 *Hoſpitale quotuplex.*
3 *Hoſpitale auctoritate publica erectum habet priuilegia, quæ eccleſiæ habent.*
4 *Hoſpitale quot modis conferatur.*

DE locis pijs agendum modò eſt, quorum cura ad Epiſcopũ pertinet. Et quoniam hæ ſunt Eccleſiæ Sacella, Capellæ, Hoſpitalia, & Montes Pietatis; & de Eccleſijs Sacellis, & Capellis, iam actum eſt, ob eam de Hoſpitalibus hic; & primo de miniſtris eorum, quid agere debeant. Secundo de fructibus in quæ impendi. Tertio ad quos eorum iura pertineant in ſpiritualibus præmiſſis tamen prius quid ſit Hoſpitale. Deinde quotuplex. Tertio quot modis conferantur Hoſpitalia.

1 Hoſpitale igitur † nil aliud eſt, quam locus pius auctoritate Epiſcopi, alterius vè priuati in pauperum vtilitatem conſtructũ.

Dixi locus pius, quandoquidem qui ipſum conſtruunt, pietate ducti erga membra Chriſti; quæ & pauperes ſunt conſtruunt; quod & loco generis ponitur; nam de alijs pijs locis dicitur.

Dixi auctoritate Epiſcopi, vel alterius.
2 † Nã hoſpitale duplex eſt. Aliud publicũ, & religioſum; & eſt quod conſtituitur auctoritate Epiſcopi, c. ad hæc, & not. ibi Abb. num. 2. de relig. dom. & præſumitur tale. Primo, vbi in eo celebrantur miſſæ, & ad ſunt Campanæ. Secundo, ſi Eccleſia ei annexa ſit, & tantum temporis præterijt, cuius initij memoria non extat; vbi enim dubitatur an hoſpitale religioſum ſit, necne, ſi quid horum ſit, pro religioſo habetur, ita dixit Felyn. in c.

quarta, num.12. verſ. Non dicat, de præſcrip. & Feder. de Sen. in conſ. 111. num. 2. & 3. Et
3 † ratione priuilegia habet, quæ habent Eccleſiæ. l. omnia, & ibi Bar. ac DD. C. de Epiſcop. & cler. & idcirco in alienatione bonorum eorum ſolemnitates poſtulantur, quæ in alienatione bonorum Eccleſiaſt. & ad ea confugientes immunitatem Eccleſiaſt. habent, ita Canon. in c. nulli, de reb. eccleſ. non alien. & Alex. in conſ. 9. lib. 2. & ſequitur Tuſch. in litera H. concluſ. 163. num. 9. & numero 26. in qua concluſione alia priuilegia recenſet. Aliud Hoſpitale priuatum eſt; & non religioſum, & eſt illud, quod priuata perſona non auctoritate Epiſcopi, ſed propria cõſtruit. Poteſt enim quis in ſuis ædibus hoſpitale conſtruere, argum. c. 1. de empt. & vend. & ita dixit Gloſſ. in Clem. 2. § fin. in verb. Altare, de relig. do. & Innoc. quem refert Abb. in eod. c. ad hæc, num. 4. & nume. 6. & poteſt hoc hoſpitale ab eodem, qui conſtruxit, etiã deſtrui, dum ipſe viuit; poſt mortem vero fit ſicut conſtituens mandauit, & ſic præcepit, vt ſeruetur, hæredes ad id obligati erunt, ita dixit Abb. in ſuis quæſt. quæſt 3. verſicu. Ad tertium dubium. Dixi ad pauperum vtilitatem conſtitutum, quoniam ob hanc cauſam hoſpilia inſtituuntur, atque ſic dixit Trid. Synod. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 8. ibi pauperes ſubſtentandos.

Quoad ſecundum hoſpitale duplex eſt. Aliud religioſum, aliud non religioſum, vt dixi, & vbi religioſum eſt, ibi tẽpore interdicti vniuerſalis miſſæ ſacrum celebrari poteſt ad formam, c. fi. de ſent. excom. lib. 6. & probauit Couar. in eod. c. fi. 2. par. §. 4. nume. 2. De alijs verò priuilegijs egit Felyn. in cit. c. quarta, de præſcrip.

4 Quoad tertium † Hoſpitalia dantur regulariter in adminiſtrationem, vt habetur in Clem. fi. §. Vt autem. de relig dom. & dantur in commendam tam laicis, quam clericis, vbi beneficium Eccleſiaſt. non eſt. Aliquãdo tamen datur in titulum beneficij eccleſiaſt. id quod contingit primo, vbi in eius conſtitutione cautum fuit, vt antequam beneficiũ eccleſiaſticum conferatur. Deinde vbi confertur per electionem à ſuperiore confirmandam, vt dicitur in cit. §. Vt autem præmiſſa, & ibi DD. not. & Fely. in eod. c. quarta, numero 14. verſ. Adde quod DD. ſentientes. Tertio vbi per quadraginta annos vti beneficiũ poſſeſſum eſt, c. beneficium, iunct. Gloſ. legitima, de præbend. lib. 6. & vbi in titulum beneficij confertur, qui illud accipit ad clericalem habitum ferendum, & ad ſeptem Canonicorũ preces recitandas tenetur, ita Nauar. in conſ. 1. de relig. domi. His præmiſſis de miniſtris hoſpitalium agamus, deinde de fructibus, & poſtremo de ſpiritualibus.

S V M M A.

1 *Miniſtri qui eliguntur, quo hoſpitalium curam habeant, quid facere debeant.*
2 *Hoſpitalium fructus in quæ impendi debeant.*
3 *Hoſpitalium cura in ſpiritualibus ad quem pertineat.*
4 *Montes Pietatis vbi ſunt, eorum cura ad Epiſcopum pertinet.*
5 *Hoſpitalium curam habens an mercedem habere debeat.*
6 *Diues mittens ad hoſpitale ſuum filium naturale an teneatur ad reſtitutionem alimentorum.*

§. I.

1 S Præmiſſis iam dictis † quoad primum, ſcilicet qui nam miniſtri eligi debeant; & quæ eorum partes. Breuiter concludendũ eſt eos eligendos eſſe, qui poſſint, velint, ac ſciant hoſpitalia gubernare; & alienata ipſorum reuocare, & quos veriſimile non ſit in ſuam vtilitatem fructus conuerſuros, vt habetur in Clem. 2. de relig. dom.

Electio autem eorum fieri debet ab ijs, quibus hoc permiſſum eſt in hoſpitalis conſtitutione.

Secundo iurare debent ſe bona fideliter adminiſtraturos.

Tertio inuentarium facere, vt dicitur in ead. Clemen.

Quarto ſingulis annis rationem reddere de adminiſtratione bonorum, ideſt fructuũ, (vt hæc omnia habentur in cit. Clemen. 2.) ſi requirantur, non enim ob rationes, non redditas priuari poſſũt, niſi primo requiſiti ſint, & recuſauerint, ita Alex. in conſ. 1. lib. 7. Idque Epiſcopo, vel conſuetudo, vel priuilegia contraria ſint, vt Epiſcopo non reddantur; nam nihilominus reddi ei debent, ita Trid. Synod. ſeſſ. 22. cap. 9. de reform. Id quod locum habet præſertim in hoſpitalibus auctoritate Epiſcopi conſtitutis. Item eſto alijs ratio reddenda ſit, vel conſuetudine, vel priuilegio, vel conſtitutione aliqua loci, nã tũc & ordinarius cum illis adhibendus eſt, alioquin liberatio facta ipſis adminiſtratoribus nihil eis proderit, vt dicitur in cit. c. 9. Quod dictum autem eſt ſingulis annis, reddendam rationem, locis non habet, vbi ſecus in conſtitutione cautio eſſet, per cit. cap. 9.

Poſtremo officium eorum vltra triẽnium durare non debet, ita habetur apud Trid. Synod.

Synod.ſeſſ.25.de reform.cap.8.Et de prima quæſt.ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſt.† ſcilicet in quos vſus impendi fructus hoſpitalium debeant. Planè in eos,in quos deſtinati ſunt.Quare ſi pro ſuſcipiendis peregrinis, vel pro pauperibus infirmis curandis,vel alendis infantibus expoſitis,vel ſenib.vel ꝓ puellis nuptui tradendis hoſpitalia inſtituta ſunt,in hos ſines fructus conſumentur, vt dicitur in eod. cap.23.Etſi nõ adſint huiuſmodi generis homines,pro quorum neceſſitatib. ſubueniendis hoſpitalia inſtituta ſunt, in alium pium vſum,qui huic inſtitutioni proximus ſit,cooferent.& conuertent,vt dicitur in eodem capit.8.Id quod nos diximus vbi de diſpenſatione Epiſcopi egimus.Ad ſeminarij etiam ſubſtentationem tenentur,& præſertim quæ dantur in titulum,vel adminiſtrationem,ita habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.23.de rform. cap.18.verſ.& hoſpitalium. Vbi autem in alios vſus impendunt grauiter peccant, &ad reſtitutionem tenentur,ſicut etiam ſi permittant bona hoſpitalium conſumi, & amitti: per cit.Clem.quia contingit,& facit,l.tutor, §.ſi tutor,ff de adminiſtr.& pericul.tut.

3 Quoad tertiam quæſt.† ſcilicet hoſpitalium cura in ſpiritualib. ad quem pertineat. Planè ad parochum, in cuius parochia hoſpitale eſt,arg.c.omnes baſilicæ, 16.quæſt. 7. Excipitur tamen vbi hoſpitale haberet presbyteros,qui celebrarent;& ſacramenta adminiſtrarent pauperibus; tunc enim conſuetudo hæc ſeruabitur,vt dicitur in cit. Clemen.fin.§.fin.de relig.dom. & ita Faſch. de Viſit.eccl.cap.13.num.30.nam & id præſcribi poteſt ſpatio 40.annor. vt DD. inquiunt in cit.Clem.& ita Prax.Archiep. Neap.capitulo 60.

Epiſcopus ergo vbi Hoſpitale viſitabit, hæc tria imprimis conſiderabit, an Miniſtri tales ſint,quales eſſe debere,diximus. Item an fructus in eum finem impendãtur,in quẽ fuerunt deſtinati,& vt id faciant cenſuris ipſos compellet,vt dixit Feder.de Sen.in conſil.111.num.3.qui ait idem fauendum Epiſcopo,eſto hoſpitale auctoritate priuata ędificatum ſit.Immo & adminiſtratione perpetuò eos priuare poteſt,& vbi cum alijs concurrit,ad rationes videndas, eius votũ pro vnico eſt,ita ſacra Congregat. quam refert Prax.Archiep.Neap.capit.21.idque tam in condemnando,quam in abſoluendo,quamuis ſine ipſo nihil fiat, ita Trid. Synod. ibi; etenim & in foro conſcientiæ tenentur fructus reſtituere,ſi quos perceperunt cita.c.8. ſeſſ.25.Poſtremò,an ſpiritualia adminiſtrentur ipſis pauperib.Hæc ſunt primaria rerum capita,quæ Epiſcopus in viſitatione hac animaduertere debet.

Viſitare etiam poteſt non ſolum hoſpitalia religioſa auctoritate epiſcopi conſtituta, ſed etiam laica eſto teſtator prohibuiſſet,ne ſe Epiſcopus intromitteret, repugnat proximè dictis vid.c.tua,de teſtam. Prætcrea ſancta Synodus ſeſſ.22.de reform.cap.8. declarauit vt non obſtante priuilegio, & quacunque conſuetudine etiam immemorabili Epiſcopus poſſit,ac debeat omnia loca pia viſitare;ergo & hæc hoſpitalia eſto ſint laica. Excipitur tamen vbi viueret, qui illud conſtruxit propria auctoritate, nam tunc nõ poteſt viſitare,quandoquidem conſtitutor plenam poteſtatem diſponendi habet; ſecus autem poſt mortem;nam tunc cura eius ad Epiſcopum etiam pertinet,ita Nauar.in conſ. fin.de relig.dom.& alibi nos. Secundo excipiuntur hoſpitalia, quæ ſub Regum immediatè protectione ſunt; ſine eorum licentia enim Epiſcopus an viſitare non poteſt,ita dicitur in eod.cap.8.ſeſſ.22.de reform.

4 Quæ diximus autem de Hoſpitalibus †& de Montibus Pietatis, & alijs pijs locis ad pauperes ſubſtentandos inſtitutis dicta eſſe intelligimus,vt prædicta ſeruentur, vt ſcilicet miniſtri fideles ſint,qui curam eorum habent,& in eum finem fructus impendant cuius gratia inſtituta ſunt, & vt rationes reddantur;nam & hos miniſtros viſitare Epiſcopus debet,vt habetur apud Trident.Synod. ſeſſ.22.de reform.eod.capit.8. quippe quia ad vtilitatem pauperum inſtituuntur, quorum cura ad Epiſcopum pertinet imprimis, de quibus montibus egi in Tracta. de Vſur. cap.4.§.1.& ſeq.

5 Atqui †miniſtri Hoſpitalium,necnõ Montium an gratis ſeruire debent? Planè non dignus enim eſt mercenarius mercede ſua, vt ait Chriſtus Dominus,& quo igitur pijs locis inſeruiunt,meritò eorundem ſumptibus viuere debent, argum.c.de multa, de præb. Qui ergo pauperum curam gerit, qui fructuum colligendorum,qui montib.aſſiſtunt vt pecunias mutuẽt,& alijs, qui operas ſuas præbendi; ſi omnes ſuam mercedem habebunt.

6 Verum quid ſi † diues ad hoſpitale miſſerit filium ſuum naturalem,an ad alimenta reſtituenda hoſpitali teneatur? Planè ſentio ipſum non teneri.Nam hoſpitalia, vbi aluntur pueri ob eam rẽ inſtituta ſunt, quò alantur infantes,quos vel impietas,vel paupertas, vel pudor parentum alere nolunt, vel non poſſunt; cũ igitur ad hæc deſtinata ſint,

iure

iure meritò ad reſtitutionẽ non tenẽtur, niſi aliter in inſtitutione ipſorum hoſpitalium ſtatutum ſit. Sed de his hactenus iã ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Pauperum curam Epiſcopus habere debet.*
2 *Pauperibus qua ratione ſubuenire Epiſcopus habeat.*
3 *Seminarium quomodo habendum.*

§. II.

1 § Ex iam proximè dictis † conſtat ad Epiſcopum curam pauperum pertinere. Idque meritò. Tum quod de fructibus ſuæ Eccleſiæ, quod ſupereſt, pauperibus diſtribuere habet, vt habetur in c. mos eſt, Apoſtol. Sedis, & c. ſancimus, 12. quæſt. 2. Et facit c. quatuor, & c. conceſſo, eadem quæſtio. Tum quod gloria Epiſcopi eſt pauperibus ſubuenire, vt dixit ſanctus Hieronymus relat. in c. gloria Epiſcopi, eadem quæſt. 2. Facit quoq; c. aurum, eadem quæſt & c. dominus, & c. eſt probanda, diſtinctio. 86. & c. Epiſcopus, diſtinct. 82.

2 Quare † quo id commodius poſſit fructuum bonorum Eccleſiaſt. curam diligentẽ habebit. Item ſi non habet, quod ſat ſit, de bonis Eccleſiæ; de ſuo patrimonio ſubuenire debet; ſi enim paſtor bonus, vt inquit Chriſtus Dominus, animam ſuam pro ouib. ſuis ponit, multo magis ſuas oues, argum. Authent. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Tertiò pro pauperibus eleemoſynam etiam à diuitibus petere tenetur, nam cum in locum Apoſtolorum, Epiſcopi ſuffecti ſint, huic rei operam ipſi dabũt, vt habetur apud Paulum ad Corinthios Epiſtol. 20. cap... ergo & hoc ſtudere ipſi debent ſubrogatus enim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatus eſt, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Sed quod Epiſcopus alijs iuris detentus eſt, ſatius erit, vt aliquos viros probos huic muneri proponat.

Immò quo pauperibus ſubueniat, Epiſcopum negotiari poſſe inquiunt Archidiac. & Turrecremat. in c. conſequens, diſtinct. 88. quod tamen mihi, vt per ſe Epiſcopus id faciat; non placet, propter ſcandalum, per alios autem id honeſtius fiet, atque ſic dixit Epiſcopus Mont. Mar. in Man. Paſtor. ca. 53. Vbi autem eleemoſynam pauperibus tribuit, quo alij ad idem faciendum excitentur publicè eã faciet iuxta illud ſic luceſces lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Hinc bannes ſuper Thom. quæſt. 33. art. 6. quem refert ac ſequitur idẽ Epiſcop. in eod. Man. cap. 48. inquit non ſat eſſe, vt Epiſcopus ſit egregius doctor, elegãs Prædicator; & quod non ſit peccator publicus, ſed requiritur, vt ſit publicus benefactor, vt ſe bonorum operum exemplum præbeat; modo tamen inanis gloriæ gratia ad id non inducatur.

Quartò, vt facilius pauperibus ſubueniat eleemoſynam petere ijs non permittet, qui neceſſitate non præmũtur; hi enim eleemoſynis veros pauperes priuant; & grauiter ſic mẽdicantes peccant, cum id accipiãt, quod pauperum eſt, c. Paſtor, & c. ſi quis, 1. quæſt. 2. & facit de mendic. valid. lib. 10. Coercebit etiam prauos eleemoſynarũ quæſtores, qui publicant indulgentias, vel prædicant, c. cũ ex eo, de pœn. & Clem. Abuſionibus eod. & Trid. Synod. ſeſſ. 5. de refor. cap. 2. & ſeſſ. 25. cap. 9. & diſt. 22. & pertinent hunc quæ dixit idem Epiſcopus eod. Man. cap. 44. cum multis ſeq. & cap. 18. idem in Prax. Archiep. Neapol. c. 58. num. 11. qui & mendicantes quandoque prohibendos, inquit bonum igitur, vt ſine licentia quæſtores non permittantur, ita ibi ait.

Poſtremo, vt piæ voluntates executioni mandentur, operam, & in c. ſi hæredes, & in c. Ioannes, & in c. tua nobis, vbi DD. & Couar. de teſta. & nouiſſimè apud Trid. Synod. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. Id quod locum habet, vel contrarium iuſſerit teſtatur, ſcilicet, ne Epiſcopus executor eſſet; nam nihilominus executor erit per cit. c. tua nobis, & per §. ſi quis autem pro redemptione in Authen. de eccleſ. tit. Idque merito, nam prohibitio hæc eſt illicita, & contra leges cautum, at nemo facere poteſt, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento, l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & ibi Iaſ. ac DD. & Gloſſ. pen. cit. c. tua nobis. Item locum habet vel executores teſtatur dediſſet ſpeciatim, & ad dictam diem à teſtatore executioni non mandarent; tunc etiam Epiſcopus cogere ipſos ad id poteſt, vt dicitur in eod. c. tua nobis. Excipitur ergo, vbi dies data ad exequendum elapſa nõ eſſet; tunc enim Epiſcopus non poteſt, vbi executores dati ſunt, vel tacito, vel expreſsè. Hodie tamen Commiſſarius legatorũ piorũ pro reuerenda fabrica ſancti Petri datur, vt habetur in Bulla Pij V. incip. Exergit. data Romæ vndec. calend. ianuarij 1569. pagina 1065. in Bullar. de qua plures declarationes ſunt, quas refert Sum. Bullar. in verb. Fabrica ſan. Petri de Vrbe, pag. 241. Præterquam

quod

Digitized by Google

quod igitur locorum piorum, & prædictorum curam habebit Epiſcopus pauperum gratia, quò facilius hoc agat, pauperum notam habebit: ſic enim ſanctus Syluester, & Gregorius, & ſanctus Ioannes Eleemoſynarius faciebant, quandoquidem Epiſcopus, & alij curam animarum habentes, non ſolum pauperibus ſubuenire habent, vbi vltro eleemoſynas ipſi petunt; verumetiam inquirere, quinam pauperes ſint, cum ipſorum pauperum, viduarum, & orphanorum protectores ſint, & ob paupertatem ſæpius viduarum honeſtas, & virginum pudor periclitētur. Eſto igitur alij ſatisfaciant eleemoſynam præbendo pauperibus, vbi eam petunt; Epiſcopus autem, & alij curā animarum habentes, quò eleemoſynam pauperibus præbeant, inquirere ipſos habent, atque ſic inquit Archid. in c. ſi peccauerit, 2 quæſt. 1. & Epiſcop. Mon. Mar. in ſuo Man. Paſtor. de quorundam DD. ſententia, cap. 49.

3 Eſſet hic † agendum de ſeminario Clericorum. Verum, quod Triden. Synodus. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18. pluribus rem hanc egit, ſcilicet vbi ſeminarium eligendum. Secundo quot. Tertio quibus ſumptibus alendum. Quarto à quo eius rationes videndæ. Quinto quæ perſonæ in eo collocādæ. Sexto qua ratione vita agenda ipſis ſit. Poſtremo, quæ edoceri debeant, ob eam rem quæ huc pertinent, illinc ſumantur, vnū addimus ad hęc Epiſcopum ſummam diligentiam adhibere oportere. Sed de effectibus poteſtatis, atque officij Epiſcopi hactenus, ad materiam eiuſdem tranſeamus.

Finis Primæ Partis.

TRACTATVS
DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS MATERIA,

Ex qua Poteſtatis, atque Officij Epiſcopi Prima, habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem.

BARTHOLOMÆI VGOLINI IVRISCONSVLTI, Ac Barbiani Archipresbyteri.

CAP. XXV.

SVMMA.

1 *Materia Poteſtatis Epiſcopalis quotuplex ſit.*
2 *Confirmationis Sacramentum Epiſcopus conferre tantum poteſt.*
3 *Confirmationis Sacramentum, vt Sacerdos conferat, Epiſcopus delegare nequit.*
4 *Confirmationis Sacramentum conferendi poteſtas nec conſuetudine, nec præſcriptione acquiri à ſimplici Sacerdote poteſt.*

ABSOLVTIS effectibus Poteſtatis, atq; Officij Epiſcopalis, iam eius mareriam aggrediamur; 1 † Et quoniam hæc duplex eſt alia circa quam, alia ex qua, & de materia circa quam; (quæ ſunt perſonæ tàm ſæculares, quàm Eccleſiaſticæ, & tàm fideles, quàm infideles ſicut etiam piæ Vniuerſitates eorundem, nec non loca pia) egimus, vbi de effectibus tractauimus, ob eam rem hac omiſſa, de materia ex qua modò agamus. Verum quod hæc ſunt functiones, & ordinis, & iuriſdictionis Epiſcopalis. Et quæ ordinis ſunt partim pertinent ad Sacramenta, partim ad Sacramentalia, & Conſecrationes, partim ad Benedictiones, & Sacramenta hæc duo ſunt, Confirmatio, & Ordo; ideo Confirmationem primo, deinde ordinem, poſtremò reliqua explicemus. De qua Confirmatione hæc videbimus. Primum Sacramentum hoc à quo adminiſtretur, deinde quod ab eo cognatio naſcitur, nonnullas quæſtiones de ipſa cognatione diſſoluemus. Tertio de Chriſmate eius materia. Poſtremò de his, qui habiles ſunt ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum.

2 Quoad primum igitur † Epiſcopus conſecratus Sacramentum Confirmationis adminiſtrare tantum poteſt, ordinis enim Epiſcopalis collatio huius Sacramenti eſt; & idcirco ad Epiſcopum tantum pertinet, vt dicitur in c. præsbyter. de conſecr. d. 4. & in c. vnic. §. per frontis, de Sacram. vnction. & gloſſ. in c. quia periculoſum. de ſent. excom. & Couar. lib. 1. variar. reſol. cap. 10. §. 3. num. 4. & ego in Tract. meo, de Sacram. tabul. 3. cap. 3.

3 Atqui an † ſimplici Sacerdoti facultatem hanc Epiſcopus delegare poteſt? Plane non. Tam quod quæ ordinis Epiſcopatus ſunt, Epiſcopis tantum delegari queunt. Tum quod iure communi poteſtas hæc Epiſcopis tradita eſt, ergo delegari non Epiſcopo nequit, argu. c. cum inferior, de maior. & obed. Tum quod non nulli dubitant an Romanus Pontifex ſimplici Sacerdoti id delegare poſsit, quamuis communis opinio Theologorum, ac Canoniſtarum ſit Præsbyterum poſſe per conceſsionem Papæ cõfirmare, vt de hoc teſtatur Nauar. in conſil. 14. num. 2. de priuil. & DD. in c. quanto. de conſuet. & Couar. latiſsimè, lib. 1. var. reſol. cap. 7. vſque ad nu. 14. Qui ergo Epiſcopus non eſt, Sacramentum hoc adminiſtrare non poteſt, neque etiam ſi id Epiſcopus ei delegaret, quandoquidem non poteſt, vt probaui.

Id quod locum habet, vt delegari ab

 Epi-

Epiſcopo Sacerdoti nequeat, vel in periculo mortis confirmandus ſit, ex quo Sacramentum hoc neceſſarium non eſt, vt habetur in eodem cap. quanto, verſic. Tutius tamen eſt, & ibi Gloſſ. in verb. ex neceſſitate, & Couar. eodem cap. 10. nume. 5. non enim quis peccat, ſi non recipiat; ſed ſolum vbi ex contemptu ipſum nollet quandoquidem, vt ait ibi Couar. neque præcepto Dei, neque Eccleſiæ ad ipſum ſuſcipiendum obligamur.

4 Item locum habet, † vel conſuetudo hæc adeſſet, vt à Sacerdote ſimplici conferti poſſit, vt habetur in eod. cap. quanto.

Tertio nec ex immemorabili præſcriptione ſimplex Sacerdos Sacramentum hoc adminiſtrare poteſt, vt in eod. cap. quanto. & Couar. ibi num. 14.

Recipitur tamen, vbi de mandato Romani Pontificis Sacerdos confirmaret; tunc enim poteſt, & non alias, vt communiter hoc receptum eſſe teſtatur Doctor. vt proximè dixi. Sed iam de Cognatione, quæ naſcitur ex hoc Sacramento, agamus.

S V M M A.

1 *Cognatio Spiritualis, quæ naſcitur ex Confirmationis Sacramento, non contrahitur ab eo, qui rationis vſum non habens aliquem ſuſcipit.*

2 *Cognatio Spiritualis contrahitur ab eo, qui confirmatus non eſt, ſi quem in Confirmatione ſuſcipiat.*

3 *Minor ætate cognationem contrahit ſuſcipiens in Confirmatione eum qui maior ætas eſt.*

4 *Cognatio ſpiritualis an contrahatur per procuratorem.*

5 *Cognatio ſpiritualis, an contrahatur, ſi pluras duabus ſuſcipiant quem in confirmatione.*

6 *Cognatio ſpiritualis an naſcatur inter patrem, & filium, quem in articulo mortis baptizauit.*

§. Primo.

§. SEcunda quæſtio propoſita eſt de Cognatione ſpirituali, quæ naſcitur inter ſuſcipientem in Confirmatione, & ſuſceptum, & patrem, & matrem ſuſcepti. De hac igitur Cognatione, ſex quæſtiones contemplabimur.

1 Prima † quæſt. igitur explicanda hæc eſt, an qui ſuſcipit aliquem in Confirmatione non habens vſum rationis cognationem ſpiritualem contrahat. Videbatur ergo dicendum cognationem contrahi, nam qui ſuſcipitur, eſto non intelligat, cognationem tamen contrahit; ſicut etiam baptizatus infans. Idem igitur dicendum videtur de ſuſcipiente, diſpoſitio enim in vno ex correlatiuis locum habet in alio, l. prima, & ibi Bartol. C. de Cupreſſ. lib. 10. Contrariam opinionem tamen ſequitur Nauar. in conſ. 2. & in conſ. 5. de cognat. ſpiritual. Et hoc ob hanc rationem quoniam contrahens non obligatur vbi non intelligit actum, quem gerit, tam nec in delictis punitur, l. illud. §. primo, ff. de iniur. & Clem. 1. de homicid. ergo neque hi. Hanc opinionem, ego etiam ſequor, nam vbi quis obligatur ad aliquid, quo actus valeat vel ſaltem ne reſcindatur voluntas interuenire debet, argum. cap. primo, de iis quæ vi met. vè cauſ. fiunt, lib. 6. & tot. tit. ff. eod. at hic voluntas non interuenit, ergo. Non repugnat autem ratio contraria, nam vbi tractatur de commodo alterius etiam ignarus obligatur, tot. tit. ff. de negot. geſt. Hinc qui baptizatur, eſto non intelligat actum, qui geritur, ad fidem Chriſtianam tamen ſeruandam tenetur, vt aſſeruit Trident. Synod. ſeſſ. 7. de baptiſ. Et ego in Tract. meo de Sacrament. Tab. 2. cap. 9. num 7. & hoc ob eam rationem, quod de ſalute animæ ſuæ, & idcirco de ſuo commodo agitur, quæ ratio ceſſat in ipſo ſuſcipiente, quandoquidem ſuſceptio onus eſt, obligatur enim ad inſtituendum ab eo ſuſceptum, ex quo igitur diuerſa ratio eſt, in correlatiuis huiuſmodi diſpoſitum in vno, in alio locum non habet, vt DD. communiter concludunt. Non igitur cognatio, hinc naſcitur. Excipitur tamen vbi doli capax eſſet ipſe ſuſcipiens, tunc enim cognatio hæc naſcitur, atque ſic Nauar. ibidem. Et de quæſt. prima ſatis.

2 Secunda † quæſt. eſt, an qui confirmatus non eſt ſuſcipiendo aliquem in confirmatione cognationem hanc contrahat. Videbatur ergo dicendum non contrahi, nam qui baptizatus non eſt ſi leuet aliquem de baptiſmo, ipſam non contrahit, vt DD. communiter concludunt, qui enim ſpiritualem vitam nactus non eſt, ideſt Chriſtianam vitam; hic eius actionis particeps eſſe non poteſt. At qui contrarium concludendum eſt, ſcilicet cognationem hanc contrahi, nam ſtatim, atque baptiſmum quis ſuſcepit, habilis redditur ad omnia ſpiritualia, vt in Tract. meo, de Baptiſm. Sacram. concluſi. Hinc etſi confirmatus quis eſſe debet, antequam primam tonſuram ſuſcipiat. vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 23. de refor. cap. 4. Et ordines gradatim ſuſcipiendi ſint; ſi tamen contra fiat, ordines conferuntur, vt habetur ead. ſeſſ. cap. 14. in fine, & in tit. de cler. per ſalt. promot. Nec repugnat ratio de baptiſmo, nam idcirco non contrahitur

in

in baptiſmo, quoniam vt dixi, non eſt habilis ad huiuſmodi ſpiritualia, cum baptiſmo initiatus non ſit, omnium enim Sacramentorum baptiſmus ianua eſt, atque ſic dixit Nauar. in conſ. 1. eod. de cognat. ſpir.

Verum quod diximus de baptiſmo, ipſum etiam non contrahere cognationem, quid ſi deinceps baptizetur? Ego ſentio hanc cognationem tunc oriri. Tum quod ſic contingit in Catechiſmo, nam per ipſum naſcitur cognatio inter leuantem, & leuatum, & patrem, & matrem leuati, eſto leuatur nondum baptizatus ſit; non enim per Catechiſmum, & exorciſmum baptiſmus confertur, & tamen naſcitur ea cognatio. Tum quod ſponſalia contracta cũ Iudæa non baptizata cum Chriſtiano ſub conditione, ſi ad fidem venerit valida fiunt, ſi deinceps baptizetur, eſto ab initio nulla ſint; ergo idem & hic, quod notandum eſt; quandoquidem apud neminem quæſtionem hanc legi.

3 Tertia quæſt. eſt † an minor ætate ſuſcipere maiorem poſsit. Videbatur dicendum non poſse, nam nec minor poteſt adoptare maiorem, §. minorem de adopr. in Inſtit.

Contrarium tamen aſſerendum eſt. Tum quod hic maior eſt, quo ad ſpiritualia, ex quo prior eſt confirmatus. Tum quod in ſpiritualibus ratio huius non habetur, alioquin Iuuenis non poſſet infidelem ſenem baptizare, quod abſurdum eſt. Et de quæſt. hac itidem ſatis.

4 Quarta quæſt. eſt, † an contrahatur per procuratorem cognatio hæc. Concludendum breuiter eſt non contrahi, vt aſſeruit Nauar. in conſ. 6. vbi quæſtionem hanc diſputauit de cognatione Spirituali, & Ego in Tract. meo de Sacram. Excipitur tamen vbi conſuetudo contraria eſſet, nam quod per legem conſtitui poteſt, & per conſuetudinem, vt per legem valet id fieri, ergo & per conſuetudinem modo probetur, quæ tamen ſola videtur eſſe inter Principes, qui per ſe ad ſuſcipiendũ ire nequeunt, vt dixit Nauar. eod. conſ. 6. n. 8. De his omnibus tamen vide Capell. Tholoſſ. deciſ. 175. & quæ ſupra diximus.

5 Quinta quæſt. eſt, † an ſi plures duobus ſcilicet vnus, & vna ſuſcipiant cognationem omnes contrahant, ex quo per Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 2 cautum eſt, vt vnus vel vna, vel ſaltẽ vnus, & vna ſuſcipiant. Concludendum eſt cognationem cum omnibus contrahi, etſi enim actus contra legem factus regulariter non valet, l. non dubium. C. de leg. Excipitur tamen vbi lex actum non tollit, & pœnam extrinſecam addit, quæ poteſt cum actus valore cõſiſtere, & valor actus non reſpuit fauorem eius, cui pœna imponitur, vt dixit Bart. communiter recept. in l. prætor ait, nu. 3. ff. de oper. nou. nunciat. & ita in caſu noſtro eſt; nam non tollit actum, ſed ponit pœnã Parocho admittenti plures duobus, ideſt, tres, & valor actus non pertinet ad fauorem Parochi, ſed ſuſcepti. Quæ diximus de Cognatione orta ex confirmatione, eadem aſſerimus de orta ex baptiſmo, de qua egimus ſupra etiam in materia baptiſmi.

6 Sexta quæſt. eſt, † an naſcatur inter patrem baptizantem in articulo mortis ſuum filium ex vxore. Concludendum eſt nullam cognationem naſci, quæ noceat matrimonio ca. ad limina 30. q. 1. non enim peractum boni præiudicium fit matrimonio legitimè prius contracto: ſecus autem ſi quis ex illegitima copula filium natum, vel in eo caſu baptizaret; hic enim naſcitur cognatio, ex quo præiudicium non fit matrimonio contracto; ſed contrahendo, quod facilius impeditur, arg. l. patre furioſo. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & ca. quemadmodum de iureiurand. atque ſic reſpondet Nauar. in conſ. 5. eod. Non tamen in Confirmatione id locum habet, cum Sacramentum neceſſarium non ſit; quare, etſi matrimonium non tollit, impedit tamen ne debitum petatur ſine diſpenſatione; Non ergo pater, vel mater ſuſcipere ſuum filium in Confirmatione debet, cum vigeat diuerſa ratio in baptiſmo ab ea quæ Confirmatione. Sed de his hactenus, ad alia transeamus.

SVMMA.

1 *Chriſma ex oleo, & balſamo confectum materia Confirmationis eſt.*

2 *Oleum de neceſsitate Sacramenti eſt ex oliuis, & ab Epiſcopo conſecratum.*

3 *Oleum non benedictum, oleo benedicto additum num benedictum fiat.*

4 *Balſamum de neceſsitate præcepti eſt neceſſariũ, non de neceſsitate Sacramenti, peccat tamen mortiferè Epiſcopus ſi illud omittat.*

§. II.

1 §. † MAteria huius Sacramenti eſt Chriſma ex oleo, & balſamo confectum, & idcirco ex duabus ſpeciebus, de quibus ſingulis agendum eſt, & prius de oleo, de quo videbimus, an ſit de neceſſitate Sacramenti. Secundo quod oleum eſſe debeat. Tertio quale. Poſtremo an huic benedicto ſi non benedictum addatur, additum benedictum fiat.

2 Quoad primum igitur † oleum de ſubſtantia huius Sacramenti eſt, vt communiter DD. concludunt, & ego in Tract. meo de Sacr. tab. 3. cap. 18. & Couar. lib. 1. var. reſolut. cap. 10. num. 4. id aſſeruit.

Quoad ſecundum ex oliuis eſſe debet, vt dixi in eod. cap.

Quoad tertium ab Epiſcopo benedictum, vt probaui in eod. cap. 18. de communi DD. ſententia.

3 Quod quartum, † an ſi huic oleo benedicto aliud non benedictum addatur, & ipſum benedictum fiat. Ego ſic diſtinguendum breuiter cenſeo. Aut oleum benedictum plus eſt, quàm oleum additum non benedictum: & in hoc caſu ſentio, & benedictum ipſum fieri, & Sacramentum hoc conferri poſſe; ex quo enim plus eſt benedictum, trahit ad ſe ſingulas partes olei non benedicti, ſicut aqua non benedicta pauca addita magnæ quantitati aquæ benedictæ, benedicta fit ob eandem rationem; Hinc, & modica aqua in magna quantitate vini poſita in vinum conuertitur, cuiuſmodi eſt, quæ in vino ponitur, quod conſecrandum eſt; ſi enim in vinum non tranſiret, non conſecraretur; quandoquidem aqua per ſe conſecrari non poteſt, vt DD. concludunt. Aut oleum non benedictum plus eſt, quam oleum benedictum; & in hoc caſu ſentio oleum non benedictum, benedictum non fieri, imo oleum non benedictum corrumpere, (vt ita dicam) ſubſtantiam benedicti, quatenus tale eſt; ſicut ſi gutta aquæ in vrceum vini infunderetur, nam eius ſubſtantia à vino corrumpitur, ergò & idem hic. Nec facit ſi dicatur oleum benedictum vti dignius trahere ad ſe oleum non benedictum, vti minus dignum, cap. quod in dubijs iunct. Gloſſ. de conſecr. Eccleſ vel Altar. hoc enim verum non eſt, niſi maior quantitas benedicti ſit, quam non benedicti, non enim vi conſecrationis id fieri poteſt, cum benedictio iam facta ſit; namque ſi hoc daretur, & illud dãdum eſſet vinum additum ſpeciebus vini conſecrati, & ipſum conſecratum fieri, quod falſiſsimum eſt. cap. cum Marthæ, §. quæſiſti. de celebr. miſſ. ſequeretur etiam guttam aquæ benedictæ in mare proiectam totam aquam maris benedictam reddere. Quo igitur oleum benedictum trahat ad ſe oleum non benedictum quantitate ſuperare debet non benedictum, atque ſic dixit de aqua. Syluestr. in verb. aqua quæſt. 3. de mente Sanct. Thom. vbi rem hanc pluribus egit. & ſequitur Azor. Inſtit. moral. parte 2. libro 9. cap. 15. quæſt. 6. Quare Epiſcopi dum Chriſma conferunt, ſi oleum non benedictum addere velit, ne deſit minor quantitas olei non benedicti oleo benedicto adiungi debet; & Sacerdos qui ſingulis annis domus aqua benedicta luſtrat in Hebdomada Sancta, non addet ad aquam benedictam majorem quantitatem aquæ non benedictæ, alioquin neuter eorum quicquam facit; & hoc notandum eſt; quandoquidem vidi quoſdam in hoc errare. Paululum igitur aquæ non benedictæ ad benedictum debet addi, ea ratione quam ſupra dixi, & quo, coaddita benedicta efficiatur, quod contingit ſtatim, atque aqua benedicta per ſingulas minimas partes non benedictæ permeauit; & de oleo ſatis.

4 Quoad Balſamum † de neceſsitate Sacramenti non eſt, vt aſſeruit Caietan. in 3. parte quæſt. 72. artic. 1. & 2. & Nauar. in conſil. 1. vbi quæſtionem hanc diſputauit. de Sacram. vnct. & Couar. libro primo, variat. reſolut. capit. 10. num. 4. & in Tract. meo de Sacram. Tabul. 3. capit. 18. & 19. & probatur id potiſsimum, per capit. primo de Sacram. non iterand. Peccat tamen mortiferè Epiſcopus, qui ſine Balſamo oleo admixto Sacramentum hoc adminiſtrat; etenim de neceſsitate præcepti eſt, quamuis de neceſsitate Sacramenti non ſit, ſic enim & mortiferè peccat, qui ſine aqua in vinum infuſa conſecrat. At quod ſi Balſamum non habet? Non conferet hoc Sacramentum; non enim Sacramentum neceſsitatis eſt. Quid verò ſi conferat Balſamo non adhibito? Iterum adminiſtrabitur eadem forma adhibita; non enim alia eſt tradita. Nec ob id Sacramentum hoc iterabitur, nam requiritur ad ipſum iterandum intentio ipſius conferentis, vt ſcilicet hoc animo conferat, quò ipſum iteret, quod in caſu noſtro non contingit ex quo intendit, quod deeſt ſupplere atque ſic dixit Nauar. in eod. conſil. primo, in fin. Sic enim & baptiſmus hac ratione iteratur, vbi an collatum ſit, de iure, aut de facto dubitatur, capit. primo, de baptiſm. Balſamum verò, cuius ſpeciei ſit, nihil intereſt, ſi plures ſpecies dentur; nam & in Sacramento Euchariſtiæ, modò vinum ſit ex vnius vitis, nihil intereſt, ex qua ſpecie vuarum ſit. Idem de pane modo ex ſpecie tritici ſit; ſicut etiam de oleo, vbi ex oliuis eſt; ſed de materia ſatis, iam quibus conferendum ſit videamus.

SVMMA.

1 *Baptizati eſſe debent, qui confirmandi ſunt.*
2 *Confirmandi non debent eſſe in peccato mortali, ſed ſaltem contriti.*
Item nec excommunicati, nec interdicti.
3 *Subditis confirmatio conferenda eſt.*
4 *Admonitio, ſeu contio haberi debet ad populum, antequàm hoc Sacramentum adminiſtretur.*

§. III.

§. III.

1 §. † BAptizati eſſe debent ij, qui Sacramentum Confirmationis ſuſcipere volunt; alioquin Sacramentum non accipient, vt probaui in Tract. meo de Sacram. Tab. 3. cap. 14.

2 Secundo † quò & gratiam Sacramenti conſequantur, ſi peccato mortifero detinentur, contritionem ipſius ſaltem habere; alioquin etſi characterem accipiunt, non tamen gratiam.

Non etiam excommunicati, interdictivè eſſe; nam eſtò contumaciæ eos pœniteat, mortiferè tamen peccant, ipſorum ſuſceptione, ex quo Sacramentrum Communione carent. cap. penult. de ſent. excom. & capit. fin. eod. libr. 6. & vt probaui in Tract. meo de Cenſ.

3 Subditi etiam † eſſe eius Epiſcopi, qui Sacramentum eis confert, nam & baptiſmus, ſicut etiam alia Sacramenta à proprio Parocho conferenda ſunt. Atqui ſi contra fiat Sacramentum quidem confertur, collator tamen, quod nulla pœna præſcripta eſt, arbitraria punietur. l. prima. ff. de iur. deliber. & capit. de cauſis, de offic. delegat. & ita in ſimili dixit Gloſſ. in Clement. prima, de priuileg. Verum quid de eo, qui ab hæreticis venit non habens certas ſedes, ſeu domicilium alicubi collocatum, à quo ſuſcipiet hoc Sacramentum? Quòd hic vagus dici poteſt, ob eam rem ab Epiſcopo eius loci accipiet, vbi inuenitur. iuxt. Gloſſ. in l. prima, C. vbi de crimin. agi poſsit, & ita reſpondi, cum eſſem Mediolani hac de re conſultus, cum caſus hic occurriſſet, & bene per prædicta.

4 Quare † Epiſcopus, cuius munus proprium eſt, Sacramentum hoc adminiſtrare, breuibus, ac grauibus verbis, antequam Sacramentum hoc adminiſtret, vel Parochus de præſtantia, & dignitate huius Sacramenti ad Populum ſermonem habebit, ſimul admonendo, qua pietate ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum venire quis debeat; nullum enim aliud Sacramentum eſt, quod maiori in curia ſuſcipiatur; rident enim multi, verba iocoſa fundunt, ne grauiora dicam; quæ omnia facile tollentur habito ſermone, (vt dixi) de huius Sacramenti præſtantia.

Reliqua demum, quæ ad hoc Sacramentum adminiſtrandum pertinent ommittimus, quoniam ipſa in meo Tract. de Sacram. abundè tractauimus, iam ad Sacramentum ordinis tranſeamus.

DE ORDINIS SACRAMENTO materia, ex qua Poteſtatis, atque Officij Epiſcopi ſecunda, habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem.

CAP. XXVI.

SVMMA.

1 *Epiſcopus ordinis Sacramentum conferre poteſt, ac debet.*

2 *Epiſcopus quas qualitates habere debet, quò ordinem conferat.*

3 *Epiſcopus edicens, ne quis veniat ad ordines ſuſcipiendos, qui vitium animi, vel corporis patitur, an conferat ordinem, ſi talis veniat.*

4 *Formam dum profert Epiſcopus materia porrigere debet, & ſecundo ordinandus an tangere oportet.*

SECVNDO Sacramentum Ordinis eſt materia, ex qua Poteſtatis Epiſcopalis habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem; de qua materia hæc contemplabimur. Quiſnam ordines conferre poſsit, & quæ ineſſe ei debeant, vbi conferre vult proprio iure. Secundo de ijs, qui ordines ſuſcipere volunt. Poſtremo de modo, & ordine adhibendo ad eius collationem.

1 Quoad primum igitur † iure proprio Epiſcopus Sacramentum ordinis conferre poteſt; ſic enim habetur in capitulo quamuis, diſtinct. ſexageſimaoctaua, capitulo perlectis, § ad Epiſcopum, diſtinct. vigeſimaquinta, & in capitulo aqua, iuncta Gloſſ. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. & ſic inquit Gloſſ. in capitulo. Quia periculoſum, de ſenteut. excommunic. libro ſex-

to, & in capitulo tranſmiſſam de elect. in antiqu. & Catechiſm. Roman. de ordine, capitulo de legitimo Sacramenti ordinis miniſtro, & aſſeruit noniſsime Tridentin. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de Sacrament. ordin. canon 7. nam anathemate eos damnauit, qui contenderent Epiſcopos ordinandi poteſtatem non habere. Id, quod ego probaui pluribus in Tractat. meo de Sacramentis, tabula ſeptima, capitulo ſecundo.

2 Neceſſariò autem † huic Epiſcopo, quò ordinem conferat, hæc ineſſe debent. Primum, vt conſecratus ſit; nam, cum ordines conferre munus ſit Epiſcopatus, ordo hic non confertur niſi conſecratione, & idcirco etiam ſi Epiſcopus confirmatus ea, quæ iuriſdictionis ſunt, exercere valet, non tamen ante conſecrationem, ea quæ ſunt ordinis poteſt, vt tradidit Gloſſ. communiter recepta in citat. capitu. tranſmiſſam, & ibi Abbas, numero tertiu, verſic. Vltimo not. de elect. & in capitulo licet, numero ſexto, verſic. Conſumatio autem quoad virtutem de tranſ. prælat. facit quoque capitulo Corepiſcopi. §. Quod autem diſtinct. 68. & capit. vnic. verſic. Manus, de Sacram. Vnct. Ante conſecrationem igitur, ſi ordines conferat, nihil faciet, ergo conſecratus eſſe debet.

Secundo Epiſcopus conferre ordines velle debet, ideſt intentionem actualem, vel ſaltem virtualem habere ordines conferendi, vbi eos confert. Tum quod id aſſeruit generatim de omnibus Sacramentis. Tridentin. Synod. ſeſſ. 7. Canon. 11. Dum inquit. Si quis dixerit in Miniſtris; dum Sacramenta conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit. Hæc ibi, ex quibus propoſita quæſtio habetur. Tum quod omne Sacramentum omnino eſt nullum, ſi Miniſter, qui ipſum conficit non habet intentionem actualem, vel ſaltem virtualem conficiendi illud, vt aſſeruit Sanctus Thomas communiter receptus, in tertia parte, capitulo tertio, numero octauo, vid. Quare ſi Epiſcopus non intenderet ordines conferre ijs, qui vitium aliquod animi corporisvè haberent, vel id apertè dicat, vel non ob prædicta, ordo non conferetur. Excipitur tamen vbi hoc ediceret ad terrorem tantum, non autem, quò re vera ordinem conferre nollit; vbi tamen non conſtat omnino de hoc animo, iterum conferri ordo debet, vt declarauit Sacra Congregatio, cui ſimilis caſus propoſitus fuit; nam, cùm quidam Diaconus, quò Epiſcopus dum viueret familiariter vtebatur, atteſtaretur Epiſcopum ſæpe ei dixiſſe ſe ſimiles proteſtationes ad terrorem tantum, emittere, Sacra Congregatio in hac ſententia fuit, in qua & Summus Pontifex ad quem relatio facta eſt, vt ordines iterum reciperent, qui ab Epiſcopo ſic proteſtante ordines accepiſſent; nam ex proteſtatione facta ab Epiſcopo conſtabat præſumptione ordines ipſum noluiſſe conferre, quæ proteſtatio non tollebatur per aſſertionem Diaconi, ita habetur apud Nauar. in conſil primo, in Addit. de eo, qui fur. ordin. ſuſcep.

3 Verum, quid † ſi ſimpliciter edixit, ne quis vitium animi, corporisvè pateretur, ad ordinationem veniret, ſeù qui probatus non eſſet: non adiecit tamen ſe nolle ordinem contrafacientibus conferre, an ſi nihilominus aliquis non approbatus, vel vitium aliquod patiens accedet ad ordinationem, ordinem hic, & characterem ſuſcipiet? Videbatur dicendum ordinem, & characterem hunc non ſuſcipere; nam delictum non præſumitur, leg. meritò. ff. pro ſocio, & quilibet præſumitur bonus, capitulo ſecundo, de reg. iur. At ſi diceremus huic indigno Epiſcopum ordines conferre velle, præſumeretur delictum ipſum committere, ex quo indigno ordines confert. Contrarium tamen concludendum eſt, ſcilicet hunc ordines ſuſcipere; Nam id primo habetur in capitulo primo, & in capitulo final. de eo, qui fur. ordin. ſuſcep. vbi cum eſſet prohibitum, etiam ſub pœna excommunicationis, ne ad ordines quidam venirent, ordinem tamen ſuſceperunt, ac characterem, eſtò contraueniſſent, vt ibi habetur; ergo vel prohibeat, ordo confertur. Poſtremo vbi prohibet, ne vitia patientes ad ordinationem veniant, non idcirco tamen ob id non vult ordines conferre; aliud enim eſt nolle indignos accedere ad ordinationem; & aliud nolle ordines conferre; ex quo igitur diuerſa ſunt, eſtò noluerit primum, non tamen ſequitur noluiſſe ſecundum, vt habetur in citato capitulo, & in capitulo fin. de eo, qui furt. ordin. ſuſcept. ex diuerſis enim non fit illatio, argument. leg. Papinianus exuli. ff. de minor. Etenim omnes mortifero peccato affecti indigni Sacramentis, & beneficijs Eccleſiaſt. ſunt; & tamen ſi conferantur collatio tenet, eſtò collator nollet ſic affectos accedere. Non repugnat ratio contraria, nam Epiſcopus perſona publica eſt, & idcirco, dum ordines confert, pro tali ſe gerit; at perſona publica ſecundum allegata, & probata iudicare debet, capitulo

Paſtura-

Paſtoralis, §. quia verò, de offic. ordin. & leg. illicitas. §. vetitas. ff. de offic. præſid. non igitur delictum committit, ex quo vt publica perſona id non nouit; vera tamen eſſet ratio, vbi vt iudex id nouiſſet, ideſt, ei eſſet probatum. Imo nec peccat ſi quis improbatus ordinibus ſe ingerat, & Epiſcopus id non animaduertat. Multò minus peccat ille, qui delicta non nouit ordinandorum, vt Iudex, & probare ea non poteſt. Hinc eum Epiſcopum grauiter peccare dixit Nauar. in conſilio primo de eo, qui furt. ordin. ſuſcep. numero duodecimo, qui generalem ordinationem facturus expreſsè, vel tacitò coram Deo non proponeret ſe non intendere illis ordines conferre, qui ordine indigni ſunt, ob occulta crimina, & vitia, quæ ipſe neſcit, & neſcire tenetur, vel probare non poteſt, capitulo ſi tantum, & capitulo placuit decimoſexto, quæſt. ſecunda, quibus probatur peccare Epiſcopum obijcientem crimen ſubdito, quod probare non poteſt; præſertim quod nihil cum ſcandalo agendum eſt, capitulo nihil cum ſcandalo de præſcript. & ad ipſum non pertinet delicta occulta punire, cum Eccleſia de occultis non iudicet, capitulo ſi Sacerdos de offic. ordin. & capitulo, ſicut tuis cum ſimilibus citat. ibi à Gloſſ. de Simon. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo.

4 Tertio † requiritur, vt dum Materiam Epiſcopus porrigit ipſis ordinandis, ſimul & formam proferat; & ordinandi materiam tangant ipſis porrectam, vt aſſeruit id pluribus Caiet. in Tractat. de Sacrament. ordin. collat. Tractat. vigeſimoſexto, vbi etiam eos repræhendit, qui hæc non obſeruant; quandoquidem de neceſsitate Sacramenti hoc eſſe probat.

Hanc opinionem ego etiam tenui in Tractatu meo de Sacrament. Tabul. ſeptima, capitulo decimoctauo; ſed de his hactenus; iam de ijs agamus, quibus ordines conferendi ſunt, quod in ſequenti præſtabimus.

SVMMA.

1 *Subditis ſuis ordines conferre Epiſcopus debet.*

2 *Subditus quatuor modis dicitur habito reſpectu ad ordines ſuſcipiendos.*

3 *Origo reddit quem ſubditum Epiſcopo quoad ordines.*

4 *Origo alia eſt ſua, alia eſt à Patre, alia à Matre, alia à Patrono.*

5 *Origine vnde quis dicatur, vbi Mater peregrè proficiſcens puerum peperit.*

6 *Profeſsi in aliqua religione, & ab ea eiecti, à quò ordines ſuſcipient.*

§. Primo.

§. DE ijs, quibus ordines conferendi ſunt, agendum nobis propoſuimus, iam igitur rem aggrediamur.
1 † Epiſcopus ergo ſuis ſubditis ordines conferre tantum debet, ita habetur in capitulo nullus, & tot. tit. de tempor. ordinat. libro ſexto, vbi prohibetur, ne alterius ſubditis ordines conſerrantur ergo ſuis conferri debet. Idem habetur in capitulo nullus primas 9. quæſt. ſecunda, & per totam eam quæſtionem, & in capit. primo, cum duobus ſequent. diſtinct. nonageſima prima, & nouiſsimè apud Triden. Synod. ſeſſ. 23. de reform. capitulo octauo, ibi vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur, & capitulo decimo, ead. ſeſſ. verſic. Qui Regularibus ſubditus non ſit, & capitulo tertio, verſic. ſubditos ſuos non aliter. Verum quoniam communi iure quatuor modis ſubditus Epiſcopo quis dicitur habito reſpectu ad ordines; ſcilicet primo ratione originis. Secundo ratione domicilij. Tertio ratione beneficij Eccleſiaſtici, quod quis habet in Diœceſi Epiſeopi, vt dicitur in citat. capitulo primo, & capitulo nullus, de tempor. ordin. lib. 6. Quarto ratione habitationes triennales cum Epiſcopo, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 9. ob eam rem de his omnibus modis agamus, & prius de ſubiectione habito reſpectu ad originem, de qua ſubiectione hæc contemplabimur; Primum quid ſit. Deinde quot modis requiratur. Tertio quid iuris ſi mulier peregrè proficiſcens in itinere pariat.

2 Quoad primum igitur † ſubiectio Originis hęc habito reſpectu ad ordines ſuſcipiendos

dos eſt ſubiectio, quæ acquiritur Epiſcopo loci, vbi quis natus eſt, vel eius parens, vel Dominus.

Dixi ſubiectio, vti genus; non ſolum enim dicitur de ſubiectione hac, verum etiam, & de quacunque alia ſubiectione.

Dixi reliqua vti differentias, quibus ſeparatur ab alijs ſubiectionibus, de quibus infra.

3 Dixi † etiam, vbi quis natus eſt: nam hac ratione ſubiectio acquiritur Epiſcopo, ſcilicet ob ortum qui fuit in ſua diœceſi, vt dicitur in capit. nullus de tempor. ordin. libro ſexto, qui ergo Arimini ortus eſt, quoad ordines ſuſcipiendos, ſubiectus Epiſcopo Arimini eſt.

4 Dixi, † vel vbi Parens, quandoquidem origo etiam patris inſpicitur quoad ordines ſuſcipiendos. Quare ab Epiſcopo Diœceſis, in qua pater natus eſt, ordines ſuſcipere filius poteſt, quamuis alibi ipſe natus ſit, atque ſic dixit Gloſſ. in capitulo primo, in verb. Alienigenas, de vſur. libro ſexto, & Philip. Franc. ibidem in fine, & Gemin. & Ancharan. & Iaſon etiam in leg. huiuſmodi, §. legatur. ff. de legat. primo, & Nauat. in conſilio decimonono, de tempor. ordin. Poterit igitur quis ordinibus initiari non ſolum ab Epiſcopo Diœceſis, in qua natus eſt, verum etiam ab Epiſcopo Diœceſis, in qua pater. Iacob. tamen de Graff. deciſ. vigeſimaquinta, in titul. de approbat. contrarium aſſeruit, ſcilicet ſuam, & non patris originem ſpectandam eſſe Doctores autem in citat. capitulo cum nullus ante factum, opinionem hanc tenendam concludunt, poſt factum priorem ad excuſandos ordinatum, & ordinantem, & ita refert Addit. ad Summ. Bullar. Steph. Quarant. in verb. ordo 2. pagin. trecenteſima quinquageſima, verſicul. Quoad tertium.

Excipitur tamen origo Aui, & aliorum aſcendentium, non enim in hoc prodeſt, vt allegati DD. inquiunt, quandoquidem in infinitum iretur.

Secundo excipitur origo patris naturalis: nam eius origo non inſpicitur, ſed matris quoad illegitimum, leg. prima in fin. ff. ad municipal. & leg. eius, qui ff. eodem.

Tertio excipitur, vbi de libertinis agitur, ſeu libertis: nam originem Dominorum ſequuntur, & non patris. leg. aſſumptio, in fin. & leg. ſequen. ff. ad municipal. Præter originem igitur ſuam, prædictorum etiam origo inſpicitur. Et idcirco non ſolùm ab Epiſcopo ſuæ originis, ſed prædictorum, ordines ſuſcipere poterit. Ex his habemus ſecundum, quod explicandum nobis propoſuimus ſcilicet quot modis contingat ratione originis ſubiectum, quem fieri Epiſcopo reſpectu habito ad ordines.

5 Quoad tertium ſcilicet † ſi mulier peregre proficiſcens extra diœceſim domicilij, quo reuerti volebat, filium peperit, vnde filius hic originem traxiſſe dicatur? Communiter concluditur à Canoniſtis, in capitulo Rodulphus, de reſcript. & à Viu. qui de communi teſtatur ſententia in ſua Sylu. opin. 804. originem eius eſſe, vbi pater domicilium habebat, quandoquidem non inſpicitur, quod per accidens eſt; ſed quod per ſe, argument. leg. prima. ff. de autor. tutor. Quare, vel in mari quis naſcatur, originem tamen habebit à domicilio patris. In hac materia igitur ſic concludendum eſt, quod ad rem noſtram pertinet.

6 At † quid de profeſsis in aliqua religione, a qua eiecti ob delicta fuerunt ordine, & habitu exuti, à quo ordines ſuſcipient? Plane ab Epiſcopo originis, modò alias habiles ſint, ita dixit Nauar. in conſil. 8. de regul. Non enim ammiſſerunt ſubiectionem originis, ex quo à natura eſt argument. §. ſe naturalia. in Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. vide tamen, quæ ſupra dixi. de regularibus. Sed iam de ſubiectione habito reſpectu ad domicilium, agamus.

S V M M A.

1 *Domicilium quid ſit.*
2 *Quomodo contrahatur.*
3 *An pluribus in locis domicilium habere, quis poſsit.*

§. II.

§. SEcundo, habito reſpectu ad ordines ſuſcipiendos, quis etiam Epiſcopo ſubditus Domicilij ratione efficitur. Id quod vt dilucidius fiat hæc explicanda ſunt. Primum domicilium quid ſit. Deinde qua ratione contrahatur. Poſtremo, an in pluribus locis domicilium habere quis poſsit.

1 Quoad primum igitur † Domicilium eſt locus, in quo quis habitationem habet animo

Google

animo ibi perpetuò habitandi. Nam ſtatim atque habitationem quopiam quis tranſtulit, quu perpetuò ibi habitet, ſtatim & in ipſo momento domicilium contrabit, vt habetur in l. Ciues. C. de incol. libro 10. & capit. cum nullus, & ibi not. Philip. Franc. & Gloſſ. in verb. Domicilium. de tempor. ordin. libro 6. & Abb. in capit. penult. in fin. de Paroch. & Nauar. in couſilio ſecundo, de tempor. ordiu. & in couſilio quarto, numero octauo, de conſtitut. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † contrahitur Dumicilium, vt ex dictis patet, ſtatim atque habitationem quis aliquò trauſtulit, quò ibi perpetuo ſit, etſi auimum ſuum declarauit pro tali haberur. Rota tamen vult præter animi declaratiunem, vt aliquis actus interuenerit, exempli gratia, vt emerit domum, & ita Socin. in cap. fin. numero 25. de foro compet. & Addit. ad ſummam Bullar. Steph. Quart. in verb. ordo, pag. 350. verſic. Circa tertium. Si verò non declarauit ad coniecturas confugiemus, & an domicilium tranſtuliſſet, arbitrabimur. ita dixit Abb. ibid. Quare, qui aliquò cum omnibus ſuis rebus ad habitandum vadit, eò domicilium tranſtuliſſe exiſtimabitur, vt dixit Bartol. in l. Domicilium, ff. ad municipal. & qui habitat, vbi maiorem ſuorum bonorum partem habet, de eo idem iudicabitur; vt dixit idem Bartol. in l. placet. ff. eodem. Si vero nihil habet in bonis, habitatio decennij cum animo habitandi perpetuo requiritur. l. 2. C. de incol. libro 10. Nun requiritur autem Epiſcopi licentia in dumicilio mutando, vt habetur iu capit. fin. & ibi not. Abb. numero primo de Paroch. & alien. Paroch. non ſolum quoad temporalia, verum etiam nec ad ſpiritualia. Ex his conſtat diſcipulos, qui Bononiæ alibive ſtudiorum gratia cummorantur domicilium ijſdem in locis non contrahere; quandoquidem animum non habent perpetuò ibi manendi, ita dixit Abb. in capit. nullus, de Paroch. Idem de Mercatoribus, & de Iudicibus ſentimus; quandoquidem Iudices, qui in aliquo ad iudicum munus exercendam proficiſcuntur, & Mercatores, qui ad negotiandum, non habent animum perpetuo ibi morandi. Et de hoc ſecundo ſatis; coniecturas autem plures recenſet Menoch. de arbitr. iudic. libro ſecundo, cent. prim. caſ. 86.

3 Quoad tertium, † an in pluribus locis domicilium habere quis poſſit, concludendum eſt, id poſſe, capit. 2. de ſepult. & vt dixit Gloſſ. in capit. penult. in verb. Domicilium, de tempor. ordin. libro ſexto, & not. Abb. in capit. inter noſtra, numero 10. de ſepult. & habetur in l. aſſumptio originis. ff. ad municip. Hoc autem contingit, vbi in locis pluribus, quis æquè habitat exempli gratia, æſtiuis temporibus iu hoc loco habitar, hyemalibus verò in illo. Regulares verò domicilium habenr vbi prælaturam, quouſque alio mittantur. ita Bald. in l. prima, ff. ad municip. & ſequuntur nonnulli alij DD. & Felyn. in capit. dilectus filius, 2. verſic. De domicilio, verſic. octaua concluſio, de reſcript. de quo domicilio egit etiam, ibi abundè Felin. & Diaz. in pract. crim. capit. 9. & Addit. ad eum, & capit. 54. numero 26. & nos etiam ſupra. Hoc domicilium autem, & filiusfam. pubes elligere ſibi poteſt, l. placet, cum ſequ. ff. ad municipal.

His præmiſsis, Epiſcopus ſubditis ſuis ratione domicilij ordinem, communi iure confert. Excipitur tamen, vt ab Epiſcopo domicilij ordine accipere nequeat, vbi ab Epiſcopo originis ordinatus eſſet ad titulum beneficij, quod reſcidentiam poſtulet, vel ad titulum patrimonij pro vtilitate, & neceſsitate Eccleſiæ, enim tunc Epiſcopus domicilij, niſi prius habeat ab Epiſcopo primo, qui ordines contulit, an ceſſet cauſa iuſta, ob quam fuit ordinatus ordines ei conferrens debet, ſed remittere ad ipſum Epiſcopum, vt inſeruiat Eccleſiæ, cuius gratia ordines ei collati ſunt, ita Addit. ad ſummam Bullar. Steph. Quart. in verb. ordo, verſic. Circa tertium, pag. 351. Sed de ſubditis ratione domicilij ſatis. Iam de ſubditis ratione beueficij agamus.

SVMMA.

1 *Beneficium Eccleſiaſticum, vbi quis habet in Diœceſi alicuius Epiſcopi, eidem ordines conferre poteſt, quæ regula quouſque pateat declaratur.*

§. III.

1 §. † TErtiò habito reſpectu ad ordines ſuſcipiendos, quis ſubiectus eſt Epiſcopo diœceſis, in qua beneficium ipſe habet; ideſt Epiſcopus loci, in quo quis beneficium Eccleſiaſticum habet, ſuperior eius eſt, & ei conferre ordines poteſt, vt dicitur in capitulo cùm nullus de tempor. ordin. libro ſexto, & DD. ibi communiter notant.

Id quod locum habet, etiam ſi ad titulum eius beneficij ordinatus non ſit, nam citat. capitulo, cùm nullus non diſtinguit: ergo nec nos diſtinguere debemus, leg. de pre-

pretio. ff. de publ. in rem act. atque ſic ſentit Gloſſ. in eod. cap. cum nullus in verb. Eccleſiaſticum.

Secundo locum habet, vel hoc beneficio non eximatur à iuriſdictione primi Epiſcopi, vtpotè vel quia beneficium hoc non requirit reſidentia, ita dixit Philip. Franc. in ead. Gloſſ. & Add. ad ſumm. Bull. Steph. Quarant. in verb. Ordo, pag. 350. verſic. Circa ſecundum.

Tertio locum habet, quamuis beneficium huiuſmodi annexum habeat aliquem ordinem certum, vt pote Subdiaconatum; Nam Epiſcopus, vbi eſt hoc beneficium, poterit ei non ſolum ordinem conferre Subdiaconatus, verum etiam alios ordines, atque ſic ſentiunt Gloſſ. ibi, & Philip. Franc.

Quarto locum habet, vbi plura beneficia habet; nam ſi vtrunque reſidentiam poſtulet, hic plura domicilia habere dicetur, modò æquè in vtroque reſideat; ſecus ſi in vno per Vicarium inſeruiat, ita Felin. in cit. cap. dilectus, 2. de reſcript. & Diaz. in prat. crim. can. cap. 8. Id quod locum habet, vel Epiſcopus ei conferat beneficium, quò ipſi, & ordines conferat, eſtò contrarium teneat. Philip. Franc. ibidem, num. 3. quem ſequitur Addit. ad ſummam Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo. verſ. Circa ſecundum; & malè; nam canon non diſtinguit, qua ratione quis habeat beneficium, modo legitimè ipſum habeat.

Poſtremò locum habet, vel beneficium ſimplex ſit, & animarum curam non habeat; quandoquidem cit. cap. cum nullus, loquitur ſimpliciter. Contrarium tamen tenet Innoc. & Ant. & Abb. in cap. ex. ore de priuil. & Diaz. eod. cap. 10.

Excipitur tamen primo, vbi penſionem quis haberet, etiam in titulum, non enim Epiſcopus illius loci, vbi eſt beneficium, vnde penſio habetur, ius habebit in penſionarium quoad ordines; Quare nec Epiſcopus poterit ordinare Clericum, ob id, quod patrimonium in ſua Diœceſi habeat, ad cuius titulum vult ordinari, ſi ratione alia ſubditus ei non ſit.

Secundo excipitur, vbi quis haberet beneficium ad tempus, vtpotè in Commendam; quamuis hodie Commendæ perpetuæ ſint, vel quouſque in ſeminario doceret. iuxt. cap. cum nonnulli. de magiſtr. & ita dixit Rebuf. in tit. de cler. à quib. & quomodo creentur. Quare locum habebit regula propoſita, etiam in Vicarijs perpetuis; quandoquidem pro Parochos habentur, per Clement. vnic. de off. vicar.

Poſtremò excipitur, vbi haberet quidem beneficium, ſed non ad victum ſufficiens; non enim poteſt Epiſcopus loci, vbi beneficium eſt, huic ordinem ſacrum conferre; nam Trid. Synod. poſtulat, vt ipſum beneficium ſit ſufficiens ad victum honeſte. Seſſ. 21. de reform. cap. 2. poſſet tamen ordines conferre ſi adiungeret patrimonium ſufficiens victui. ita Addit. ad ſummam Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo, verſic. Circa ſecundum.

SVMMA.

1 *Moratus cum Epiſcopo per triennium, ab ipſo ordines ſuſcipere poteſt, modo beneficium ſtatim ei conferat.*

§. IV.

1 §. † POſtremò ſubditus communi iure Epiſcopo quoad ordines, eſt, qui triennium cum eo moratus eſt; ideſt Epiſcopus conferre ordines ei poteſt, qui triennium ſecum moratus eſt; modo beneficium ſtatim ei conferat, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 9. & Nauar. in conſ. . . . . quæſt. 1. de tempor. ordin. Hoc tamen intelligitur de eo familiari, qui cum Epiſcopo fuerit commoratus, & præſens inſeruiuit: alioquin ſi abſens, eſtò ſumptibus Epiſcopi vixerit, priuilegium hoc non habebit, ex quo ab eo cognoſci non poteſt, quoad mores, ac reliqua, quamobrem illud triennium præſcriptum eſt. ita Addit. ad Diaz. cap. 26. verſ. Tertius caſus, & ita Maiol. de Irregul. lib. 4. cap. 2. num. 5. & Addit. ad Summam Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo verſ. limita in eo. pag. 352. Id quod locum habet, vt ſcilicet beneficium conferat, vel primam Tonſuram ei conferre vellit: nam & ipſa in numero ordinum habetur pontificio iure. cap. cum contingat. de ætat. & qualit. & ita dixit Nauar. in eod. conſ. . . . & ita Rot. iudicaſſe teſtatur eadem Addit. in eod. loco. Quare multo magis locum habebit, vbi ordines minores ei confert. Sic enim Sacra Congregatio interpretata eſt, vt refert ead. Addit. ibidem, quæ beneficia collationem concurrere cum ordinis collatione debere aſſeruit, quod ego interpretor ſtatim, ſeu paulo poſt. Si enim ante conferret, ratione beneficij conferendi poteſtatem haberet, & non ratione triennij.

Excipitur tamen Epiſcopus titularis, nam nec ratione hac conferre primam tonſuram poteſt, abſque proprij Prælati conſenſu, aut litteris dimiſſorijs: nam contrafaciens per annum ab officio Pontificalium ſuſpenſus eſt: & promotus ab executione ordi-

Digitized by Google

ordinnm ſit ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ita habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 14. de reform. cap. 2. & hoc ob has rationes, quod beneficium ei conferre non poteſt. Dimiſſorias tamen Epiſcopus hic triennalis ad ordines dare poteſt, non tamen diſpenſare in interſtitijs temporum, vel cum illegitimo; eſt enim conceſsio illa exorbitans, & ita Nauat. in conſ. 12. & 13. de tempor. ordin. Si autem beneficium non conferat, vel ab alio detur, ordines conferre ei non poteſt, ita Nauar in conſ. 10. de tempor. ordin. Hi ergo ſubditi dicuntur, vt quibus ordines Epiſcopi conferre legitimè queunt. Sed iam de qualitatibus agamus, quæ ineſſe eis debent, qui ordines legitimè ſuſcipere volunt.

SVMMA.

1 *Velle ordinem ſuſcipere debet is, cui ordo confertur.*

2 *Inuitus, ſeu coactus, qui ordinem ſuſcipit, an ordinem ſuſcipiat, & vbi ſuſcepit, an ad votum continentiæ obligatus ſit, ſi ordo ſacer ei conferatur.*

§. V.

§. DE qualitatibus in præſenti agendum eſt, quibus præditi eſſe debent, qui ab Epiſcopo ordines ſuſcepturi ſunt, & quoniam hæc partim omnibus ordinibus communes ſunt, partim propriæ, ideo prius de communibus, deinde de alijs agamus.

1 Primum † igitur is, cui ordo confertur, velle ipſum ordinem debet. Tum quod aſcribitur in eorum numerum, qui ex officio in ſacris functionibus inſeruire debent, ergo libens, ſuſcipere debet, ac volens hylarem datorem enim delegit Deus. Tum quod ſacramentum ordines ſingulis neceſſarium non eſt, & idcirco ad illud ſuſcipiendum, quis cogi non debet, vt DD. communiter concludunt, quamuis generatim neceſſariũ ſit. Tnm quod ſacer ordo annexum continentiæ votum habet. cap. vnic. de vot. lib. 6. At continentiæ votum liberum, ac voluntarium eſſe debet iuxta illud Apoſtoli de Virginibus preceptum Domini non habeo. Tum denique quod per ordinis ſacri ſuſceptionẽ ſpirituale quoddam matrimonium cum Deo contrahitur. ergo volens, ac libens, quis ordines ſuſcipere debet. cap. cum locum de ſpouſ. excipitur vbi vtilitas Eccleſiæ, vel neceſsitas id poſtulet iuret diſt. 74. innct. gloſ. ſumm. eſto hodie id rarò contingat.

2 Verum quid † ſi cuipiam inuito ſacer ordo conferatur, an ipſum recipiat? & vbi recipit, an ad continentiam ſeruandam obligetur? Quoad primam queſtionem ſit breuiter diſtinguendum eſt. Aut hic omnino reſpuit ordinem ſuſcipere, & nullo modo conſentit; & in hoc caſu ordinem non ſuſcepit, fuit enim violentum hoc ſimplex, & nihil de ſua voluntate adfuit, & idcirco nihil ſuſcepit; etenim nec ſic coactus baptiſmum ſuſcepit. cap. maiores. §. Item primo quæritur. de baptiſ. & vbi Abb. ac DD. notant. & cap. vbi d. 74. & ibi gloſſ. recepta. Aut conſentit condicionaliter, quo ſcilicet vitet periculum, ac metum ipſi iniectum, & ſic violentem mixtum eſt, in quo adeſt voluntas, quamuis coacta, vt declarauit Philoſ. lib. 3. mor. & in hoc caſu ordines quis ſuſcepit, ſicut ſentit Gloſſ. in citt. cap. vbi, & de baptiſmo habetur in cit. §. Item quæritur, & ratio eſt quoniam in his Sacramentis, qui characterem imprimunt, non neceſſariò requiritur, voluntas libera ad characterem ſuſcipiendum; ſed ſolum vt patiatur, & vellit Sacramentum, quamuis coactus, atque ſic ſentit S. Thom. lib. 4. d. 25. q. 2. art. primo, & tradit Nauar. in conſ. 1. & 2. & 14. de ijs, quæ vi. met. vè cauſ. fiunt è de prima quæſtione ſatis.

Quoad ſecundam quæſtionem, an ad continentiam ſeruandam obligatus ſit, iuxta diſtinctionem propoſitam concludendum eſt. In primo caſu igitur dubitationem nullam habet, ex quo enim Sacramentum non recipit ad reliqua, quæ Sacramentum conſequuntur, non obligatur. In ſecundo autem caſu, ſic diſtinguendum eſt, Aut ratum deinceps ordinem habuit, ideſt ratum habet, ſe ordinem ſuſcepiſſe, & eſto ſciat ſe non teneri ad eius obſeruationem, tamen vult in eo datu viuere, id quod vel dictis, vel factis declarauit, vt potè exercendo functiones ordines ſuſcepti, & in hoc caſu ad continentiam ſeruandam obligatur, ex quo deinceps ordinationem ratam habuit, & conſentit arg. cap. cum quis. de ſent. excomm. lib. 6. modo ſciuerit ſe non teneri, antequàm enim id nouit, non cenſetur ratum habere.

Aut ratum non habuit ordinationem, & pertinax in ea voluntate permanet; & in hoc caſu ad continentiam ſeruandam non tenetur, & idcirco vxorem ducere poteſt; nam continentiæ votum voluntarium eſſe debet, & non coactum, ideſt voluntatis eſt, & non præcepti; vt habetur in cap. Integritas. 32. q. 1. & tradidit Innoc. in cap. Non eſt compos ſui. de tempor. ordin. & Sanct. Thom. quem alij ſequuntur lib. 4. diſt. 25. q. 3. & glo. in citt. cap. vbi d. 74. Quare nec Clerici priuilegia habebit, vt dixit cit. gloſſ. in cap. vbi, nec incidet in pœnam Clement. vnic. de conſang. & affin. atque ſic reſpondit conſultus Nauar. eod. conſ. 2. & conſ. 14. Id quod locum habet, vel ordines ſuſcepti functiones exercuerit,

Digitized by Google

cuerit, exiſtimans ſe aliter facere non poſſe, & ignorans ſe poſſe repugnare, & non teneri ad continentiam ſeruandam; non enim per vſum ordines ſuſcepti, ab hoc ignorante actus ratus habetur, nam vt actus nullus ratus habeatur, requiritur, vt is ad quem ratificatio pertinet, cognoſcat actum nullum eſſe, & eo ſe non obligari; alias autem, ex quo errat, non conſentit. l. ſi per errorem. C. de iur. & fact. ignor. Etenim nec matrimonium nullum, profeſsiovè nulla conualeſcunt, niſi à ſciente rata habeantur, vt dixi, & ita aſſeruit Nauar. eod. conſ. de communi DD. ſententia. Voto igitur continentiæ, cui nunquã conſentit, non obligabitur. Excipitur tamẽ, vbi metus eſſet, qui in conſtantem virum nõ caderet. Secundo vbi eo modo, quo dixi, ratum haberet.

Quæ diximus de coacto, eadem dicimus, de non habente vſum rationis. vtpotè quia amens erat, vel dormiebat, vel infans erat, quando fuit ordinatus, per cit. cap. maiores, de baptiſ. eſto in hoc Diaz. qui quæſtionem hanc poſuit, cap. 26. num. 4. nihil certi ponat. Verum cur coactus baptizatus cogitur Chriſtianè viuere, hic autem ſic ordinatus non cogitur? Gloſſ. in eod. cap. ait, ob id, quod baptiſmus eſt Sacramentum neceſsitatis, & ſalutis. cap. de Iudæis. d. 45. non autem hoc, quod potius confertur in vtilitatem aliorum. Tum vero dic caſtitatis votum eſſe opus ſuper erogationis, ad quod quis inuitus non obligatur, & remitti poſſe, cum de iure poſitiuo votum continentiæ ordini connexum ſit; at baptizatus, quod eſt de iure diuino, non poteſt permitti, vt ad priſtinam vitam redeat, cum aliam ſuſceperit baptiſmi ſuſceptione, ſed de quæſtione hac ſatis.

SVMMA.

1 *Irregularitatem nullam animi habere debet, qui ordinibus initiandus eſt.*
2 *Item nec corporis.*
3 *Vxorem habens ad ordines admitti non debet, quæ regula quouſque pateat declaratur.*
4 *Aetatem hic debet, quam ordo poſtulat.*
5 *Ante ætatem ordinem ſuſcipiens, an in pœnam incidat.*

§. VI.

1 §. † SEcundo nullam Irregularitatem pati debet is, cui ordo conferendus eſt, quicunque ordo ſit. Non animi irregularitatem. Irregularitas autem quid ſit, & quotuplex, & Irregularitates animi quot, & quæ, quod declarauimus in Tractatu de Irregul. cap. 1. vſque ad cap. 44. ob eam rem quæ huc pertinent, ille ne ſumantur. Quare nec hæreticorum filij eſſe debent. vide Diaz. cap. 22. qui id declarat, & Triden. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 7.

2 Nullam † etiam corporis irregularitatem pati debet, de qua irregularitate, quid, & quot eius ſpecies ſint, quod egimus in eod. Tract. de Irregul. cap. 44. vſque ad cap. 59. Sicut etiam de Irregularitate orta ex infamia; ideo quæ ad rem noſtram pertinent, quod haberi facillimè ex dicto cap. poſſunt, ob eam rem conſulto ſic omittimus.

3 Duo huc addidimus. † Primum eum, qui matrimonio iunctus eſt, & vxorem habet, ad ordines admitti non debere, quam rem vt dilucidiorem habeamus, pro regula habebimus, eum, qui matrimonio iunctus eſt ad ordines admittendum non eſſe, vt habetur in cap. coniugatus, de conuerſ. coniugat. & ibi Gloſſ. in fin. de tempor. ordin. lib. 6. vbi punitur etiam, qui ordines ei confert, & in Extrauag. Antiquæ concertationi, de vot. vbi punitur, qui coniugio coniunctus ordines ſuſcipit. & not. ibi DD.

Hæc autem regula locum habet non ſolùm, vbi matrimonium conſumatum eſt, verum etiam vbi non eſt conſumatum; eſtò enim olim inter DD. dubitaretur, an per ordinem ſacrum matrimonium non conſumatum diſſolueretur, vt inquit Gloſſ. in cap. primo, de vot. lib. 6. & Abb. in cap. verum, de conuerſ. coniug. quam dubitationem faciebat, quod per profeſsionem in aliqua religione huius coniugij vinculum diſſoluitur, cap. 2. & cap. ex publico de conuerſ. coniug. Hodie tamen quæſtio hæc dubitationem non habet, nam per cit. Extrauag. Antiquæ concertationi de vot. declaratur non poſſe hunc ordines ſuſcipere; & ſi ordines ſacros ſuſcipiat, matrimonium tamen contractum per verba de præſenti, quamuis conſumatum non ſit, minimè tolli, & ita quoque Capell. Tholoſ. deciſ. 361. & Addit. quandoquidem nec diuino iure, vel canonico id cautum reperitur. Qui ordines igitur ſic ſuſcepit, ſi induci nequeat, vt religionem aliquam profiteatur, & vxor inſtet ad matrimonium cõſumandum, ad ſecum manendum cogi debet, vt ibi dicitur. Imo his pœnis afficitur, ſi matrimonium morte diſſoluatur, aut alia ratione; Nam primo in ſuſceptis ordinibus adminiſtrare non poteſt. Secundo nec ſuperiores ſuſcipere. Tertio nec ad aliquod beneficium, officiumvè eccleſiaſticum promoueri, ita ibi habetur, niſi profiteatur aliquam religionem; quandoquidem poteſt tunc cum ipſo in prædictis diſpenſari, vt dicitur in cit. Extrauag. Antiquæ concertationi. Ordines igitur vinculo matrimonij obligato conferendi non ſunt.

Excipitur tamen primò, vbi matrimonium conſumatum non eſſet, nam ſi vxor

aliquam

Digitized by Google

aliquam religionem profiteatur, quod poteſt per cit.c.2.& cap. ex publico de conuerſ. coniug.vel in ſeculo manens, maritus ordines ſuſcipere poteſt, & legitimè ipſi conferuntur; quippe quia matrimonium diſſolutum eſt, iuribus proximè citatis. Idem poreſt, & è contrario ſi maritus religionem aliquam profiteatur, tunc enim ad ordines admitti poreſt.

Secundò excipirur, vbi matrimonium conſumatum eſt, ſi enim mulier, ideſt, vxor religionem aliquam profiteatur, maritus in ſeculo manens ordines ſuſcipere poreſt, ita ſentit Gloſſ.in cir. Extrauag. Antiquæ concertationi in verb. Nouerit, elto matrimonij vinculum ſublatum non ſit.

Tertiò excipitur, vbi vxor monaſterium nõ iogreditur, modo continentiam moueat.cap. coniugatus,& 16. Gloſſ.fin. ibi vel dicas,vt dixir Alan.de conuerſ.coniug. & Nauar.in conſil. 13. num. 5.eod.

Quartò excipitur,vbi vxor adulrerium cõmiſiſſet, & notorium eſſet, vtpotè quia publicè cum aliquo morabatur extra formam matrimonij,vel ſub forma marrimonij,quod contraxit, exiſtimans marirum abſenrem mortuum eſſe, quem tamen viuere deinceps nouir,& ramen in matrimonio illo perſeuerauir; non enim marirus eam ſuſcipere cogitur. In his enim caſibus ſine licentia Iudicis ordines ſuſcipcre poreſt, vel religionem iogredi, cap. Agarhoſa,7.q.2.& ita Nauar. in conſ.4.& cõſ. 7.& 8.de conuerſ.couing. Pro regula enim habetur in omnibus caſibus, in quibus poſt matrimoniom conſumatum licet religionem ingredi, in eiſdem & ordincs ſuſcipere quem poſſe. Si verò adulterium norum non eſt Indicis ſenrentia eſt expectauda, coram quo adulterio probato ipſe declarabit maritũ ab vxore liberom eſſe, quoad rorum,& habirarionẽ, & ſic porerit ordines ſuſcipere. Hoc tamen verum eſt,vt poſsit ordines ſuſcipere,modo poſt adulrerium ipſam non cognouerir, vel ſciens, vel ignorans, vel coactus, quod enim runc irregularis eſſet, vr probaui in Tract. meo de Irregul. cap.54 §.2.num.4. & 6. cnm ſequ. ob eam rem ordinibus iniriari non poteſt,niſi habita diſpenſatione. Sed de primo hactenus. Iam alterum aggrediamur.

4 Addimus igitur ſecundò † hunc in ea ætate eſſe debere, quam ſuus ordo poſtulat, arque vt mittam primæ tooſuræ initiandum in ſeptennio ſaltem eſſe debere, & alijs minoribus ordinibus. Aetas quæ in ſacris ordinibus ſuſcipiendis requiritur, & ſi olim, & antiquo iure alia eſſet, vt habetur diſtin.78. & Clementr. prima, de ætar. & qualit. nouiſsimo tamen iure in Subdiaconarus ordine vigeſimus ſecondus annus requiritnr, in Diaconatus vigeſimus tertius, in Præsbyteratus vigeſimus quintus, ita haberur eadem ſeſſ. 23. capit.12. quod tempus ſat eſt, vt cæptum ſir, ideſt, vt, qui ſacros ordines ſuſcipere vult, illos annos attigerit, ita habetur in Clement. voic. de ætat. & qualit. iunct. Gloſſ. & cap. cum in cunctis, de elect. & cap. licet. canon. eod.libro 6. Idquod & in regularibus locum haber priuilegijs quibuſcunque excluſis, ita Trid.Synod. de reform.ſeſſ. ... cap. 12. Quod autem ſat ſit vt cæptum ſir, fauoris graria factum eſt,arg.l. ad Rempublicam,§.Annos.ff. de muner.& honor.& ira Imol.in cit.Clement.In hacque ætate Epiſcopus diſpenſare non poteſt, ſed Papa, ita Abb.in cap.cum dilecti, nu. nono,& Gloſſ. ibi de elect.& vt aſſerui in Tract. meo de Irregul. cap. 45. vbi materiam hanc pluribus egi.

5 Verùm an in aliquam † pœnam incidat, ſtanre ætarem ordincm quis ſuſcipiat? Planè vbi ſacrum ordinem ſuſcepit per Bullam Pij II. ipſo facto ſuſpcnſus eſt; quæ ſuſpenſio durar, etiam ſi acceſſerit ætas illa requiſita, ac demum quouſque abſoluatur, ita Rebuf. in prax. benef.parr.2.in rit. de cleric. ad ſacr.ordin. mal. promot. Gloſſ.4.nu.3.& Tolet.io Inſtit.Sacerd.lib.primo,cap.61.& Addit. ad ſummam Bullar.Steph. Quar. in verb. Ordo, pag. 349. Irem Irregularis fir, ſi iurerin celebrar, cap.1.de excep.lib.6.& cap. 1. de ſent.excom. eod.lib.

Excipitur tamen primo, vbi bona fide ſuſciperer ordines ſacros, exiſtimans probabilirer ſe attigiſſe ætatem idoneam; vrpore quia id habuit à parentibus, nullam enim ſuſpenſionem incurrit, neque celebrans irregularitarem, quandoquidem Bulla Pij II. ſuſpendit eum, qni ante ætatem præſumpſcrit ſuſcipere ordines ſacros; at lex, quæ impunit pœnam præſumentibus aliquid facere, non comprehendit, qui bona fide credens probabiliter illud facir, ita dixit Cardin. commuuir.recepr. in Clemen.prima.q.38.de priuil.& ita reſpondit Nauar.in conſ.8. de tempor.ordin. vbi tamen nouit, expcctare debet, vt ætas adueniat. cap. vel non eſt compos de temp.ordin.

Secundo excipitur, vt irregularis non fiar, ob id, quod vbi ordinarus eſt, celebrar cũ Epiſcopo quandoquidem ſe accomodar ad menrem celebrantis,& oon inrendir celebrare, & hanc opinionem vri probabiliorem, & beniginorem ſequitut cit. Addir.& alij ab ea allegar.eod.pag.349. Hinc Cancellaria his pro irregularibus non haber; nam, qui anre ætarem accepcruot Sacerdorium, ſi dicant ſe non celebraſſe, dat diſpenſationem, aliàs oon, quam ramen ſemper darenr, ſi admitteret eum per prædictam celebrarionem irregularitatem incurri, ita aſſeruit Addir. ad Nauar. in conſ. 8. de cler.excom.miniſtr.Inno. tamen & Abb. in c.quod ſicnr.§.ſuper eo, n.13.de elect.inquiut conſecrationem fieri ab eo, qui celebrar cum Epiſcopo, ſi prius formam conſecrationis proferat, & materia propè ſir, antecedens igitut concluſio non ſimpliciter vera eſt.

Tertiò excipitur ſi aliud muneris exercuit, quod etſi ordinis munus eſt; non tamen eſt officium diuinum; Exempli gratia, ſedet inter Sacerdotes, dedit vocem in capitulo, vbi Sacerdotes tantum dant. ita Addit. prædict. ibidem, quod dubitationem non habet ob ea, quæ dixi in Tract. meo de Cenſ.

Poſtremo excipitur, vbi minores ordines ante ætatem ſuſcepit, non enim ſuſpenſus eſt; quandoquidem Bulla Pij II. de ordinibus ſacris tantum loquitur.

Verum quod ſi nondum vigeſimum quintũ annum attigit; ſed in fine vigeſimi quarti anni eſt, qui ordinem ſacrum ſuſcepit, an ſuſpenſionem euadet? Planè non; & ſi enim dies cæpta pro comple cta habetur; annus tamen cæptus pro complecto non habetur. l. qua ætate, & ibi Gloſſ. & DD. ff. de teſtam. nam vel in die vltimo vigeſimiquarti anni conſtitutus ſit, adhuc tamen vigeſimum quintum annum hũc attigiſſe dici non poteſt, atque ſic reſpondit Nauar. in conſ. 9. de tempor. ordin. Sed de ijs, quæ omnibus ordinibus cõmunia magis ſunt, hactenus, Tam propria ſingulorum ordinum ponamus.

S V M M A.

1 *Tonſuram ſuſcepturus quæ habere debet.*
2 *Minores ordines ſuſcepturus quæ habere debet.*

§. VII.

§. DE qualitatibus communibus, quibus ſingulos ordines ſuſcepturus affectus eſſe debet egimus, iam de proprijs
1 agamus. Primum igitur † primam tonſuram ſuſcepturus confirmatus eſſe debet. Secundo fidei crudimenta edoctus; (Hæc autem ſunt Symbolum Apoſtolorum. Præcepta Decalogi. Primaria præcepta Eccleſiæ. Septem peccata mortalia. Virtutes Theologicæ, ac Cardinales. Opera miſericordiæ, & huiuſmodi; necnon Oratio Dominicalis, & Salutatio Angelica.) Tertiò ſcire debet legere. Quartò ſcribere. Poſtremo qui exiſtimetur hoc vitæ genus eligiſſe, vt Deo fidelem cultum præſter, ita habetur ſeſſ. 23. de reform. cap. 4. apud Trid. Synod. Non tamen ſi contrafiat, cenſura irretitus eſt, nec irregularis, ex quo non eſt id iure cautum. cap. is, qui §. primo, de ſent. excom. lib. 6. & vt dixit Gloſſ. in cap. fin. communiter recept. de iur. patron. Peccat tamen; ſed non mortaliter; modo contemptus non adſit, atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 12. de confirmat. in fine. Atqui an neceſſe eſt, vt dum Clericus tondetur, ea verba proferat cum Epiſcopo. Dominus pars hæreditatis meæ, &c. Planè non: nam id iure nullo cautum eſt, ſicut etiam ad ordines ſuſcipiendo veſtes neceſſariæ non ſunt, eſtò grauiſsimè peccetur, & ita Nauar. in conſil. 4. & 5. de Sacram. non iterand. Primam tonſuram autem eſſe ordinem Canoniſtæ communiter concludunt, per capit. cum contingat, de ætat. & qualit. vt teſtatur id Couar. in tit. de teſtam. in cap. quia nos, num. 4.

2 Secundo † minoribus ordinibus initiari volens præter prædicta hæc habere debet. Primum linguam latinam intelligere, vt apud Triden. Synod. habetur ſeſſ. 23. de refor. cap. 11. Secundò bonum teſtimonium à Parocho, & à Magiſtro Scholæ, in qua educatur, vt habetur ead. ſeſſ. capit. 15. nam Parochus de pietate eius. Magiſter & de doctrina, & bonis moribus teſtimonium ferre poſſunt. Quoad ætatem poſt ſeptennium etiam ante decimum quartum annum minores ordines ſuſcipere poterit, vt ſentit Trident. Synod. ead. ſeſſ. cap. 6. ibi. Aut etiam in minoribus ordinibus conſtituti, non enim præſcripta ætas eſt. Ad primam tonſuram autem admitti debet poſt ſeptennium; nam vt diximus, primam tonſuram ſuſcipere is poteſt, qui fuit confirmatus, confirmatur autem quis in ſeptennio, ita Trident. Synod. inquit ſeſſ. 3. de reform. cap. 4. & ita Gloſſ. in cap. fin. in verb. Infanti, de tempor. ordin. lib. 6. & Addit. ad Diaz. capit. 26. in littera V. Poſtremo poſt minores ordines ſuſceptos ſingulos, vel omnes, ſe exercere debet in eo munere, quod ordo clericatus poſtulat, iuxta præſcriptum Epiſcopi, idque in ea Eccleſia, cui adſcriptus eſt, niſi ſtudiorum gratia abſit, ita dicitur eod. cap. 11. apud Trident. Synod. Ordines autem minores de communi Theologorum ſententia ſunt Sacramentum, vt teſtatur Couar. variar. reſolut. libro 1. capit. 10. num. 9. cum ſequ. Sed iam de qualitatibus proprijs agamus eorum, qui ordini ſacro initiandi ſunt. Id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Ordini ſacro initiandus habere debet, aut beneficium Eccleſiaſticum, aut patrimonium, quod ſuſtentare eum poſsit, aut penſionem.*
2 *Beneficium hoc quanti eſſe debet, ad quod quis ordinetur.*
3 *Item quale.*
4 *Beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinatus, reſignari non poteſt, qua regula quouſque pateat declaratur.*
5 *Reſignans beneficium tale admittenſque reſignationem an in pœnam incidat.*
6 *Ordinari quis an poſsit ad titulum ſeruilij.*

§. VIII.

§. VIII.

1 §. TErtio † qui ordini ſacro initiari vult, aut ad titulum beneficij Eccleſiaſtici, quod ſibi ad victum honeſtum ſufficiat; aut ad titulum patrimonij huiuſmodi initiari debet, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ.21.de reform. cap. 2. Id quod, & antiquo iure cautum eſt, ſcilicet ne quis ad ſacros ordines admittatur ſine titulo Eccleſiaſtico, vel ſine patrimonio, vt habetur in cap. primo, & in cap. fin. d. 70. & capit. Epiſcopus, de præbend. in antiq. & cap. ſi Epiſcopus eod. libro 6. & in cap. de multa, verſic. licet, & cap. tuas, & ibi Abb. eod. de præbend. & in capit. accipimus de ætat. & qualit. & nos probauimus in eod. Tract. de Irregul. capit. 61. nu. primo. Id quod ſumma ratione factum eſt; nam ſi pauperes, & qui non habent vnde ſe ſuſtentent, ordinibus ſacris initiarentur, contingeret eos ſæpius, aut cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquod munus exercere, aut negotiari, quæ tria ab ijs, qui diuino miniſterio aſcripti ſunt, aliena exiſtimantur, vt dixit Sancta Synod eodem capit. 2. & tot. tit. ne cler. vel monac. & Nos probauimus eodem capit. 61. num. primo, & ſupra in materia clericorum. Incommoda enim plura paupertas affert. Clement. in pleriſque, & ibi Gloſſ. in verb. obbrobrio. de elect. & capit. diaconi, diſt. 93. & pluribus id probauit Diaz. in ſua prat. crimin. can. nume. 3. De ſingulis igitur his agendum eſt, & prius de beneficio Eccleſiaſtico, de quo hæc contemplabimur. Primum qui ordo beneficium requirat. Secundò quantum eſſe debeat. Tertiò quale. Poſtremò an reſignari poſsit.

Quoad primum igitur, qui ordini ſacro initiari vult, beneficium Eccleſiaſticum habere debet; nam ſic inquit Sancta Synodus, eodem capit. 2. Statuitur enim, ne quis deinceps ſæcularis, quamuis alias ſit idoneus moribus, & ſcientia, & ætate, ad ſacros ordines promoueatur niſi prius legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſsidere. Hæc Sancta Synodus, ex quibus propoſita regula habetur.

Hæc autem regula locum habet, etiam in Religioſis non profeſsis. Et hoc per Bullam Pij V. incip. Romanus Pontifex Sacrorum Conciliorum lato anno 1568. pridie Idus Octobris, & eſt conſtitutio eius 74. in ordine; Quare ſi contrafiat, ipſo facto ſuſpenſi ſunt, & ordinum ſuſceptorum functionibus obeundis irregulares fiunt, vt probatur in ead. Bulla. Conferentes verò per annum à collatione ordinum ſuſpenſi ſunt.

Item locum habet, vel ſint clerici ſeculares viuentes more religioſorum in communi; ſed non profeſsi, vt habetur in eadem Bulla, vbi id probatur. Quare etſi Trident. Synod. de clericis ſecularibus tantum loquatur, eum tamen Canonem ad religioſos non profeſſos pertinere voluit. Pius Quintus ob eaſdem rationes. Ex dictis conſtat in ijs, qui primam tonſuram, vel ordines minores ſuſcipere volunt conſtitutionem hanc non pertinere. Tum quod Sancta Synodus de ordinibus ſacris tantum loquitur, ergo ſecus de minoribus. Tum quod non tanto dedecori eſt in ipſis minoribus conſtitutis mendicare, aut ſordidum quæſtum exercere, atque ſic conſuetudine ſeruatur, & in praxi. vt teſtatur Pariſ. de reſig. benef. libro 2. quæſt. ſexta, nume. 4.

Excipiuntur tamen Ieſuitæ, qui poſt tria vota emiſſa ante ſollemnem profeſsionem, abſque titulo poſſunt ad omnes ſacros ordines promoueri, vt refert Diaz. in ead. prat. capit. 18. nume. 3. & Pariſ de reſig. benef libr. 2. quæſt. 6. num. 19. quamuis poſt Sacerdotium prouideri eis debeat de reditu ſaltem quadraginta ſcutorum aureorum ex bonis religionis.

Secundo excipitur regularis profeſſus etiam tacitò, nam ad titulum paupertatis ordine ſacro initiatur, & id ſat eſt, ita Ioann. Bapt. Conſetr. in ſumm. priuil. Mond. tit. 15. cap. 4. pag. 354.

2 Quoad ſecundum † ſcilicet quantum eſſe debeat hoc beneficium. Planè debet eſſe tantum, vt ſufficiat ad honeſtè viuendum, vt inquit Sancta Synodus; & quoniam præſcripta quantitas non eſt, Epiſcopus ipſe arbitrabitur habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, & locorum, argum. l. prima, ff. de iur. delibet. & cap. de cauſis, de off. delegat. & ita Diaz. in prat. crim. can. cap. 18. nu. 4. & Pariſ. eod. num. 14. & eod. lib. 5. q. 6. nume. 131. cum ſeq. Verùm quid ſi vnus habet duo beneficia, quorum vnum ſufficiens per ſe non eſt, ſecus autem ſimul; vel beneficium & penſionem, quæ ſimul ſufficiant, an ad titulum ipſorum ordinari poterit? Ego ſentio hunc poſſe, ſicut etiam ſi beneficium non ſufficiens per ſe, & patrimonium itidem per ſe non ſufficiens habeat, ſecus autem ſimul; nam habenti beneficium non ſufficiens, aliud ſimplex ſufficiens conferri poterit, modo vtrunque reſidentiam non poſtulet, vt ſtatuit Trid. Synod. ſeſſ. 24. de refor. cap. 17. Et de hoc ſecundo itidem ſatis.

3 Quoad tertium ſcilicet † quale beneficium hoc eſſe debeat, breuiter concludimus, vel curam animarum habeat, vel non habeat, nihil intereſſe; nam Sancta Synodus nihil præterea poſtulat, niſi vt quis Eccleſiaſticum beneficium ſufficiens habeat, & non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de precio, ff. de public.

Digitized by Google

in rem.act. Secundo debet ei eſſe collatũ perpetuò,& ita dixit Maiol. de Irregul.lib.4.cap. 15. nu. 4. nam inquit Vicarium temporalem, & alia beneficia manualia, & amouibilia non poſſe dari in titulum, & de communi ſententia teſtatur, Pariſ. de reſig. benef. lib. 2.q.6. nu.2.& nu.3. Idque meritò, ex quo enim perpetua non ſunt, ſi contingat inde ipſum amoueri, & non habeat vnde viuat, conſequentur incomoda predicta, vt ſcilicet neceſſe habeat, vel mendicare, vel ſordidum munus exercere, & huiuſmodi alia facere, quæ ab ordinis clericalis dignitate aliena ſunt, vt ſupra dixi, & contra prædicta iura eſt, & decretum Concilij Tridentini. Quare beneficium ſimplex, cuius fructus aſsignantur Magiſtro grammaticæ quouſque grammaticam doceat iuxt. ca. primo, verſ. Eccleſiæ verò, quarum anni prouentus, de reform. ſeſſ. 25. apud Trid. Synod. ad id non admittetur; ſecus autem de præbenda Theologali, ita habetur. eo. cap. primo, verſ. De cætero verò prebenda. Non etiam ſat eſt Vicaria ad tempus. Idem & de Capellania dixit Diaz. in ſua prax. crim. can. cap. 18. nu. 8.& nu.9. vide. Idem de præſtimonio ſi detur, ita ibi, num. 10.

Tertio conſtare debet illud beneficium ab ipſo pacificè poſsideri, qui ad eius titulum vult ordinari, vt dicitur eod. cap. 2. de refor. cap. 21. Quare ſi lis ei mota ſit de beneficio, ad eius titulum, lite durante, ordinari non debet; quippe quia eo priuari poſsit. Quid enim ſi per concurſum beneficium habuit, & concurrens appellet, & ad nouum examen prouocet? & qui appellauit magis idoneus iudicetur? Planè quod etiam hac ratione, vt ſpolietur, contingere poteſt, ob eam rem ad eius titulum ordinari nõ debet. Item qui nominatus eſt, vel poſtulatus, vel electus, vel præſentatus ad aliquod beneficium huic ordo ſacer conferri non debet; quandoquidem hic nondum titulum, nec minus pacificam poſſeſsionem habet, quæ poſtulatur à Triden. Synod. & ita Diaz. in ſua prax. crim. can. cap. 18. num. 6.

4 Quoad quartum † beneficium hoc renunciari non poteſt, ne facta mentione, quod ad illius titulum beneficij ſit promotus, & aliunde habeat vnde viuat. Id quod locum habet, vel religionem ingrediatur; Tum per Trid. Synod. ſeſſ. 28. cap. 16. de regul. vbi nulla renuntiatio à Nouitio facta valet, neque etiam beneficij, vt Sacra Congregatio declarauit. Tum quod conferri ante profeſsionem non debet, vt eadem Sacra Congregatio declarauit, & Pariſ. de reſig. benef. lib. 3. quæſt. 13. vbi pluribus rem hanc egit. Alioquin ſi contra fiat reſignatio nulla eſt, ita Sancta Synod. ibidem, ſic enim inquit. Id verò beneficium reſignare nequit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliunde viuere commode poſsit, & aliter facta reſignatio nulla ſit. Hæc Sancta Synodus. Idem Pariſ. de reſig. benef. lib. 5. quæſt. 6. num. 175. Quare ob clauſulam illa annullatiuam pro forma à Sancta Synod. traditum eſt, vt in renuntiatione mentio fiat pro titulo beneficium illud habuiſſe, & ita Sacra Congregatio, & Pariſ. in allegatis locis, eſtò contrarium ſenſerit Naua. in conſ. 4. de ..... quem improbat Addit. ad eum, & declaratio Sacræ Congregationis. Hoc autem locum habet, vt non teneat, eſtò habeat, vnde ſe ſuſtentet, vel penſionem ſibi retineat, & in hoc caſu conſuluit Nauar.

Locum habet etiam, vt reſignatio non valeat, nec reſignari poſsit; vel iurauerit ſe reſignaturum, vel procuratorem ad reſignandum conſtituerit, & iurauerit ſe procuratorem non reuocaturum, ita Congregatio ibi. Priuabitur tamen beneficio, vt infra dicetur.

Excipitur tamen, vbi aliud ſufficiens beneficium conſecutus eſt; tunc enim reſignatio facta valet, per Bullam Pij V. incip. Quanta Eccleſiæ Dei, quæ eſt in ordine 58. Id quod mihi contigit, vbi Eccleſia Sancti Stephani de Barbiano à Sixto V. mihi collata fuit, reſignaui enim aliam Eccleſiam, ad cuius titulum fui ordinatus.

Secundo excipitur, vbi reſignaret cauſa permutationis, & beneficium eſſet æquipollens priori, ita Congregatio ibi, in cit. cap. 7. ſeſſ. 21.

Tertio excipitur, vbi aliunde habet, vnde ſe commodè ſuſtentet; in hoc enim caſu, & duobus antecedentibus reſignari beneficium poteſt; quandoquidem ceſſat cauſa prohibitionis, (quia ſcilicet non neceſſe habebit, vel mendicare, vel ſordidum munus exercere, vel negotiari.) Ergo & prohibitio ceſſare debet, cap. cùm ceſſante de appell. & l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. Modo tamen mentionem faciat ſe ad eius titulum ordines ſuſcepiſſe.

Poſtremo excipitur, vbi in minoribus ordinibus tantum conſtitutus eſt; tunc enim poteſt illud reſignare, vel non habeat vnde viuat, & ita de ſtylo ſeruari teſtatur Pariſ. de relig. benef. libro 3. quæſt. 14. quippe, quia & tacitò id queat, ſcilicet matrimonio contracto, ita Pariſ. eodem libro quinto, quæſtio. ſexta, num. 178. Etenim de conſtitutis in his ordinibus, vt habeant vnde viuant, id cautum non eſt, & obire functiones laicorum poſſunt ipſi, vt ſupra probauimus.

5 Quoad poſtremum † ſcilicet, qua pœna afficiatur, qui reſignauit beneficium, vbi non habet vnde ſe ſuſtentet, necnon ordinarius, qui eius reſignationem admiſit. Ipſe reſignans eo beneficio priuatus eſt, & ei conferri amplius non debet, & ad Romanum

Ponti-

Digitized by Google

Pontificem eius collatio pertinet, ita Sacra Congregatio, eod. cap. 5. & ita refert Pariſ. de reſig. benef.lib.2.quæſt.6.num.41.

Quoad ipſum ordinarium autem, qui admiſit eam reſignationem, de ſuo prouidere ei debet, arg. cap. Epiſcopus de præbend.ſicut enim non culpa vacat eum ordinando ſine titulo, ita & in hoc caſu. Hinc Congregatio Concilij, vt refert Pariſ. eod. num.41. his verbis. Cuidam reſcripſit. Ordinarius, qui admiſit reſignationem factam ab aliquo præsbitero, qui nihil aliud præter illud beneficium habebat, vnde commode ſuſtentari poſſit, tenetur eum alere, nec poteſt eodem illud beneficium reſignatum reſtituere; ſed in eo inſtitui debet ille, qui præſentatus fuit à patrono, ergo ſi fuerit collatum huiuſmodi beneficium, tenet collatio facta. Excipitur tamen, vbi ordinandus dolo vſus oſtendiſſet ſe patrimonium habere, vel beneficium, quod re vera non habebat. Tunc enim Epiſcopus, quod culpa caret ad alimenta ei præſtanda non tenebitur, ſed ordines hac ratione adeptus, ſuſpenſus erit, & ita locum habebunt, c. neminem, & cap. ſanctorum d.70. atque ſic dixit Nauar. in conſ.14.nu.4.& cóſ.15.cum ſeq. & conſ.18.& conſ.47. de tempor. ordin.& Pariſ. de reſig.benef.lib.2.quæſt.6.nu.18. & Ego in Tract. de Irregul. cap. 61.

6 Atqui † an loco beneficij ordinari quis poteſt ad titulum ſeruitij in Eccleſia, cui adſcribitur, & inſeruite tenetur iuxta decretū Concilij Tridentini, ſeſſ. 25. de reform. cap. 8. cuius communes Maſſæ fructuum particeps eſt? Maiol. de Irregul. libr. 4. capit. 15. num. 2. tenet id poſſe, & ſic adſcriptus certæ Eccleſiæ à nullo Epiſcopo recipiendus eſt, vt declarauit Sacra Congregatio ſuper Concilium, teſte Pariſio, libro 2. de reſig. benef. quæſt.6.num.33. & num.34. & ſequitur etiam Steph. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Ordo, pag. 362. vbi etiam refert Breue quoddam Sixti V. quo id permittitur Patriarchæ Venetiarum; Ego autem opinionem hanc ſimpliciter veram non eſſe cenſeo; ſed quatuor concurrentibus. Primum vt interueniat conſenſus rectoris eius Eccleſiæ. Secundo vt interueniat licentia, ac conſenſus Romani Pontificis, & hoc ad ſucceſſorem. Tertio vt ex ſeruitio miſſarum, & diuinorum officiorum, & eleæmoſynis à fidelibus ellargiendis habeant vnde ſe ſuſtentent. Quarto, vt ne inde ammoneantur, vel diſcedant, niſi de beneficio competenti, aut penſione prouiſum fuerit, vel ob delicta remotus; vt habetur in eod. Breui. ergo non ſimpliciter ad huiuſmodi titulum ordinari quis poteſt, ſed prædictis concurrentibus. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Sed iam de patrimonio agamus.

S V M M A.

1 *Patrimonium habere debet, qui ordini ſacro initiari vult ſi beneficium Eccleſiaſticū non habet.*
2 *Debet ab eo vere obtineri.*
3 *Patrimonium à quò habeat, nihil intereſt.*
4 *Donare poteſt Pater filio pro huiuſmodi patrimonio.*

§. IX.

§. SI verò ordinem ſacrum ſuſcepturus beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens
1 non habet † patrimonium ſaltem idoneum habere debet, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 21. de reform. cap. 2 ob eaſdem rationes, quas ſupra de beneficio præmiſsimus; de quo patrimonio hæc contemplanda ſunt. Primùm qua ratione ipſum habere debeat. Secundò quantum. Tertiò quale. Quartò ſuper quas res. Quintò an alienari poſsit, ſeu remitti. Poſtremò an tam conferens ordines ſacros, quàm recipiens in pœnam aliquam incidat, ſi patrimonium non habeat, vel beneficium vt ſupra.

2 Quoad primum igitur † patrimonium hoc debet verè obtineri ab eo, qui ordinibus ſacris initiari vult, vt dicitur eod. capit. 2. verſic. Patrimonium. Patrimonium verò (inquit enim ibi Sancta Synodus) obtinentes ordinari poſthac non poſsint niſi illi, quos iudicauerit Epiſcopus aſſumendos pro neceſsitate, & commoditate ſuarum Eccleſiarum, & quoque prius proſpecto patrimonium illud, vel penſionem verè obtineri ab eis, taliaque eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſat ſint, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui nullatenus poſsint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, vnde viuere poſsint, antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouandas; Hæc ibi Sancta Synodus, ex quibus manifeſtè conſtat verè patrimonium hoc obtineri debere.

3 A quocunque autem habeat † patrimoniū, vel à conſanguineis, vel ab affinibus. Amicis, alijsvè nihil intereſt; quandoquidem Sancta Synod. nō diſtinguit, Ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de precio, ff. de publ. in rē act. Accedit quod Sancta Synodus conſequitur, id quod vult, ſcilicet ne mendicet à quocunque igitur patrimoniū habeat, nihil intereſt, nec quo titulo illud ſit conſecutus, vel vniuerſali, vel ſingulari, vel inter viuos, vel inter mortuos; modo legitimus ſit, & dominium transferat. Quare ſiquis prædium ruſticum, vrbanumvè donatione, legatovè habuerit, inde patrimoniū hoc fieri poterit. Excipitur tamē, vbi rem legatam nondum habuit, quia ſcilicet teſtator mortuus non eſt, & idcirco

teſtamenrum non fuit cõfirmatum, cap. cùm Marthæ de celebr. Miſſ. tunc enim patrimonium conſtirui non poteſt ex legato, quod in teſtamento relictum eſt; quippe quia teſtator volnntatem mutare poteſt, & legatum adimere cum voluntas noſtra deambularoria ſit vſque ad mortem, vt habetur in tot. tit. de adimend. legat. Hinc nec patrimonium habere dicitur filius, qui amplum patrimonium expectat ex bonis parernis, maternisvè; etſi enim viuente patre quodammodo Dominus videtur, §. hæc autem, & neceſſarij, & ibi gloſ. in Inſtit. de hæred. qualit. & different. & æſtimum parris, æſtimum filij exiſtimetur. Gloſſ. in l. 2. C. qui ærar. lib. 10. Alex. in l. ſuis, ff. de liber. & poſthum. & valet argumenrum pater eſt diues, ergo & filius, vt dixit Alciat. in cit. l. in ſuis, nu. 10. & Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 6. nu. 33. cum ſeq. quod tamen ſpe, & non re eſt dominus, & Concil. Trid. vult patrimonium verè obtineri, & non fictè, vt vidimus, ob eam rem patrimonium hic habere non dicerur, contingere enim poreſt, vt non habear, §. illud quæſirum eſt, in Inſtit. de rer. diuiſ. iunct. §. aliud quoq; capirulum in Auth. vt cum de appell. cognoſc. Hinc diſpenſatio facta puellæ, vt poſsit ob paupertatem nubere conſanguineo in terrio gradu valebit, eſtò puella ſperaret à Matre ſe bona plurima habiruram, ita Nauar. in conſ. 19. de reſcript. & in caſu noſtro, in conſ. 19. de tempor. ordinat. vbi non ſat eſſe inquir habere ſpem ſucceſsionis.

Verum quid ſi quis habeat directum dominium in aliquibus bonis, alter verò vtile, an ordinari ad titulum horum bonorum poteſt? Concludo non poſſe, ita ſentit Dec. in cap. Epiſcopus, num. 12. cum ſeq. de præben. nam inops nihilominus dicitur, ex quo nullos fructus percipit. eſto alienare ipſum poſsit. Hinc mulier inops exiſtimatur, habẽs nudam proprietatem in bonis pluribus, vt conſequatur quartam in bonis mariti iux. Auth. Præterea, C. vnde vir. & vxor. ita aſſeruit idem Dec. in cit. cap. Epiſcopus, num. 13.

4 Poteſt tamen † pater donare filio, quod ad patrimonium hoc ſat ſit, & donatio valebit, eſtò donatio alias inter patrem, & filium non valear; ſicut etiam ab alio extraneo, quod fieri poteſt, & ita Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 6. nu. 9. Eſto eius facultates tenues ſint, cum in re ſua quiſque ſit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. & §. per traditionem quoque in Inſtit. de rer. diuiſ. Pater tamen in fraudem aliorum filiorum legitimorum donationem hanc facere non poteſt, argum. tot. tit. C. de inoff. donat.

Arqui an conferatur in legitimam, & partem ſuam, quod dedit pater filio, pro hoc patrimonio, vbi diuiſio fit hereditatis inter fratres? Planè ſic; nam, etſi pater emat dignitatem aliquam filio, vel officium in Romana Curia confertur, quòd pro his impendit, vt de communi ſententia teſtatur Vlu. in ſua Syl. opin. 324. in fi. & ita ſe practicaſſe, & obtinuiſſe teſtatur Diaz. in prat. crim. can. capit. 18. nu. 8. & Couar. opinionem hanc ſequitur, in cap. Raynaldus, § 2. nu. 7. de teſtam. & alij quos refert Diaz. ibid. Sed ad ſecundam quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Patrimonium de re immobili eſſe debet.*
2 *Patrimonium hoc an ſuper re, quaſi immobili conſtitui poſsit.*

§. X.

1 §. SEcunda quæſtio eſt, † ſuper quam rem patrimonium hoc conſtitui poſsit. In qua quæſtione breuiter concludimus ſuper re immobili conſtirui debere; cuiuſmodi etiam beneficium Eccleſiaſticum eſt, & penſio, quæ nititur beneficio, atque ſic dixit Nauar. in conſil. 34. de tempor. ordinat. & Ioan. Azor. in Inſtit. moral. part. 2 lib. 3. cap. 4. ver. Septimò quæritur. & ratione id probatur. Si enim ſuper rebus mobilibus non ſatisfactum eſſet Triden. Synod. res enim mobiles facilè, vel extinguuntur, vel conſumuntur. Non igitur ſuper merces; non ſuper animalia, non ſuper obligationem perſonalem conſtirui debet, Hinc Sacra Congregatio, eodem cap. 2. declarauit non eſſe admittendum ad ordinem ſacrum eum, qui non habens patrimonium ſufficiens promiſsionem habuit de aliquo, quod ſuppleret ipſe, quod deerat. Si tamen ſtatim bona mobilia poſſunt conuerti in bona ſtabilia, tunc ſecus dicendum eſſet, vt dixit Azor. ibid. Ego autem hunc admittendum non cenſerem, niſi prius ſtabile ſibi paraſſet; Qui tamen ordinatus fuit, cum huiuſmodi bona mobilia tantum haberet, ſtatim curandum eſt, vt ea in ſtabilia conuerteret. ita Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 6. nu. 15. quamuis hunc ego non admitterem, vt proximè dixi.

2 Verum † an ſuper re quaſi immobili conſtitui poteſt, vt ſupra Cenſum; exempli gratia; Ego emi cenſum quadraginta aureorum, quem Cenſum donaui volenti ordinem ſacrum ſuſcipere, an hic dicetur habere patrimonium, vt admitti ad ordines debeat? Planè vidi in quibuſdam admitti in perſonam Reuerendi Domini Lucæ de Floronis, & Reuerendi Domini Michaelis de Caſalachijs de Solarolo, non tamen hoc fieri poſſe mihi videtur; nam adhibitum vendentis cenſum, redimi cenſus, atque extingui poteſt, & idcirco res mobilis redditur. Quare in Tractatu meo,

meo, de Vſur. cap. 49. §. primo, concluſi nec cenſum conſtitui ſuper huiuſmodi rebus poſſe. Secus autem in cenſibus reſeruatis perpetuis, nam in his patrimonium conſtitui poſſe cōcludo; cùm eſſet periculum propoſitum, qui ergo donauit fundum alicui boc adiecto pacto, vt ſingulis annis der quinquaginta numos aureos non ſibi tantum ſed ei, cui reliquerir, etiam poſt mortem, hac enim ratione cenſus reſeruatiuus cōſtituitur, vt probaui in Tract.eod.de vſur. cap. 49. §. 3. ſuper hoc patrimonium conſtitui poteſt. Si ordinando condonetur, aliàs autem non conſtituitur. Non etiam ſuper emolumentum officiorum Romanæ Curiæ. Tum quod morte Officialis extinguuntur. Tum quod in præiudicium ſucceſſoris onera imponi nequeũt, & dixi in eod.cap.49.§.2.num.3. vbi probaui nec cenſum conſtitui poſſe ſuper huiuſmodi officia.

Non etiam ſuper titulum beneficij, quod quis habet; nam morte conſtituentis extinguitur, cum ciues huiuſmodi in præiudicium ſucceſſoris impunere nequeat, niſi de licentia Romani Pontificis. Quare Abbatis opinio, in cap. cum Ferrarienſis de conſtit. tenenda non eſt, qui ad titulum beneficij ordinandum præſentari poſſe ſentit. Non etiam ſuper penſione, quam quis habet ſuper alterius beneficio. Tum quod morte itidem, & ipſa extinguitur. Tum quod transferri penſio in alium, niſi de licentia Romani Pontificis non poteſt, vt de communi ſententia teſtatur Pariſ.de reſign.benef.lib.6. quæſt.4. vbi materiam hãc tranſlationis penſionum egit. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Patrimonium hoc ſuper rem certam conſtitutum eſſe debet.*
2 *Super rem ſui natura frugiferam.*
3 *Item alteri non obligatam.*
4 *Patrimonium vbi ſit, nihil intereſt.*

§. XI.

1 §. QVoad tertiam quæſtionem † ſcilicet qualis res eſſe debeat, ſuper quam patrimonium hoc conſtituirur. Primo breuiter concludendum eſt certa eſſe debere; nam ſciri debet, an ad ſuſtendandum Clericum ſat ſit, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 25. de reſorm.cap.2. At ſi res incerta ſit, id ſciri minime poſſet, vt per ſe patet; non enim ex re incerta certum haberi, valet argum. l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. Iure meritò igitur talis eſſe debet; ſic enim, & beneficium, & penſio certa eſſe debent, ad cuius titulum ordines Sacros, quis ſuſcepit.

2 Secundo † frugifera eſſe debet, cuius modi ſunt ruſtica prædia, vt fundi, vineæ, oliueta, Syluæ & huiuſmodi, necnon vrbana prædia, vt ædes ob penſionem, & ita reſpondiſſe Romanum Pontificem teſtatur Sacra Congregatio, cap. 2. Trid. Synod. ſeſſ. 21. de reform. vt ſcilicet res certa, & frugifera ſit. Quæ autem res frugifera ſir, declaraui in Tract. meo. de Vſur. cap. 49. §. 2. Quare ſi haberet quis turrim, quæ valeret millè, inde tamen nihil perciperetur, neque eius locatione, planè dominus eius non diceretur habere patrimonium ad ordines ſuſcipiendos, Idem enim eſt rem non habere, & habere, ſed inutilem, l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogant. & cap. inter corporalia, §. ſicut, cum ſimilib. cit. ibi à Gloſſ. de tranſlat. Epiſcop. Si tamen vendi poſſet, & inde frugiferum quid emi, tollerari poteſt.

3 Tertio † alteri obligata eſſe non debet, vt pro dote, pro cenſu, vel pro alio ære alieno; non enim Triden. Synod. ſatisfactum eſt, cum fieri poſsit, vt à creditoribus ei adimatur, vel fructus non habeat ordinatus ad ſe ſuſtentandum. Hinc, antequàm admittantur huiuſmodi res pro patrimonio bonum eſſet, ſi edicta publicè proponerentur, vt qui ius in ipſa re habet ad illud allegandum intra tantum temporis compareat, vel ſi quis onus quodpiam ineſſe ſciat, id patefaciat.

4 Nihil autem intereſt, † vbi patrimonium hoc ſir, vel in Diœceſi eius, qui ordines collaturus eſt, vel alterius, non enim Sancta Synod. hoc dicit, ergo nec nos dicere debemus. argum. l. de prætio. ff. de publ. in rem act. etenim ſi id fuiſſet neceſſarium, vel id voluiſſet Sancta Synodus expreſsiſſet, argum. l. cum de laniones, §. aſinam, ff. de aur. & argent. legat. ſicut alias qualitates patrimonij expreſsit. Sed iam ad quartam quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Patrimonij, ad cuius titulum ordinem ſacrum quis ſuſcepit, quantitas, quæ eſſe debeat.*
2 *Patrimonium in pluribus rebus eſſe poteſt.*
3 *Patrimonium non habet is, cui alimenta promiſſa ſunt.*

§. XII.

1 §. QVoad quartam quæſtionem † ſcilicet quantitas patrimonij, ad cuius titulum ordinem Sacrum, quis ſuſcepturus eſt, quænam eſſe debet. Concludendum eſt tantam eſſe debere, vt fructibus inde perceptis ſuſtentari honeſtè ipſe poſſit, vt dicitur ab ead. Sancta Trid. Synod. ſeſſ. 21. cap. 2. Qua in re locorum ratio in primis habebitur; quandoquidem in vno loco minorem

norem impenſam, quàm in alio fieri contingit; nam exempli gratia Romæ, vt Clericus ſe ſuſtentet, vberiores fructus poſtulat quàm Barbiani, vt mittam in alimentis perſonæ quoque rationem habendam eſſe, cap. Epiſcopus, & ibi Gloſſ. & Abb. de præbend. Arbitrabitur autem Epiſcopus, qui ordines collaturus eſt, vel eius autoritate Iudex apud quem iurati teſtes deponunt teſtimonium publica Notarij fide ſubſcriptum de quantitate rei. ita Azor. Inſt. moral. parte 2. lib. 3. cap. 4. verſic. Octauo, & Pariſ. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 6. num. 14. & ita Summ. Pontif. reſpondiſſe teſtatur Sacra Cõgregatio, eod. c. 2.

2 Nihil autem † intereſt, an in vna re, pluribusvè patrimonium hoc ſit, vt in pluribus fundis, & in pluribus ædibus, vel in fundo, & ædibus, vel in beneficio Eccleſiaſtico, & fundo, & idcirco in vna re, vel pluribus ſpeciebus eiuſdem generis, vel diuerſi; non enim Sancta Synod. requirit, vt in vna re ſit; modo tamen tantum percipiatur, quod ad ſuſtentandum ſat ſit. Quare ſiquis habet Eccleſiaſticum beneficium, non ſufficiens; ſed tamen patrimonium, quod ſupplet beneficium, ad ordines ſacros admitti poterit, vt Sacra Congregatio declarauit, eod. capit. 2. Nihil autem intereſt an patrimonium habeat commune cum fratribus, mihi tamen magis placet, vt ſeparatim patrimonium hoc habeat, & ita conſeruari vidi.

Secus autem, ſi habeat paululum patrimonij; ſed non ſufficiens, eſtò laboribus ſuis, vel eleemoſynis viuere poſsit; quod enim contingere poteſt, vt in morbum incidat; vnde laboribus ſuſtentari nequeat, meritò admitti, ad ſacros ordines hic non debet.

Multò minus qui eleemoſynis ſe victurum ſperat. Tum quod eſt contra id, quod tollere vult Sancta Synod. ac Sacri Canones ſcilicet, ne in hisordinibus conſtituti mendicare cogantur, vt dicitur, eod. capit. 2. & in iuribus antea citatis. Tum quod incertæ ſunt, ſicut & labores, & ita Sacra Congregatio, ibid.

3 Non etiam admitti debet, † qui patrimonium ſufficiens non habet; eſtò Epiſcopus ſe ſuppleturũ promittat, quod ad victum pertinet, ita Sacra Congregatio ibid. Quare reiecta meritò fuit obligatio quædam huiuſmodi à quopiam facta, qui obligauit ſe ad præſtandum cuipiam, quæ ei eſſent neceſſaria ad victum, & veſtitum, nulla re alia obligata, atque ſic in ſimili aſſeruit Azor. eod. capit. 4. verſ. Sexto quæritur, vt ſcilicet admitti non debeat ad ordines ſacros, qui promiſsionem habuit ab aliquo victus ſibi neceſſarij: nam & filius ius habet in bonis parẽtum, quoad legitimam, & tamen non poteſt ordinari; niſi pater ſpeciatim aliquid ei tribuat, quod ad ſuſtentandum ſat ſit. l. ſiquis à liberis. ff. de liber. agnoſcend. Sed de quæſtione hac itidem ſatis.

S V M M A.

1 *Patrimonium, ad cuius titulum ordinem ſacrum quis ſuſcepit, alienari non poteſt.*
2 *Non etiam remitti.*
3 *Patrimonium hoc alienari non poteſt, antequàm habeat, vnde ſe alat, & nulla eſt ſi fiat.*
4 *Patrimonium an alienari poſsit ſine licentia Epiſcopi, vbi habet vnde ſe ſuſtentet.*
5 *Alienans ſine licentia, an in pœnam incidat.*
6 *Donans aliquid pacto adiecto, vt poſt ordinem ſuſceptum, rem donatam recipiat, an quicquám faciat.*

§. XIII.

§. QVinta quæſtio eſt, an patrimonium, ad cuius titulum quis ordinem ſacrum ſuſcipit, alienari poſsit. Item ſi alienetur, an alienatio valeat.

1 Quoad primum igitur † patrimonium hoc alienari non poteſt ſine licentia Epiſcopi, vt habetur de reform. cap. 2. ſeſſ. 21. apud Trid. Synod. ibi, Atque illa deinceps. Et quoniam alienatio nomen generale eſt, & complectitur alienationem quacunque ratione factam, cap. nulli licet, de reb. Eccleſ. non alienand. & ibi not. Abb. ac DD. ob eam rem nec vendere, nec donare, nec dotis cauſa dare, in aliamvè cauſam transferre poteſt. Non etiam poteſt pio cenſu, aliovè onere ipſum obligari. Quare nec ſiue licentia permutare poterit, ex quo permutatio alienationis quædam
2 ſpecies eſt. Non etiam † remitti, ſi penſio ſit, vel extingui, vt ſentit Sancta Synodus, ibi, aut extingui, aut remitti, ad ſummum abdicare à ſe dominium huius patrimonij, vel penſionis non poteſt, ſine Epiſcopi licentia, qui permittere hoc ipſe non debet, niſi aliunde habeat, vnde ſe ſuſtentet. Non poteſt etiam donatio facta à Patre filio ob hanc cauſam reuocari, & id pluribus probauit Diaz. capit. 18. nu. 15. in pract. crim. can.

3 Quoad ſecundum, † an ſi fiat alienatio, vel extinctio, vel remiſsio, valeat antequàm habeat, vnde ſe ſuſtentet. Planè ſeptio eam non valere, & nullam eſſe; Nam Sancta Synodus eod. cap. 2. Statuit, vt nullatenus poſſit alienari, & extingui, aut remitti, at negatiua, cuiuſmodi eſt, Nullatenus, præpoſita verbo Poteſt, vel, vt hic, Poſsit, inducit neceſſitatem prætium, & tollit potentiam faciendi aliquid, & actum factum nullum reddit, vt dixit Gloſſ. in cap. primo, in verb. Non ſupta poteſt, de reg. iur. lib. 6. communiter recept. & Bart. in l. Gallus, num. 3. cum ſequ. & Iaſ. num. 6. cum ſeq. ff. de liber. & poſthum. & Bald. in l. fin. in prima colum. C. de fideicõmiſ. Et inducit actus nullitatem ipſo iure, vt dixit Gloſſ. not. in Clem. vnic. in verb. Nullatenus,

de

Digitized by Google

de ſequeſt. poſs. Non igitur alienatio valet, & ita Nauar. in conſ. 17. de tempor. ordin.& ſequitur Addit. ad ſummam Bullar. Stephan. Quart. pag. 358. & Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 6. nume. 16. vbi etiam ſic renuntiantem pœnam nullam incurrere dixit. Quare eſtò æs alienum contrahat, alienare tamen non poterit; alioquin quod vna via prohiberetur, alia fieret, contra cap. cum quid, de reg. iur. atque ſic ſentit Nauar. in conſ. 9. de tempor. ord. Accedit, quod Clericus non debet conueniri, niſi quatenus facere poteſt, vt probauimus ſupra. Imo non debet Epiſcopus concedere, vbi non habet vnde ſe alat, vt ex dictis patet. Quæ autem de patrimonio diximus, eadem de penſione dicta eſſe intelligimus, de qua, & infra.

Excipitur tamen primo, vbi quis beneficium Eccleſiaſticum ad victum ſufficiens adeptus eſt; tunc enim patrimonium alienari poterit, & remitti penſio, atque extingui, non enim prohibetur beneficium acquirere, qui patrimonium habet, ita DD. in cap. poſtulaſti, de reſcript. nam patrimonium beneficium Eccleſiaſticum non eſt, ita Abb. in cap. tuis, de præbend. num. 6. & ſequitur Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 2. quæſt. 4. verſic. Secundò quæritur. Hinc mortuo Clerico ad ſuos hæredes tranſit, & decima annua, vt priùs, ſolui ex eo debet, vt ait Gloſſ. & Abb. in eod. cap. tuis, & Azor. ibid. & in litteris gratiæ, vbi quos curat ſibi beneficium dandum à Pontifice, mentio patrimonij huius facienda non eſt; ſecus in litteris iuſtitiæ, quæ dantur in forma pauperum, ita Abb. in cit. cap. poſtulaſti, de reſcript. num. 3. vbi etiam quæ litteræ iuſtitiæ, & quæ gratiæ ſint declarat. & Gl. in Extrauag. Ioann. 22. incip. Apoſtolica, in verb. Gratia, de conceſſ. præbend. & Rebuf. in prax. benef. de reſcript. in forma communi. Hinc denique non poteſt illud cum beneficio Eccleſiaſtico permutare, ita Azor. eod. verſ. Nono quæritur quippe vti res profana, cum Spirituali.

Secundo excipitur vbi aliud quod acquiſiuit, vnde ſe ſuſtentare poteſt, tunc enim alienari poterit.

4 Atqui † an tunc Epiſcopi licentia neceſſaria erit? Adhuc ſentio requiri eius licentiam; Et hoc ob eam rationem; quò ipſe arbitretur, an id quod adeptus eſt, ſat ſit ad ſumptus pertinentes. Hoc enim arbitrari ad ipſum pertinet. Ex quo alteri non eſt præſcriptum, argum. l. prima, ff. de iur. deliber. & capit. de cauſ. de off. delegat. iunct. cap. nuper, de ſent. excom. Idem ſi beneficium Eccleſiaſticum habet, vt ſcilicet non poſsit patrimonium alienari, & alienatio non valeat ſine Epiſcopi licentia, vt de ordinato ad titulum beneficij declarauit Sacra Congregatio, vt ſupra diximus. Excipitur tamen vbi notorium eſſet ſufficiens eſſe; tunc enim ſine Epiſcopi licentia alienationem fieri poſſe cenſerem; tutior tamen erit, vt is, in quem alienatio facta eſt, cum licentia Epiſcopi id habeat; Si enim contingeret profundere, quod deinceps acquiſiuit. Clericus admittetur ad patrimonium
5 prius habitum. † Atqui an in aliquam pœnam incurrat alienans? Concludendum eſt in nullam incidere ipſo iure; non enim iure cautum eſt. Ergo & ita Gloſſ. in cap. fin. de iur. patr. & Addit. ad ſummam Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo, verſic. Quotidianus caſus; mortiferè tamen peccat, & puniri ab Epiſcopo ad arbitrium ſuum poteſt. ita Nauar. in conſ. 22. de tempor. ordinat. Idem in conſ. 21. de renunciat. dicitur, & ita Diaz. eod. cap. 18. num. 13.

6 Verum quid † ſi quis donet tantum alicui, quod ad patrimonium conſtituendum ſat ſit, vt ordini ſacro initietur pacto interueniente, vt poſt ſuſceptum ordinem renuntiet eidem patrimonium, an alienatio ratione hac facta valebit? Ego pro regula pono, vbi poſt ordinem ſuſceptum pactum hoc interuenit ſcilicet poſt ordinis ſuſceptionem non valere; & hoc per diſpoſitionem Trid. Synod. alienationem huiuſmodi patrimonij, omnino prohibentis, quæ hic interuenit, ex quo remittit ei ipſum patrimonium, vel viciſsim ei donat. Nam & qui remittit, alienare dicitur, quòd etiam per eandem Synodum prohibetur.

Idem ſentio ſi pactum hoc interuenit ante ordinis ſuſceptionem, vt ſcilicet renuntiet, ſeu remittat donationem factam poſt ordinis ſuſceptionem. Nam donatio prius facta durat, vſque ad ſuſceptum ordinem; poſt ordinem autem ſuſceptum, non poteſt reuocari; ex quo enim S. Synod. prohibet omnino alienationem, nec in hoc caſu fieri poteſt; ex quo vult tunc donationem reuocari, quando à lege prohibita eſt; nemo enim facere poteſt, quin in ſuis diſpoſitionibus lex locū habeat, l. nemo poteſt, ff. de legat. primo, præſertim interueniente dolo, qui ſuo autori patrocinari non debet. Etenim nec ſi quis promittat Epiſcopo ſe alimenta ab eo non petiturum, ſi ordinem ſacrum ei conferat promiſsio hæc valet, vt dixit Gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus, in verb. ad præmiſſa, de præbend. lib. 6. Id quod fit, quoniam ob publicam vtilitatem, & decorem Eccleſiæ ſtatutum id eſt; & idcirco ei renuntiari non poteſt, arg. cap. ſi diligenti, de foro compet. & cap. contingit, de ſenten. excom.

Excipitur tamen primo, vbi non ob ordines ſuſcipiendos, quis aliquid donat, ſed ſimpliciter, & deinde, antequàm ad titulum donationis, donatarius ordinem ſuſcepiſſet, donationē remitteret, ac deinceps remiſsione tacita eius donationis ad titulum eiuſdem

ordines

ordines ſuſcepit; remiſsio enim illa valet, ex quo donator primus culpa omnino vacat, eſtò ad titulum falſum ipſe ordinatus ſit; & in hoc caſu locum habebit opinio. Diaz. in prax. crim. can. cap. 18. num. 12. qui voluit reuocationem donationis valere; ſed in alijs terminis.

Excipitur etiam, vt remittere poſsit fructus rei donatæ, id eſt donare donatori fructus, qui percipiuntur ex illo patrimonio, vbi habet vnde ſe ſuſtentet, vel laboribus ſuis honeſtis; prohibetur enim per Trid. Synod. dominium proprietatis, id eſt, directi dominij, & vtilis, non autem fructuum, qui ſunt quid facti, quod accipio in fructibus perceptis ſingulis annis, Nam, & qui beneficium habet poteſt fructus alienare in caſibus licitis.

Excipio etiam in vltima voluntate, poteſt enim relinquere, cui voluerit patrimonium ipſi datum; quandoquidem alienatio ratione hac facta, non confirmatur niſi morte, cap. Marthæ, de celebr. Miſſ. quo caſu non habet deinceps opus alimentis; ſublata enim ſubſtantia, tollitur & accidens, l. prima, & a. ff. de vſufr. & idcirco ceſſat cauſa prohibitionis alienandi.

Ex dictis colligitur, quem ad ordines ſacros admitti poſſe, vel nullum patrimonium habeat ſi donatione alicuius bona acquiſiuit, quib. commode ſuſtentetur, dummodo donatio vera ſit, & non ficta, & ſimulata, & ita declarauit Sacra Congregatio Concil. Trid. interpræt. vt refert Azor. vbi ſupra, cap. 4. in principio. Quare non mihi placuit conſtitutio cuiuſdam Epiſcopi in Synodo promulgata, qui vetuit ad ordines admitti, qui ab extraneo patrimonium haberet; prohibet enim contractum de iuregentium, quod non poteſt, tollit poteſtatem, quam ille extraneus adhibet. Poſtremò liberius petet donationem factam ab extraneo, quàm à ſuis donatarius. Sed de hoc hactenus. Iam de penſione agamus.

SVMMA.

1 *Penſionis titulo ordini ſacro initiari quis poteſt.*
2 *Patrimonium an conſtitui poſsit ſuper fructus bonorum alicuius.*

§. XIV.

1 §. POſtremò ad titulum † penſionis ordini ſacro initiari quis poteſt, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. 21. de reform. cap. 2. Quæ tamen penſio, vere obtineri debet, ab ipſo ordinando. Item eſſe ad honeſte ipſum ſuſtentandum ſatis. Poſtremò nec extingui, nec remitti, ſicut nec patrimonium, vel beneficium Eccleſiaſticum, niſi aliundè habeat vnde ſe ſuſtentet, vt eadem Sancta Synodus ſanciuit ibid. Et penſio hæc non eſt verè, & propriè beneficium Eccleſiaſticum, argum. cap. quamuis, de præbend. libr. 6. & Abb. & Felyn. in cap. ad audientiam, 2. de teſcript. & Azor. Inſt. moral. part. 2. lib. 3. cap. 5. quæſt. 2. Hinc morte penſionarij extinguitur penſio, & non vacat. Quando autem, & quæ penſio ſuper beneficium imponi poſsit egit Pariſ. de reſig. benef. lib. 6. q. 2. & Triden. Synod. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.

2 Verùm † an conſtitui poteſt huiuſmodi patrimonium ſuper fructus rerum non præſcripto fundo, vel prædio vrbano, vel ruſtico, Exempli gratia; Ego dono quinquaginta numos aureos de fructibus meorum bonorum ſingulis annis Titio, quo initiari ordini ſacro poſsit; Ego ſentio id poſſe. Nam donatio hæc ſe habet, ſicut penſio conſtituta de fructibus beneficij; non enim videtur eſſe diuerſa ratio, ſed eadem; nam nec in penſione præſcribitur fundus, vnde præſtetur, ſed ſimpliciter bona Eccleſiæ, ergo & eadem diſpoſitio eſſe debet, cap cum dilecta, de confir. vtil. vel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Nec facit ſi dicatur bona Eccleſiæ alienari non poſſe, ſecus bona patrimonij; nam eſto alienentur, tamen cum onere ſuo tranſibunt, cap. ex litteris, de pign. etenim ſicut penſionarius obligatus habet omnes fructus beneficij, ita hic, qui habet omnia bona hypothecata, l. 2. C. de pign. Quare opinionem hanc vti veriſſimam ſequor. Modo aliter Eccleſia contrarium non ſenſerit, tunc enim omnino ei adhæreo, alia quauis explosa. Non tamen cenſeo conſtitui poſſe patrimonium ſuper obligatione perſonali. Exempli gratia. Si quis obligaret ſe ad ſuſtentandum aliquem, qui ordinem ſacrum ſuſciperet; nam obligatio illa non habet bona obligata. Verum quid iuris ſi ſine patrimonio ordini ſacro quis initietur, an in pœnam aliquem ordinans, ordinatuſvè incideut? Hoc iu ſequenti præſtabimus.

SVMMA.

1 *Ordinem ſacrum conferens ei, qui patrimonium, beneficium, penſionemvè non habet vnde ſe ſuſtentet, alere eum debet, quæ regula quouſque pateat, declaratur.*

§. XV.

1 §. QVæſtio hec nobis explicanda eſt, † in quam pœnam incidat Epiſcopus, qui ordinem ſacrum ei contulit, qui non habet beneficium Eccleſiaſticũ, penſionem, patrimoniumvè, quò ſe honeſtè ſuſtentet. In qua quæſtione pro regula habebimus Epiſcopum obligatum eſſe ad eum ſuſtentandum, cui ſic affecto ordinem ſacrum con-

Digitized by Google

contulit, quouſque beneficium, patrimoniũ, aliudvè habeat vnde ſe ſuſtenret, ita habetur in cap. de multa, de præbend.& aſſeruit Sacra Congregario Cardinalium apud Trid. Synod. ſeſſ. 21. de reform. cap.2. & ego in Tract. meo de Irregul.cap.61.num.7.

Hæc autem regula locum habet etiam in capitulo ſede vacante, eiuſvè Vicario, vbi litteras dimiſſorias dederunt ad ordines ſacros non habenti vnde viueret; nam eadem ratio eſt in ipſo ordinanre ſuum ſubditum, quæ in dante huiuſmodi demiſſorias; non enim ad alium remitti debet ordinãdum, niſi prius examinarus, & probarus fuerit à ſuo Ordinario in omnibus, quæ pertinenr ad ordinem ſuſcipiendum, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 3. & idcirco non culpa vacar, qui talem admiſir, & ita Addir.ad Summ. Bullar.Steph.Quar. in verb. Ordo extende ad capitulum, aſſeruit.

Tertiò locum habet, vel ordinem contulerir ei, qui iam in ſacro ordine conſtitutus erat; nam ſi fuit ſine vllo titulo ordinatus, alij ordines ſacri huic conferendi non ſunt, ſi non habet vnde viuar; nam, vel in præsbyrerum eum ordinet, ad alimenra ei præſtãda renetur.cap. Epiſcopus, de præbend. Atque ſic not. Dec. ibi, in initio. Quare, ſi vterque ordinans in culpa fuit, vterque ad alimentorum piæſtationem renebitur.

Verùm quid ſi Epiſcopus alteri Epiſcopo committat generatim nullis perſonis expreſſis, vt ſuo nomine ordines in ſua diœceſi celebret, & is, cui id commiſſum eſt, titulum non habenti ordinem ſacrum contulerit, an qui commiſir, vel qui ordinem contulit ad neceſſaria vitæ præſtanda tenebitur? Breuirer concludo, qui ordinem contulit, ad id reneri; nam in culpa fuir, non inueſtigando, an haberet titulum, ita habetur in cap. ſi Epiſcopus, de præbend.lib.6. Excipitur tamen, vbi commiſiſſet, vt certis perſonis, atque expreſsis ordines conterret; in hoc enim caſu ipſe committens tenetur, ita habetur in eod.cap. ſi Epiſcopus, & ibi Gloſſ.in verb. Certas. Excipio etiam vbi dediſſet licentiam ſuis, vt poſſenr à quouis Epiſcopo ordines ſacros ſuſciprre; nã & hic licentiam concedens renebitur, cum eã dare non debuiſſet titulum non habenti, ita dicitur in cit. cap. ſi Epiſcopus. Atquid ſi & ordinans nouit ipſum titulum non habere, an & ipſe tenebitur. Ego ſentio ipſum non teneri, per cit.cap. ſi Epiſcopus, verſ. eis autem, licentiam tribuas tenetur etiam, vbi ei conrulit, qui habet titulum, vel beneficij, vel penſionis, vel patrimonij; ſed non ſufficiens, & id nouir, noſcerevè debuir Epiſcopus; nam ad ſupplendum, quod deeſt, tenebitur. ita ſenſit Gloſſ. in verb. titulum, in cit.cap. ſi Epiſcopus, & Addit.ad Summ.Bullar.Steph.Quar.in verb. Ordo, verſ. Secundus caſus, in explic. Bulla Pij Quinti, pagina 357.

Excipio tamen vbi Epiſcopus Archidiacono, vel examinatoribus commiſiſſet, vt de titulo inueſtigarent; ſi enim in hoc negligenter ſe geſſerunt, & ex eorum falſa relarione de titulo ordinem contulir, actio de alimentis contra ipſos dabitur, vbi præſtare alimenta ipſi poſſunt, in ſubſidium autem contra Epiſcopum dabirur, ita Gloſſ. in cap. ad hæc in verb. Examinentur, de off. Archid. & in cap. cum ſecundum de præbend. & Addit. ad Summ. Bullar. Steph.Quar.in verb.obligationem Epiſcopi, & facit §. ſciendum autem in Inſtit. de excuſat. tut.

Secundò excipitur, vbi Epiſcopus confert ordinem alterius ſubdito, qui habet litreras dimiſſorias: vel licentiam vr proximè dixi, non enim ipſe ordinans renetur; ſed qui litreras ei conceſsit, vt habetur in eod. cap. ſi Epiſcopus de præbend.lib.6. quandoquidem ipſe non deber litreras dare, niſi approbato, ira tradidit Sancta Synod. ſeſſ.23.de reform. cap. 3. Peccar tamen ſciens eum indignum, ſi admittar, ita Addir. ead. ibid. ad Steph Quar.

Terriò non tenetur ad alimenta Epiſcopus, vbi deceptus fuit ab ordinando, qui oſtendit ei aliqua, per quæ poruit, ac debuit credere ipſum habere beneficium, vel patrimonium, ira Nauar.in conſ. 14. de tempor. ordin. & ſequirur ead. Addit. ad Summ. Bullar. in verb. Ordo, verſ. Terrius caſus, idque merito; nam tenetur vbi in culpa eſt, vt dicitur in eod.cap. ſi Epiſcopus, de præbend. vt in hoc caſu culpa vacat, ergo.

Quarrò excipitur, vbi ordinatus habet vnde de ſuo viuat, eſtò enim ad rirulum non ſit ordinatus, viuere tamen de ſuo debet, capit. Epiſcopus, de præbend. in fin. & facir capit. tuis quæſtionibus eod. Idrin ſi paterna hæredirate viuere poſſer, ita Dec. ibi. nu. 3. quem ſequ. Pariſ. & Addit. ad Summ. Bullar. eod. verſ. Quorum Primus. Quare ob eandem rationem, vbi beneficium adeptus eſt, vel aliud, vnde ſe honeſte ſuſtentet, ad alimenta ei præſtanda Epiſcopus non tenebitur cit. cap. Epiſcopus eod.

Quintò excipitur, quoad alimenta præterita; nam ſi ordinatus graris ab alio alimenta habuit, ad reſtiruenda ea non tenetur Epiſcopus; ſecus ſi pecunia mutuo ſumpta ea ſibi paraſſet, runc enim ad reſtitutionem eius Epiſcopus, tenerur ita Dec. in cit.cap. Epiſcopus.

Sexrò excipitur in ſucceſſore Epiſcopi, qui ordinauir, ſi enim ordinator viuir, vtpotè quia ad aliam Eccleſiam tranſlatus eſt, remanet ipſe obligarus, & non ſucceſſor; ſublimitarur tamen, vbi mortuus eſſet; ſucceſſor enim runc tenebirur, vt habetur in cap. accepimus, de ætat. & qualit.& ita Abb.not. ibi. Qui ait Eccleſiam obligatam eſſe ad prouidendum huic, ita habetur in cap.cum ſecundum Apoſtolum

de

de præbend. & ead. Addit. eod. in loco.

Septimò excipitur, vbi ab inirio patrimonium habuir, vel beneficium, vel penſionem, ſed delicto aliquo commiſſo fuit priuatus ipſis; runc enim Epiſcopus non tenetur ad ipſum alendum; non enim præmium, ſed pœnam delicta rribuunt.arg.l.nunquam plura.ff. de priuat.delict. At quid ſi es alieuum conrrahat grande, vnde, ſi ſatisfaciat, inops redditur? Planè, quod conueniri non poteſt Clericus, ni deducto ne egeat. vt dixit Gloſſ.in l. miles, ff.de re iud.& not.Abb.in cap.primo de cler. ægrot. & Gloſſ. in cap. ſtudear, in fine d. 50.& Dec.in cap.Epiſcopus, nu.primo de prebend.ob eam rem nihil ei obeſt, atque ſic dixit Nauar. in conſ. primo, de tempor. ordin.

Quid itidem ſi patrimonium ei euincatur, non ſua culpa exempli gratia. Pater mercator erat, à quo parrimonium habuit, & ob æs alienum grande contractum, pro quo omnia ſua bona obligauerat, ante huius patrimonij conſtitutionem à creditoribus exhauſtum fuir. Quid ſi ratione alia interijt? in his caſibus ab alimentorum præſtatione Epiſcopus liberabirur eſto repugnat paululum exceptio ſeptima, vid. ſupra.

Poſtremò excipitur, vbi ſuis honeſtis laboribus victum parare ſibi poſſet, vt docendo adoleſcentes ſcienriam aliquam, vel grammaricam, vel pro Capellano inſeruiēdo, vel quid aliud non ei inconueniens agendo, vr D. Paulus faciebat; tunc enim Epiſcopus non renebitur; nam & ſi pater ad alimenta præſtanda renerur filio, & econtrario filius parenri, l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſc. vbi tamen de ſuis laboribus viuere poſſunt, ſecus eſt, per cit.l.ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, & ibi Barr. Sed iam de ſuſcipiente ordinem, vbi non habet vnde ſe ſuſtenret, an in pœnam aliquam incidat videamus, cùm prius explicauerimus, ordinem ſacrum ſuſcepturus, quæ habere debeat.

SVMMA.

1 *Ordines ſacros ſuſcepturus quæ habere debet.*

§. XVI.

1 §. SEcundo loco † ordines ſacros ſuſcepturus hæc habere debet; Si Subdiaconatum, bonum teſtimonium à Parocho, & à Magiſtro de vita, & moribus, &c. vt de minoribus ordinibus dixit Trid. Synod. capit. 15. ſeſſ. 23. de reform. Secnndo in minoribus ordinibus eſſe probatus. Tertiò litteris, & ijs quæ ad ordinem exercendum pertinent, imburus. Quarto ſperet Deo autore ſe conrinere poſſe; nam per ſuſceptionem ſacri ordinis continentiæ votum fit, in capit. vnic. de vot. libro 6.

Eadem & de ſuſcepturo ordinem Diaconatus ſancta Synodus decreuir ead. ſeſſ. cap. 13.

Si denique Præsbiteratus ordinem quis ſuſcipiat prater prædicta omnia, hæc præcipua habere debet. Primum bonum reſtimonium ab eis, quos ſupra diximns. Secundo in ordinibus anrea ſuſceptis, & eorum miniſterijs piè, fidelirerque ſe geſsiſſe. Tertiò in Diaconatu ad minus annum inregrum adminiſtraſſe, niſi alıud vtilitas, neceſsitaſvè Eccleſiæ poſtulet. Quartò idoneus eſſe ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſaria ad ſalutem ſunt, & ad adminiſtranda Sacramenta. Quintò exemplo bono eſſe. Sed iam ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Ordinem ſuſcipiens ſine beneficio, vel patrimonio, an in pœnam aliquam incidat.*

§. XVII.

1 §. † QVoad eum autem, qui beueficium Eccleſiaſticum non habens vel parrimonium, vr ſupra ordinem ſacrum ſuſcepit eſtò grauiter peccer in nullam ramen pœnam incidit; non enim id iure cautum eſt. Quamuis, ſi falsò aſſeruerir ſe alterum ipſorum habere, execurionem ordinis non habeat, cap. primo, & cap. fin. d.70.& vt dicit Nauar. in conſ.14.& conſ. 29. & conſ.45. de rempor.ordin.& in conſ. primo, quæſt. 16. de conſtit. & ego in Tract. de Irregul. cap. 61. num. 7. Idem ſenrio ſi haberet; ſed non ſufficiens. Sed de primo quod habere deber, qui ordinem ſacrum ſuſcepturus hactenus, ad alteram tranſeamus.

SVMMA.

1 *Sacris ordinibus, qui initiandi ſunt, eorum nomina in Eccleſijs publicè proponenda ſunt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Ordinibus in ſingulis an denuntiationes fieri debeant.*

3 *Epiſcopus qua ratione examinare ordinandos debeat.*

§. XVIII.

1 §. POſtremò † nomina, ac eorum deſideria, qui ordines ſacros ſuſcipere volunt prius in Eccleſijs publicè proponenda ſunt. Id quod, & Epiſcopus mandabit, vel Parocho ordinandi, vel cui magis expedire ei videbitur, vt ſancinit Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reform. cap. 5. Quare fiunt hæ denuntiationes in Eccleſia Parochiæ ordinandi, & ſi diurius à patria abfuerit in Parochia vbi moratus fuit. Hæ autem denuntiationes fiunt de nata-

libus

libus ipſorum, ætate, moribus, & vita, ideſt, vt ſciatur an vitium aliquod patiatur in natalibus, ætate, moribus, & vita, & ad ſummam an irregularitatem aliquam, animi, corporis, ac famæ patiantur. Fient autem hac ratione, nomen eius in Eccleſia proponetur, qui ordinem ſacrum ſuſcipere vult, & populus admonebitur, vt ſi nouerit ordinãdum vitium aliquod, atque irregularitatem pati, vt id denuntiet. Poſtremò denuntiatione facta, vti res ſe habuerit teſtimoniales litteras inquiſitionem factam continentes ad Epiſcopum, qui denunciationes fecit, tranſmittet ita habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 5.

2 Verum † an in ſingulis maioribus ordinibus denuntiationes hæc fient. Planè ſentio fieri debere. Tum quod cit. cap. 5. eorum, qui ad ſingulos ordines maiores aſſumendi ſunt, nomina in Eccleſijs proponenda eſſe inquit; Si ergo ita eſt, in ſingulis ordinibus maioribus denuntiatio hęc fieri debet, qui enim ſingulos decet neminem excludit, l. Iulianus, ff. ad exhibendum. Tum quod inter vnum ordinem ſacrum, & alterum interuallum vnius anni intercedere debet, vt habetur ead. ſeſſ. cap. 3. at intra hoc tempus mores, & vita ordinandi mutata eſſe poſſunt, vt ex probro improbus, & ex regulari irregularis factus; denuntiationes verò fiunt ob hanc cauſam, vt diximus iute igitur in ſingulis ordinibus fieri debent, cum eadem ratio ſit, in ſingulis ordinibus fiet.

Excipitur tamen primò, qui minores ordines ſuſcipere volunt: non enim eorum nomina in Eccleſijs denuntiari debent; nam Sancta Synodus eod. capit. 5. de promouendis ad ſacros ordines tantum ait; ergo ſecus de promouendis ad minores cap. nõnè, de præſump.

Secundò excipitur, vbi ordinandus notus eſſet Epiſcopo, ſcilicet quoad omnia; nam certus, certior fieri non poteſt, l. 1. ff. de act. empt. & vendit. & cap. eum, qui de reg. iur. lib. 6. In hoc igitur caſu omitti poteſt hęc denuntiatio, e ſto non debeat, vt dixit Sacra Congregatio Concilij Trid. interpræt.

Tertiò excipiuntur Regulares, non enim tenentur publicare eorum nomina in Eccleſia, ſat enim eſt, vt in ſuis dimiſſorijs litteris datis à ſuis Superioribus teſtimonium feratur de eorum vita, moribus, & ætate, & ita Sacra Congregatio hæc; (idque meritò nullus enim melius eorum vitam ſcire poteſt, quàm ipſorũ Prælati,) & ita Prax. Archiep. Neap. c. 8. nu. 1.

Poſtremò excipiuntur ſubditi alterius Prælati; non enim Epiſcopus, qui ordines eis collaturus eſt, denuntiationem hanc facere habet; ſed ad proprios eorum ordinatios hoc pertinet de quibus omnibus per litteras demiſſorias probatio fieri poterit; Et idcirco Epiſcopus, qui ordines collaturus eſt inſpicere eam diligenter debet, & ita reſpondit Romanus Pontifex, vt teſtatur Sacra Congregatio ibi. His exceptis caſibus, hæ denuntiationes ſemper fient. Et idcirco maiores ordines ſuſcepturi ante menſem Epiſcopum adire debent, quò mandare poſsit; vt hæ denuntiationes fiant, vt in eod. c. 5. habebit. Hæ autem denuntiationes ſemel facit, ex quo Trid. Syn. id non pſcripſit, arg. l. boues, §. ſermone, ff. de ver. ſign.

3 Epiſcopus igitur † inueſtigabit, & examinabit eos, & præſertim qui ad ſacrum miniſterium accedere volunt, de genere, perſona, ętate, Inſtitutione moribus, doctrina, & fide. Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris prædictis diuina lege, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis ſibi abſentes, vt habetur ead. ſeſſ. 23. capit. 7. Idque feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, vt ibidem dicitur nec ad inueſtigationem hanc faciendam Examinatores, qui in Synodo fiunt, adhiberi poſſunt, & de vita, & moribus per litteras teſtimoniales de quibus ſupra, edoceri Epiſcopus poteſt. De ſcientia autem tunc per examen periculum fiet. Imo ſi Epiſcopus ordinatos quoſcũque Clericos, & pręcedente etiam examine approbatos ab eo, à quo ordines ſuſceperunt, minus idoneos ad diuina officia celebranda, & ad Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtranda inuenerit, ab vſu ſuſceptorum ordinum ſuſpendere ipſos ad ſuum arbitrium poteſt, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 14. de reform. cap. 3. Sed de his hactenus. Iam de alijs, qui communi iure conferre ordines poſſunt, agamus.

SVMMA.

1 *Abbates primam tonſuram, & quatuor ordines minores conferre poſſunt.*

2 *Subditis ſuis Abbates ordines prædictos conferre poſſunt, & qui ſint ſui ſubditi.*

3 *Subditis alterius quando ordines conferre poſſint Abbates.*

§. XIX.

1 §. † Abbates denique, & primam tõſurã, & quatuor minores cõferre poſsũt, vt DD. communiter concludunt, & habetur ſeſſ. 23. de reform. c. 10. nec ab Epiſcopo, ve examinati regulares ſint, requiritur, quibus prima tonſura, vel ordines minores conferũt, ex quo enim permittitur, vt ordines conferãt prædictos ergo, & reliqua l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. & ita Ioan. Bapt. Confett. in ſumm. priuil. Mend. ſuper capit. 10. ſeſſ. 25. de regul. pag. 340. Neceſſario autem requiritur, quod id poſsint. Primum vt ius habeant, baculum, ſeu Paſtorale ferendi, atque Mitram. Secundo vt Sacerdotes ſint. Tertio vt ſint benedicti,
2 vel ex priuilegio Apoſtolico habeant, vt pontificalia exercere poſsint; perinde enim eſt, tunc atque ſi eſſent benedicti; alioquin ſi quid

horum defecerit, collatio ordinum ab ipſis facta, nulla eſt, quamuis enim iuriſdictionem habeant: non tamen poteſtatem ordinis, cap. Abbates, de priuilegijs, lib. 6.

2 Subditis autem ſuis, † prædictos ordines tantum conferre poſſunt, vt colligitur ex cit. cap. 10. verſ. Qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, argumento ſumpto à contrario ſenſu; ſi enim conferre ordines cuique non poſſunt, qui ſubditus eis non ſit. Ergo ſuis ſubditis cõferre poterunt; etenim vnius incluſio alterius excluſio eſt, cap. nonnè, de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud. Subditus autem Abbatum dicitur, qui Regularis eſt, & de regula eorundem Abbatum. Item & profeſsionem fecit: tria igitur poſtulantur ſcilicet, vt ſit Regularis, & de ſuo ordine, & profeſſus. Quare ſi ſubditus ſit in temporalibus tantum, huic ordines conferre non poterunt, vtpotè ſi Monaſterium haberet iuriſdictionem temporalem in aliquo loco, atque ſic reſpondit Sacra Congregatio in explicatione eius, cap. 10. de laico ſubiecto in temporalibus, & ſpiritualibus Abbati Caſsinenſi, à quo primam tonſuram acceperat; nam quod contra hunc Canonem fecerat, diſpenſatione eum egere declarauit, ex qua declaratione apparet; nec ſi ſubditus ſit in ſpiritualibus, poſſe ab ipſis prædictos ordines ipſum ſuſcipere, niſi prædicta concurrant.

Si itidem Regulari alterius ordinis etiam profeſſo ordines conferant, contra citatum Canonem faciunt; non enim ſubditus eſt ipſorum; Si denique ſubditus ſit, & Regularis de ſuo ordine; ſed non profeſſus tantundem eſt dicendum, quamuis enim Nouitius quædam priuilegia habeat Regularium, vt dicitur in cap. Religioſo, §. primo, de ſentent. excommun. libro 6. non tamen Religioſus eſt, cum ante profeſsionem poſsit ad arbitrium ſuum inde diſcedere, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 25. de regul. capit. 8. atque ſic dixit Nauar. in conſil. 26. num. primo, de tempor. ordin. valent tamen ordines collati etiam non ſuis ſubditis, quamuis peccent, ac puniantur.

Subditis ergo alterius conferre ordines nõ poſſunt; nam nec Epiſcopo, & alij Superiores queunt, vt ſupra probauimus alioquin fruſtra eſſent Diœceſis diſtinctæ.

3 Excipitur tamen primò † vbi licentiam haberent à ſuis Prælatis, tunc enim licitè poſſunt ipſis ordines cõferre. Quare ſubditi eius loci, vbi Abbas eſt, qui ordines conferre vult, ſi dimiſſorias litteras ſinguli habeant à ſuo Epiſcopo, ordines ſuſcipere ab eo poterũt; Nõ enim ſat eſt, vt generalem licentiam Epiſcopus tribuat. ita Sacra Congregatio reſpondit in eod. cap. 10. Idque meritò, nam non aliter ſubditos ſuos ad alium dimittere debet, vt eſd. Triden. Synod. ſanciuit. ſeſſ. 23. de refor. capit. 3. quam antea examinatos, & probatos, quod examen, & probatio non fierent, ſi generalem licentiam traderet.

Secundo ſubditis aliorum Epiſcoporum, nec non Prælatorum Regularium eoſdem ordines conferre Abbates poſſunt, modò dimiſſorias litteras, ſeu licentiam prædictam habeant à ſuis Epiſcopis, & Superioribus, non enim alias conferri debent, vt ſupra vidimus, modo tamen habeant aſſenſum Epiſcopi eius diœceſis, vbi Abbas ordines conferre vult, vt declarauit Sacra Congregatio, eod. capit. 10. Idque meritò, nam per ordinum collationem ab eis Abbatibus factam violatur quodammodo, & perturbatur iuriſdictio Epiſcopi loci. Ex quo igitur permiſſum eſt Abbatibus, vt ſuis prædictos ordines conferant, non debent alienum ſubditis conferre ſine licentia Epiſcopi diœceſis, quominus ius commune, atque Epiſcopi iuriſdictio lædatur. Accedit quod eis limitata eſt poteſtas, ergo egredi eam non debent, l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. atque ſic Sacra Congregatio interpretata eſt, in cit. cap. 10. vt refert Steph. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Ordo, verſ. Notandum, quod pag. 368. cum ſequenti. Sed de ijs, qui proprio iure ſuis ſubditis ordines cõferunt hactenus, ad eos tranſeamus, qui alterius ſubditis conferre poſſunt.

S V M M A.

1 *Epiſcopus conferre poteſt ordines ſubditis alterius Epiſcopi, vbi ab ipſo licentia habetur.*
2 *Ordines ſuſcipiendi à non ſuo Epiſcopo licentiam dare poteſt Romanus Pontifex.*
3 *Epiſcopus proprius.*
4 *Delegatus ab altero ex prædictis.*
5 *Capitulum ſede vacante in quibuſdam caſibus.*
6 *Legatus à latere.*
7 *Regularium ſuperiores.*
8 *Decretum Sacræ Congregationis de dimiſſorijs dandis à Regularibus refertur.*
9 *Licentia conceſſa alicui ſuſcipiendi ordines, an extinguatur mortuo concedente.*
10 *Dimiſſoriæ litteræ quot modis nominentur.*
11 *Licentia ordines ſuſcipiendi ab alio quæ continere debeat.*

§. XX.

§. EPiſcopum ſuis ſubditis ordines conferre poſſe vidimus; nunc videndum eſt, quãdo alterius ſubditis eos cõferre queat.

1 Primum igitur † Epiſcopus alterius Diœceſis ſubditis ordines conferre poteſt, vbi ordinandi hanc licentiam habent à ſuis ſuperioribus, vt habetur tot. tit. de tempor. ordin.

2 Hanc autẽ licentiã † concedere poteſt, primò Romanus Pontifex omnibus totius orbis terrarum, cuius iuriſdictio eſt. cap. cuncta per

mun-

Digitized by Google

mundum, 9.q.3. Notandum tameu eſt, vbi licentiam hanc quis habet, nequaquam permitti, vt ordines ſuſcipiat etiam cuiuſvis generalis, aut ſpecialis teſcripti, vel priuilegij prætextu, niſi eius probitas, ac mores ordinarij ſui teſtimonio commendentur; & ſi ſecus ſit, ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum exercitatione, quandiu proprio ordinario videbitur expedire ſuſpenſus eſt, ita Trident. Synod.ſeſſ.23.de reformar.capit.octauo, verſ. Quod ſi quis ab alio, quod notandum eſt. Idem de Epiſcopis titularibus, qui priuilegium habent conferrendi ordines omnibus, qui ad ſe veniunt; non enim poſſunt eos conferre, niſi conſenſus adſit Epiſcopi proprij; alioquin contra faciens ab executione Pontificalium per annum ſuſpenſus eſt; ordinatus verò ab executione ſuſcepti ordinis, donec ſuo prælato viſum fuerit, ita Trid. Synod. ſeſſ.14. de reform.cap.2. Item, vbi quis licentiam habet de promouendo à quocunque, non valet ea licentia, niſi habeat legitimam cauſam, ob quam à proprio Epiſcopo ordinari non poſſit, & tunc non poteſt ordinari niſi ab Epiſcopo in ſua Diœceſi, reſidente, aut pro eo pontificalia exercēte, & diligenti preuio examine, ita Trid.Synod.ſeſſ.7.de reform.cap.11. Imo ſi facultas detur de non promouendo poſt annum non prodeſt, vbi eſt data in caſibus à iure conceſsis, ita Sancta Synod.ead.ſeſſ.cap.12.

3 Secundò, † proprius Epiſcopus licentiam hanc dare poteſt, vel ſit originis, vel domicilij, vel beneficij, de quibus ſupra egimus, cap. cum nullus de tempor. ordin.lib.6 & tot. tit. & vt habetur apud Trid. Synod. ead. ſeſſ. cap.3.& cap.8.& cap.6.

Tertiò Epiſcopus licentiam dare poteſt ſuo familiari triennali, de quo agitur ead.ſeſſ.cap. 9. atque ſic declarauit Sacra Congregatio ibi. Et quæ diximus de Epiſcopis; eadem, & de Archiepiſcopis, & Patriarchis dicta eſſe volumus. Hanc antem licentiam concedere poteſt, vel confirmatus tantum ſit, & non conſecratus, iuriſdictionis enim munus hoc iſto, quam conſequitur, ſtatim atque confirmatus eſt, etiā ſi non ſit conſecratus, ita dixit Gloſſ.communiter recept. in cap. tranſmiſſum, de elect. & Addit. ad Diaz. in prar. crim. can. in l.5.verſ. Has autem dimiſſorias, & hoc de iure antiquo; hodie antem oportet, vt litteras habuerit, vt ſupra ſuo loco dixi.

4 Quartò, † eam concedere poteſt, qui ab Epiſcopo, ſeu à prædictis facultatem hanc delegandi licentiam habet, & idcirco Vicarius generalis in ſpiritualibus; modò Epiſcopus facultatem hanc ei dederit, ita Gloſſ. in cap. cū nullus, §. inferiores, de tempot. ordin.lib.6.in verb. Non extendat. Exiſtimatur autem ipſum eam habere, quando viſus eſt ſæpius has litteras cōcedere, ita Add. ad Summ. Bullar. Steph. Quar. in verb. ordo, verſ. Vetitur, pag.351. Imo vbi abſens Epiſcopus eſt, ipſo iure facultatem habet hanc Vicarius c.pen.de temp.ordin.lib. 6. eſtò nonnulli citati ab ead. Addit. tutius eſſe dixerint, ſi in litteris Vicariatus cōceſsio hæc habeatur, & valet etiam poſt mortem, vbi de ea non conſtat, ita Addit. ead. inquit.

5 Quintò, † Capitulum ſede vacante, etſi regulariter hanc licentiam ad ordines concedere non poteſt, per Trid.Synod.ſeſſ.7. de refor. cap.10.in aliquibus caſibus tamen ei licet.

Et primò, vbi quis ob beneficium, quod habet, cogeretur ordines ſuſcipere, vtpotè quia beneficium animarum curam habēs collatum eſt ei, qui nōdum Sacerdos erat; & idcirco intra annum neceſſe habet ordines ſuſcipere, c. licet canon, & c.commiſſa, de elect.lib.6. tunc enim Capitulum literas dimiſſorias huic concedere poteſt, vt habetur eod.cap.10.

Secundò, vbi collatio beneficij alicui eſſet facienda, vel per electionem, vel per præſentationem, vel per concurſum; & neceſſe eſſet habere aliquem ordinem ſacrum; in hoc enim caſu etiam dimiſſorias Capitulum licite cōcederet, vt habetur in eod.c.10. ibi, Qui beneficiū Eccleſiaſticum recepti, ſeu recipiendi occaſione coarctus non fuerit, ergo ſecus ſi coarctatus fuerit, valet enim argumentum à contrario ſenſu, l.1. & ibi DD. ff. de off. eius.

Tertiò poſt annū elapſum à die vacationis; nam per cit. c.10. conceſsio harum litterarum prohibetur intra annum; ergo ſecus poſt annum; prohibitum enim ad tempus poſt illud fieri poteſt, l. in tempus, ff. de hæred. inſtit. Poſtremò eo capite 10. ius antiquum, quod habetur in c.pen.de temp. ordin. lib.6. corrigitur; ſeu ei derogatur intra annum, ergo poſt annū à iure antiquo nō diſcedemus, arg.l.iubemus, C.de teſtam.& l.præcipimus, C.de appell. Quare poſt annum Capitulum inuitare etiam poterit Epiſcopum, vt veniat ad Diœceſim, & ibi ordinationem publicā habeat, & ordines conferat non ſolum ſubditis eius diœceſis, verum etiam ſubditis aliorum Epiſcoporum, ac Prælatorum dimiſſorias litteras habentibus, atque ſic dixit Nauar.in conſ.34.de temp.ordin. Nec repugnat, c.5.ſeſſ.6.de refor. apud Trid. Syno. vbi ne Epiſcopi in alterius diœceſi ordines cōferent, prohibetur: nam loquitur de Epiſcopis, qui inuitati non ſunt, & non expreſſa licentia Ordinarij; ſed priuilegio id efficere conantur, atque ſic reſpōdit Nauar. ibid. Capitulū igitur poſt annū litteras dimiſſorias cōcedere poteſt, & inuitare etiā Epiſcopum, vt dixi.

Poſtremò, & intra annum teſtimoniales litteras de vita, moribus, & huiuſmodi dare poteſt, ita dixit Nauar. in conſil. 27. de tempor. ordin. quæ litteræ dari poſſunt, vbi quis à Romano Pontifice facultatem haberet ſuſcipiendi ordines ab aliquo, quod enim mores, & probitas eius commendari debet Ordinarij

teſtimonio, nou obſtante priuilegio, vel reſcripto ei conceſſo, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de refor. cap. 8. cautè ob eam rem Capitulum hoc faciet. Secundo loco quæ diximus de Capitulo, de Vicario Capituli etiam dicta eſſe volumus.

6 At qui † an Legatus à latere in caſibus præmiſsis iotra annum dimiſſorias litteras ad ordines concedere poſset? Planè non, oiſi in caſibus exceptis; uam contra Concilium agere non poteſt, atque ſic dixit Gloſſ. communiter recept. in cap. dilectus, de præbend. & Nauar. in conſ. 27. de tempor. ordin. non etiam Archiepiſcopus ſubditis ſui ſuffraganei, & ita Addit. ad Diaz. cap. 26. verſ. Noo tamen pnterit.

7 Poſtremò † Regularium ſuperiores licentiã hanc coucedere poſſunt, ſicut etiam Abbates ſuis ſcilicet Regularibus profeſsis tantum, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. verſ. Aliquibus Clericis ſæcularibus, argnmento ſumpto à contrario ſenſu, quod validiſsimnm eſt, l 1. & ibi DD. ff. de off. eius. Si eoim Clericis ſæcularibus licentiam hanc cõcedere nequeunt. Ergo ſuis Regularibus profeſsis poterunt, atque ſic ſentit Nauar. in conſ. 26. de tempor. ordin. Non igitur Clericis ſæcularibus poſſuut, ob cit. cap. 10. verſ. Aliquibus Clericis, non obſtaotibus quibuſcunque priuilegijs præſcriptionibus, aot conſuetudinibus immemorabilibus, vt ibi dicitut. Non Nouitijs, non etiam laicis ſubditis, imò contra faciens ab officio, & beneficio ſuſpenſus eſt, vt dicitur in eod. cap. 10. in fin. Et qui per bas litteras ordines ſuſcipiunt ab eis ſuſpenſi ſunt ad placitum ſui Ordinarij, ſubditis prædictis tantum ergo dare poſſunt. Superiores tamen Regularium mandatum Clementis VIII. Datum Romæ die 15. Menſis Martij 1596. ſeruare debent, ſcilicet vt concedant huiuſmodi licentiam ad Epiſcopum Diœceſanum. Diœceſanus autem Epiſcopus accipitur ille, in cuius Monaſterium diœceſi eſt, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet, Regularis poſitus eſt, cui licentia hæc conceditur. Excipitur tamen, vbi Diœceſanus abeſſet, vel ordinationes non eſſet habiturns; tunc enim ad alium Epiſcopum licentia concedi debet, ac poteſt, in qua exprimatur cauſa altera ex prædictis quam ob rem ad Ordinarium non miſerit; alioquio ab officio, & dignitate, ſeu adminiſtratione, ac voce actiua, & paſsiua priuatus eſt, quæ reſeruatæ ſunt Romano Põtifici, præterquàm quod arbitrio eius Pontificis puniri etiam poteſt. Sublimitatur, vt ad alium Epiſcopum mitti nõ poſsit, vbi dedita opera ſuperior hanc licentiam concedere diſtulit; quaodo Ordinarius abfuturus eſſet, vel ordinationes non habiturus, ita habetur in eod. Decreto Clementis VIII. quod tale eſt.

8 De mandato † S. D. N. Clemeotis diuina prouidentia Papæ VIII. tenore præſentium mandatur omnibus, & ſingulis quorumcunq; Regularium ſuperioribus, vt de cætero obſeruent, & obſeruare faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilij Trid. continentur, cuius tenor eſt talis.

Congregatio Concilij cenſuit ſuperiores Regulares ſuo ſobdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis ordines ſuſcipere voluerit, litteras dimiſſorias concedere ad Epiſcopum, tamen Diœceſanum, nempè illius Monaſterij, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet, is regularis poſitus fuit. Et ſi Diœceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, ad quemcunque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipſi regulares non diſtulerint de induſtria conceſsionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abfuturus, vel nulls habiturus ordinationes eſſet. Verum eum à Superioribus regularibus Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes non babenre litteræ dimiſſoriæ dabuntur, in eis vtique huiuſmodi cauſam abſentiæ, Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarũ exprimendam eſſe, quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſsiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiuſdem Sanctiſs. D. N. Papæ reſeruatas pęnas incurrent. In quorũ fidẽ, &c. Datum Romæ die 15. Martij. Hæc Summus Pontifex, ex quibus propoſita apertiſsimè habeotur, & refertur à Ioan. Bapt. Confett. in ſumm. Priuil. ordin. Mendic. cap. 2. in tit. de ordinib. conferi, & liter. dimiſſor. pag. 339.

9 Atqui † an licentia hæc conceſſa tollitur, ſi interim, antequàm executioni mandetur, Epiſcopus moriatur, aliavè ratione ab Epiſcopatu remoueatur? Planè non argum. cap. decet, de regnl. iur. libro ſexto, & ita dixit Zabar. in Clemen. fin. quæſt. 5. de elect. & Nauar. in conſil. quinto, de reſcript. & in capit. placuit, num. 161. cum ſequ. de pœnit. diſt. ſexta, vbi rem hanc pluribus egit, & Addit. ad Diaz. in prat. crimin. canon. capit. 28. verſ. Poſt verò dimiſſoriæ litteræ, & Azor. conſtitu. moral. parte ſecunda, libro ſeptimo, cap. nono, quæſt. quarta, vbi pluribus exemplis id explicat, ac probat.

10 Hæc autem licentia in ſcriptis traditur, † & dimiſſoriæ litteræ dicuntur, vt habetur apud Trident. Synodum, ſeſſ. 14. capit. ſecundo, ibi, Expreſſo conſenſu, aut litteris dimiſſorijs, ſeſſ. 23. capit. de reform. trib. in locis. Dicuntur autem dimiſſoriæ litteræ, quoniam per ipſas dimittuntur ſubditi, id eſt, licentia eis datur, vt ab alio Epiſcopo ordines ſuſcipiant.

Dicuntur etiam literæ Commendatoriæ à Trid. Synod. cap. 2. ſeſſ. 14. de reform. ibi litteras commendaticias, & in cap. tertio, ead. ſeſſ.

quoniam

Digitized by Google

quoniam per ipſam commendantur probitas,
& mores, ac ſcientia ipſius ordinandi, etſi or-
dinãdus diutius abſuerit, de moribus ab Epi-
ſcopo loci, vbi moratus eſt, commendaticiæ
haberi debent, ita Prax. Archiep. Neap. capit.
81. num. 4.

Tertiò dicuntur teſtimoniales, quandoqui-
dem teſtimonium ferunt de moribus ætate, ac
ſcientia ordinandi, & de alijs, quæ ad ordines
ſuſcipiendos pertinent. Dicuntur etiam licen
tia vt toto tit. de tempor. ordin. lib. 6. & apud
Trid. Synod. ſeſſ. 7. de reform. cap. 10. nam da-
tur licentia prædicta.

Poſtremò & Reuerendæ, vtquæ ab Epiſco-
po, quia reuerendus eſt conceduntur, vt ha-
11 betur eod. cap. 10. † quare hæ litteræ duo po-
tiſsimum continere debent ſcilicet licentiam,
qua poſsint ab alio Epiſcopo ordines ſuſcepiſ
ſe. Alterum eum, cui conceduntur, eſſe ido-
neum natalibus, ætate, moribus, ac ſcientia,
ac demum his prædictum qualitatibus quas
poſtulat ordo ſuſcipiendus.

Hinc habetur, quid ſeruari debeat, ante-
quàm dimiſſoriæ concedantur, vt ſcilicet or-
dinarij, proprij prius ordinandum examina-
uerint, ac probauerint, vt habetur apud Tri-
dent. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 3. Sic enim
dicitur ibi Epiſcopi per ſemetipſos ordines
conferant, quod ſi ægritudine fuerint impedi-
ti, ſubditos ſuos non aliter, quàm iam proba-
tos, & examinatos ad alium Epiſcopum ordi-
nandos dimittant. Hæc Sancta Synodus, ex
quibus propoſita belliſsimè habentur. Et quã-
uis de ægritudine ibi dicatur, idem tamen ſi
alia cauſa impediens adſit, ita Sacr. Congr.
vt refert Prax. Archiep. Neapol. cap. 81. nume.
4. eſto neceſſe non ſit cauſam exprimi. Pro col-
latione autem ordinum, pro litteris dimiſ-
ſorijs, aut teſtimonialibus, pro ſigillo aliavè
cauſa, nihil recipi debet ab Epiſcopo, eiuſvè
miniſtris, ita Trident. Synod. ſeſſ. 21. de re-
form. capit. primo. Notarius verò pro ſin-
gulis dimiſſorijs, ſeu teſtimonialibus deci-
mam partem vnius aurei recipere tantum po-
teſt, niſi ſalarium ſit ei conſtitutum, vel con-
ſuetudo adſit nihil accipiendi, ita ibi habe-
tur, de qua re egi pluribus in Tract. meo de
Simon. Tab. prima, capit. 41. §. 4. vid. Sed
iam alium modum explicemus, quo ſubditis
alterius ordines conferri poſsint. Id quod in
ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Subditis alterius ordines conferre Epiſcopus po-
teſt, vbi delegata facultas ei eſt.*
2 *Delegatio ordinis conferendi extinguitur morte
delegantis re integra.*

§. XXI.

1 §. POſtremò † ſubditis alterius ordines
conferre Epiſcopus poteſt, vbi à pro-
prio ordinario facultas hæc delegata ei
eſt. Relegari enim valet, modo Epiſcopo ea
deleget? ita Gloſſ. in capit. aqua, in verb. Iu-
riſdictionis de conſecr. Eccleſ. vel Altar. vbi
quoque Abb. ac DD. Hæc autem delegatio,
vel ſpeciatim, vel generatim fieri poteſt; Spe-
ciatim, vt ſi mandetur Epiſcopo, vt tali or-
dinem conferat; Generatim, vt ſi Epiſcopus
inuitet alium Epiſcopum ad ſuam Diœceſim,
quo ſuis ſubditis ordines conferat. Idquod Il-
luſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Clemens
Epiſcopus Fauentiæ ſeruauit, qui cum legiti-
ma cauſa abſens eſſet, Epiſcopum Bertinorij
Fauentiam inuitauit ad ordines conferendos
ſuis ſubditis, quò profectus generalem ordi-
nationem habuit.

2 Atqui † an delegatio hæc morte delegan-
tis extinguatùr? Planè ſic re integra, ſe ha-
bet enim ſicut mandatum, quod morte ex-
tinguitur, leg. & quia, ff. de iuriſdict. om-
nium iudicum, & ibi DD. & argum. §. recte
quoque inſtit. de mandat. Idque meritò; nam
mandatarius nihil proprij habet, ſed eius, qui
mandauit, iuriſdictione vtitur, & idcirco
vbi re integra mandans moritur, ſtatim man-
datum extinguitur, atque ſic dixit Addit. ad
Diaz. in prat. crimin. canon. capit. 26. verſic.
Poſtquam autem dimiſſoriæ. Nec obſtat quod
dictum eſt ſupra de licentia, quandoquidem
illa quædam gratia eſt, & beneficium, & id-
circo debet eſſe perpetuum vbi fauorabiles,
capit. decet, de regul. iur. libro ſexto. Dele-
gatio autem ſtrictè accipitur. Differunt hæc
etiam inter ſe; quoniam delegatio fit ei, qui
ordines collaturus eſt; licentia autem con-
ceditur ei, qui ordines eſt ſuſcepturus. His
igitur caſibus exceptis, ſi non ſubditis ordi-
nes conferantur, pœnis afficitur tam ordines
conferens, quam eos recipiens. De quorum
pœnis in ſequenti agemus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus conferens ſubditis alterius primam
tonſuram per annum à collatione eius ſuſpenſus
eſt.*
2 *Item ſi alios ordines conferat.*
3 *Vltramontanis ordines conferens pœna arbitraria
punitur: ſi ſine licentia conferat.*
4 *Epiſcopus titularis per annum ab exercitio Ponti-
ficali ſuſpenſus eſt, ſi conferat ordines alicui ſine
licentia.*
5 *Capitulum concedens literas dimiſſorias in caſi-
bus non conceſsis, qua pœna puniatur.*

§. XXII.

§. DE pœnis, in quas incidit Epiſcopus, qui alterius ſubditis ſine licentia, & dimiſſorijs litteris ordines confert, nec nõ de pœnis eorum, qui ordines ſic ſuſcipiunt agendum nobis propoſuimus. Iam igitur rem aggrediamur.

1 Primum igitur † Epiſcopus, qui laicis ſubiectis alteri Epiſcopo ſine expreſſo conſenſu, ſeu litteris dimiſſorijs eiuſdem Epiſcopi clericalem tonſuram cõfert, à collatione eiuſdem tonſuræ ipſo facto ſuſpenſus eſt per annum, vt dicitur in cap. fin. de tempor. ordin. li. 6. Annus autem hic integer eſt, & continuus, vt ait Gloſſ. ibid. nam pro regula habetur omne tempus præſcriptum à lege continuum eſſe. ita Gloſ. in rubr. ff. de diuerſ. & tempor. preſcript. & Iaſ. in l. contra maiores, nume. 6. C. de inoff. teſtam. Poſtremo natura Cẽſurarum hæc eſt, vt continuum tempus habeant, vbi quem obligarunt, vt in Tract. meo de Cenſ. probaui.

2 Secundò † ſi Clericis huiuſmodi, ideſt, alterius Epiſcopi, & idcirco ijs, qui vel primam tonſuram habent, alios ordines conferat, per annum à collatione omnium ordinum ſuſpenſus eſt, vt dicitur in cap. eos. de tempor. ordin. lib. 6. & habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. Interimque ſui ſubditi ab alienis ordines ſuſcipere poſſunt ſine eius licentia per cit. cap. eos. & ita Addit. ad Diaz. eod. cap. 26. verſ. tribus. Quamuis dubitari poſsit, an per Trid. Synod. quoad licentiam pertinet, correctum ſit. Gemin. tamen tenet à collatione ordinum, quos malè contulit, tantum eſſe ſuſpenſum, quò pœna delicto reſpondeat, cuius opinio mihi non diſplicet.

Excipitur tamen, vt in ſuſpenſionem non incidat, vbi probabiliter alterius diœceſis Clericum eſſe ignorauit, vtpotè quia parentes eius de ſua diœceſi eum eſſe dixerunt, vel communiter pro tali habebatur, nam per cit. cap. eos requiritur, vt ex præſumptione id fecerit, ob verbum illud Præſumpſerint, præſumptiò autem dolum requirit, quo caret hic Epiſcopus ob probabilem ignorantiam facti, atque ſic reſpondit Sacra Congregatio in eod. cap. 8. & Nauar. in conſ. 40. de tempor. ordin.

3 Tertiò † ſi Epiſcopus Italiæ Vltramontanis ordines conferat ſine ſpeciali licentia Romani Pontificis, vel dimiſſorijs ſui ordinarij, vel eius vbi beneficium habet, quorum litteræ cõtinere debent rationem, quamobrem nolint, ac non poſsint eis ordines conferre, tunc pœna arbitraria punitur, cap. primo de tempor. ordin. lib. 6. quamuis per cit. cap. 8. quod generaliter loquitur, & ſuſpenſum eſſe à collatione ordinum ipſum cenſeo, præſertim, quod in hoc caſu cautior eſſe debeat, ob periculum, quod imminere poteſt, cap. vbi periculum de elect. lib. 6. & facit ca. primo, & tot. tit. de cler. peregrin. Excipio tamen vbi laico ordinem conferret, id eſt primam tonſuram, nam citat. cap. primo, loquitur de ordinante Clericum ergo ſecus ſi laicum, & ita dixit Nauar. in cõſ. 31. de tempor. ordin. quamuis per citat. cap. 8. contrarium ſentiendum videatur.

4 Quartò, † ſi Epiſcopus titularis ſit, ideſt, earum Eccleſiarum, quæ in partibus infidelium exiſtunt, Clero carens, & populo Chriſtiano ordinem aliquem, vel primam tonſuram ſubdito alterius Prælati ſine expreſſo eius conſenſu, aut litteris dimiſſorijs conferat: etiam in loco exempto, vel nullius diœceſis; vel in aliquo Monaſterio reſideat cuiuſcunq; ordinis, per annum ab exercitio Pontificali ſuſpenſus eſt, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. 14. de reform. cap. 2. Hæ igitur ſunt pœnæ Epiſcopi ordines conferentis alterius Prælati ſubditis ſine licentia. Suſpenſio autem ab officio Pontificali, quid operetur declaraui in Tract. meo de Cenſ. lib. 4.

5 Poſtremo † Capitulum ſede vacante ad ordines litteras dimiſſorias concedens in caſibus non conceſsis Eccleſiaſtico interdicto ſubiectum eſt. Effectus autem huius interdicti qui nam ſint, declaraui in Tract. meo de Cẽſ. Tab. 5. Quid autem, ſi litteræ conceſſæ ſint; ſed qui habuit, ipſis vſus non eſt. Adhuc ſentio in prædictam pœnam Capitulum incidere. Tum quod ex parte ſua contra Concilium fecit, Tum quod non eadem pœna ei impoſita eſt, quæ ordinatis. Contrarium tamen ſuadere videtur, quòd ſumus in pœnis. Ergo benigna interpretatio eſt facienda, cap. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. Poſtremò qui ipſas litteras impetrarunt deberent puniri, vel ipſis non vſi eſſent. Contrarium tamen Sancta Synodus ibi ſentit; quoquomodo autem ſit, peccarunt omnes de Capitulo, qui hoc ſuaſerunt, vel conſenſerint, vt fieret; Sed iam de pœnis eorum, qui ſine licentia ſuorum Epiſcoporum, & ordinariorum ordines ab alijs ſuſcipiunt, agamus.

SVMMA.

1 *Pœna eorum, qui ſine conſenſu aut litteris dimiſſorijs ſui ordinarij ab alijs Epiſcopis minores ordines, vel primam tonſuram ſuſcipiunt.*

2 *Pœna, quam incurrit, qui ordines ſacros ab Epiſcopo non ſuo ſuſcepit, ſine litteris dimiſſorijs legitimis.*

§. XXIII.

§. QVi verò ſine conſenſu ſui ordinarij, ſeu eius, qui ab eo poteſtatem hanc habet, ſineuè litteris dimiſſorijs eiuſdem ab alio Epiſcopo ordines ſuſcepit
1 † hiſce pœnis afficitur. Nam primo, qui primam

Digitized by Google

mam tonſuram accepit, ad arbitrium ſui ordinarij puniri poteſt, non enim alia pœna eſt pteſcripta iure cap.fin.de tempor.ordin.lib.6.

Qui minores ordines ratione ſuſcipit eorú executionem non habet, antequàm ſuus Epiſcopus ei permittat, vt ſentit Gloſſ in cap.eos, in verb.Statuunt, de tempor.ordin.lib.6. Quò igitur executionem habeat, ordinationem ratam ſuus Epiſcopus habere debet, ita habetur in cap. fin. vbi Gloſſ. 9. q. 2. & Gloſſ. fin.in cap.primo,d.71.& gloſſ.pen.in cap.Solumitanæ, d. 63. & Canon ipſe, & ita Nauar.in conſ. 11.verſ.Id quartum de tempor.ordin.& in cõſil.19.nu.3.& in conſ.39.eod. Poteſt etiam petere à Summo Penitentiario, vt ipſam ordinationem ratam habeat, vt dixit Nauar.in conſ. 30. de tempor. ordin.vide ad ſummam Bullar. Addit.pag.354. verſ. Secundo.

Contrariam opinionem tenet Patiſ.in conſ. 136.lib.4.& Rebuff.in prat.beneſ.in tit. de formula dimiſſoria nu.12.cum ſeq.Sequitur quoque Azor.Inſt.moral.par.2.lib.3.cap.48. Ergo à priori ſententia diſcedendum non cenſeo. Nam ſi poteſt ei,qui ſacrum ordinem ſuſcipit, abſolutionem à ſuſpenſione concedere, vt vſum ordinis habeat, multò magis hic, vbi nulla eſt ſuſpenſio; Nec facit regula, quod ab initio non valuit, nam ea locum ſibi vindicat, in his, quæ omnino nulla ſunt, quod hic non eſt, ordo enim eſt collatns. Non obſtat etiam quod dicitur de ratihabitione; nam non ſumitur propriè pro ratihabitione. Sed pro conceſsione executionis. Addo in pœnis benignam interpretationem eſſe faciendam, cap.in pœnis, de reg. iur.lib.6.ab hac opinione igitur diſcedendũ non cenſeo. Non tamen hic ſuſpenſus eſt cenſura Eccleſiaſtica, ita vt functiones ordinnm exercens irregularis fiat, vt reſpondit Nauar.in cõſ.39.eod. Quod fieret ſi ſuſpenſus eſſet, cap.primo, de ſent.& re ind.lib.6. nam id iure cautum non eſt. Quæ diximus de ijs, qui ſine litteris dimiſſorijs prædictos ordines ſuſcipiunt, vt nullam pœnam canonicam incurrant, vel cenſuram, etſi puniri poſsint, eadem dicimus de ijs, qui falſis litteris vſi ſunt, vt dixit Nauar.in conſ.30.& in conſ. 32. & in conſ. 39.de tempor.ordin.& iu conſ. 33. eod.vbi ait idem de eo, cui litteræ conceſſæ erunt, ſed nõdum ad eius manus peruenerunt,& falſis vſus ordines minores ſuſcipit. ita Nauar.in conſil. 31. eod. Atqui ſi huic ſic ordinato conferatur beneficium, an valeat collatio? Addit.ad Nauar.in conſ.39.& conſ.27.ait Rotam exiſtimare huinſmodi ordinatum prima tonſura, ſeù minoribus inhabilem ad obtinenda beneficia, ac penſiones, prouiſioneſque ei factas non ſubſiſtere.

2 Qui † denique maiores ordines ſuſcipit per Bullam Pij II. quæ eſt ſexta in ordine ipſo facto ſuſpenſus eſt; & ſi ante abſolutionem ordinum functiones exerceat, irregularis efficitur, vt in ead. Bulla habetur,& vt dixit Nauar. in conſ. 39. de tempor. ordin.& beneficio priuari poteſt per eandem Bullam. Excipio vt Addit. ad ſumm.Bullar.pag.253.vid.ver.Quibus. Ab ea tamen ſuſpenſione, ex quo Romano Pontifici reſeruata non eſt, ſuus Epiſcopus abſolnere ipſum poteſt. Excipitur tamen, vt ſcilicet ſuſpenſus is non ſit, cui dimiſſoriæ litteræ conceſſæ erant; ſed nondum ad eius manus peruenerant, & per alias falſas ordines ſuſcepit; non enim ſine litteris hic ordines ſuſcepit grauiſsime tamen peccauit, ita reſpondit Nauar. in conſ.37. de tempor.ordin.quam tamen opinionem, ego non probo.

Qui verò ordines ſuſcepit ab Epiſcopo titulari, vel Epiſcopus ille ordinet in loco, aut exempto, aut nullius diœceſis, aut in Monaſterio, vel priuilegium de promouendo habeat, quoſcunque ad ſe venientes, qui inquam, ab hoc ordines ſuſcepit, ſuſpẽſus eſt ab executione ordinnm ſuſceptorum, donec ſno Prælato viſum fuerit, vt habetur apud Trid.Synodum, ſeſſ. 14. de reform. cap. 2.

Poſtremò Vltramontani, qui ordines ſacros ſine prædicta licentia ſuſcipinnt ipſo facto ſuſpenſi ſunt, & abſolni nequeunt niſi à Papa. Idquod locum habet, vel id priuilegij haberent, vel conſuetudo extaret, vt ſine tali licentia ordines ſuſciperent. Hæcq; locum habent, vel noti eſſent ordinanti; nam pro forma datum eſt, vt ſine litteris huiuſmodi ab alieno Epiſcopo ordines non ſuſcipiant, etſi contrafaciunt ab executione ſuſpẽſi ſunt per eit. Bullam Pij II. Et pœna huiuſmodi non tollitur ratihabitione proprij Epiſcopi, vt dixit Addit. ad ſumm. Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo, verſic. Amplia hanc ibi Secundo. Idque meritò, nam ſuſpenſio non ratihabitione, ſed abſolutione tollitur. Excipitur, vbi minores ordines ſuſcipiunt, non enim in ſuſpenſionem incidunt; nam id iure cautum non eſt, at in pœnam ipſo iure latam, quis non incidit, vbi iure id cautum non eſt, ita Gloſſ. communiter recept.iu cap.fin. de inr.patron.

Qui à Capitulo ſede vacante litteras dimiſſorias in caſibus non permiſsis impetrarunt, & earum virtute ordines ſuſceperunt, vt habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.7. de reform.cap. 10. Ordinati in minoribus ordinibus nullo priuilegio clericali præſertim iu criminalibus gaudent, idque ipſo iure; nam Sancta Synodus inquit; Nullo priuilegio clericali gaudeant, quod verbum non eſt futuri temporis, vt dixit Nauar. in cõſ.28.de tempor.ordin. recta enim loquendi ratio, id non patitur, ſed vel imperatiui, vel ſubiunctiui temporis, quibus temporibus ipſo iure pœna infertur; non autem futurum optatiui dici poteſt, cum lex non optare, ſed iubere debeat.l.legis virtus, ff.de legi. Id quod probatur etiam per antecedentia verba ſubiaciãt interdicto, quibus verbis ipſo

iure

Digitized by Google

iure Capitulum interdictum dicitur. Ex quo igitur ordinari in minoribus priuilegio clericali carent, vt inter alia priuilegia hoc ſit, vt capaces beneficiorum ſint; meritò durante hac pœna, beneficiorum capaces non erunt, ita ſentit Nauar. in eod. conſ. 28.

In maioribus verò conſtituti ordinibus ab executione eorum ad beneplacitum futuri Prælati ipſo iure ſuſpenſi ſunt, ita dicitur in eod. cap. 10. de reform. cap. 7.

Poſtremo qui ab Abbate dimiſſorias litteras habet, cum eius ſubditus non ſit, vt ſuo loco diximus, (quia ſcilicet Regularis non eſt, nec profeſſus,) & per eas litteras ordines ſuſcipit, ab ordine ſuſcepto ſuſpenſus eſt ad placitum ſui ordinarij, vt habetur apud Trid. Synodum, ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. Sed de materia ordinis hactenus ad formam transeamus.

S V M M A.

1 *Ordines in ſua Diœceſi Epiſcopus conferre habet.*
2 *In Eccleſia Cathedrali.*
3 *Interdicta Eccleſia an in ea ordines conferri poſſint.*

§. XXIV.

§. POſtremò abſoluta cauſa efficiente, & materia ordinis; iam formam, ac modum ordines conferendi explicemus, ommiſſa forma, quæ eſt de ſubſtantia Sacramenti, de qua in Tract. de Sacrament. Tab. 7. egi. De qua forma, & modo hæc contemplabimur. Primum in quo loco ordines conferri debent. Secundo quibus temporibus. Tertio quo ordine. Poſtremo quo interuallo vnius ordinis ad alium.

1 Quoad primum igitur † in ſua diœceſi ordines conferre Epiſcopus debet; non enim in alterius diœceſi pontificalia exercere poteſt, cuiuſmodi eſt ordines conferre; alioquin Epiſcopus ab executione Pontificalium ſuſpenſus eſt, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. ſexta, de reform. capitulo quinto. Id quod locum habet, vel Archiepiſcopus, vel Epiſcopus ſit. Item vel Cardinalis, vel Patriarcha.
Excipitur tamen, vbi ordinarius loci expreſsè licentiam daret; vt dicitur ibi. Niſi de Ordinarij loci licentia; tunc enim poterit primò ſuis ordines conferre. Secundo ſubditis Ordinarij loci, ſi id ei etiam concedatur. Tertiò, & alterius Ordinarij ſubiectis, ſi litteras dimiſſorias habeant. Secundo excipitur ordinis collatio; eſto enim licentia non detur, ordo tamen confertur, quandoquidem ſuſcipiēs per baptiſmi caractherem habilis ad Sacramenta ſuſcipienda efficitur, vt probaui in Tract. meo de Sacrament. lib. 4. capit. 12. quæ habilitas tolli non poteſt quacunque prohibitione; ſuſpenſus tamen eſt ab executione ordinum ipſo iure, qui ab eo Epiſcopo ordines ſuſcepit, qui licentiam non habet in aliena Diœceſi ordines conferendi, & ipſe Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 6. de reform. cap. 5. Et hæc, quæ diximus locum habent non obſtante quouis priuilegio, per cit. cap. 5.

2 Secundò † in Eccleſia Cathedrali ordinationes ſacrorum ordinum fieri debent, vocatis, & præſentibus Eccleſiæ Canonicis, ita dicitur à Trident. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. Idque fit quò maiori dignitate, ac maieſtate ordinationes fiant. Si autem in alio loco Diœceſis; dignior, quantum fieri poſsit, Eccleſia eſſe debet, præſente Clero loci, ita habetur eod. capit. 8. quod de ordinibus ſacris agit; ergo ſecus de alijs minoribus, quippe quia non tanti ſunt, ſicut maiores.

3 Verum † quid ſi Eccleſia eſſet interdicta, vel Ciuitas ipſa; Planè ſi Eccleſia ordinationes fieri non debent, vt probaui in Tract. meo de Cenſ. Tab. 5. cap. 7. §. 2. Id quod locum habet, vel dies feſti illi ſint, quibus diuina officia permittantur, vt probaui ead. Tab. capit. 11. §..... Et hoc vbi vniuerſale interdictum eſt loci; Multo minus celebrari poterunt in Eccleſia ſpeciatim interdicta, vt probaui ead. Tab. cap. 10. §. primo, alioquin irregularis efficitur. vt aſſerui ead. Tab. ca. 11. §. primo quãuis nonnulli ſi neceſsitas Clericorum eſſet, interdicto generali ordines conferri poſſe exiſtimarint, ſed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Tempora, quibus ordines conferri debent.*
2 *Temporibus non legitimis ordines ſacros ſuſcipiens in quam pœnam incidat; & quid de conferenti.*

§. XXV.

1 §. QVoad ſecundum † ſcilicet quibus tēporibus ordines conferri debent, quoniam ordines de iure Pontificio nouem ſunt; ideo quo tempore ſinguli conferantur, videamus.

Prima tonſura igitur quouis die, etiam feriato conferri poteſt, & ita mihi collata fuit ab Illuſtriſsimo Cardinali Pallotto; nō enim dies certa ei præſcripta eſt, vt inquiunt Abb. ac DD. in cap. pen. de tempor. ordinat. qui Abb. ita conſuetudine ſeruari teſtatur, & in me ipſo, vt dixi, expertus id ſum, hoc dicit Pal. in cap. quando, d. 75. vbi etiam habetur priùs ordinatum poſteriori pręferri, vid. Gloſ. ibi.

Secundo quatuor ordines minores diebus dominicis, imò & alijs feſtis diebus ſolemnibus,

Digitized by Google

bus, in quibus ſeruilia opera prohibentur. ita habetur in cap. primo, & cap. 3. de tempor. ordin. & DD. ibi not.

Tertio ordines ſacri ſex temporibus anni conferri poſſunt. Primo in quatuor temporũ, ſcilicet, Sabbato poſt Cineres, Sabbato poſt Pentecoſten, Sabbato poſt exaltationem Sanctæ Crucis, & Sabbato poſt Sanctam Luciam, Quinto Sabbato ſitientes, Sexto Sabbato Sancto, ita habetur in cit. cap. 3. eod. & Abb. tradidit in cap. pen. eod. & cap. fin. d. 75. Summa ratione autem his temporibus conferuntur. Tum quò ſignificetur, qui ordinibus initiantur, eos à ſæcularibus negotijs ceſſare debere; (Sabbatum enim ceſſationem ſignificat.) Tum quod qui ordines ſacros ſuſceperunt, quaſi quodam matrimonio ſpirituali, cum Chriſto coniuncti, ſpiritualibus operam dare habent. (Hinc ab eo bigamia ſimilitudinaria contrahitur, qui ordini ſacro initiatus matrimonium contrahit, vt probaui in Tract. meo de Irreg. cap. 55. §. 3. In minoribus autem non ita eſt, & idcirco ſingulis feſtis diebus conferri poſſunt, quandoquidem, & poſſunt ad ſæculum redire, atque ſit dixit Abb. in cap litteras, de tempor. ordin.) Tum quod his temporibus ieiunijs, & orationibus Chriſti fideles ſtudent, quamobrem à Deo præcibus petere debent, vt ijs ordines conferantur, qui maximè Eccleſiæ expediant; Quare Epiſcopi antequàm ordinationes generales faciant, admonere per Parochos Chriſti fideles debent, vt ieiunijs & præcibus ipſis opem ferant. His igitur temporibus ſacri ordines conferẽdi ſunt. Id quod locum habet, vt nec conſuetudine contrarium induci poſsit, cap. ſanè, de tempor. ordinat. Excipitur tamen vbi ſpeciatim Summus Pontifex licentiam concederet; tunc enim poteſt, & ita ſtylus Romanæ Curiæ ſeruat, vt teſtatur Maiol. de Irregul. lib. 3. cap. 14. nu. 9. & Addit. ad Summ. Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo, verſ. Deuenio ad ſecundum, pag. 350.

2 Verum † quid ſi extra hæc tempora conferantur ſacri ordines, an caracther imprimatur? & in pœnam aliquam ſuſcipiens incidat? Quoad primnm ordo recipitur, cap. primo, de tempor. ordin. ob rationem in antecedenti §. allatam. Quoad ſecundum præterquàm quod grauiter peccat, ſuſpenſus eſt per Bullam Pij II. quæ eſt ſexta in ordine, & idcirco executionem nõ habet, & ſi celebrat irregularis fit. Imo & Eccleſiaſticis priuati beneficijs poteſt, vt ibi dicitur. Quod tamen Romanus Pontifex abſolutionem ſibi non reſeruauit, Epiſcopus abſoluere poteſt, arg. cap. nuper, de ſent. excom. Quoad ipſum autem ordinem conferentem nulla pœna per illam Bullam ei præſcripta eſt; antiquo autem iure ſuſpendi poteſt, ac priuari poteſtate ordines conferendi, quouſque à Papa reſtituatur, vt habetur in capit. cum quidam, & cap. ſanè, de tempor. ordin. vid. DD. ibi, & ita Add. ad Diaz. capit. 26. in littera A, verſ. is verò, qui extra tempora. Non tamen mihi placet, quod ait ibi Addit. ſcilicet hanc ſuſpenſum eſſe per annum, per Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. ea enim pœna refertur ad eum, qui ſine teſtimonio ſui ordinarij ordines ſuſcipit, declarant verba illa. Quandiù proprio Ordinario, quæ referuntur ad prædictum vt dixi, arbitraria igitur pœna punietur, ſed iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Ordines gradatim conferri debent.*
2 *Ordinatio per ſaltum facta, an valeat.*
3 *Ordines qui ſuſcepit per ſaltum, an irregularis ſit.*
4 *Ordo ſacer vnus vno die tantum conferri debet.*
5 *Pœna contra non ſeruantem rationem ſuſceptionis ordinum quænam ſit.*

§. XXVI.

§. QVoad tertium, qua ratione ordines conferendi ſint, vt rem hanc abſolutam habeamus, quatuor contemplabimur. Primo id, quod diximus. Secundo ſi non ſeruetur ratio hæc conferrendi, ac ſuſcipiendi, an collatio valeat. Tertio an ſuſcipiens non ſeruata ea ratione, fiat irregularis. Quarto vno die, an plures ordines ſuſcipiendi. Poſtremò quæ pœna inuratur, ſi contra fiet.

1 Quoad primum igitur † concludendum eſt gradatim ordines ſacros gradatim conferri debere, id eſt, qui primus primo; & ſic deinceps; alioqnin ſi contrafiat per ſaltum hic promotus dicetur, nàm qui anteriori, ſeu poſteriori ordine commiſſo poſteriorem ſuſcipit, hic per ſaltum promotus dicitur. cap. vnic. d. 32 & capit. vnic. de cler. per ſalt. promot. & vt probaui in Tract. meo de Irregul. capit. 38. In minoribus igitur ſuſcipiendis, atque adminiſtrandis ordo hic ſeruabitur, ſcilicet, vt conferatur primo prima tõſura. Secundo Hoſtiariatus. Tertio Lectoratus. Quarto Exorciſtatus. Quinto Accolitatus. Sexto Subdiaconatus. Septimo Diaconatus. Octauo Præsbiteratus. Nono Epiſcopatus, atque hoc etiam ſentit Trid. Synodus, ſeſſ. 23. de reform. cap. 14. Atqui an probato Sacerdotio etiam alij ordines probati intelligantur? vbi antiqua ordinatio eſt Abb. in cap. niſi nu. 4. de præbend. tenet id probatum eſſe, modo ordinator eſſet inſigni virtute præditus, & ſequitur Felin. & alij ab eo cit. in cap. ſuper his, num. 5. de accuſat. Secus ſi non eſſet factum contiguum, & ordinator non talis, ita Nauar. in conſ. 4. de præſumpt. & Addit. ad Diaz. cap. 24. verſic. Illud verò, quæ Innoc. & alios idem ſentientes refert.

Quoad

Digitized by Google

2 Quoad ſecundum † ſi ratio hæc non ſeruatur, ordo tamen confertur, vt probaui in eod. cap.38.nu.2.per cit.cap. vnic. de cler. per ſalt. promot.

3 Quoad tertium, † fit irregularis ita promotus, vt probaui in eod. cap. 38. §. primo, vbi etiam probaui quiſnam cum eo diſpēſet. Quæ autem pertinēt ad hanc materiam, quod eod. cap.38. explicaui illinc ſumantur. An autem Epiſcopus ipſe puniatur Ipſo iure, id cautum non eſt; quare arbirraria pœna punietur, l. 1. ff. de iur. delib. cap. de cauſis, de off. delega. Sed de his hactenus.

4 Quoad quartum, † vno die quatuor ordines minores cum Subdiaconatu, vel duos ſacros ordines conferri nequeunt; nam interſtitijs temporum interiectis, conferri debent, vt ſanciuit Trid. Synodus, ſeſſ. 23. de reform. cap. 11. & habetur in cap. 2. de eo, qui fur. ordin. ſuſcep. & in cap. litreras, & in cap. dilectus de tempor. ordin. & Nos probauimus in Tract. de Irregul. cap. 39. §. primo. Id quod locum habet etiam in Regularibus priuilegijs, atque indultis quibuſcunque conceſsis non obſtantibus, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 13.

5 Atqui † an pœnam incurrat, ſi contrafaciat? Planè qui ſic ſuſcipit, irregularis fit, vt dixi eod. §. primo, vbi etiam poſui quiſnam diſpenſare poſsit, & ita Nauar. in conſ. 5. de tempor. ordin. Excipitur tamen, qui plures ordines minores ſuſcipir, vt probaui eod. §. 1. num. 4. vidend. Quoad ipſum Epiſcopum autem præſcripta pœna non eſt, arbitraria ergo punietur. Sed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Interſtitijs temporum ordines conferri debent.*
2 *Interſtitia hæc quid ſint.*
3 *Interſtitijs: ideſt, in interſtitijs temporum an diſpenſare Epiſcopus poſsit, etiam cum Regularibus.*
4 *Interſtitia ordinum minorum quænam ſint.*
5 *Interſtitia ſacrorum ordinum quænam ſint.*
6 *Annus in interſtitijs ordinum qualis ſit.*
7 *Pœna non ſeruandis interſtitia ordinum quænam ſit.*
8 *Ordo iterari non poteſt.*
9 *Litteras ordinis collati, quis habere debet.*

§. XXVII.

1 §. POſtremò Epiſcopus, † vt poſtremam quæſtionem abſoluamus, ordines omnes, non vno die conferre debet, ſed interſtitijs temporum interiectis; nam ſupra probauimus ordines plures vno die conferri non debere; Hæc autem materia, quo dilucidior fiat, hæc videnda ſunt. Primum interſtitia hęc quid ſint. Deinde an Epiſcopus diſpenſare in ipſis poſsit. Tertiò, quæ interſtitia intercedere debeant inter vnum ordinem minorem, & alium. Quartò quæ inter ſacros ordines. Quintò an ſemel ordo collatus iterum conferri poſsit, & ſi conferratur, an irregularis fiat. Poſtremò an litteras habere debeat ordinatus collationis ordinum.

2 Quoad primum igitur † interſtitia hæc temporum nil aliud ſunt, quàm interuallum eius temporis, quod intercedere debet, inter collationem vnius ordinis, & alterius, & idcirco dicuntur interſtitia, quoniam interuallum illud temporis ſtat, ideſt, interponitur inter vnum ordinem, & alium; Id quod non ab re factum fuit; nam interim commodiùs edoceri poterit, qui ordinem ſuſcipit, quantum ſit ipſius ordinis pondus, & dignitas. Præterea in functionibus ordinis ſuſcepti ſe exercebit, vnde facillimè eas obibit. Poſtremò cum ætate meritum vitæ, & doctrina maior accerſcit, ita Trid. Synod, ibidem declarauit. Interuenire igitur interſtitia debent. Excipitur tamen, vbi aliud magis expedire videbitur Epiſcopo, vtpote quia qui ſacros ordines ſuſcipere vult beneficium curatum habet, vel habiturus eſt; tunc enim non modo poteſt, imo debet eos interſtitijs non ſeruatis conferre, id quod in me ſeruatum fuit, cui in vna Quadrageſima ordines omnes collati fuerunt, quippè quia beneficium curatum habebam, vbi ergo aut neceſsitas, aut vtilitas id poſtulat hæc non ſeruabuntur, & ſic vbi magis expedire videbitur Epiſcopo, ipſe igitur id arbitrabitur, atque ſic Trid. Synodus ibidem dixit, atque decreuit.

3 Quoad ſecundum, † an Epiſcopus ſuo arbitratu diſpenſare in his interſtitijs poteſt? Nauar. non poſſe dixit, in conſ. 12. de temp. ordin. Idem tenuit Addit. ad ipſum Nauar. in conſ. 19. de vot. & Trid. Synod. ſeſſ. 23. cap. 11. & cap. 14. Hanc opinionem ego etiam ſequor; nam eodem capite Sancta Synod. permittit id Epiſcopo, ſi aliud expedire ei videbitur magis, ideſt magis vtile, ergo ſecus ſi non magis vtile videbitur. Non poterit igitur, vt dixi, ad arbitrium ſuum diſpenſare. Excipitur tamen vbi magis ei expedire videbitur, & idcirco vbi adeſt vtilitas, vel neceſsitas Eccleſiæ, vt proximè dixi; in quam autem ſententiam accipiatur vtilitas, vel neceſsitas, declarauit Gloſſ. ſumm. d. 74. & Abb. in cap. quæris, num. 9. de ætat. & qualit. nam tunc vtilitatem eſſe exiſtimatur, vbi Eccleſiæ commodiùs inſeruitur. Vbi verò inſeruiri non poteſt Eccleſiæ ob inopiam clericorum, tunc neceſsitatem adeſſe cenſetur. Modò igitur id expediat, neceſsitaſvè id poſtulet, Epiſcopus in his interſtitijs diſpenſare poterit, alias non. Quamuis ſi contrafaciat, peccabit, nullam tamen irregularitatem, vel Cenſuram incurret; ex

quò

Digitized by Google

quo id iure cautum non eſt, arg. cap. is qui, de ſent. excom. lib. 6. & Gloſſ. in cap. fin. de iur. patron. In minoribus ordinibus, & Diaconatu quæuis leuis cauſa ſat eſt per verba Trid. Synod. ſeſſ. 23. cap. 11. & cap. 13. de ordin. ibi, Niſi aliud expedire Epiſcopo magis videatur. In Diaconatu vtilitas, aut neceſsitas per idem capit. 11. In Sacerdotio vtilitas, & neceſsitas, per cap. 14. ead. ſeſſ. ita Ioan. Bapt. Confett. in Summ. priuil. Mend. tit. 15. capit. 3. Sed de hoc primo ſatis.

Verum quid de Regularibus, an Epiſcopus cũ ipſis diſpenſare poteſt? Planè ſic, ad ipſum enim hoc pertinet, qui tamen concedunt litteras dimiſſorias regularibus, petere debent ab Epiſcopo, vt ſuper illis diſpenſare dignentur, ob neceſsitatem, & vtilitatem Eccleſiæ, ſeu Religionis, ita refert Sorbol. in Compend. priuil. Mend. in verb. Ordinis Sacramentum.

4 Quoad tertium † ſcilicet, quod temporis interuallum intercedere debeat inter vnum ordinem minorem, & alium. Ego ſentio, ex quo id iure præſcriptum non eſt, tempus illud intercedere debere, quod eſt intra tempus, quò ordinem minorem ſuſcepit, & aliud, quo ordinario fiet. Exempli gratia, in Sabbato Sancto ordinem minorem ſuſcepit, alterum minorem ſuſcipere poterit in Sabbato poſt Pentecoſtes; Nec facit, ſi dicatur annum intercedere debere, ſicut in ſacris ordinibus: ex quo enim præſcriptum eſt hoc interuallum temporis ordinibus ſacris; ſecus ergo in minoribus: incluſio enim vnius, alterius excluſio eſt. cap. nonnè, de præſumpt. & l. cum prætor, ff. de iud. & ita etiam ſeruari vidi. Atqui ea, ex quo ſingulis feſtis diebus cõferri poſſunt, vt vidimus, poterit, vno die vnum conferri, & alium proximo feſto die; & ſic deinceps. Ego ſentio ſine cauſa id non poſſe; nam tam breui temporis ſpatio exercere non poteſt functiones ordinis; nec, quantum ſit fundus ipſius, cognoſcere, nec vitæ meritum, nec doctrinam augeri, quamobrem interuallum hoc temporis fuit introductum, vt ſupra dixi. Interuenire igitur debent tempora generalium ordinationũ ordinaria. Cartuſiani tamen regulares prima tonſura inſipiti ob eorum vitam ſolitariam, vno die quatuor ordines minores ſuſcipere poſſunt, vt declarauit Sacra Congreg. vt refert Prax. Archiep. Neapol. cap. 81. in fin.

5 Quoad ordines maiores verò † interuallum vnius anni inter vnum ordinem, & alium interuenire debet, atque ſic ſanciuit Triden. Synodus, ſeſſ. 23. de reform. cap. 3. cum ſequent. Imo ab vltimo gradu ordinum minorum, ideſt à ſuſceptione vltimi ordinis minoris non debet quis Subdiaconatum ſuſcipere, niſi poſt annum, vt habetur ead. ſeſſ. cap. 11. niſi neceſſitas, vtilitasvè Eccleſiæ aliud poſtulet.

6 Atqui ex quo annus † intercedere debet, in quam ſententiam annus hic accipitur? Annus hic incipiet à tempore, quo ordinem ſacrum quis ſuſcepit, vſque ad aliud tempus anni ſequentis eod. die. Qui ergo in Sabbato Sancto Subdiaconatum ſuſcepit in alio Sabbato Sancto ſequentis anni poterit Diaconatum ſuſcipere. Idem & de alijs temporibus, atque ſic declarauit Romanus Pontifex, vt refert Sacra Congregatio eod. capit. 14. Quare contingere poteſt, vt aliquis annus integer non ſit, vt poſte Paſcha prius venit. Idem quoque retulit Addit. ad Summ. Bullar. Steph. Quar. in verb. Ordo, in fine, non igitur requiritur annus naturalis, ſed Eccleſiaſticus, ſic enim annus hic dicitur.

7 Quoad quartum ſi † contra fiat, ipſi ordinanti præſcripta pœna non eſt, nec ordinato; quamuis ſi ſine cauſa id fiat peccet, eſto ordinatus puniri poſsit à ſuo ordinario pœna arbitraria, ita dixit Nauar. in conſ. 4. de tempor. ordin. & de materia hac ſatis.

8 Quoad quintum, † ibi ordo ſemel collatus eſt alicui legitimè, ac ritè, iterum idem conferri eidem non poteſt, nam ex quo Sacramentũ hoc caractherem imprimit, qui deleri non poteſt, ob eam rem iterari nequit, vt aſſeruit Triden. Synod. ſeſſ. 7. de Sacrament. canon. primo.

Atqui an irregularis efficiatur iteratione huius Sacramenti? Concludendum eſt breuiter ordinantem niſi ignorantia probabilis eũ excuſet irregularem fieri, ſicut ſuſcipientem, vt plurib. ego probaui In Tract. meo de Irregul. cap. 35. §. 5. viden.

9 Quoad poſtremum † litteras ordinis collatis quis habere debet; nam Epiſcopus petere illas poteſt, vt fides ſibi fiat legitimè ordinem ſuſceptum, ita Fuſc. de viſit. Eccl. lib. 2. capit. 28. nu. 35. Sed de ordine hactenus, ad benedictionem, ſeu conſecrationem Chriſmatis, & aliorum transeamus.

DE BENEDICTIONE, SEV conſecratione Chriſmatis, olei Cathecumenorum, & olei Infirmorum. Materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis tertia, habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem. Cap. XXVII.

SVMMA.

1 *Chriſma, oleum Cathecumenorum, & Infirmorum ab Epiſcopo benedici debent.*

1 TERTIO † Epiſcopus Chriſma, quod ex oleo, & balſamo conſtat, nec non oleum Cathecumenorũ, & infirmorum benedicere habet; eſt enim, & horum benedictio munus ordinis Epiſcopatus, vt de Chriſma habetur,

tur, in cap. primo, §. ad Epiſcopatum, d. 25. & in cap. quamuis, d. 68. & cap. illud, d. 95. & in c. litteris veſtris, de conſ. d. 3. & in c. ſi quis de oleo, & cap. omni tempor. de conſecr. d. 4. & in c. 1. & 2. 26. q. 6. & ita DD. communiter concludunt, & Gloſſ. in cap. quia periculoſum, de ſent. excom. lib. 6. & in cap. aqua, de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. & ego in Tract. meo de Sacr. Tab. 3. cap. 18. & cap. 19. De oleo infirmorum probaui in eodem Tract. de Sacrament. Tab. 6. cap. 19. De oleo Cathecumenorum ibid. Imo de eſſentia eſt, vt ab Epiſcopo conſecretur, ita de vniuerſali vſu Eccleſię teſtatur Paul. Fuſch. de viſit. lib. primo, cap. 6. num. 7.

Quate Sacerdotes ſimplices de autoritate Epiſcopi conſecrare prædicta olea non poſſunt; quamuis de autoritate Romani Pontificis contrarium DD. ſentiant, vt Paul. Fuſch. ſibid. nu. 7. & DD. à me cit. in Tract. meo de Sacram. Tab. 43. cap. 8. num. 3. Atqui, quo tempore conſecratio, benedictiovè prædictorum fieri debet, item quoties? Poſtremo an quid conſecrata hæc, atque benedicta adhibentur? hæc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Chriſmatis & oleum prædictorum benedictio die Iouis Sancti fieri debet.*
2 *Loco etiam interdicto.*

§. Primo.

§. PRima quæſtio eſt, qua die conſecratio prædictorum, ſcilicet Chriſmatis, &
1 olei fieri debeat, † in qua quæſtione breuiter concludo die Iouis Sancti ipſam fieri. ita habetur in cap. quoniam de ſent. excom. lib. 6. & ibi Gloſſ. & tradidit Paul. Fuſch. de viſit. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. nu. 11. cum ſequenti.

2 Quæ conſecratio, † vel interdictum ſit loci, fieri poteſt, vt dicitur in cit. cap. quoniam, & ibi DD. not. & Gloſſ. in capit. 1. in verb. Confectione, de reliq. & venerat. Sanct. Idque iure meritò; nam eo tempore ſcilicet interdicti, & Baptiſmus, & Confirmatio adminiſtrari poteſt, vt habetur eod. capit. quoniam, & ego in Tract. meo de Cenſ. Tab. 5. cap. 7. §. 4. cum ſeq. at ad ea Sacramenta adminiſtranda adhibentur Chriſma, & oleum Cathecumenorum, vt de Baptiſmo habetur in eod. meo Tract. de Baptiſ. Tab. 2. & de confirmat. Tabul. 3. ergo, ex quo eo tempore Sacramenta hæc adminiſtrantur, & ea, quæ ad ipſa pertinent, permiſſa eſſe intelliguntur, acceſſorium enim ſequitur natura ſui principalis, capit. acceſſorium, de reg. iur. in 6. & conceſſo conſequenti, & antecedēs conceſſum eſſe intelligitur, l. illud, ff. de acqu. hæred. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat. & ita dixit Gloſſ. in cit. cap. quoniam, & ego in ead. Tab. 5. cap. 7. vbi etiam declaraui in benedictione oleorum prædictorū ſeruandam eſſe diſpoſitionem, cap. fin. de ſent. excom. lib. 6. ſcilicet, vbi interdictum hoc loci eſt, videlicet, vt fiat clauſis ianuis, non pulſis campanis, ſubmiſſa voce, & excluſis laicis, vt ibid. habetur. Et de quæſtione hac ſatis.

S V M M A.

1 *Chriſma, & olea prædicta ſingulis annis fieri debent.*
2 *Epiſcopo non exiſtente quid fiet.*

§. II.

1 §. QVęſtio ſecunda hęc eſt † an Chriſma, & oleum Cathecumenorum, atque Infirmorum ſingulis annis conſecrare debeant. In qua quęſtione breuiter concludo debere, c. ex litteris veſtris, de conſecr. d. 3. & c. ſi quis de alio Chriſmate, de conſecr. d. 4. nam vti non debemus, vetatibus; ſed comburrere, vt dicitur in eod. cap. ſiquis de alio. Contrafaciens autem peccat, & puniri poteſt.

2 Atqui † ſi abſens Epiſcopus ſit, vel Epiſcopalis ſedes eodem tempore vacet, quo hæc olea benedici debent; neceſsitas verò adſit administrandi Sacramentum Baptiſmi, vel extremæ vnctionis, ad quæ Sacramenta adhibentur oleum Cathecumenorum, & Chriſma, nec non oleo infirmorum, quid tunc fiet? In hoc caſu proximus Epiſcopus adiri poteſt per Capitulum, & curare, vt conſecrentur eadem olea, & ita ſentit Gloſſ. in c. ſi Epiſcopus, in verſ. Spiritualibus, de ſupplend. neglig. prælat. & ſpeciatim not. Porcius in §. Pœnæ, in Inſt. quib. mod. patr. poteſt. ſolu. Si vero id non fiat, & neceſſitas vrgeat, interim veteri vtetur, vt habetur in cit. capit. ſi quis de alio ibi. Niſi præoccupante morte, eo enim in loco prohibeatur, ne quis baptizet adhibito veteri Chriſmate. Excipit tamen niſi præoccupante morte, ergo ſecus, vbi mors non impenderet, vt dixit Nauar. in Manu. cap. 22. not. verſ. octauo, & Gloſſ. in cit. cap. quoniam, de ſent. excom. lib. 6. Eadem dicimus, & de oleo Infirmorum, vt ſcilicet veteri oleo vti poſsimus, & eo Sacramentum adminiſtrare ijs, qui in mortis periculo conſtituti ſunt, & ſi enim Sacramentum neceſſarium nō eſt poſſumus tamen veteri oleo ipſum conferre ob fructus vberrimos, quod præſtat Sacramentum in eo articulo conſtitutis. Etenim nec Chriſma, nec oleum Cathecumenorum neceſſaria ſunt ad Baptiſmum adminiſtrandum, & tamen veteribus vti poſſumus, vbi neceſſitas poſtulat, in neceſſitate, vbi Sacramentum baptiſmi conferimus. Quare quod in alijs conſecrationibus Epiſcoporum, Sacerdotū, Regū, Eccleſiæ, Altaris, Calicis neceſſitas huiuſmodi interuenire nō poteſt, ob eā rem veteri Chriſmate non vtimur, ſed nouum expectabimus, iux. cit. cap. de nouo. Sed de his hactenus, iam tertiam q. aggrediamur.

S V M-

S V M M A.

1 *Chriſma, Oleum catechumenorum, & oleum infirmorum ad quæ adhibeantur.*
2 *Dilegari an poſsit facultas benedicendi.*

§. III.

§. TErtia quæſt. hæc nobis explicanda, eſt, ad quæ adhibeantur Chriſma, oleum catechumenorum, & infirmorum.

1 Oleum catechumenorũ igitur † (vt rẽ paucis abſoluamus) adhibetur, dum Baptiſmum adminiſtratur; vngitur enim baptizandus à ſacerdote ĩ pectore, & ĩter ſcapulas, vt dicitur in c. 1. de ſacr. vnct. §. quia verò Chriſtus, vbi etiam, quamobrem id fiat declaratur, & in c. deinde de conſecrat. diſt. 4. & ego in tract. de Sacram. Tab. 2. Secũdò, dum conſecratur aqua Baptiſmi in Sabbato Sancto Paſchæ, & Pentecoſtes, infunditur enim in aquam Baptiſmi, vt habetur in Miſſali Romano.

Oleum infirmorum autem adhibetur, vbi adminiſtratur Sacramẽtum Extremę Vnctionis, vt habetur in eod. cap. vnic. verſ. de prima Iacobus de conſecrat. & ego in tract. meo de ſacram. Tab. 7.

Chriſma deniq; adhibetur, dum conſecrãtur caput, & manus Epiſcopi, vt dicitur in eod. c. vnic. verſ. Hoc igitur chriſmate, & in §. vnde in veteri. Secundò ſacerdotis manus dũ conſecrantur c. placet §. hoc idem verſ. probatur. 16. q. 1. Tertiò chriſmate vngitur baptizatus in capite à Sacerdote cit. c. vnic. §. quia verò. Quartò ab Epiſcopo adhibetur, vbi cõfirmationem confert eod. ca. vnic. §. per frontis. Quintò Rex in brachio, vel humero, ſeu alio eod. c. vnic. §. vnde in veteri. Sextò, vbi Eccleſia Calixvè conſecrantur eod. cap. vnic. §. vngitur præterea, & habetur in cap. Altaria cum ſeq. de conſecr. diſt. 1. & de Eccleſia quod chriſmate vngatur, & altari habetur in Ration. diui. off. lib. 1. cap. 6. num. 27. & c. 7. nu. 4. cum ſeq. Poſtremò, dum aqua baptiſmi conſecratur, in Sabbato Sancto, & Pẽtecoſtes infunditur, & ipſum in aquam baptiſmi, ac deniq; vbi campanæ conſecrantur, vt habetur in Põtificali Rom.

2 Atqui † an delegari facultas hæc benedicẽdi poteſt? Planè quoad confirmationem adminiſtrandam, & ſacerdotes benedicendos, & conſecranda altaria, Eccleſias, & Calices, ac Reges, atque Epiſcopos delegari ipſam poſſe, ſed non inferiori Epiſcopo concludo ca. aqua de conſ. eccl. vel altar. & de confirmatione ſupra egimus, & ita Gloſſ. in cap. quod alicui de reg. iur. lib. 6. nam ait Sacerdoti ſimplici mandari non poſſe, vt chriſma adminiſtret, ordinesvè conferat, & ita quoque Ioan. Andr. in Mercur. ait ibi num. 2. nam nec conſuetudine id fit c. quanto de conſuetud. & Socin. in Regul. 306. vbi ait nec pręſcribi facultatem hanc ab inferiori Epiſcopo poſſe. Idq; meritò, requiritur enim ordo Epiſcopalis, qui non conſuetudine, pręſcriptionevè, ſed collatione cõfertur. Eadem de delegatione horum dicimus, quæ præter iuriſdictionem eccl. ordinem requirunt; nam niſi habenti ordinem delegari queunt vt dixit Ioan. Andr. ibid. n. 4. ſed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

DE CONSECRATIONE Eccleſiæ, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quarta, habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem. Cap. XXVIII.

S V M M A.

1 *Eccleſias conſecrare Epiſcopus habet.*
2 *Quando id fieri poſsit.*
3 *Conſecrari non debet, ſi dotem non habeat.*
4 *Eccleſia, vbi iterum conſecranda eſt.*

1 QVARTÒ † Epiſcopus Eccleſias cõ
ſecrare habet arg. tot. tit. de conſ.
eccl. vel alta. ordinis. n. Epiſcopa-
lis, & hoc eſt, atq; ſic habetur in
Ration. diuin. off. lib. 1. c. 6. n. 2. vbi
etiã docetur, qua forma conſecretur, & Gloſſ.
in c. quia periculoſum de ſent. excom. lib. 6. &
in c. aqua de conſecr. eccl. vel alt. & in c. 1. § ad
2 Epiſcopũ d. 25. & in c. quãuis d. 68. † Conſe-
cratioq. hæc tã feſtis diebus, quã feriatis fieri
pôt c. tua de conſ. eccl. vel alt. & ita Addit. ad
Diaz. c. 26. in littera A. verſ. Eccleſiæ autem cõ
3 ſecratio. Idq; fit, vt cultus Dei augeatur. † Nõ
tamen conſecrari debet, ſi dotem non habeat;
nã nec ędificari, alioquin, ſicut qui ędificauit,
cogi poteſt, vt dotem ei tribuat cap. cum ſicut
de conſ. eccl. vel alt. & ſi id nequeat conſecran
da non eſt, ita in eod. caſu, qui conſecrauit de
ſuo dotem condonare ita inquiunt Gloſſ. &
DD. in cit. c. cum ſicut. Nam, & alimenta Epi-
ſcopus præſtare debet clerico, cui beneficiũ,
patrimoniũvè nõ habenti ordinẽ ſacrũ contu
lit, vt ſupra probauimus, & Glo. inquit in c. cũ
ſicut, & ita Bald. in tract. de dot. p. 1. nu. 3. cum
ſeq. Atqui an interdicti generalis tempore
conſecrari poteſt? Planè non. Qua ratione,
autem probatur conſecratio Eccleſiæ? Planè
per ſcripturam ſi reperiatur, per cruces, quæ
parietibus fiunt, dum conſecratur, per teſtes.
Atqui an per vnum teſtem id probetur? Pla-
nè ſic; nam in omnib. caſib. vbi de præiudicio
alterius non tractatur, vnus teſtis ſat eſt, vt
in caſu noſtro, vt etiam quod quis ſit Bapti-
zatus, vel clericus cap. cum itaq; & c. paruuli

de conſecra.diſt. 4.& ita Gloſſ.in cit.cap.cum itaque, & facit cap.ſequen.eod.vt DD.plures relat.à Farin. in tract. oppoſ. contr. perſ. teſt. queſt.63.num.26.

4 Secũdò † ſi Eccleſiæ conſecratio ablata ſit, conſecrare ipſam iterum debet; nam recõſecratio,(vt ita dicam.) conſecratio eſt,vt per ſe patet,at ad Epiſcopũ Eccleſiã conſecrare pertinet,vt probauimus ſupra, ergo & iterum eſt conſecrare pertinebit. Verùm, vt appareat quando iterum Eccleſia conſecranda ſit,caſus omnes hic breuiter explicemus.

Primũ igitur conſecrari debet Eccleſia, vbi dubitatur,an conſecrata ſit nec ne c.ſolemnitates de conſ.d.1.& c.placuit ead.d.4. Hoc aũt contingit, vbi non apparet aliqua ſcriptura, vel in libro Eccleſiæ,vel in columna, tabulavè marmorea,vel nullus Teſtis de viſu, vel auditu adſit; ſi.n.aliquid tale adeſſet.ex quo nemini præiudiciũ fit,probaretur,vt dixi ſupra, & Inn.cõmuniter recept.in c.1.de conſ. eccl. vel alt.& Abb.in c.propoſuiſti.n.6.eod.ſi ergo q.d tale non apparet, iterũ cõſecrabitur, nec iterata conſecratio dicitur,ex quo ignoratur, an ſit cõſecrata,& ita ſenſit Fuſc.de viſit.Eccl..li. 1.c.22.nu. 8, eſto Lambert. quem refert Fuſc. lib 2.c.25.nu. 2. in Eccleſijs Cathedralib. hoc nõ admittat, vbi diuturnum tẽpus præterijt.

Secundò Eccleſia iterũ conſecratur,vbi tota corruit, vel alijs lapidib.vel eiſdem refecta ſit; nam non eadem Eccleſia eſt omnimodo. Hinc vſusfructus nauis,ac domus extiguitur, ſi tota nauis diſſoluta ſit, & domus tota corruit, eſto nauis eiſdem tabulis ſit reſtaurata, & domus ex eiſdem cæmentis, ac lignis reſtituta l. quod tamen §. ſi autem diſſoluta ſit ff. quib.mod.vſusfr.amitt.Poſtremò conſecratio addiecta Eccleſiæ qualitas quædam eſt, & accidens quoddam, ergo Eccleſia vti ſubſtantia ſublata,& ſubiectum conſecrationis, vti accidens tollitur arg.l.1.& 2.ff.de vſufr.& ita Inn. in c.1.de conſ.eccl.vel alt. & Abb.in c. propoſuiſti num.8.eod.

Tertiò reconſecrari debet, vel per partes refecta tota ſit,exempli gratia pars hodie corruit, quę & fuit refecta, & ſic tota deinceps corruit, & tota fuit reſtaurata. An igitur in hoc caſu erit iterum conſecranda? Gloſſ. in eod.c.propoſuiſti verſ. ſi ſucceſſiuè, & nõnulli alij,quos refert Abb.ibid.n. 8. ſentiunt ipſã conſecrandam non eſſe. Tum quòd ſe habet Eccleſia hęc ſicut nauis per partem refecta, quę eadem exiſtimatur, & vſusfructus, eius non extinguitur cit.l.quid tamen.§.in nauis, & facit l.proponebatur ff.de iud. & l.quod in rerum.ff.de leg. 1. tum quòd, vbi per partem refecta eſt,pars ſacra, reddit aliam partẽ adiectam ſacram, ſicut oleum non ſacrum adiectum oleo ſacro c. quod in dubijs de conſ. Eccl.vel alt.

Atqui contrariam opinionẽ ſequitur Abb. eod.num.8. nam, eſto eadem Eccleſia ſit, hoc tamen fictione eſt,& non veritate, at in ſpiritualibus fictio non conſideratur, ſed veritas, vt not.Archid.in cap. 1.de vot. lib.6.& refert Abb.eod.num.8. Poſtremò conſecratio Eccleſię fit per vnctionẽ Chriſmatis in parietibus; at illis ſublatis vnctiones illæ tollũtur, vt per ſe patet, ergo conſecrata dici non poteſt. Nec obſtat,quod dictum eſt de oleo non conſecrato addito ad oleũ conſecratum, quo caſu non conſecratum fit conſecratũ per cit. c. quod in dubijs; nam locum illud habet in illis rebus, quę commiſtione confunduntur,quod hic fieri non pòt, Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum eſſe cenſeo. Aut conſuetudine inductum eſt, vt non conſecretur, & in hoc caſu prior ſententia locum habet. Aut nõ adeſt conſuetudo, & tunc poſterior: in his.n. quæ poſitiui iuris ſunt,cõſuetudo plurimi valet,& de hoc tertio ſatis.

Poſtremò Eccleſia iterum conſecranda eſt, vbi parietes Eccleſię intrinſecus cõbuſti ſunt, vt dicitur in c.Eccleſijs de conſ. diſt. 1. & not. Gloſſ.in c.Eccleſiæ ead.d.& Fuſc.de viſit.eccl. lib.2.c. 25.nu.1.& Inn.in c.1.de conſ. eccl.vel alt.& Abb.in eod.c.propoſuiſti eod.num. 7. & Ration.diuin.offic.lib.1.c.6.nu.27.nam conſecratio Eccleſiæ fit liniendo parietes Eccleſiæ intrinſecus Chriſmate crucibus ibi factis, vt alleg.DD.inquiunt,at hæ vnctiones tolluntur per combuſtionem, ergo iure iterũ conſecrari debet. Idem ſi eſſet decruſtata in illis partibus,vbi vnctiones factæ ſunt, & ad ſummũ, vbi vnctiones illæ ſublatæ ſunt quacũq; rõne; vel ſtantib. parietib.vel dirutis: in hoc.n. caſu (quod pro regula firma habebimus) iterum conſecrabitur. Quare illa loca inſpicienda erunt, quæ vnctionibus, deliniti ſunt; ſicut è cõtrario pro regula habebimus Eccleſiã conſecrandam non eſſe,vbi vnctiones illæ remanſerunt. Quare, vel tectus corruat, vel pars aliqua Eccleſiæ, vbi non ſunt vnctiones illæ, reconſecranda non erit, inſpici ergo illa loca debebunt, & vt res erit, ita fiet; eſt enim hoc quid facti,& non iuris. Sed de conſecratione Eccleſię hactenus.

Non poſſunt tamen ſubditi curare, vt conſecratio Eccleſiæ, vel Altaris, ab alio Epiſcopo, quam à ſuo fiat, niſi de licentia ſui Epiſcopi. Idque ait Zabar. conſil. 112. verſ. Ad tertium, quam refert, ac ſequitur Tuſch. in litera C. in verb. conſecratio. concluſione 745. Id quod dubitationem non habet; nam in alterius diœceſi Pontificalia exercere ſine ordinarij expreſſa licentia nemini, licet ita Trid.Synod.ſeſſion.6.de Reformatio.capit.5. Immò punitur, vt ſuo loco probauimus. In numero autem Pontificalium cõſecrationem hanc eſſe hinc colligitur, quoniam ſimplici ſacerdoti facultas hæc delegari non poteſt, vt inquit Egid.Bellamer.conſ.20.num.19. quem

refert,

Digitized by Google

refert, ac ſequitur Fuſch.ibid. Quouis autem die conſecratio Eccleſiæ fieri poteſt, vt habetur in c.2.de conſ. Eccl. vel alt. & conſecratio hæc benedictio dicitur, ita Tuſch. in littera. D.concluſ.45.de qua benedictione habetur in Pontificali Romano. Sed de cõſecratione Eccleſię hactenus. Quę diximus autem de conſecratione Eccleſię eadem aſſerimus, & de conſecratione capellæ, ſeu altaris in Eccleſia aliqua, vt ſcilicet non ædificentur, conſecrenturvè ſine dote, quæ debet eſſe tanta, vt ſuſtineat onera ei debita, vt ſcil. pannos, mantilia, cãdelabra, & alia ad diuina celebrãda, nec nõ ſumptus pro eo, qui ibi Miſſæ ſacrum facit, ita Fuſch.de viſit.lib.1.cap.21.nu.10. cum ſeq.

DE RECONCILIATIONE Eccleſiæ pollutæ, Materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quinta, habito reſpectu ad ordinem. Cap. XXIX.

SVMMA.

1 *Eccleſias pollutas reconciliare Epiſcopus habet.*
2 *Eccleſia quot modis contingat pollui.*

QVintò Eccleſias pollutas reconciliare
1 etiam Epiſcopus habet. † c.tua, & cap. aqua, de conſec. Eccl. vel Alt. & ibi Doct.not. Verùm, vt materiam hanc magis abſolutam habeamus, breuiter explicandum eſt, quot modis contingat Eccleſiam pollui; Videbatur tamen dicendum pollui non poſſe; nam, quæ ſancta ſunt, coinquinari nequeunt, cap.fin. 15.q. vlt.& cap.veſtra, de cohab.cler. & mul. Atqui DD. communiter concludunt ipſam pollui; Non ſecundum ſe, (id enim nequit ob prædicta, & cap.quod quidam, in fin. 1.q.1.& Gloſſ. ac DD.not. in c.vnic. de conſec.eccl.vel alt. & in cap.abbas, & in cap.tuarum, de priuileg.) Sed quoad opinionem hominum, qui quãtum in eis eſt, eam polluunt, atque ſic Gloſ.aſſeruit
2 eod. in loco. † Sex autem modis polluitur: Primum morte hominis violenter facta in Eccleſia, vel cauſa data. Secundò effuſione graui ſanguinis iniuſtè facta, eſto mors non interueniat. Tertiò ſeminis humani effuſione ſponte facta. Quartò excommunicato notorio, denunciatovè ibi ſepulto. Quintò infideli ibi ſepulto. Poſtremò, vbi ab Epiſcopo excommunicato, denunciato, notoriovè conſecrata eſt; his rationibus Eccleſia polluitur, de quibus agendum eſt, & prius de primo modo.

SVMMA.

1 *Polluitur Eccleſia, vbi homo in ea violenter occiſus eſt; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

§. I.

1 §. PRimum igitur † Eccleſia polluitur, vbi homo in ea violenter occiſus eſt. c.propoſuiſti, de conſec.eccl.vel alt. & ibi not.Abb.ac DD.Idem aſſeruit Gloſſ.in c.vnic. in verb.Sanguinis, eod.lib.6.

Id quod locum habet, quicunque homo occiſus ſit; nam ex quo cura cit. non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus, l.de pretio.ff.de publ. in rem act. Quare, vel infidelis ibi occidatur, Eccleſia tamen polluitur. Item vel excommunicatus, vel interdictus, depoſitusvè ſit ob quamcunque rationem; non.n.ob perſonam, ſed ob inhumanam actionem, quæ fit Eccleſia. Poſtremò vel ſãctus occiſus ſit, ita Gloſſ. communiter recept.in verb.Sanguinis in verſ. Quid ſi ſanctus, eod.cap.vnic.non.n.ſanguinis effuſione, ſed ratione illa impia polluitur, eſto in reconciliatione lauandus locus non ſit, ſed colligendus ſanguis, vbi ſanctus occiſus eſt.

Secundò locum habet à quocunque occiſus ſit ob rationem prædictam, quòd canon non diſtinguit. Si ergo Iudex aliquem interficiendum curet, licet iuſtè, quòd tamen locus ad id deſtinatus non eſt, ob eam rem iniuſta eſt occiſio ratione loci, & Eccleſia polluitur, ſecus ſi ſententiam tantùm ferat, ita dixit Nauar. in Man.cap.27.n.256.& ſequitur Sayr.eod.lib.5. cap.16.num.16. de Cenſur. Idem vel ſe ipſum quis occidat, modò ſanus ſit, ita dixit Gloſ.cõmuniter recept.in c.propoſuiſti, de conſ.eccl. vel alt.& Gemin.in eod.cap.vnic.in verb.Sanguinis, & ibi communiter DD. etenim ſi clericus ſit in excommunicationem incidit, vt probaui in Tract.meo de Bulla Cœnæ Domini, ſecus autem ſi furioſus ſe occidat.

Tertiò locũ habet, quocunque modo mors ſecuta ſit. Quare, ſi quis extra Eccleſiã exiſtẽs iacto telo, vel lapide, vel ferro, aliavè ratione percuſſerit in Eccleſia exiſtentẽ, & moriatur percuſſus, Eccleſia erit polluta. Immò vel aliò delatus moriatur, atque ſic dixit Gloſſ. in eod. c.vnic.in verb.Sanguinis, ibi etſi extra Eccleſiam; ſat.n.cãm mortis in eccleſia datã eſſe. Itẽ hinc colligitur Eccleſiã pollui, vel ſanguis effuſio facta nõ ſit, ſed aut laqueo, vel alijs percuſſionibus mors ſit ſecuta, & non vulneribus, ita Gloſ.in c.vnic.& Gemin.in cit.c.n.8. & cõmuniter ibi DD. & Abb. in c.propoſuiſti, num.2. His modis igitur regula hæc amplificatur.

Locũ nõ hẽt tamen primò, vbi mors caſu interuenit, vt pote caſu trabis, lapidis, & hmõi; non.n.Eccleſia polluitur, ex quo iniuria non interuenit, ita ſenſit Gloſſ. in eod.cap.vnic.in verb.Sanguinis in initio, & Gemin.ibi. nu.11. & Abb.in c.propoſuiſti, nu.2. Immò, vel homo quem caſu interficiat, polluta non erit; non.n. data opera id feciſſe exiſtimandum eſt.

Secũdò nõ polluitur Eccleſia ſi tuẽdo ſe aliquẽ cũ moderamine inculpatę tutelę occidat;

tueri.n.ſe qs pōt.c.dilecto, de ſent.excō.lib.6. & Clem.vnic.de homicid.& l.vt vim,ff.de iuſt. inr. & idcirco homicidiū iniuria factū nō nec dedita opera eſt,ita dixit Abb.in cit.c.ptopoſuiſti.n.2.& Gemin.in cit.c.vnic.n.8.de cōſec. eccl. vel alt. Nec repugnat, quòd diximus de indice; nam hic neceſsitate ductus id facit ibi, quæ neceſsitas in Iudice non eſt.

Tertiò nō polluitur Eccleſia,vbi quis extra Eccleſiam ad mortem vulneratus etiā ad Eccleſiam confugiens in ea moritur,ita Glo.ead. inquit in eod.c.vnic. in verb. ſanguinis, & ibi quoque Philip.Franc.nam locus facti vulneris inſpiciendus eſt, & non mortis, vel effuſionis ſanguinis; immò ſi ſupra tectum Eccleſiæ, vel ſub Eccleſiā,vt infouea mors fiat,eccleſia non polluitur,quippe quia in Eccleſia facta nō eſt, ita dixit Gloſ. ead. communiter recept. quod ego ſentio, vbi cauea illa Eccleſia non eſſet, quod in multis eccleſijs Vrbis Romę cōtingit.

Quartò non polluitur, vbi quis in Eccleſia exiſtens percutiat aliquem extra Eccleſiam exiſtentem,vtpote cum arcu furato,vel aliquo telo,ita Anchar.eod.in c.vnic.num.2.

Quintò, vbi homicidium commiſſum eſt à non habente vsū rationis, vtpote à furioſo,ab inſante, à vino obruto, ſomnovè oppreſſo, ita dixit Nau.ī Man.c 27.n.256.& Sayr.eod.n.16.

Poſtremò, vbi homicidium occultum eſt; tunc.n.Eccleſia polluta nō cenſetur, ita ſentit Gloſ.in cit.c.vnic.in verb.Pollui,& DD.cōiter ſequuntur,& Sayr.eod.c.16. non.n.tunc hominum opinio offenditur, ex quo id ignorant. Quare,quouſque id erit occultū,pro non polluta habebitur: at ſi poſtea manifeſtū fiet quia is,qui delictum fecit,id confeſſus eſt,vel alius, & tunc pro polluta habebitur, & idcirco contingere poteſt, vt multo ante homicidium interuenerit,& polluta non cenſeatur,niſi multo poſt; ſed de hoc priori modo hactenus, ad alium modum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Sanguinis humani effuſione iniuria facta, Eccleſia polluitur; qua regula, quouſque pateat, declaratur.*

§. II.

1 §. † SEcundò ſanguinis humani effuſione in Eccleſia iniuria facta Eccleſia polluitur c.vnic.& ibi Gloſ. ac DD. oēs de cōſec.Eccl.vel Alt.lib.6. Hæc regula eiſdē modis amplificatur, & coarctatur, quibus ſuperior.

Excipitur ergo, vbi effuſio ſanguinis humani iniuria facta non eſt. Quare, ſi à Chirurgo ſalutis gratia vena ſcindatur in Eccleſia, non idcirco per eam ſanguinis effuſionem polluta erit,ita Gloſſ. ibi communiter recept. in verb. Sāguinis. Item ſi oſſa,brachiavè,vel quid aliud frangatur, vel moueatur, modò ſanguis non effundatur,neque hic Eccleſia polluitur,& ita Philip.Franc.in ead.Gloſ. dixit: Sicut nec etiā ſi in campanilli, quod ſupra Eccleſiam eſt, ſeu extra Eccleſiam, Eccleſia non polluitur, ſanguis effundatur, vel etiam mors interueniat; Non etiam ſi mortuū corpus in Eccleſiam deferatur recenter extinctū,eſto inimicus adueniens eū pcutiat, & ſanguis effundatur; nō.n. homo eſt, ſed cadauer, ita dixit Sayr.lib.5. de Cenſ.c.16.q̄ opinio mihi nō placet,ex quo effuſio ſanguinis humani fit impiè,ac crudeliter.

Secūdò excipitur, vbi effuſio ſanguinis magna non eſſet; ex quo.n.canon inquit effuſionem,nō leuem ſed grauem effuſionem ſentit, atque ſic dixit Philip. Franc. in eod. c.vnic. in Gloſſ. ſanguinis, & probatur per c.reuertimini.16.q.1.ibi in verb.Effuſionis,& ita Gloſſ. in Clem. ne Romani, §.fin. in verb.Effundendis de elect. Quare ſi quis guttas,vel modicā quātitatem effundat percuſſus, non erit polluta; Quæ autem quantitas magna, paruavè ſit, id iudex arbitrabitur,vt dixit Philip. Franc.eod. & DD. cōcludunt, & facit l.1.ff.de iure delib. & c.de cauſis,de off.deleg.Idem ſi in naſo percuſſus plurimus ſanguis effundatur, modò leuis percuſsio ſit.Polluitur tamen ſi in Eccleſia vulnus inferatur, quamuis effuſio ſanguinis in Eccleſiam non cadat,ſed in aliquod vas recipiatur,vel extra Eccleſiam,ita DD.communiter not. ſat.n.eſt in Eccleſia cauſā datā fuiſſe,ſicut etiam ad mortem vulneratus in Eccleſia,eſto in ea non moriatur; nam nihilominus Eccleſia polluta erit. Et de hoc ſecundo modo hactenus,ad tertium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Seminis humani voluntaria effuſione facta in Eccleſia,ipſa polluitur; qua regula, quouſq; pateat, declaratur.*

§. III.

1 §. † TErtiò Eccleſia polluitur ſeminis humani voluntaria effuſione,vt hē in c.vnic.iunct.Gloſſ.ſeminis de conſ.eccl. vel alt.lib.6.quam DD.cōmuniter ſequuntur.

Hæc autem regula locum habet, non ſolùm, vbi Chriſtianus id facit, verùm etiam,vbi infidelis;Item vel vir,vel mulier;non.n.canon diſtinguit,ergo nec nos diſtinguere debemus.

Item locum habet, vel copula naturali quis vtatur,vel non naturali ob eandem rationem.

Tertiò locum habet, vel cū vxore quis rem habeat. An igitur hac rōne Eccleſia polluitur? Nonnulli exiſtimarunt Eccleſiam non pollui; quandoquidem nō peccatur,ex quo nec adulterium,nec fornicatio eſt. Contrarium tamen ſequitur Gloſſ.in c.vnic.in verb.Seminis,& ſequitur eā Philip.Franc.ibi,& Gemin.nu.10.& Azor.Inſtit. Moral.p.2.lib.9.c.5. & Caiet. quē refert, ac ſequitur Fuſch. de Viſit. Eccl. lib.1. c.28.nu.9.& lib.2.c.25.n.6.vel timeatur de incontinentia,hāc opinionē cōem teſtatur Sayr. in Tract.

in Tract. de Cenſur. lib. 5. cap. 16. nu. 19. nam etſi regulariter Maritus non peccat, & alter alteri debitum reddere debet, intelligitur tamen in loco cōgruo, & opportuno, cuiuſmodi Eccleſia non eſt. Hanc opinionem ego etiam ſequor; nam & mercatus, qui aliàs liciti ſunt, in Eccleſia facti, illiciti dicuntur, vt ſupra vidimus. Excipio tamen, vbi obſidione tenerentur, & diutius ibi fuiſſent, fortaſſe.n. tunc liceret, ſed occultè quantum fieri poſſet. Contrarium tenet Caiet. eod. & Fuſch. in cit. locis, & Nauar. in Man. cap. 16. num. 33.

Excipitur tamen, vbi ſomno oppreſſus hoc faceret, & effuſio hæc interueniret, eſto enim cui eueniet vel occaſionem aliquam dediſſet, vel facta oblictaretur, eccleſia tamen non polluitur, ita Viu. in ſua Syl. opin. 618. quippe, quia voluntaria requiritur; nam & ita concluſimus ſupra de alijs modis. Idq; merito; non enim vt vidimus, Eccleſia per ſe polluitur, ſed id dicitur ob prædicta ſcelera, quæ terrore alij perteriti abſtineant ſe ab iſtis delictis. Excipitur etiam ſi ob ægritudinem ſemen caderet, quod contingebat cuidam meo parochiano, vel miſſam audiret. Idem de menſtruo mulieris, ita Fuſch. eod. cap. 25. num. 6.

Tertiò excipitur, vbi furioſus id faceret; non enim hic meretur, aut demeretur.

Poſtremò excipitur, vbi ſemen aliorum animalium effunderetur, ita DD. eiſdem in locis; de humano enim ſemine omnes loquūtur; ſed iam ad quartum modum tranſeamus.

SVMMA.

1 *Eccleſia polluitur, vbi excommunicati notorij, denuntiatiuè corpus in ea ſepultum eſt.*

§. IV.

1 §. † QVartò Eccleſia polluitur, vbi corpus excommunicati notorij, denunciatiuè in eccleſia ſepultum eſt, vt habetur in cap. conſuluiſti, & ibi Abb. ac DD. not. de conſecrat. eccleſ. vel altar. & vt dixit Gloſſ. in cap. vnic. in verb. Polluto eod. lib. 6. & ego pluribus in Tract. meo de Cenſ. Tab. 2. cap. 9. §. 5. num. 4.

Excipitur tamen, vbi excommunicatus non eſſet notorius, vel denuntiatus; tunc enim Eccleſia non polluitur, cœmiteriumvè; quandoquidem eius communione vti nobis licet ob extrauag. ad euitanda, vt ſenſit Nauar. in conſil. 10. num. 4. verſic. Tertiò, quòd maioris difficultatis, vbi idem ait eſſe, vel ob hæreſim excommunicatus ſit, vbi vt excommunicatus, denunciatus, notoriusvè non eſt; etſi enim hæreticus notorius, denunciatusvè eſt, non tamen Eccleſia eſt polluta niſi notoriū etiam ſit, vel denunciatum ipſum eſſe excommunicatum, ita Nauar. ibid. Idē Addit. ad conſ. 11. eiuſdem in fin. & Sayr. in Tract. de Cenſur. lib. 5. cap. 16. num. 22. & eod. §. 1. num. 3. verſ. Sextò, vbi neque denunciatus, & in Tract. de Bulla Cœnæ Domini par. 1. cap. 15. vbi etiam Toler. idem ſentientem retuli.

At quid de interdicto, an ſi in Eccleſia ſepeliatur, eccleſia polluta erit? Videbatur dicendum ipſam pollui; nam & ipſe ſepultum eccleſ. caret, & eccleſ. cenſura eſt irretitus. Contrarium tamen concludendum eſt; pollutio enim hæc quaſi pœna ipſo iure fit: at huiuſmodi pœnæ non habent locum, niſi in caſu expreſſo arg. eorum, quæ dicit Gloſſ. in Clem 1. de conſang. & affin. vbi de ſponſalib. egit, & Gloſſ. in cap. fin. de iur. patr. etenim pœnæ coarctandæ ſunt cap. in pœnis de reg. iur. lib. 6. cum ſimil. ac de interdicti ſepulcra non dicit, ergo nec nos dicere debemus, atque ſic dicit Sayr. eod. cap. nu. 22. ſed iam ad quintum modum tranſeamus.

SVMMA.

1 *Infideli ſepulto in Eccleſia ipſa polluitur.*

§. V.

1 §. † QVintò Eccleſia polluitur, vbi in ea infidelis, ſeu gentilis ſepultus eſt, vt habetur in cap. Eccleſiam, & cap. ſeq. de conſecrat. diſtinct. 1. Idem dicit Abb. in c. conſuluiſti num. 10. vbi idem etſi pagani de conſecrat. eccl. vel alt. Hæc autem regula locum habet, vel infantes infidelium ſint, ita Sayr. lib. 5. cap. 6. num. 25. cum ſeq. quippe, quia in omnibus eadem ratio eſt.

Excipitur tamen, vbi catechumenus in Eccleſia ſepelitur; eſto enim in ea ſepeliri non debeat, non tamen ſi ſepeliatur, Eccleſia polluitur; quippe, quia is infidelis non exiſtimatur, ſed fidelis, & baptizatus baptiſmo flaminis; ſicut is, qui pro Chriſto moritur non baptizatus ſanguinis baptiſmo baptizatus intelligitur, ita Sayr. eod. nume. 20. Hæc autem ſententia, vt ſepeliri in eccleſia cathecumenus non debeat mihi non placet; nam baptizatus baptiſmo aquæ in Eccleſia ſepelitur, niſi aliud obſtet: at baptiſmus ſanguinis, & flaminis vicem baptiſmi aquæ ſubeunt, cap. baptiſmi vicem, de conſecrat. diſtinct. 4. ergo in Eccleſia ſepeliri poteſt; ſubrogatus enim ſapit naturam eius in cuius loco ſubrogatur. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Accedit, quòd vi charitatis nobis coniuncti ſunt, ergo ſeparari non debent à nobis etiam in ſepultura; non modò igitur per horum ſepulturam Eccleſia polluitur, ſed contra potius in ea ſepeliri debent.

Secundò excipiuntur filij fidelium, qui ante baptiſmum moriuntur in ventre matris vna cum matre: quod.n.portio matris exiſtimantur, ob eam rem in Eccleſia ſepeliri poſſunt, & idcirco Eccleſia ipſorum ſepultura non polluitur, ita Syl.in verb.Conſecratio, 2.q. 5. verſic. Quartus caſus.

Tertiò excipiuntur filij fidelium, qui nati ante baptiſmum mortui ſunt; etſi enim per ipſos Eccleſia non polluitur, non tamen id iure cautum eſt, & gentiles propriè non dicuntur, in Eccleſia tamen ſepeliri non debent, & ita conſuetudine ſeruatur. Sed iam ad poſtremum modum transeamus.

S V M M A.

1 *Eccleſia ab Epiſcopo excommunicato denunciato, notoriovè conſecrata polluta eſt.*

2 *Cęmeterium pollutum eſt, vbi Eccleſia ei contigua eſt polluta, ſed non è contrario.*

§. VI.

1 §. † POſtremò Eccleſia polluitur, vbi ab excommunicato, denunciato, notoriovè Epiſcopo conſecrata eſt, ita dixit Io. Andr. quem refert, ac ſequitur Abb.in c.conſuluiſti, de conſecr. Eccl. vel Alt. & DD. communiter ſequuntur; Et hoc ob eam rationem, quòd ſi excommunicati ſepultura polluitur, multo magis per manuum contrectationem, ita Io. Andr. & Abb. eod. in loco, Modus tamen hic mihi non quadrat, ex quo iure cautũ non eſt; nam ſi hoc daremus & altaria, in quibus ſacra faciunt, & indumenta, & veſtes, quibus celebrant polluta eſſent, & tamen contrarium habemus, cap.2.de Sacram.non iter. Non igitur opinionem horum ſequor de rigore iuris; Nec facit c.Agapitus, de conſ.d.1.ibi enim forma Eccleſiæ conſecrationis ſeruata non erat, vt Gloſſ. ſentit.

His igitur modis Eccleſia polluitur, qua polluta omnia Sacella, & Capellę ibi poſitę pollutæ ſunt, ex quo enim totum pollutum eſt, ideſt Eccleſia, ergo & Sacella eius partes; in toto enim partes continentur viribus vulgaribus: item polluto principali, ideſt Eccleſia, & acceſſorium pollutum eſſe cenſetur, cap. acceſſorium, de reg.iur.lib.6.& c.vnic.de conſ.Eccleſ.vel Altar.eod.lib.6.

2 Tertiò † Cœmeterium etiam cõtiguum ipſi Eccleſiæ pollutæ pollutum erit, modò cœmeterium ita propinquum ſit, & contiguum, ita vt extrema Eccleſiæ tangant extrema Cœmeterij, vt dixit Gloſſ.in c.vnic.de conſec.Eccl. vel Alt.in verb. Contiguum, polluta igitur Eccleſia, & Cœmeterium pollutum eſt, & ita dicitur in eo.c.vnic.acceſſorium enim, vt proximè diximus, ſequitur naturam ſui principalis iuribus ſupra cit.& ita DD.not.in eod.cap. vnic. Hoc autem locum habet, vel Cœmeterium in partes eſſet diuiſum, ſed nullo interiecto ſeparatum; exempli gratia, in Cœmeterio adſunt plura loca, & ſepulturę, in quorum altera ſepeliuntur domicilium ibi habentes, & in altera peregrini, in altera, qui ſunt de aliqua ſocietate, vt Chriſti Domini, erit igitur hoc Cœmeterium etiam pollutum.

Excipitur tamen primò, vbi Cœmeterium Eccleſiæ pollutæ contiguum non eſt; non enim tunc Cœmeterium erit pollutum. Idem habetur, in eod.c.vnic.& ibi DD. not.etenim acceſſorium Eccleſiæ tunc non eſt, nec cenſetur eſſe.

Secundò excipitur, vbi eſſent plura Cœmeteria, & alterum ab altero ſeparatum pariete interiecto, eſto per portam vnius ad alterum iter habeatur, ita dicitur eod.c.vnic.verſ.Non vnum; igitur contiguum tantum erit pollutũ.

Cęmeterium quoque eiſdem modis, quibus Eccleſia polluitur, vt dicitur in eod.c.vnic. Id quod locum habet, vel in diuerſis partibus homines mortui ſepeliantur, modò ſeparati non ſint.

Excipitur tamen, vbi Cœmeterium vnum ab altero ſeparatum eſt; non enim tunc ſeparatum pollutum erit, eſto ad id per portam alterius iter habeatur, ita dicitur, eod.cap.vnic. verſ. Non vnum.

Atquid ſi in porta fiat aliquid, vnde pollutio ſit, quid iuris? Ego ſentio vtrunque pollutum eſſe; nam paries communis eſt, & porta, & non magis iſtius, quam illius Cęmeterij, ergo vtrunque pollutum erit. Excipitur tamen, ſi eſſet facta porta gratia vnius; nam tũc illud tantum pollutum erit, vid. tamen *DD.* in eod.cap.vnic.

Addo è contrario polluto Cœmeterio contiguo Eccleſiæ ipſam Eccleſiam pollutam non eſſe, vt dicitur in eod.c. vnic. de conſ. Eccl.vel Alt. non enim principale acceſſorij naturam ſequitur, vt ibid.dicitur.Sed de modis, quibus Eccleſia polluitur hactenus, iam de effectibus pollutionis agamus.

S V M M A.

1 *Eccleſia polluta, diuina in ea fieri non poſſunt, antequam reconcilietur.*

2 *Eccleſia polluta, ſi quis in ea celebret, mortiferè peccat, non tamen irregularis ſit.*

3 *Eccleſia ſi polluatur, dum Sacerdos ſacra facit, quid agere debet.*

4 *Cœmeterio polluto ſepeliri in eo nemo debet.*

§. VII.

1 §. † POlluta autem Eccleſia, in ea diuina fieri non poſſunt, antequam reconcilietur; nam, qui contrafacit temerariè agit, vt dicitur in c.is qui, de ſent.excom.li. 6.

ergo

ergo non poteſt; atque ſic not. Ancharan. Gemin. Philip. Franc. & DD. ibi. Quare in Eccleſia polluta Canonicarum Horarum præces celebrari non poſſunt, vt dicitur in eod. c. fin. de conſecr. Eccl. vel Alt. & in c. tuarum, & ibi not. Abb. nu. 3. de priuileg.

Secundò, nec Miſſæ ſacrum fieri, nec Sacramenta in ea adminiſtrari, imò nec feſtis diebus, in quibus interdictum ſuſpenditur, iuxt. c. fin. de ſent. excom. lib. 6. & ita ſentit Gloſſ. in cit. cap. tuarum, verſ. Ad reconciliationem, de priuil. & Villad. de Irregul. cap. 5. nume. 10. & Sayr. de Cenſur. lib. 5. cap. 16. num. 30. Exciplo tamen, ſi Eccleſia baptiſmalis eſſet; nam baptiſmus in ea adminiſtrari poterit, ex quo Sacramentum neceſſarium eſt; idque ſentio, vel in articulo mortis conſtitutus non ſit; nam in quocunque interdicto permiſſum eſt, cap. fin. de ſent. excom. lib. 6. & Ego probaui in Tract. meo de Cenſ. Tab. 5. Secundò ſi etiam ſeruanda eſſet Euchariſtia pro infirmis; nam & celebrari poſſe ad ipſam conficiendam cenſeo, & ita Sayr. eod. nu. 29. Quod verum cenſeo, ſi non ſtatim poſſet reconciliari, & alia Eccleſia non eſſet, quæ ad id obligaretur.

Tertiò excipitur, vbi ignoratur, nec noto-
2 rium eſt ipſum † pollutum eſſe: tunc enim in ipſa celebrari poterit, cùm prohibitio illa nō ob ipſam Eccleſiam, quæ pollui non poteſt, ſed ad terrorem fiat, vt ſupra dixi; quouſque igitur notorium id non eſt ibi celebrabitur, at, vbi notorium eſt factum, ſecus, ex hoc tempore igitur incipit eſſe polluta, ita DD. communiter aſſerunt, vt teſtatur Syl. in verb. Conſecratio, 2. q. 5. verſic. Tertius caſus.

Quartò excipitur oratio priuata, hæc enim fieri poteſt; quandoquidem non experitur prohibitum, & ita dixit Nauar. in conſ. 10. q. 4. de haret. vbi ait priuatam orationem fieri poſſe in Eccleſia polluta per illationem excōmunicati, & Pagani, ergo idem, vbi ob alias cauſas eſt polluta.

3 Verùm † quid ſi Sacerdos, dum Miſſæ ſacrum facit, rixa orta in Eccleſia homicidium fiat, vel vulneribus ſanguis effundatur, an intermittere miſſam debet? In hoc caſu, quæ in Tractat. meo de Cenſur. Tab. 2. cap. 8. §. 4. diximus de Sacerdote celebrante Miſſam, ſi excommunicatus interueniat, & hic locum habent; quæ igitur huc pertinent illinc ſumantur, vt ſcilicet poſt cæptam conſecrationem perficiat, aliàs ſecus vid. ibi. Quoad alia diuina officia verò, ſi hoc contingat, dum celebratur, intermitti debent, quocunque tempore fiant, ex quo graue damnum nō imminet. Hæc igitur in Eccleſia polluta prohibentur.

4 In Cœmeterio autem polluto † quis ſepeliri non poteſt, c. conſuluiſti, de conſec. Eccl. vel Alt. & c. vnic. eod. lib. 6. Atqui, ſi ſepeliantur, tollerari poterunt, vt ibi maneant, quouſque reconcilietur: non etiam in Altari exiſtente in Eccleſia polluta celebrari poteſt, vt dixit Abb. in c. propoſuiſti, de conſecr. Eccl. vel Altar. nume. 10. nam videtur quodammodo pars eius ſecus in execratione; poteſt enim execrata eſſe Eccleſia, & non Altare, & è contrario; non enim vna conſecratio amborum eſt, ita Abb. ibi. at pollutio afficit totum corpus Eccleſiæ, & idcirco, & altare, quod eſt in Eccleſia, & ita Fuſc. de viſit. cap. 22. num. 7. lib. 1. Sed de effectibus pollutionis hactenus, iam, à quo reconcilietur, quod in primis contemplandum nobis erat, videamus.

S V M M A.

1 *Eccleſiam pollutam Epiſcopus reconciliare habet, & qua ratione reconcilietur.*

2 *Reconciliatio Eccleſiæ pollutæ delegari poteſt Epiſcopo, ſed non Sacerdoti ſimplici.*

3 *Eccleſiam non conſecratam pollutam reconciliare Sacerdos poteſt.*

4 *Cœmeterium pollutum reconciliare Epiſcopus habet.*

5 *Cœmeterium pollutum ob Eccleſiam pollutam reconciliatur ipſo iure, ſtatim atque Eccl. eſt reconciliata.*

6 *Reconciliatio Eccleſiæ quorum ſumptibus fiat.*

§. VIII.

§. POſtremò, quod explicandum in primis nobis erat, videndum eſt, quis pollutam Eccleſiam reconciliare poſsit;
1 † Epiſcopus ergo, vt regulam ponamus, Eccleſiam pollutam reconciliare habet, ac poteſt, ita habetur in c. aqua, de conſ. Eccl. vel Alt. & ibi DD. not. & in c. propoſuiſti, eod. & ibi quoque Abb. Reconciliatio autem fit aqua ab Epiſcopo benedicta vino admixta, & cineri, vt habetur in cit. c. propoſuiſti, & cit. c. aqua, & ratio, quamobrem id fiat reddit Abb. in cit. cap. propoſuiſti, & à Ration. diuin. off. Verba autem, quib. hæc reconciliatio fit, in Pontificali habentur in tit. de Eccleſiæ, & Cœmeterij reconcil. pag. 474.

2 Delegari † autem facultas hæc alteri Epiſcopo poteſt, ſed non Sacerdoti, eſt enim ordinis Epiſcopatus, & idcirco inferiori Epiſcopo delegari nequit, cap. aqua, & ibi Abb. ſummus Pont. tamen id poteſt, ex quo de iure poſitiuo eſt, & omnia, quæ iuris poſitiui ſunt, & ordinis Epiſcopatus delegare Summus Pont. valet. Hinc Leo X. primibus ordinum minorū facultatem reconciliandi Eccleſias tribuit aqua à ſe benedicta, modò Epiſcopus per duas dietas longius abeſſet, vt habetur in Priuileg. Mēd. in verb. Benedicere, §. 14. & refert Sayr. eod. cap. 10. nu. 31. Alias debent habere aquā benedictam ab Epiſcopo, ita Ioan. Bapt. Confett. in ſumm. priuil. Mend. tit. 18. cap. 5. p. 375. Idem, quod Rom. Pont. tantum delegare id poſsit,

poſsit,teſtatur Iacob.Strozz. in Tract. De off.
vic.lib.2.quæſt..5.num.4.

3 Excipitur autẽ † vbi Eccleſia polluta non-
dum conſecrata eſſet; nam per Sacerdotem
aqua exorcizata non admixto vino, & cinere
reconciliari poteſt, ita habetur in c.fin.iunct.
Gloſ.fin.de conſec.eccl.vel alt. & communiter
cum ea DD. tranſeunt, vt teſtatur Abb.ibi, &
ſine licentia Epiſcopi id fieri poſſe videtur.

4 Cœmeterium quoque † reconciliatur ea
ratione, qua Eccleſia; nam ſi per Epiſcopum
ſolemniter conſecratum hæc polluatur, per
Epiſcopum reconciliari debet aqua ſolemni-
ter cum vino, & cinere per eum benedicta.
c.conſuluiſti de conſec.eccl.vel.alt. Si verò ab
Epiſcopo non eſt ſolemniter benedictum, ſed
tantum ad ſepeliendum deſtinatum per Pa-
rochum ſacerdotem poterit aqua exorcizata;
ſi enim in hoc caſu poteſt Eccleſiam ſimplex
ſacerdos quanto magis Cœmeterium, quod
minus eſt? c.1. de conſec.eccl. vel alt. lib.6. &
5 ita Nauar.conſ.1.eod. † Immò Cœmeterium,
vbi pollutum eſt, non per ſe, ſed ob Eccleſiam
pollutam ei contiguã, recõciliata Eccleſia, erit
reconciliatum & ipſum cœmeterium; ita DD.
omnes, & Gemin.in cit.c.vnic.num.5.verſ.ſed
ante reconciliata Eccleſia; vnum enim quodq́.
tollitur eo modo, quo inductum eſt arg.cap.1.
de reg.iur. at per pollutionem Eccleſiæ pol-
lutum eſt, ergo per reconciliationem eiuſdem
reconciliatum eſſe debet.

6 Verùm † quorum ſumptibus reconcilian-
da eſt? Eius planè, qui eam polluit, ita Anto.
de Butr.in c.propoſuiſti, de conſe.eccl.vel alt.
& refert, ac ſequitur eum Felin. in c.acceden-
tes de præſcript. Et ſi hic nõ poterit, vel igno-
retur, cõſuetudo ſeruabitur, vel ſtatutum; po-
ſtremò Epiſcopus; aliàs ſi non adſit, Populus,
& Parochus ſubminiſtrabunt ſumptus; quod
verum ſentio, vbi nullus ex prædictis poteſt,
ita Abb.in c.propoſuiſti de conſec.eccl. vel al-
tar. in fin.& Io.de Lign. & DD. vt refert Abb.
ibi; vid. tamen Zabar. in Clem.1. de celebrat.
miſſ. nume.15. ſed de conſecratione Eccleſiæ
hactenus, ad conſecrationem altarium tran-
ſeamus.

DE CONSECRATIONE Altarium, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis ſexta, habito reſpe-ctu ad ordinem Epiſcopalem. Cap. XXX.

SVMMA.

1 *Altaria conſecrare Epiſcopus habet.*
2 *Altaria quotuplicia ſint.*
3 *Altare aliud portatile, aliud non portatile.*
4 *Altare quomodo execretur.*

1 SExtò † Epiſcopus Altaria con-
ſecrare habet, cap.quod in dubijs
verſ. Cui conſecrationis benedi-
ctio Pontificali miniſterio adhi-
betur de conſecr.eccleſ. vel altar.
Si enim Pontificali miniſterio conſecratio al-
taris fit, ergo à Pontifice, & idcirco ab Epiſco-
po; Pontificis enim nomine Epiſcopus conti-
netur c.1. verſ. Pontifex, d.21. Ex quo igitur
pontificali miniſterio conſecratio hæc fit ad
Pontificem, ideſt ad Epiſcopum conſecratio
pertinet; valet enim argumentum à coniuga-
tis, vt DD. communiter concludunt. Altaria
verò ex lapide eſſe debent c.altaria de conſe-
crat.d.1.& ita Fuſch.de Viſit.lib.1.cap.21.n.9.
Ex his autem patet cum altaria conſecrentur,
& reliquiæ etiam addantur, in ipſisq́. collo-
centur non debere laicos ſuper ipſa ſedere,
vel cubitus ponere, quod ſæpiùs fit cõtra om-
nem pietatem, & decorem, Epiſcopus ergo
pœnis adhibitis abusũ hunc remouebit, atque
ſic dixit Fuſch. de Viſit. Eccleſ. lib.1. cap.23.
num.19.

Secundò ſi conſecratio altaris tollatur, ſeu
execretur, ad eundem pertinet ipſum iterum
conſecrare, vt concluſi ſupra de conſecratio-
2 ne Eccleſiæ. † Verùm, vt ſciamus quando al-
tare reconſecrari debeat, præmittendum eſt
3 altare duplex eſſe. † Alterum, quod portatile
dicitur, ſeu Viaticum. Alterum non portatile,
ſed firmum, ac ſtabile. Portatile eſt, quod fa-
ctum eſt ex paruo lapide (de lignis enim non
fiunt) & de loco ad locum ferri poſſunt, qui
lapis foramen in ſe continet, quod dicitur ſe-
pultura, & in eo collocantur Reliquiẽ aliquo-
rum Sanctorum, Nomen Sancti in cuius hono-
re conſecratur, & nomen Epiſcopi, qui ipſum
conſecrauit, ita inquiunt Innoc & Abb.in c.1.
nu.1.de conſ.eccl.vel alt. Hoc autem foramen
iam rebus dictis collocatis occluditur alio
lapide, quod ſigillum dicitur; ſicut enim ſigil-
lo litteræ ſignantur, ita eo foramen illud ſi-
gnatur.

Hoc præmiſſo, antequam de altero altari
agamus (hoc enim eſt, quod frequentatur, &
4 conſecratur) videamus † qua ratione execre-
tur. Primum igitur execratur altare hoc, vbi
lapis ille, quo foramen illud occluditur, inde
amouetur, ita inquiũt Innoc. & Abb. eod.c.1.
Secundò, vbi idem lapis, ſeu ſigillum nõ amo-
tum, ſed enormitèr aut fractum, aut diminu-
tum eſt, vt pote, quia pars aliqua ipſius nota-
bilis, ſeu magna fracta eſt, vel ſublata arg.cit.
c.1.iunct. c.cùm in dubijs eod.

Tertiò, ſi non ſigillum, ſed lapis ipſe, qui fo-
ramen continet frangatur, diminuaturvè etiã
grauiter. His igitur modis altare hoc execra-
tur. Quare in hoc poſteriori caſu alius lapis
erit

erit ſumendus, in priori ſigillū iterum apponēdum, vel ſi fractum, aut diminutū ſit, aliud, & in vtroq; caſu conſecratio iterum adhibenda. Ex his apparet quarto loco execrari, ſi vnctiones, aut reliquiæ inde tollantur. Ex dictis etiam apparet ſi ſtantibus prædictis omnibus nulla mutatione facta hoc altare de vno loco ad alium deferarur, ipſum non execrari; nam idcirco portatile dicitur, quoniā de vno loco ad alium portari poteſt. Hinc, vbi in Eccleſia aliqua altare hoc non adeſt, de altero altari ſumi ſolet, & eo deſerri, & communiter appellatur hoc altare Petra Sacra. Atqui ſi hoc viaticum altare fieret in paruo lapide, deinde includererur in maiori lapide non conſecrato, an ſi deinceps altare illud portatile inde amoueatur, execratum erit? Ioan. Andr. quem refert Abb. in c. ligneis de conſ. eccl. inquit non execrari. Contrariū tenet Abb. Ego ſequor opinionem Ioan. Andr. quoniam altare eſt ipſe lapis, & integer, non autem ipſa tabula, in qua eſt collocatum, ex quo conſecrata non eſt. Et de hoc altari hactenus, iam de altari non portatili agamus.

Altare verò ſtabile, & firmum eſt, vbi tota tabula Altaris conſecratur eodem modo, quo altare portatile, & tabula hæc lapidea complectitur totum ſeu locum, vbi Miſſæ ſacrum fit.

Execratur autem primò, ſi remoueatur ſigillum ipſum, vt antea diximus, & eiſdem modis execratur, quibus altare portatile.

Secundò execratur, vbi tabula ipſa effracta enormiter, aut diminuta eſt cit. c. quod in dubijs, ſi enim paululum de ipſa tabula tolleretur, aut diminueretur execrata non eſſet, vt habetur in cit. c. ligneis eod. Quod ego accipio, dummodo in eo loco fracta diminutauè non ſit, vbi conſecratio facta eſt, tunc enim vel parua pars ſit execrata eſſet, vt ſenſit Abb. in eod. c. 1. num. 3. verſ. ibi Primò, vbi violatur locus conſecrationis puta, quòd cecidit, quod de lapidibus tangentibus ipſam conſecrationem, & cæt. Et dicitur tūc magna fractio, quoniam conſecratio lęſa eſt. Hinc apparer, ſi ex diuerſis lapidibus altare cōſtet, & lapis amoueatur tangens ipſam conſecrationem, tunc ipſum execrari. Secus autem, ſi ex vno lapide conſtaret Petra hæc ſacra, & de vno loco ad alium transferatur; eſto enim moueatur de loco ad locum, non tamen execratur, ſicut etiā diximus de altare portatili ob eandem rationem. Hodie tamen rarò conſecrantur huiuſmodi tabulę pro altaribus, ideſt vt grandes lapides ſint, ita vt ſupra Miſſæ ſacrum fieri poſſit, ſed omnia altaria viatica fiunt: Ideſt ex paruo lapide conſtantia, vnde ex vno loco ad aliū facilè deferuntur: execrata igitur, vbi ſunt hæc altaria, ipſe Epiſcopus ea conſecrabit, ad alia tranſeamus, ſi hæc addiderimus altaria ſumi propriè, vbi celebratur, & eſt lapis ille, qui conſecratur. Impropriè pro ſacello, ſeu capella, & hæc ſine licentia Epiſcopi conſtrui non poſſunt, ſicut nec Eccleſiæ c. nemo de cōſ. d. 1. & c. quamuis d. 68. quæ ſine dote ędificari non debent, vt ſupra probaui, & vbi auttoritate Epiſcopi conſtructa ſunt beneficiū ſimplex eccl. dicitur c. quæſitum 1. q. 3. & ita Rebuff. quem refert, ac ſequitur Fuſch. de viſit. Eccl. lib. 1. cap. 21. n. 13. Item in Eccleſia conſecrata ſine licentia Epiſcopi conſtrui nō poteſt c. nullus præsbyter de conſ. d. 1. Immò in Eccleſia, vbi altaria ſuperflua ſunt tolli debent inde c. Eccleſiæ vel altaria ead. diſt.

DE CONSECRATIONE Calicis, ac patenæ, Materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis ſeptima, habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem. Cap. XXXI.

SVMMA.

1 *Calices, & Patenæ ab Epiſcopo conſecrari debēt.*
2 *Calices, & Patenę ſi execrentur, ab Epiſcopo iterum conſecrari debeŋt.*
3 *Calices, & Patenæ quot modis execrentur.*
4 *Altari, Calice, Patenis, ſi excommunicatus hæreticus, ſchiſmaticus, & de gradatus vtatur, an execrentur.*
5 *Calices, & Patenæ tangi non poſſunt ab ijs, qui ordini ſacro non ſunt initiati.*

1 SEptimò † Epiſcopus Calices, ac patenas, quorum altero Chriſti Domini Sanguis cōtinetur, altero corpus contrectatur, conſecrare debet: id quod fir ſacro Chriſmate, vt de Calice habetur in c. vnic. §. vngitur præterea de ſacr. vnct. atq; ſic dixit Durand. in Ration. diuin. offic. lib. 1. cap. 8. num. 13. cum ſeq. & communis DD. ſententia hæc eſt, vt habetur in Pontificali Romano.

2 Secundò † ſi execrentur iterum, ea conſecrare debet, vt diximus ſupra de Eccleſia, & altari. Verùm, quò ſciamus, quando iterum conſecranda ſint, videndum eſt quot modis contingat ipſa execrari.

3 Execrantur ergo primum, † vbi conflata ſunt, vt pote combuſta Eccleſia, Calix, & patena liquefacta ſunt; ſi enim de eadem materia iterum fiant nouus Calix, & noua patena erunt, arg. l. quid tamen §. ſi nauis ff. quib. mod. vſuſ. amitt.

Secundò execrantur, vbi eorum ſpecies nō tolluntur, ſed ſuperficies tātùm, exempli gratia Calix, & patena erant ex ſtamno, quod auro, aut argento deinceps erat delinitum, planè ſi aurum illud, vel argentum tollatur, eradaturvè vetuſtate, aliavè ratione, iterum erunt conſecranda, ex quo ipſa conſecratio

ſubla-

ſublata eſt; non tamen ſi lauentur,& remaneāt prædicta, erunt execrata, immò eſt neceſſarium,ſi aliquæ maculæ adſint,vt expurgentur.

Tertiò etiam execrantur, ſi magna ex parte ſuperficies tollatur, ſed non tota arg. c. qđ in dubijs, & c. ligneis de conſ. Eccl. vel alt. vbi & altaria enormiter diruta execrata ſunt ob eandem rationem.

4 Verùm † quod contingit Parochos velle ab Aurifice vel inaurari, vel pedem accomodari Calicis, qui mouetur; & vaſa hæc ſacra tangi non poſſunt, niſi a viris ſacro ordinis initiatis c. in ſancta de conſ. d. 1. & c. ſacratas d. 3. Epiſcopi autem ſolent clauibus percutere calicem,& patenam,quaſi hac ratione execrentur, an huiuſmodi percuſſione execrentur? Ego ſentio per ſimplicem percuſſionem nullo modo execrari, ex quo nec forma, nec ſuperficies grauiter,& enormiter mutatur,imò nec ſi paruum ſignum fiat; debet igitur ſuperficies grauiter,& enormiter tolli, alioquin non execrarentur,& ſi ex magna parte eſſet ſublata ſuperficies opus nō eſt percuſſione ob prædicta; hoc autem intelligo,vbi intrinſecus ſuperficies ſublata vel enormiter læſa eſt; nam vnctio Chriſmatis fit intrinſecus,vt habetur ī Pontificali,& non exterinſecus. An autem Sacerdos ſimplex id queat? Ego ſentio ſummo iure id non poſſe, ſed conſuetudine ſic,ſed de hac conſecratione hactenus.

5 Atqui † an altaria, Calices patenæ, indumenta, & veſtes ad diuina facienda execrentur, ſi ipſis vtatur Cenſura irretitus,vel hæreticus,vel ſchiſmaticus, vel degradatus? Planè non, vt habetur in c. 2. de ſacram. non iteran. Sed de hac materia ſatis, iam ad alias cōſecrationes tranſeamus.

S V M M A.

1 *Reges conſecrantur ab Epiſcopis.*
2 *Campanæ ab Epiſcopo conſecrantur.*

§. I.

1 §. † Poſtremò Epiſcopus, & Reges conſecrare debet,vt dicitur in c. vnic. §. vnde in veteri de ſacr. vnct. vnguntur autem ſacro Chriſmate in brachio, ſeu humero, vel in armo; nam in illis partibus principatus congruè deſignatur iuxta illud quòd legitur factum eſt principatus ſuper humerum eius; non in capite autem vngitur, vt Epiſcopus, quò oſtendatur quanta ſit differentia inter auctoritatem Pontificis,& Principis poteſtatem, vt dicitur in eodem. §. vnde in veteri. Quanta autem differentia ſit,declaratur in c. duo ſunt d. 96. & c. ſolitæ de maior. & obed.

2 Campanas quoq; benedicit, † & chriſmate vngit Epiſcopus, vt dixit Durand. in Ration. Diuin. Off. lib. 1. cap. . . . . vbi quamobrem ēt benedicantur rationes reddit; nam ad vſum diuinorum conſecrantur, & idcirco non debemus eis uti,vt per ipſas ſignum demus ad arma, vel ad alios actus profanos ſignificandos, ex quo ad eum finem conſecratæ non ſunt,ſed ad excitandos Chriſti fideles, vt ad diuina veniant,& ad preces faciēdas,vbi grandines, & tempeſtates timeatur, quæ à Dæmonibus ſæpius excitantur. An autem irregularis fiat, qui eas pulſat, dum ad mortem quis ducitur, voluit contra hoſtes eatur declarani in tract. meo de irregul. cap. 11. §. 6. eſto ad hæc adhiberi non debeant,vt dixi. Et quamobrem pulſentur vid. Gloſſ. in Extrauag. Ioan. 22. incip. quia cūctos de off. cuſtod. ſed de conſecratione ſatis, ad benedictiones, quæ ab Epiſcopo fiunt, tranſeamus.

DE BENEDICTIONIBVS Abbatum, Monialium, Indumentorum ad Miſſæ ſacrum faciendum pertinentium; nec non de benedictione ſolemni ſupra populum; & de ea quæ fit in itinere; & de celebratione ſolemni, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis octaua, habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem. Cap. XXXII.

S V M M A.

1 *Benedictiones quaſdam Epiſcopus ſolum facere poteſt.*
2 *Benedictio quotuplex ſit.*

1 Benedictiones quaſdam † itidem Epiſco-
2 pus facere poteſt,vt videbimus: † verùm anteq̄ rem aggrediamur præmittendum eſt benedictionum duo eſſe genera. Alterum genus eſt earum, quæ inuocatione Dei, & ſanctorum fiunt,& res, quæ his benedicta eſt,ſacra non conſtituitur, nec benedictam redictus, nec ad vſum aliquem præcipuum conſtituitur, ſed res ead. ad omnes vſus apta remanet, ad quos ante benedictionem apta erat. Hac ratione benedicitur menſa, Domus, Nauis, & huiuſmodi; inuocatur enim, atq; imploratur auxilium Dei ſuper hæc, & non tamen remanentur ab vſibus ſuis proprijs, & idcirco iterari poteſt benedictio hæc.

Alterum genus eſt earum benedictionum, quæ conſtitutiuæ ſacri ſunt,& he ſunt,quę res benedictas ſacras reddunt, & deinceps ad alium vſum adhiberi licitè nequeunt, quàm ad eum, cuius gratia benedictæ,ac conſecratæ ſunt, cuiuſmodi eſt benedictio, Corporalium,

lium, Veſtium Sacerdotalium, Abbatum, & Monialium, hæc.n.vbi benedicta ſunt, ad aliũ vſum conuerti non debent, nec licitè poſſunt, preterquam ad eum vſum, ad quem conſecrata, ac benedicta ſunt. Hæc eſt doctrina Caiet. 2.2.q.8.art. 11. Addo ego ratione alia differri benedictiones has, nam res, quæ benedictione ſacræ factæ ſunt ſtante ead. forma ac materia iterum benedici nequeunt, & vetuſtate corruptę ad alium vſum transferri nequeunt, ſed concremari debent, vt de veſtibus Sacerdotalib. dicitur in c. altaris palla de conſ. diſt. 1. At, quæ benedictione ſacræ non fiunt, ſæpius benedici queunt. Hoc præmiſſo de benedictionibus, quæ rem ſacrã reddunt itidem, & de alia agamus: id quod in ſeqent. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Abbates.* } *ab Epiſcopo benedicitur.*
2 *Moniales.* }
3 *Veſtes Sacerdotales.* }
4 *Veſtes Sacerdotales an à Sacerdote ſimplici benedici poſsint.*
5 *Benedicendi has veſtes facultas ab Epiſcopo delegari non poteſt.*
6 *Veſtes ſacræ vbi veteres ſunt, quid faciundum.*
7 *Cœmeteria benedici.*

§. I.

§. DE benedictione quæ rẽ ſacrã reddit, vbi benedicta eſt primo agemus.

1 Primũ igitur † benedicere Abbates Epiſcopus habet cap. primo de ſupp.neg. præleg. & ibi Abb. ac DD. arg. c. quoniam vidimus d. 69. nã ante benedictionem ab Epiſcopo diœceſano habitam, ordines conferre non poteſt vt ibi dicitur, atq; fic dixit Syl. in verb. Abbas q.1.& Ioan. Tabié. eod. An autem iterari poſſit benedictio hæc: cõmuniter cõcluditur iterari non poſſe, vt teſtatur Nauar. in conſ. 2. de Sacra. nõ iter. eſto Gloſ. dubitauerit in Clem. Accedentes in verb. Benedicti de ſtat. monach. nihilq́. pro hac benedictione recipere debet, alioquin ſimoniam committeret c. ſicut certa de ſimon.

2 Secundò † moniales etiam benedicere habet. Item & velum illis tradere, vt DD. communiter concludunt, Gloſſ. in c. aqua de conſ. Eccl. vel altar. & ibi DD. Abb. & in c. tranſmiſſam de elect. & in c. 1. §. ad Epiſcopum d. 25. & in c. quamuis d. 68. cum ſimil. Atqui ſi corrupta ſit, an conſecrari poteſt? Non conſecratione Virginum c. accitius d. 26. poteſt tamen velum profeſſionis accipere, & ei dari, & benedici benedictione, qua Virgines benedicũtur mutato verbo Virginitatis in alia honeſta verba, vt dixit S. Thom. 2. 2. q. 111. & Nau. in conſil. fin. de Regul. plures.n. ſpecies veli ſunt, vt refert Gloſſ. in c. illud autem. §. velamen. 20. q. 1. Idem, & de Vidua, quæ poteſt vouere ſolemniter, & velũ profeſſionis ſuſcipere c. vidua de regul. & benedici benedictione viduali, & facit c. ſicut bonum, & c. viduas 27. q. 1. & ita Durand. in Ration. diuin. offic. lib. 2. cap. 1. num. 48. demandato tamẽ Epiſcopi ſacerdos poteſt benedicere moniales, ita habetur in c. 1. & 2. 26. q. 6. & ita Sbrozz. de Offic. vic. lib. 2. q. 8.

3 Tertiò † indumenta, ſeu veſtes ſacerdotales ad Miſſæ ſacrum faciendum, vt Amictus, Alba, Cingulum, Manipulum, Stola, Caſula ab Epiſcopo conſecrari debent, vt DD. communiter concludunt, & Ioan. Tab. in verb. Abbas nu. 12. verſ. vnde præclara ibi Quædam ſunt, quæ pertinent ad Chriſti corpus myſticum, vbi rem hanc pluribus egit.

4 Atqui † an ſimplices Sacerdotes hæc benedicere poſſunt? Philip. Franc. in c. Abbates de priuileg. lib. 6. ſenſit id ipſos non poſſe; nam nec Abbates, quib. multa licent, quæ non Sacerdotibus, benedicere ea queunt communi iure, & quoſdam alios ibi idem ſentientes refert. Idem Zabar. in Clem. attendentes §. ſtatuimus num. 3. de ſtat. monach. & quod ſimplices Sacerdotes nequeant de communi ſententia teſtatur Tab. in verb. Abbas num. 2. q. 1. & Nauar. in cõnſ. 2. de conſ. Eccl. vel alt.

Contrariam tamen opinionem, vt ſimplices parochi hæc benedicere poſſint tenet Angel. in verb. benedictio. num. 1. & probat hac ratione, quoniam presbyter omnia facere poteſt, quæ ordinis ſunt, niſi ſint ordinis Epiſcopalis, vel ſpeciatim ei interdicta. At hæc benedicere non eſt ordinis Epiſcopatus; non.n. Abbates poſſent ex conſuetudine, & tamen poſſunt, vt DD. ſentiunt in cit. c. Abbates, & in cit. Clem. pendentes. Non eſt etiam ipſis prohibitum; nã in c. quamuis d. 68. & in c. miniſtrare 26. q. 6. multa presbyteris prohibentur, in quib. non eſt benedictio horum, ergo presbyteri hæc benedicere queunt. Ioan. Tab. qui communem opinionem ſequitur ad has rationes reſpondet; nam quatenus inquit hoc non eſſe ordinis Epiſcopatus, negat hoc ipſe; nam ordinis Epiſcopatus multiplicis generis ſunt, partim, quæ immediatè reſpectum habẽt ad Chriſti Corpus verum, vel ad materiam eius, vt ſunt omnes ordines ſacri, ſacerdos.n. conſecrat verum Corpus, & ſanguinem Chriſti Domini, & Diaconus miniſtrat, & Subdiaconus præparat. Partim pertinent ad Chriſti Corpus miſticum, & inter alia benedicere veſtes, & vaſa, & huiuſmodi, quæ ad diuinum cultum ſpectant: quamuis igitur primi generis hoc non ſit, eſt tamen ſecundi generis ordinis Epiſcopatus, & idcirco Epiſcopus ſolus benedicit; & ita ſentire ait. S. Thom. & nonnulli alij DD. quoad ſecundum, quatenus dicebatur non reperiri hoc prohibitum, adhoc reſpondet Tab. verum hoc eſſe expreſsè; non enim expreſsè hoc prohibitum eſt, ſecus autẽ implicitè: ex quo enim Epiſcopatus ordinis

eſt,

eſt, ſequitur non pertinere ad præsbyterum. Hæc Tab.

Tertia opinio fuit Nauar. in eod. conſ. 2. Nam ſic ipſe diſtinguebat. Aut diſputatur quæſtio hæc de iure ſcripro, aut de conſuetudine. Priori modo ſequitur opinionem Angel. vt ſcil. ſimplices ſacerdotes poſſint hæc benedicere, quoniam ipſis iure prohibitum nõ eſt; ad quam rationem reſponderi poteſt, vt ſupra fuit reſponſum, ſcil. ex quo Epiſcopatus ordinis sũt, præsbyteris huiuſmodi prohibita eſſe (prohibitum.n.eſſe duobus modis contingere poteſt expreſsè, & tacitò, & hoc ſecundo modo; nam vbi eſt alicui aliquod munus deſignatum, alijs prohibitum eſſe cenſetur c. non nè de præſumpt. & l. cum prætor ff. de iud.) Aut queritur, an conſuetudine, & id presbyteris non licere inquit Nauar. nam conſuetudine receptum eſt, vt ſacerdotes ſimplices benedicere hæc non poſſint, & idcirco ab ea non recedẽdum, ex quo conſuetudo lex eſt c. ſi. de conſuetud. & l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud.

Quid igitur concludendum? Ego à priori ſententia, quæ communis eſt diſcedendum nõ cenſeo. Tum quòd communis opinio eſt, & idcirco ab ea in iudicãdo nõ eſt recedendũ arg. §. 1. in Inſtit. de hæred. inſtit. & l. 3. §. fin. ff. de ſuppelleſt. leg. & Vin. in ſua Syſu. opin. 398. num. 1. etenim communis opinio DD. vbi lex deficit, pro lege ſeruanda eſt, ita dixit Archid. in c. nolite 1. q. 1. & Abb. ac DD. in c. 1. de decim. & Vin. eod. opin. 95. vbi plura de communi opinione pertractat. Tum quòd conſuetudine ita ſeruatur, vt teſtatur Nauar. eod. conſ. 2. Tum quòd ea ratione etiam probatur; nam Epiſcopus poteſtatem hanc recipit poſt conſecrationem, vt ſcil. poſsit conſecrare, & benedicere res ipſas, ſicut habetur in c. vnic. §. manus Epiſcopi de ſacr. vnct. At ſi ſacerdos id poſſet, & Epiſcopus ante conſecrationem id poſſet, ex quo antequàm Epiſcopus ſit, ſacerdos eſſe debet: ab hac igitur opinione diſcedendum non cenſeo quàm modo Eccleſiam probaſſe videtur; nam in Miſſali nouo iuſſu Clem. VIII. reformato in fine, vbi de benedictionib. harũ rerum agitur in margine adiectum eſt ad Epiſcopum id pertinere. Id quod præſertim locum habet in benedictione Corporalium, de quorum benedictione habetur in Pontificali Romano nouo in tit. de benedictione Corpor.

5 Verùm, † an facultas hæc benedicendi has veſtes concedi poſsit ab Epiſcopo ſacerdotibus? Ego ſentio non poſſe; nam Abbatibus Romanus Pont. concedit; at ſi Epiſcopus poſſet, Romanus Pont. adeundus non eſſet. Concludo igitur breuiter Romanum Pontificem facultatem hanc delegare poſſe ſacerdoti, nõ autem Epiſcopum, atque ſic aſſeruit Io. Tab. eod. & generatim Iacob. Strozz. de off. Vic. lib. 2. q. 5. num. 4. vbi alios idem ſentientes refert.

Subiungit tamen Nauar. in eod. conſ. 2. reliquas veſtes ſacerdotes benedicere poſſe.

6 Verùm, † quid ſi vetuſtate, ratione vè alia veſtes huiuſmodi ſarciendæ ſint, an parte aliqua panni eiuſdem qualitatis non benedicti ſarciri poterunt? quid ſi ob aliquam rationẽ diminuãtur, an benedictæ remanebunt? quid ſi ex vna veſte, exempli gratia ex Caſula fiat manipulus, vel Stola, an hæc inde facta erunt benedicenda.

Quoad primum, breuiter cõcludo, vbi forma nõ mutatur, & parum additur, iterum benedicendas illas veſtes nõ eſſe; ſi.n. parua pars caſulæ addatur, quæ combuſta erat; vel à muribus corroſa, alia vè ratione corrupta, quod parum pro nihilo reputatur, benedictio alia neceſſaria eius non erit.

Quoad ſecundum, ſi ex vna veſte alia fiat, vt ex cupula, manipulus, & Stola, ſentio benedicendas has eſſe; nam forma mutata eſt, & alia benedictio fit ad manipulum, alia ad Stolam, & alia ad caſulam, atq; ſic dixit Paul. Fuſch. de viſit. eccl. lib. 2. cap. 23. num. 15. quicquid dixerit Tabien. in verb. Benedictio nu. 3. qui ſenſit benedictionem nullam aliam poſtulari, cuius ſententia vera eſſe poteſt de cõſuetudine, non autem de iure ob prædicta.

Quoad tertium, ſi breuiores hæ veſtes factæ ſint, modò formam non mutent, iterum benecendæ non ſunt. Quare ſi caſula in extremis partibus erit corroſa, poterit breuior fieri præciſis illis extremis partibus corroſis, & corruptis. Idem de manipulo, & Stola ſentimus, ſicut etiam de Cingulo ſi rumpatur, ſeu frangatur; nodo.n. partes iungi poterunt, quippe, quia poſtremò dictis non eſt præſcripta forma, ita Tabien. in verb. Benedictio eod. & Syl. eod. q. 6. verſ. cum autem veſtes ſacræ. Quare, & Corporalia breuiora reddi poterunt, & nõ egebunt alia conſecratione.

Verùm, quid ſi caſula, & alia ſupradicta veſte alia muniantur, ideſt ſi Fodrinò, an ea veſte addita ſeparata poterit quis vti ad diuina facienda? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut additio illa facta eſt in primis ob aliã veſtem, & in hoc caſu non poſſe cenſeo, ex quo eſt acceſſorium ad illa, & non fuit conſecrata ſimpliciter per ſe arg. §. ſi tamen alienam purpuram in Inſtit. de rer. diuiſ. & ideo tanquam non benedicta vt quis non poterit, quamuis contrarium ſenſerit Tabien. in verb. benedictio; & malè nam vnius veſtis benedictio facta eſt, & acceſſoria illa veſtis ſequitur naturam ſui principalis; at remota à principali deſinit eſſe talis. Aut duæ æquè principales veſtes iniunctæ ſunt, ſingulis ſeparatis vti poterimus, & tunc modò ambæ benedictæ ſint. Quare de hoc certior Epiſcopus faciẽdus eſt, alioquin ſi tanquam vnam benediceres, alia non eſſet benedicta, & in hoc caſu locum habebit opinio Tabien.

Si de-

Si deniq. vti ipſis ad diuina non poſſumus, igne comburenda erunr, ne ad profanos vſus
7 transferantur. † Cœmeteria demum benedicit, vt habetur in Pontificali Romano in tit. Cœmit. benedictione. Et de benedictionibus, hiſce hactenus, ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Benedictiones ſolemnes Epiſcopus dare poteſt.*
2 *Benedictionem eundo Epiſcopus dare poteſt.*
3 *Miſſæ Sacrũ ſolemniter celebrare põt Epiſcopus.*

§. II.

1 §. † Poſtremò Epiſcopus benedictionẽ ſolemnem dare poteſt, vt ſenſit Gloſ. in cap. Abbates in verb. ſolemnem de priuil. lib. 6. & Gloſ. in c. ad celebrandas de conſ. d. t. & Durand. in ſuo Ration. lib. 4. cap. 59. nu. 7. & Tabien. in verb. Benedictio ibi. Et iſta eſt duplex. dat autẽ ipſa in Miſſa, & in veſperis, vt vid. ſeruari, & not. Anchar. ẽt in Matutino in cit. cap. Abbates in verſ. Quartò not. Tertiò datur in fin. horum diuinorum officiorum. Poſtremò his verbis fit. Sit nomen domini benedictũ, vt habetur in Pontificali; hancque benedictionem ſimplex parochus dare non poteſt, niſi Romanus Pont. id ei concedat, vt habetur in cit. c. Abbates, & Gloſ. ſupra cit. Epiſcopus autem facultatem hanc dare non poteſt; ſunt enim hę inſignia Epiſcopatus, & ſicut non poteſt concedere vſum Mitræ, & Bacculi, ita nec hoc. Addo in aliena diœceſi benedictionem hanc dare non poſſe, eſſet enim in aliena diœceſi Pontificalia exercere, quod non poteſt licitè, vt vidimus.

2 Secundò † Epiſcopus poteſt benedictionẽ ſimplicem dare in itineribus, eundo per ſuam diœceſim ſuis populis, extra verò diœceſim non; & facit cit. cap. Abbates; Archiepiſcopus quoque, & Legatus poſſunt in ſua Prouincia, & Legatione, & hæ benedictiones non ſunt conſtitutiuæ Sacri, ſed imploratiuæ diuini numinis; alioquin iterari non poſſent, vt ſupra vidimus; at benedictiones propoſitæ in antecedenti. §. cõſtituunt rem ſacram, vt vidimus, vt priuata perſona tamen, & non publicè benedicere poteſt, vt ſupra dixi.

3 Poſtremò † Epiſcopus celebrare Miſſam ſolemniter poteſt, ideſt cum Mitra, Bacculo, & reliquis, vt habetur in Pontificali, & hanc poteſtatẽ alteri dare nequit, ſecus autem de Romano Pont. vt enim concedit Abbatibus, ſic etiam poteſt concedere alijs Sacerdotibus, vt cit. c. Abbates. Et de his hactenus. Hucuſque egimus de muneribus, & officijs, quæ pertinẽt ad Epiſcopum reſpectu habito ad ordinem Epiſcopatus; iam tranſeamus ad ea, quæ ad eundem pertinent, habito reſpectu ad iuriſdictionem.

DE POENITENTIARII Eccleſiæ Cathedralis conſtitutione, Materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis prima, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori interioris pœnitentiæ. Cap. XXXIII.

SVMMA.

1 *Pœnitentiarius in Eccleſia Cathedrali conſtitui debet ab Epiſcopo.*
2 *Pęnitentiarius cur in Eccleſia Cathedrali conſtituatur.*
3 *Pœnitentiarius an abſoluere à caſibus reſeruatis poſsit.*
4 *Pœnitentarius Eccleſiæ Cathedralis præbendam habere debet.*
9 *Pœnitentiarius dum audit pœnitentes in Choro eſſe exiſtimatur, & diſtributiones lucratur.*
6 *Pœnitentiarius hi qualis eſſe debeat.*

ABSOLVIMVS materiam Poteſtatis Epiſcopalis habito reſpectu ad ordinem Epiſcopalem; nunc agẽdum eſt de altera materia eiuſdẽ poteſtatis, ſcil. de iuriſdictione. Sed quoniam iuriſdictio duplex, eſt alia ordinaria, alia delegata; & otdinaria alia eſt fori interioris, & alia exterioris, alia mixti, ideo prius de interiori, deinceps de alijs agamus, quę qm̃ verſatur potiſsimũ ẽn tribus. In pœnitentiarium Eccleſię Cathedralis electione. Secũdò in confeſſariorũ probatione. Tertiò in caſuum, ſeu peccatorũ reſeruatione, ideo primũ aggrediamur. ſ. electionẽ Pęnitentiarij Eccleſiæ Cathedralis, de quo pœnitentiario tria cõtemplabimur. Primũ quis cõſtituere illud habeat. Secundò cur inſtitutio hæc fiat, & à quibus peccatis abſoluere. Poſtremò qui & qualis pœnitentiarius, hic eſſe debet.

1 Quoad primũ igitur † Epiſcopus in ſua Cathedrali Eccleſia (modò id commodè fieri poſſit) pœnitentiariũ, ideſt aliquẽ, qui pęnitentes audiat, & pęnitentiæ ſacramentũ adminiſtret, inſtituere debet; ſic. n. hr̃ apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. de reform. cap. 8. in omnibus (ait. n. ibi S. Synod.) ẽt Cathedralibus Eccleſijs, vbi id cõmodè fieri poterit pœnitẽtiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut licẽtiatus in Theologia, vel in iure Canonico, & annorũ Quadraginta, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui dum cõfeſsiones in Eccleſia audit, præſens in Choro cenſeatur. Hæc ibi. Idquod & antiquo iure cautũ fuit, vt hr̃ in c. inter cætera verſ. vnde pcipimus de off. ord. quãuis vberius proſpectũ ſit per Trid. Synod. hic. Atqui an conſiliũ capituli in huius pęnitentiarij conſtitutione Epi-

ſcopus requirere debet? Planè nõ,ſed ipſemet id põt,atq. ſic Sacra Cõgreg. interpretata eſt, vt refert Addit.ad Nauar.in conſ.vnic.in fi.ne ſed.vac.& Flamin.Pariſ. de confidentijs q. 45. nu.17.& facit cit.c.8.Trid.Synod.& cit.c.inter cætera,in quibus nulla mentio capituli ſit;at ſi neceſſe eſſet, vt Capitulum interuenitet, eius mentio ſacta fuiſſet.

2 Quoad ſecundũ,† ob eã rõnem cautũ eſt,vt in Cathedrali Eccleſia penitẽtiarius hic cõſtituatur, quo oĩbus de diœceſi venientibus præſto ſit,& habeãt penitentes, qbus poſsint ſua peccata confiteri,vt hr̃ in eod. c.inter cætera.Quare Epiſcopi præſcribere ipſi pœnitentiatio aliquod tẽpus deberent, quibus in Eccleſia Cathedrali teſideat, vt pote tot horis matutinis, veſperarijſq; tẽporibus;Eccleſia. n. ſemp plurimũ ſtuduit,vt penitentes facultatẽ haberẽt, quò poſſent à peccatis ſuis liberari. Hinc voluit,vt regulares ad penitentes audiendos admitterẽtur,vt in Clem dudum §. ſtatuimus de ſepult.Hinc.per Papã Sixtũ IV.ꝑdictis regularibus admiſsis ad pœnitentes audiendos,permiſsũ eſt,vt audire poſsint cõfeſsiones omniũ, qui ad ſua loca confitendi cauſa venerint,licet nõ ſint de Epiſcopatu,ad quem præſentati, & probati fuerint,vt hr̃ in ſupplem.pag.158.cõpeſſ.159.& Nauar. refert in Man. c.26.nu.266.

Hic aũt pœnitentiarius abſoluere põt quoſcunq.de diœceſi eius Epiſcopi,à quo eſt cõſti
3 tutus,nec opus eſt alia licentia †Excipitur tamen quoad caſus reſeruatos; nã per cõſtitutionẽ illã ſimpliciter,ac generaliter factã non cẽſetur conceſſa ei facultas abſoluendi à reſeruatis,vt hr̃ in c.pen. de pœn.lib.6.& facit c.qui generaliter de procur.lib.6. Tum ꝙ nec Parochi,quibus cura alicuius parochiæ mandatur, nec regulares prędicti admiſsi ad cõfeſsiones audiẽdas facultatem hanc habent, vt hr̃ in cit. Clem. dudũ. Etenim in generali mandato non continẽtur, quæ ſpeciale mandatũ requirũt c. qui ad agendũ de procur.lib.6.Tũ ꝙ iure antiquo id non ꝑmittebatur, ergo nec iure nouiſsimo, & idcirco ab antiquo diſcedere non debemus,arg.l.pręcipimus C.de appel.& l.iubemus C.de teſtam. niſi ergo ſpeciatim id ei cõcedatur abſoluere ab ipſis nõ poterit, quæ tamen poteſtas ei concedenda eſt.

Atqui ſi nollet abſoluere,niſi à caſibus reſeruatis, an audiri debet? Item an conſtitui põt ſolũ ad reſeruatos caſus tollendos? Planè non; auocarentur. n. pœnitentes quò minus ipſum adirent; quippe, quia ipſo adito inditium darent videntibus eos in caſus reſeruatos incidiſſe, quamobrem pudore affecti recuſarent, eius aditionem. Conſtitui ergo debent, vt ab omnibus abſoluat, atque ſic reſpondit Sacra Congreg.in eod. c.die 21. Aprilis 1587. Abolenſi Pœnitentiario.

4 Item,† ſi huic Pœnitentiario in Eccleſia Cathedrali præbenda deſtinata non ſit, quæ primò vacat, tribui debet, & huic præbendæ hoc onus imponi,vt Pœnitentiario tm̃ conferatur. Collatio aũt ipſius ab eo fiet, qui aliàs cõferre ipsã poſſet,ita Congr.ibi, & Addit. ad Nau.in cit.cõſ.vnic.ne ſed.vac.Quare, ſi de menſe Papæ vacet, ad ipſum collatio pertinebit, vt declarauit Congreg. nam, ex quo Trid. Synod. nihil noui ſtatuit de collatione,à communi iure non diſcedemus.

5 Denique † dũ audit confeſsiones, pro præſente in Choro hr̃,dũ diuina fiunt, atq; idcirco diſtributiones habebit, perinde,atq; ſi intereſſet diuinis,ita S.Synod.eod. verſ.qui dũ cõfitetur,aliàs ſecus,nã diſtributiones concedũtur,dũ confeſsiones audit, & nõ aliàs. Quare, ſi Miſſam celebret,vel priuatim horas canonicas recitet,diſtributionibus carebit, ita Sacra Congreg.interpretata eſt ibi.

6 Quoad tertium,†hic Pœnitentiarius Magiſter eſſe debet, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia,vel iure canonico,vt ĩquit S.Synod. ibid.& ſupra retulimus.Idq́. meritò,nã cũ varias cauſas cognoſcere habeat, & peccata varia, iure multarũ rerũ cognitionẽ habere debet,quò ſciat quos abſoluere,& quos reijcere habeat,& quas pœnitentias,ſeu pęnas ꝓ qualitate,& quãtitate delictorũ inferre.Itẽ annos Quadragĩta habere debet,ſeu aliàs,quia prior videbitur.Itẽ vacationes,quas alij habẽt,& ipſe habere debet, modò tẽporibus in Eccleſia interſit,quibus cõfeſsiones frequentantur,ita Congr. hic.itẽ in aliquo loco deſtinato opportuno ab Epiſcopo deſignato in Eccleſia erit, ne pœnitentes ipsũ inquirere habeant;nã pudore affecti multi recuſarẽt requirere ipſum. Nõ igitur ſat eſt,vt ſit in Eccleſia, vel Choro, ſed in ſua Sede, & loco ei adſcripto ſedebit; & ita Sacra Congr. reſpondit de hoc conſulta ab Abolenſi penitẽtiario. Atqui, an virgã in manibus habere debet,vt Romæ Penitentiarij,& in Aede Sacra B. Mariæ Virginis Lauretanæ? Concludendũ, eſt breuiter nõ debere,niſi cõſuetudo id poſtulet, & ita reſpondit ead. Sacra Cõgreg.ibid. Sed de Pœnitentiario hactenus, ad alios Pœnitentiarios tranſeamus.

DE PROBATIONE Sacerdotum ad pœnitentes audiendos, Materia ex qua ſecunda Poteſtatis Epiſcopalis, habito reſpectu ad forum conſcientiæ, ſeu pœnitentię. Cap. XXXIV.

SVMMA.

1 *Sacerdos, qui ſacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare vult, prius ab Epiſcopo ſuo probatus eſſe debet; quæ regula, quouſq; pateat, declaratur.*

1 *Sacer-*

Digitized by Google

Sacerdos approbatus amplius examinandus nõ eſt.
3 *Sacerdos probatus ad pœnitentiam quos pœnitentes audire poſsit.*

1 SECVNDÒ † Sacerdos quoque qui ſacramẽtum Pœnitentiæ adminiſtrare vult, à ſuo Epiſcopo prius examinari, ac probari debet; eſto enim in ſua ordinatione abſoluẽdi à peccatis poteſtatem accipiat, tamen admitti non debet, niſi prius, vt dixi, examinetur, ac probetur, ita ſanciuit Trid. Synod. ſeſſ. 23. de Reform. cap. 15.

Hæc aũt regula locũ habet primò tẽne probationis; nã ſat eſt, vt probatus ſit, vel quia parochiale beneficiũ habet; vel quia examinatus fuit, & approbatus; vel aliàs idoneus iudicatus eſt, ita hr̃ eod. cap. 3. ſi ergo vnus ex his modis non ſit Sacerdos approbatus, pœnitentes abſoluere nequit. Ex his apparet neceſſarium non eſſe examen, ſi Epiſcopus videbit non eſſe neceſſariũ ob ea verba. Aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur.

Item locum habet, eſto Sacerdos ab alio alterius diœceſis ordinario ſit approbatus; nam ſi in alia diœceſi Pœnitentiæ ſacramẽtum adminiſtrare velit, probatus etiam ab ordinario eſſe debet, alioquin, ſi contrarium diceremus, in vna diœceſi approbatus in toto terrarũ orbe probatus eſſet, quod abſurdum eſſet, & idcirco non dicendũ l. nam abſurdum ff. de bon. lib. etenim fieri põt, vt idoneus ſit in vno loco, vt in villis, idoneus autem non ſit in ciuitatibus, & hanc opinionem ſequuntur plures, quos citat. Hieronym. à Sorb. in Compẽd. priuil. Mend. ſub Tit. Reſolut. mat. abſol. quoad fratres ſeculares in Rubr. incip. In qua à Bulla Cruciatæ à Concilio Trid. pag. 84. vbi à Sacra Cõgreg. ſupra Conciliũ ita declaratũ fuiſſe, ac reſponſum Archiepiſcopo Valentiæ reſtatur.

Secundò amplificatur propoſita regula habito reſpectu ad ipſum confeſſarium, vt ſcilicet abſoluere non poſsit in foro conſcientiæ ſi probatus non ſit, ẽt ſi Sacerdos regularis ſit, vbi ſeculariũ confeſsiones audire vult, ita habetur in eod. c. 15. verſ. Nullum etiam regularium eod. vel igitur Sacerdos regularis ſit, vel ſecularis, nihil poteſt, niſi probetur.

Itẽ vel regulares magiſtri in Theologia ſint, ita Melch. can. de pœnit. p. 5. pag. 96. Id quod ẽt dicendũ eſt de Sacerdotibus ſecularibus; cõtingit. n. aliquando ipſos verſatos non eſſe in ijs, quæ ad forũ cõſcientiæ pertinent. Hinc anno 1606. à quodã Epiſcopo Cardinali Concionatores quidã ad pœnitentias audiendas admiſsi non fuere ob hanc rationem.

Tertiò, vel ſint expoſiti à ſuis generalibus ad audiendas confeſsiones; nã nihilominus ab Epiſcopo probari debent, ita habetur in Bulla Pij. V. incipiend. Romani Pontificis prouidentia, quæ eſt in ordine 135. pag. mihi 1131.

Tertiò regula propoſita amplificatur reſpectu habito ad pœnitentes; nã primò nõ ſolum, non poſſunt audire non probati confeſsiones laicorũ, vel regulares ſint, verũ ẽt nec confeſſiones clericorũ, ac Sacerdotũ ſeculariũ, & habetur in eod. c. 15. ibi nullũ ẽt regulariũ poſſe cõfeſsiones ſeculariũ etiam Sacerdotũ audire.

Secundò Epiſcopi, qui facultatẽ habent, ſibi eligẽdi confeſſariũ c. ſi. de penit. nõ poſsunt alterius diœceſis cõfeſſarios eligere, qui à ſuis ordinarijs approbati nõ fuerĩt, ita Cõgre. hic.

Tertiò ijdẽ regulares ẽt extra Eccleſiam in priuatis ædibus audire ſeculariũ confeſsiones non poſsunt, ſi morbo detineantur, vbi ab ordinario probati non ſunt, ita Congreg. ibi; vbi verò probati ſunt, ſi audierint, ſtatim parochũ de hoc admonere tenentur, & fidẽ auditæ cõfeſsionis pro Medico adueniente relinquere, ita declarauit Sacra Cõgr. die 2. Iulij 1587. vt refert Steph. Quarant. in Sum. Bullar. in verb. priuilegia regularium pag. 385. vbi ẽt habetur regulares qui ad confeſsiones audiendas idonei generaliter ab ordinarijs eorumvè examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè abſq; alia limitatione tẽporis, certorũvè locorũ, aut generis perſonatũ in diœceſi propria admittendos eſse. Vbi verò non adeo idonei reperiũtur, ſi petierint ſe admitti arbitrio ordinatiorũ relinquitur ipſos cum limitata facultate, vt ijs ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Hæc ibi, quæ & ſupra retulimus.

Quartò Prelati Regulares nec ſeculariũ cõfeſsiones audire poſsunt, qui de familia ſunt monaſterij, & qui ipſis monaſterijs inſeruiũt, ita Sacra Congreg. ibi.

Quintò amplificatur, vt nec per ſtatutũ Prouinciale quicquã contra ſtatui poſsit, nec etiã per priuilegia, & cõſuetudines ẽt immemorabiles, ita habetur eod. c. 15. Trid. Synod.

Poſtremò locũ habet predicta regula, vt abſolutus bona fide ab alio Sacerdote, qui ab ordinatio probatus nõ erat, abſolutus nõ ſit; nõ enim abſolutio valet, & confeſsio iteranda eſt, ita Congreg. ibid. Idq́. meritò; nã adempta eſt huic iuriſdictio materia, ſine qua abſolutio nõ valet. Quare, qui licentiã habet vel à Papa, vel ab Epiſcopo confitendi cuius Sacerdoti intelligitur de approbato ab ordinario ipſius ſacerdotis, vbi. n. cõceditur aliquid intelligitur ſecundũ formã iuris conceſſũ l. ſi quãdo C. de in off. teſt. etenim nõ vr̃, & tunc ipſum probaſse. Atqui ſi ſimplex parochus licentiã cõcederet Sacerdoti alterius diœceſis à ſuo ordinario approbato, an audire huius penitẽtes poterit? Planè nõ; ex quo nõ põt ipſe approbare eũ ĩ diœceſi ſui ordinatij. Nec obſtat Capel. Tholo. deciſ. 221 q́ contrariũ cõcluſit ſecundũ. n. ius antiquũ, loquitur, qđ à Trid. Synod. eſt correctum.

2 Excipitur tamen primò, † vbi Sacerdos ſemel

Digitized by Google

mel approbatus eſſet in aliqua diœceſi, vel regularis, vel ſecularis ſit; non. n. amplius examinandus eſt, & probandus, ita Pius V. in Bulla quam retulimus ſupra cap. 29. à ſucceſſore tamen eius, qui eos approbauit pro ſuæ conſcientiæ quiete iterum examinare poteſt per Bullam Pij V. & ita Congreg. hic.

Secundò excipiuntur regulares habito reſpectu ad alios ſuos regulares; nam ſi probati ſunt à ſuis ſuperioribus ad ſacramentum hoc adminiſtrandum, ipſis regularibus adminiſtrare id poterunt: id quod innuit. S. Synod. eod. c. 15. quę decernit nullum regularem poſſe ſecularium confeſsiones etiam ſacerdotum audire, niſi ſint approbati; ergo ſecus quo ad confeſsiones regularium; incluſio. n. vnius alterius excluſio eſt l. cum prætor ff. de iud. & c. non ne de præſumpt.

Tertiò excipiuntur præsbyteri Congregationis Oratorij Romæ approbati ad confeſsiones audiendas: nam nō debent examinari extra Vrbem à locorū ordinarijs, quibus ſufficit præſentare eorum licentias Romę habitas, vt hæc, & alia patent ex eorū priuilegijs, de quibus habetur in Bulla Sixti V. incip. Decet Romanum Pont. lata anno 1586. nonis Menſ. Septemb. Sui Pont. Anno Secundo.

Poſtremò excipitur in articulo mortis, vbi proprij Sacerdotis copia non eſt, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 14. c. 7. de caſ. reſeruat.
3 tunc. n. vel nō approbatus abſoluet. Atqui † ſi Epiſcopus probauit quempiā ad aliquā parochiam, an alterius parochiæ alios ad ſe venientes abſoluere poterit ſine alia licētia? Ego ſentio id ipſū nō poſſe; nā limitata cā limitatū producit effectū l. ſi agris ff. de acq. rer. dom. at probatus eſt pro certa parochia, ergo nō p alia. Poterit tamē ſi licētiā habeat à proprio parocho, vel quia dedit ei licentiā, vel penitētib. ita Cateh. Neapol. lib. 4. c. 21. etenim probatus eſt ad ſacramentū penitētiæ, eſto ad illā parochiā tm̄ deſtinatus, & ita cōſuetudine ſeruatur; Hic nec parochus alijs, quam ſuis parochianis pœnitentiam adminiſtrare poteſt, niſi de licentia parochi ipſius. Atqui ſi probauit ſimpliciter Sacerdotem ad ſacramētum penitentiæ nō præſcripto, loco, vbi illud adminiſtret an ſine alia licētia poterit vnicuique illud adminiſtrare? Cateh. Neapol. ibid. dicit poſſe: Ego autem ſic diſtinguēdum eſſe cenſeo. Aut Epiſcopus ſimpliciter eum approbauit pro idoneo, ſed nullam aliam licentiam dedit; & in hoc caſu niſi inuitetur à parochis adminiſtrare ſacramentum hoc non poterit; alioquin plus iuris haberet, quā parochi, in aliena parochia, in qua nō poſſunt ſacramenta adminiſtrare ſine licētia proprij parochi c. omnis de pœnit. Aut ēt licentiā generalē dedit; & tūc quoſcunq. abſoluere poterit, ex quo. n. proprios nō habet, ergo alios; & qm̄ nō magis hos, quā illos, ergo oēs, qui ei confiteri ſua peccata volunt, alioquin licentia illa nihil operaretur contra c. ſi Papa de priuileg. lib. 6. & ita ego ſentio; Ex his patet Epiſcopū licentiā dare poſſe parochianis ſuæ Diœceſis, cuiuſcūq. parochiæ ſint ſine alia licentia proprij parochi, ita Oldrad. conſ. 230. verſ. Ad primā nu. 2. & ſequitur Tuſch. in Pract. Concluſ. in littera. E conclu. 274. Sed de probatione confeſſariorū hactenus, iā ad materiam caſuum reſeruatorū trāſeamus.

DE RESERVATIONE peccatorum, Materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis tertia, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori interioris; & primò de ijs, qui reſeruare ſibi peccata poſſunt. Cap. XXXV.

SVMMA.

1 *Reſeruare ſibi quadam peccata Epiſcopus poteſt.*
2 *Caſus reſeruatus quid ſit.*
3 *Peccata reſeruata cur caſus nominentur.*

1 TERTIÒ † Epiſcopus vi iuriſdictionis fori conſcientiæ peccatorū quorundā abſolutiònem reſeruare ſibi pōt, vt habetur in c. pen. & ibi Gloſ. de pœn. lib. 6. & Clem. dudum §. per huiuſmodi autem conceſsionē iunct. Gloſ. conceſſa de ſepult. ac nouiſsime apud Trid. Synod. ſeſſ. 14. c. 7. de pœnit. de reſeruatione caſuum; de quorū peccatorū reſeruatione cum acturi ſimus, hæc contemplabimur. Primum quinam hæc peccata reſeruare ſibi poſsint. Secūdò effectus reſeruationis huius quinam ſit. Tertiò, quæ quot, & qualia peccata reſeruāda. Poſtremò qua ratione ſe gerere debent inferiores in eorum abſolutione, premiſsis tamen prius, quoniam peccata hæc reſeruara caſus reſeruati dicūtur, quid ſit caſus reſeruatus, & cur ſic nominetur.

2 Quoad primum igitur † caſus reſeruatus, quoad rem noſtram pertinet (omiſſa in præſenti reſeruatione Cenſuræ) eſt peccatū mortale, cuius abſolutionem ſibi Epiſcopalem, vel quaſi iuriſdictionem habens reſeruat, quo Chriſti fideles à grauioribus culpis ſe abſtinentes in officio contineantur.

Dixi peccatum mortale, quoniam huius generis peccata reſeruantur, vt videbimus.

Dixi cuius abſolutionem, &cæt. quò ſignificetur non omnes peccata ſibi reſeruare poſſe, ſed, qui poteſtatem Epiſcopalem, vel quaſi habent, quamobrem ſimplices parochi ea ſibi reſeruare nequeunt.

Dixi reliqua, quò appareat, cur reſeruatio fiat;

fiat; nam reſeruatio fit, vt infra videbimus, ad Chriſtianã diſciplinam retinendã, animarumq́ue ſalutem, vt habetur in Decret. edito à Sacra Congreg. Cardinalium ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis, de quibus infra agemus. Et de hoc primo hactenus.

3 Quoad ſecundum † cur peccata hæc reſeruata caſus dicantur, ob eam rem dici concludendum eſt; quoniam, vbi quis gratiam Dei habet in ſublimiori ac nobiliori loco conſtituitur, à quo cadit, vbi gratiam amittit, quæ amiſſio per mortiferum peccatum fit; quod igitur peccatum amiſsionis huius cauſa eſt, ob eam rẽ peccatum caſus dicitur, ſed iam de ijs agamus, qui peccata hęc ſibi reſeruare poſsũt.

S V M M A.

1 *Romanus Pont. caſus reſeruare ſibi poteſt.*
2 *Natura caſuum, qui à Romano Pont. reſeruantur.*
3 *Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi caſus reſeruare ſibi poſſunt.*
4 *Generales.*
5 *Prouinciales.* } *Ordinum caſus ſibi reſeruare poſſunt.*
6 *Abbates.*
7 *Nouitij an incidant in caſus reſeruatos à Superioribus regularium, antequam profiteantur.*

§. I.

§. PRæmiſſis iam dictis, videamus modò qui nã peccata reſeruare ſibi poſsint.

1 Primùm igitur Romanus Pont. † caſus reſeruare ſibi poteſt: idq́ue in vtroque foro, vt cõſpicitur ex Bulla Cœnæ Domini, & dubitationem nullam hoc habet.

Natura autem huius reſeruationis hæc eſt,
2 † obligare Chriſtianos, vbicũq; terrarũ ſint c. cũcta per mundũ diſt. 19. & c. fi. de conſtit. lib. 6. ſiue igitur in poteſtate poſiti ſint, vel nõ ſint; vel nõ ſubditi quoad tẽporalia, oẽs obligãtur; nã Eccleſiæ Catholicæ ſummus Epiſcopus eſt, atque Chriſti Domini Vicarius, vt habetur in Extrauag. vnam ſanctam de maior. & obed.

Item omnes ferè caſus, qui à Romano Pont. reſeruantur, annexam excommunicationem habent, vt habetur in Bulla Cœnæ Domini.

Tertiò reſeruatio huiuſmodi mixti fori potius eſt, quam interioris ſimpliciter. Id quod hinc patet, quòd iuriſdictio fori exterioris poſtulatur ad abſoluendum ab his caſibus ob cenſuras, vt probaui in tract. de cenſur. Tab. 1. cap. 2. §. 19.

Quartò, vbi quis abſolutus eſt à cenſura, à quocunque ſacerdote abſolui à peccato poteſt, ob quod in cẽſuram incidit, id quod hinc probatur, quòd Romanus Pontifex reſeruat ſibi tantùm cenſuram, vt in caſibus Bullæ Cœnæ Domini, & in alijs in iure: & quòd ita DD. communiter inquiunt, & quod non per ſe reſeruata eſt abſolutio, ſed per conſequentiam; reſeruando. n. ſibi cenſuram prohibet per cõſequentiam, ne à peccatis abſoluant; nam quãdiu cenſura ſublata non eſt, abſolui quis nequit; quando quidem cenſura irretitus excõmunicationis abſolutionis capax nõ eſt, ſublata verò cenſura reſeruatio ſublata eſt per conſequentiam; ſicut polluto cęmeterio ob eccleſiam pollutam, ſtatim atq; Ecclęſia reconciliata eſt, & cœmeterium reconciliatum eſt; ſecus autem eſſet ſi ſpeciatim, & peccati abſolutio reſeruaretur. Hæc ratio notãda mihi videtur, quandoquidem DD. omnes inquiunt cenſura ſublata peccatum reſeruatum nõ eſſe, ſed nullam huius rationem reddunt, quæ eſt iam dicta, quod ſpeciatim non reſeruatur abſolutio peccati, ſed per conſequens, & ex natura cenſuræ id contingit.

Poſtremò caſus reſeruati à Romano Pontifice per legem, ſeu Canonem, & poſt mortem eius obligant, ſedes enim Apoſtolica ſemper viuit, vt quos per litteras, ſeu per ſententiam, eo mortuo non amplius obligant, vt in Bulla Cęnæ Domini probaui p. p. cap. 7.

3 Secundò inferiores Prælati, † ideſt Epiſcopi reſeruare caſus ſibi poſſunt; ſic enim habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 14. de pęnit. cap. 7. & facit c. pen. de pœnit. lib. 6. de quibus ſpeciatim agendum eſt, & Patriarchi igitur, & Archiepiſcopi id poſſunt.

4 Poſtremò † Regulares caſus ſibi reſeruare poſſunt modò iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant, ita DD. communiter ſentiunt.

Generales igitur, nec non Prouinciales, ſeu Miniſtri, quocunq; nomine vocentur, quòd iuriſdictionem Eccleſ. habent, caſus reſeruare ſibi poſſunt, & idcirco, & Abbates

Natura autem horum hæc eſt, obligare ſolũ ſuos Regulares ſubditos, non autem laicos, vel Clericos ſeculares, vel alterius religionis; quãdoquidem in ipſos iuriſdictionem ordinariã fori conſcientiæ non habent.

5 Atqui, † an Nouitij, qui nondum profeſsi, ſed intra probationis annum, ſunt in reſeruatos caſus à Regularibus ſuis incidunt? Breuiter concludendum eſt, ca reſeruatione ipſos nõ teneri; nam in odioſis Nouitij non obligantur conſtitutionibus regularium c. ſi religioſi §. 1. de elect. lib. 6. & ita Iacob. de Graff. in Appẽd. lib. 1. cap. 7. num. 69.

Poſtremò non liberã habent facultatem caſus ſibi reſeruãdi; ſed ex ijs reſeruare ſibi debent, quos Clemens VIII. eis præſcripſit. Et ſi alios velint in Capitulo Prouinciali id facere debent, vt habetur in Bulla dicti Clementis, de qua in fin. ſed iam de ijs, quæ neceſſariò in eſſe debẽt ijs, qui caſus ſibi reſeruãt, agamus.

S V M M A.

1 *Reſeruantes ſibi caſus hæc habere debent.*
Primò iuriſdictionem eccl.

2 *Actu iuriſdictionem habere debent.*
3 *Non ſuſpenſam aliqua ratione.*

§. II.

§. QVò aũt caſus reſeruare ſibi prædicti inferiores poſſint, hæc habere debẽt
1 Primò † iuriſdictionem Eccleſiæ fori mixti, & interioris; hinc ob hanc rationem, qui renunciauit Epiſcopatui, reſeruare caſus ſibi nequit tot. tit. de ord. ab Epiſcopis, qui renun. Epiſcopis carent. n. hi iuriſdictione: minus etiam, qui apud hoſtes ſerui ſunt, vt habetur in tit. ne ſed. vacan. lib. 6. iunct. Gloſ. minus etiam inferiores clerici.

2 Secundò † actu iuriſdictionem habere debet. Quare Epiſcopi titulares caſus reſeruare ſibi non poſſunt, quippe, quia, etſi potentia iuriſdictionem habent, nõ tamen actu, ex quo populo carent.

3 Tertiò † nõ impeditũ eius vſum habere debent arg. c. ad probandum de re iud. Quare, qui aut excommunicatus, aut interdictus, aut ſuſpenſus ſaltẽ ab officio eſt, aut notorius, aut denunciatus eſt, reſeruare ſibi caſus nequit, qm̃ vſum iuriſdictionis non habet, qui poſtulatur ad caſus reſeruãdos. Sed iam de ijs agamus, qui abſoluere à caſibus reſeruatis queũt.

DE IIS, QVI IVRE ordinario à caſibus reſeruatis abſoluere poſſunt. Cap. XXXVI.

SVMMA.

1 *Abſoluere à caſibus reſeruatis, qui poſsint.*

1 ABſoluere autem † à caſibus reſeruatis, ſtante reſeruatione iure proprio, & ordinario poſſunt.

Primùm, qui eos ſibi reſeruauit: id qđ dubitationẽ nõ habet; eius. n. eſt ſoluere, cuius eſt ligare l. 3. ff. de re iud. & facit c. cùm inferior de maior. & obed. & c. pen. de pœnit. lib. 6. & Trid. Synod. ſeſſ. 14 cap. 7. de caſ. Reſeruat. cõmunis deniq; DD. ſententia hæc eſt.

Secundò ſuperior reſeruantis abſoluere à caſibus reſeruatis poteſt. Quare Romanus Pont. abſoluere poterit ab omnibus caſibus reſeruatis, quicunq; ſit, qui eos ſibi reſeruauit; ipſe enim omnium ſuperior eſt in omnibus. Hinc, vbi Indulgentias plenarias concedit, ſolet ſæpius facultatem hanc concedere, vt à reſeruatis caſibus ab ordinarijs ſacerdotes probati abſoluant. Imò, vbi concedit facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis, eſto nihil de reſeruatis alijs dicat, tamen Eccleſiæ conſuetudo interpretatur facultatem hanc conceſſiſſe, vt probaui in tract. meo de Cenſ. Tab. 1. c. 10. d. 4. Si ergo contingat Epiſcopum abſoluere non poſſe ob aliquod impedimentum, quod & delegationem ab eo fieri impediat; quò quis abſoluatur à caſibus ei reſeruatis, à Romano Pont. licentiam habere poteſt. Superior autem hic qui nam ſit, declaraui in Tract. de cenſ. Tab. 1. cap. 4. §. 1.

Tertiò ſucceſſor, eius quoque à caſibus reſeruatis per cõſtitutionem ab anteceſſore abſoluere poterit; ſubrogatus. n. naturam ſapit eius, in cuius locum ſubrogatus eſt l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Quare & Capitulum ſede vacante abſoluere poterit, ex quo ſuccedit in Epiſcopi locum, qui poterat, facit tit. Ne ſed. vac. Quod tamen accipitur in hanc ſententiam, vt Capitulum Sacerdoti facultatem hanc concedat; non. n. Vniuerſitas, quæ ordinis Sacerdotij ſunt, capax eſt, cum ordinem ſuſcipere nequeat. Delegare igitur eam Sacerdoti debet arg. c. Pontifices 7. quæſt. 1. & ita Philipp. Franc. in cit. c. vnic. ne ſed vac. lib. 6. & Addit. ad Steph. Quarant. in Summ. Bull. in verb. Capitulum Sede vacante verſi. ſubnectitur, & in verſ. Tertiò quæro in re noſtra. Sed iam de delegato agamus.

SVMMA.

1 *Delegatus ab ordinario abſoluere à caſibus reſeruatis poteſt.*
2 *Delegatus ſi abſoluat aliquem, ſed inutiliter an iterum abſoluere poſſit.*
3 *Ordinarius dans licentiam ſuo ſubdito, vt extra diœceſim confiteri poſſit, an exiſtimetur licentiam dediſſe, vt & à caſibus reſeruatis abſoluatur.*

§. I.

1 §. † DElegatus quoq; à caſibus reſeruatis abſoluere poteſt, vbi ad id delegatus eſt. Verùm, quòd quis delegatur & ab homine, & à iure; ideo prius de delegato ab homine, quòd frequentior delegatio hæc eſt, deinceps de delegato à iure agamus.

Delegatus igitur ab homine ad abſoluendum à caſibus reſeruatis abſoluere poteſt, vbi ab eo eſt delegatus, qui delegandi facultatem habet. Hic autem eſt ordinarius, qui caſus ſibi reſeruauit; vel ſucceſſor, ſuperiorvè, vt dicimus in antecedenti cap. hi. n. omnes ordinarij ſunt, & idcirco facultatem hanc delegandi habent l. & quia ff. de iuriſd. omn. iud.

Hæc autem delegatio expreſsè fieri debet per decretũ Clem. VIII. dat. Rom. die. 9. Menſ. Ianuarij anno 1601. incip. Sacra Cõgregatio.

2 Verùm quid † ſi habens licentiam abſoluẽdi aliquem, & inutiliter eum abſoluat, vtpote, quoniam pœnitens timore mortiferum aliquod peccatum confeſſus non eſt, an iterum abſoluere eum poterit? Videbatur dicendum id non poſſe; vbi enim conceſſum eſt aliquid

pro

pro prima vice conceſſum eſſe exiſtimatur l. Boues §.hoc ſermone.ff.de verbor.ſign. Arqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet hunc pœnirentem abſoluere poſſe. Primò, quoniã hic habuit licentiam abſoluendi hunc pœnitentem,& adhuc eum non abſoluit, ergo licentia adhuc durat; verba.n.cum effectu intelligi debent l. 1. §. hæc verba, & ibi Iaſo. ff. quod quiſq.iur.& l.pen.§.pen.ff.ne quis eum, qui facit l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog. & text. in c.fin.cum Gloſ. de ſponſ.& c.relatum cũ Gloſ. de cler.non reſid.& c.qualiter de pact. facit l. aliud eſt capere ff.de verb. ſign. & l.is, qui pignore,2.§.ſi tu Titium.ff.de furt.Poſtremò verba in potiori ſignificatu accipienda ſunt l. cũ quæritur.ff.de ſtat.hom.& abſoluere ſignificat cum effectu abſolutionem,ergo,ex quo hic facultatem talẽ habuit,& prima vice non abſoluit,altera vice eum abſoluere poterit ne à verborum proprietate diſcedamus,quod fieri nõ debet l.non aliter.ff.de leg.poſt. Accedit veriſimilis mens concedentis, ſeu delegantis, & fauor animarum, ergo ita interpretari debemus l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt. fund. Nec repugnant contraria allegat.Nam ex dictis ſublata ſunt. Quare ob eaſdem rationes, ſi ob culpam abſoluentis abſolutio nõ valuit, iterum abſoluere ipſum poterit. Nõ igitur ob rationem concluſio hæc vera eſt, quam nonnulli reddunt,ſcilicet quod per licentiam datam abſoluendi peccata fiunt ſolubilia, alioquin à quocunq; Sacerdote abſolui poſſet, qđ verũ nõ eſt; quando quidem vni licentia data eſt,& non omnibus, & de quæſtione hac ſatis.

3 Arqui † ſi ordinarius licentiam ſuo ſubdito tribuat, vt poſsit extra diœceſim abſolui à peccatis à quocunq; Sacerdote approbato ab ordinario ad id, an abſolui à reſeruatis poterit? Videbatur dicendum abſolui poſſe. Tum quòd veriſimile videtur ordinarium facultatem hanc ei dediſſe. Tum quòd Sacerdos ille, cui confitetur, fieri poteſt, vt habeat facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis ab ordinario loci.

Contrariam opinionem tamen ſequi debemus, vt abſolui nequeat. Primum per cap. pœn. de pœnit.lib.6. vbi habetur,quando cõceditur licentia abſoluendi à peccatis, nõ intelligi conceſsã poteſtatem, vt à reſeruatis abſoluatur. Idem habetur in Clem. dudum de priuileg. vbi regulares admiſsi ad confeſſiones ſecularium audiendas abſoluere à caſibus reſeruatis nequeunt, niſi ſpeciatim eis concedatur. Præterea nec parochis, quibus animarum cura committitur, facultas hæc conceditur, ergo minus huic conceſſa exiſtimatur. Poſtremò facultas abſoluendi à reſeruatis ſpeciatim concedi debet per cit. Decretũ, & per cit. Clemen. Dudum: id quod hic factum non fuit. Addo, ſi hoc daretur inutilem reſeruationem fore; quiſque. n. laboraret, ſua peccata alteri confiteri, quod dicendum non eſt cap.ſi Papa de priuileg.lib. 6. Ex his igitur omnibus concludo abſolui pœnitẽtem hunc à reſeruatis non poſſe per licentiam à ſuo ordinario traditam.

Non etiam abſolui poteſt à Sacerdote alterius diœces. poteſtate tradita ipſi confeſſario à ſuo ordinario abſoluendi à caſibus reſeruatis, eſto peccatum, quod confitetur pœnitens, reſeruatum etiam in ea diœceſi ſit; nam ordinarius ille facultatem dedit abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis ſuos ſubditos, non autem alios; quippe quia nec id poterat per conſtitutionem c.ſi. de conſtit.lib.6.& l.fin. ff. de iuriſd.om.iud.& tot.tit.C.ſi à nõ compet.iud.ergo nec poteſtate ipſi tradita ab eo abſoluere pœnitentem huiuſmodi poteſt, ex quo ordinarius ille id non intendit, neq; etiam poteſt. Et quamuis pęnitens ſubiecerit ſe illi confeſſario, tamen vt delegatus ordinarij pœnitentis eſt,& idcirco non poteſt vti auctoritate ab eo ſibi delegata,& ad caſus reſeruatos nõ pertinet, vt probauimus.

Immò, nec ordinarius alterius diœceſis delegatus ab alio ordinario, vt ſuos ſubditos abſoluat à reſeruatis ob dictas rationes abſoluet. Quę diximus de habente poteſtate confitendi extra diœceſim non poſſe à caſibus reſeruatis abſolui, eadem dicimus de habente licẽtiam ſimpliciter intra diœceſim ob eaſdẽ rationes; at quid ſi delegata facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis delegans moriatur an delegatus abſoluere poſsit? hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Mortuo, qui delegauit facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, an extinguatur delegatio.*

§. II.

1 §. QVæſtio propoſita hæc eſt,† an ſi ordinarius, qui delegauit poteſtatem abſoluẽdi à caſibus reſeruatis deinceps moriatur ante abſolutionem, abſoluere delegatus poſsit. Videbatur igitur dicendum delegatum abſoluere non poſſe; quandoquidem morte delegantis delegatio extinguitur l. & quia ff.de iuriſd.omn.iud. contrarium ſuadere videtur, quòd conceſſa alicui gratia morte concedentis gratia non extinguitur c. ſi gratioſæ de reſcrip.lib. 6. hinc, qui licentiam habuit ab Epiſcopo, vt poſsit ordines ſuſcipere ab alio, quamuis moriatur concedens, nihilominus licentia valebit, atque ſic concluſit Nauar. per cit. c. gratioſe, & nos ſupra.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut per modum delegationis, & mandati facultatem hanc dedit; & in hoc caſu, quòd & delegatio morte delegantis extin-

Digitized by Google

extinguitur, vt dixi, ſicut etiam mandatum, §.fin.in Inſtit. de mand. In hoc caſu abſoluere non poterit. Id quod locum habet, vel alia ratione remoueatur ab officio ipſe concedens.

Quare Vicarius Imolæ, qui hãc facultatem dedit abſoluẽdi à caſibus reſeruatis omnibus cuidam, eo mortuo reuocata intelligitur.

Aut per modum licentiæ, & in hoc caſu eſto moriatur, tamen abſoluere poterit ob prædicta, & per cap.decet, de reg.iur.

In hac quæſt. igitur ſic concludendum cenſeo. At quid ſi Ordinarius per litteras, vel nuncium facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis cuipiam concedat, an antequam litteras accipiat, vel nuncium is, cui conceſsio hæc facta eſt, abſoluere poterit ſic ignorans? hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Conceſſa licentia abſoluendi à caſibus reſeruatis, an ignorans facultatem hanc ſic traditam eſſe, ſi abſoluat à caſibus reſeruatis, abſolutio valeat.*

§. III.

1 §. SEcunda quæſtio explicanda nobis hæc eſt, † an ignorans ſe facultatem habere abſoluendi à caſibus reſeruatis, quippe quia per litteras, vel nuncium, quæ non accepit, facultas ipſi dabatur, ſi abſoluat, abſolutio valebit? Videbatur dicendum hunc abſoluere poſſe. Primùm, quoniam eo tempore quo abſoluit, licentia ei data erat, vt in facto proponitur. Poſtremò quid, an notum id habeat, nihil intereſſe videtur, ex quo maiorem poteſtatem notitia ea ipſi non tribuit, & idcirco ea non deſideratur, ex quo nihil operatur.

Contrariam opinionem nonnulla ſuadere videntur. Primò quòd quis non videtur iure vti, quod ignorat ſe habere, ergo abſoluendo nihil facit. Hinc nec iuri renunciare quis cenſetur, quod ſe habere non exiſtimat, nec ratum habere, quod nullum eſſe ignorat, ita Caietan. in ſimili 2.2.quæſt.189.art.5. & Nauar. de ijs, quę vi, metvè cauſa conſilijs præ omnib.

Quid igitur concludendum? Ego ab hac poſtrema opinione diſcedendum non cenſeo, & hoc ob hanc potiſsimum rationem, quòd hãc facultatem ante acceptas litteras, vel nuncios non conſequitur; conceſsio.n.hæc ſe habet ſicut donatio, ex quo eam concedere Ordinarius non tenebatur: at donatio non valet, niſi donatarius eam accipiat, vt probatur id pluribus, & de communi ſententia teſtatur Viu. in ſua Sylu.opin.211. vbi etiam multa adhæc pertinentia refert, ergo hinc, nec beneficium collatũ abſenti ei acquiritur, nec ſibi prodeſt, ei ante habitam notitiam, & præſentationem litterarum, cap.ſi tibi abſenti, & ibi Gloſſ. de præbend.lib.6. & Gloſſ.in cap.quia cunctis, de conceſſ. præben. lib.6. Ex his igitur concludo abſolutionem ab hoc datam non valere. Nec repugnant rationes contrariæ, nam negatur ob prædicta ipſum habere hanc poteſtatẽ ante acceptas litteras, vel nuncium: quare ſequitur notitiam neceſſariam eſſe. Pro certo igitur habebimus hunc abſoluere non poſſe; neceſſe enim eſt, vt facultatem ſibi traditam nouerit, eamq. vel tacitò, vel expreſsè acceperit, & idcirco contraria non repugnant.

Id quod locum habet, vt abſolutio iſta non valeat ante notitiam, quamuis diceret ſe vti ea poteſtate, quam habet; nam, quod ignorat, ratum habere, & accipere non poteſt, & idcirco eam poteſtatem non habet.

Excipio tamẽ, vbi pœnitẽs diceret: Tu potes me abſoluere, quia pro certo ſcio tibi poteſtatem traditam eſſe; quod enim tunc notitiam habet, ſi abſoluat, abſolutio valebit; nam priuilegium alicui conceſſum vires ſumit, ſtatim atque ad notitiam eius venit, cap.1. §.dicebatur de conceſſ.præb.lib.6.

S V M M A.

1 *Oblitus pænitens confiteri aliquod peccatum reſeruatum ei, qui abſoluendi à reſeruatis poteſtatem habet, an abſolui deinceps ab eo poterit, vbi eam poteſtatem non habet.*

§. IV.

1 §. † TErtia quæſtio nobis explicanda hæc eſt, an oblitus confiteri peccatum reſeruatum habenti poteſtatem ab ipſo abſoluendi, abſolui deinceps ab eo poſſit, vbi poteſtatem eam ſacerdos amplius non habet, ſi in memoriam peccatum illud veniat. In qua quæſt. videbatur dicendum abſolui nõ poſſe; nam ceſſante cauſa ceſſat effectus, c.cum ceſſante, de appell. at poteſtatem, qua poterat pœnitentem abſoluere, non amplius habet, ergo abſoluere ipſum non poterit.

Altera opinio fuit quorundam, qui ſic diſtinguunt. Aut Confeſſarius non animum habuit abſoluendi niſi à confeſsis; & in hoc caſu deinceps poſt amiſſam poteſtatem abſoluere non poſſe ſentiunt. Aut animum habuit abſoluendi, ab omnibus etiam, quæ pœnitens confeſſus non eſt, & in hoc caſu reſeruatum illud peccatum deinceps non eſſe concludunt; & idcirco à quocunque abſolui poſſe; nam, & qui à Cenſuris abſoluendi facultatem habet, ſi abſoluat quempiam pluribus cenſuris irretitum, qui aliquas tantum confeſſus eſt ab omnibus tamen abſolutum eſſe inquiunt, ſi ab omnibus abſoluendi animum habuit. Hanc diſtinctionem ſequuntur Nauar. & communiter DD. Immò ſuadent Sacerdotes, vt in abſoluẽdo hunc animum ſemper habeant.

Hæc diſtinctio quo ad primam partem ve-

riſsima

riſsima eſt, & ego eã ſequor. Quoad ſecundã partem nõ mihi placet. Nam aut vi ſacramenti volunt reſeruationem hanc ſublatam eſſe, & peccatum; & id nequit, ex quo pœnitens peccatum confeſſus non eſt, & peccatum niſi quis confiteatur, ſacramento pœnitentiæ non tollitur; id quod hinc patet, quod ſi fieret, non haberet neceſſe pœnitens, vbi in memoriam illud deinceps venit, ipſum confiteri, quod tamen fieri debere cõmuniter concludunt. Nec repugnat, ſi dicatur obliuione omiſſa peccata cõtineri cõfeſsione facta, vt dixit Trid. Synod. ſeſs. 14. c. 5. de Confeſſ. nam intelligitur contineri, vel ob id, quod non obligatur eorũ confeſsione, quandiu in memoriam non veniunt, vel contineri, quoniam per contritionem tacitò dimittuntur; vnde ob id ſaluus fiet. Non ergo vi ſacramẽti tollitur reſeruatio. accedit, quod tollere reſeruationem ipſe non poteſt; cum ſit fori mixti. Aut volunt vi iuriſdictionis ipſis traditæ reſeruationem ſublatam eſſe, & hoc etiam verum non eſt; nam per facultatem traditam abſoluendi, non redditur peccatum non reſeruatum; ſi enim hoc eſſet, à quocunq; Sacerdote poſt facultatem hanc traditam pœnitens abſolui poſſet, quod non minus abſurdum, quàm ridiculum eſt. Per eam poteſtatem igitur datur facultas Sacerdoti, vt poſsit abſoluere, id quod intelligitur, & accipitur ſecundum ſubiectam materiam Sacramenti pœnitentiæ, vt ſcil. pœnitens peccatum confiteretur, quod cum hic non fiat, nulla ratio ſuadet, quamobrem deinceps pœnitens abſolui poſſit ſublata poteſtate.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut durat tempus abſoluendi (exempli gratia, quia fuit data poteſtas ſacerdoti vel per totum Aduentum, vel Quadrageſimam, vel Menſem, vel etiam Hebdomadam quod fit ſæpius in Iubileis;) & in hoc caſu durante hoc tempore, qui obligatus eſt alicuius peccati reſeruati vinculo, quod poſtea in prima, vel in altera confeſsione, vlteriorivè in memoriam venit, ſi ipſum confiteatur, abſolui ab eo poterit; quippe quia eadem poteſtas durat. Idem ſentio, ſi petijt licentiam abſoluendi aliquem à caſibus reſeruatis; nã tunc ſi qua obliuione omiſſa cõfiteatur, abſolui poteſt, & hæc dubitationem non habent.

Aut tẽpus præterijt; Et in hoc caſu abſolui poſſe ab hoc pœnitentem non cenſeo, cum delegatam facultatem amplius non habeat, vt in facto proponitur. In hac quæſt. igitur ſic concludendum ſentio, ad alteram quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Licentia conceſſa à caſibus reſeruatis abſoluendi, an pertineat ad peccatum deinceps commiſſum.*

§. V.

1 §. QVarta quæſtio nobis explicanda hæc eſt, † an qui licentiam habuit abſoluendi à caſibus reſeruatis, poſsit abſolui, ſeu abſoluere à caſibus, in quos deinceps poſt licentiam datam incidit. Hanc q. vt abſolutam habeamus. Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut Sacerdos ipſe, ſeu Confeſſarius petijt licentiam abſoluendi à caſibus reſeruatis ſimpliciter, vel ad aliquod præſcriptum tẽpus, vtpote per totam Quadrageſimam, vel per totum Aduentum, & id generis; & in hoc caſu, & à peccatis antea commiſsis, & à peccatis, quæ deinceps commiſſa ſunt per totum illud tempus abſoluere poterit; quandoquidem ſimpliciter licentiam ei conceſsit per id temporis, ergo ſimpliciter intelligi debet, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Tum quòd, ſi contrarium diceremus, inutilis eadem conceſsio videretur per id tempus: iure igitur ab omnibus abſoluet, quæ infra illud tempus cõmittentur, atq; ſic dixit Iacob. de Graff. in Append. lib. 1. c. 1. num. 50. Aut nõ petijt ſimpliciter, ſed pro aliqua perſona tantum, & in eod. caſu rurſus diſtinguendum cenſeo. Aut petijt, vt abſolueret quempiam à peccatis reſeruatis, & in hoc caſu ab omnibus abſolui poterit, quæ poſt licentiam habitam etiam commiſsit pro prima tamen vice; quandoquidem nõ ſe coarctauit ad præterita delicta. Aut licentiam petijt, vt abſolueret quempiam à caſibus, in quos incidit; id quod ſæpius fit, & in hoc caſu à commiſsis ſolum abſoluet, non autem ab ijs, quos deinceps commiſit, & hoc ob hanc rationem, quòd ipſe ſolum petijt facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis iam commiſsis, ergo de præteritis tantum commiſſa licentia exiſtimatur; nam reſponſio ſecundum petitionem factam declaratur §. præterea in inſti. de inutil. ſtipul.

Aut licentia fuit petita à pœnitente, vt abſolui poſſet à reſeruatis, & in hoc caſu pro regula habebimus à præteritis tantum abſolui poſſe. Tum quòd alias materia delinquendi daretur contra l. conuenire ff. de pact. dotal. Tum quòd, vbi lex in præteritum quid indulget, in futurum prohibet l. cum lex ff. de leg. at à futuris non poterat abſolui, non entis. n. nullæ ſunt qualitates l. eius, qui in Prouincia ff. ſi cert. pet. & vbi non eſt habitus ibi priuatio non datur l. decem, & ibi communiter not. ff. de verb. oblig. ergo de præteritis tantum intelligi poterit.

Excipitur tamẽ, vbi expreſsè petijt, vt poſſit abſolui, etiam ſi deinceps in huiuſmodi peccata incideret; ſi. n. facultas hęc ei concedatur, & à futuris, quæ deinceps committet, abſolui poterit: id quod dubitationem non habet.

Id quòd locum habet, vel tacito licentiam

hanc

hanc petijt; vt pote ſi peregrè profecturus aliquo , & diutius abſuturus ſit licentiam petat abſolui à caſibus reſeruatis ; nam, & à futuris abſolui poterit . Et de hac quæſtione ſatis.

S V M M A.

1 *Licentia conceſſa alicui ab Epiſcopo abſoluendi à caſibus reſeruatis , an pertineat ad cenſuras ipſi reſeruatas , nec non ad caſus ſpeciatim ipſi Epiſcopo à iure reſeruatos.*

2 *Vicario conceſſione facta abſoluendi à reſeruatis , quid conſequatur, vbi non eſt Sacerdos.*

§. VI.

1 §. QVinta quæſtio explicanda nubis hæc eſt,†an ſi Epiſcopus alicui licentiam à caſibus reſeruatis abſoluendi conceſſerit , intelligatur conceſsiſse licentiam abſoluendi etiam à caſibus iure ipſi reſeruatis . Videbatur dicendum facultatem hanc conceſiſſe. Tum quòd ſimplicem conceſsit facultatem hãc abſoluẽdi, nec diſtixit an ab his, ab illisvè conceſſerit , ergo nec nos diſtinguere debemus, ſed ab omnibus facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis conceſsiſſe arbitrabimur argu. l. de pretio ff. de publ. in rem act. Tum quòd conceſsio facta eſt de reſeruatis ipſi Epiſcopo; at hæc conceſsio tam pertinet ad eos caſus , quos ſibi reſeruauit , quàm ad eos, qui à iure reſeruati ſunt, ergo arg. l. 3. §. hæc verba ff. de oper. nou. nunc.

Contraria opinio verior tamen videtur , vt ſcil. licentia abſolutionis eorum tantum conceſſa intelligatur, quos ipſe ſibi reſeruauir. Primò , quoniam facultas horum concedi ſolet , ergo facultatem hanc datam eſſe exiſtimandũ eſt arg. l. nam ad ea ff. de leg. ſi cert. pet. Deinde quoniam , & ipſi Parochi , & ipſorum ſimiles ſolent hanc abſoluendi facultatem petere, ergo de his tantùm Epiſcopus ſenſiſſe videtur ; valer. n. argumentum à ſolitis l. ſi numos §. certi conditio , & ibi Iaſo. ac DD. ff. ſi cert. per. & reſponſio ſecundum interrogationem factam cenſetur , & quę non eſſet verіſimiliter quem in ſpecie conceſſurum generatim conceſsiſſe nõ exiſtimatur c. fin. de off. vic. lib. 6. & c. pen. de pœnit. & c. generaliter de procur. eod. lib.

Quid igitur concludendum? Ego pro regula pono conceſsionem hac ratione factam non pertinere ad caſus, qui à iure Epiſcopis reſeruati ſunt ob proximè dicta; & pręſertim quòd inſolita non præſumuntur. Hinç Bal. in c. cum ex officij argumẽtum ab inſolitis tenere dixit de præſcript. & ſequitur Iaſo. in cit. l. ſi numos §. eod. n. 29. Quare conceſsione hac facta, à cẽſuris Parochi abſoluere non poſſunt , quarum abſolutio Epiſcopis reſeruata eſt , præſertim quod nomine caſuum reſeruatorum cenſuræ non continentur, vt dixit Nauar. & DD. communiter . Nam etiam caſus ſpeciatim , qui à iure Epiſcopis reſeruati ſunt , & præſertim à Trid. Synod. ſeſſ. 24. c. 6. de Reform. quòd ſpecialis conceſsio fieri debet , vt dicitur in eod. cap. 6. minus intelligitur conceſſa facultas diſpenſandi, vel permutandi vota, vel irregularitates tollẽdi, & ita de voti diſpẽſatione dixit Ioan. Sorbol. in Compend. priuileg. in verb. abſolutio quoad ſeculares 2. not. 5. pag. 72.

Excipitur tamen, vbi ſpeciatim facultatem conceſsiſſet Epiſcopus abſoluendi etiam à cẽſuris, & à caſibus iure ipſi reſeruatis; tũc enim ſine dubitatione poterũt ex quo delegatio hęc ab Epiſcopis fieri põt . Et de q̃ſtione hac ſatis.

Atqui, ſi Epiſcopus cõcedat facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis cuipiam Sacerdoti electo à pœnitente , ſi quid præſtiterit pauperibus, an peccet ? Planè ſic ; ſimoniam enim committit, ex quo quod gratis accepit, nõ gratis concedit , ſed temporalia vult pro ſpiritualibus, & ita Nauar. in conſ. 18. n. 4. de penit.

2 Verùm quid † ſi Epiſcopus cõcedat ſuo Vicario facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, & Vicarius Sacerdos non ſit , hac cõceſsione quid conſequetur ? non enim ipſe cum Sacerdos non ſit , abſoluere poteſt . Duo conſequetur; nam vel alteri facultatem hanc delegare poterit (hoc. n. iuriſdictionis eſt, quam & nõ Sacerdos habet) vel reſeruationem tollere, ita Nauar. in conſ. 22. de pœnit. ex quo enim ipſe abſoluere non poteſt, conceſsionem hanc hæc operari concludendum eſt ; nam verba ſecundum qualitatem perſonæ accipiẽda ſunt l. plenũ § ęquitij ff. de vſu, & habit. & l. ſi vno ff. locar. & l. damni infecti ff. de damn. infect. & l. ſi ſtipularus ff. de vſur. cum ſimil. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

Delegatus ad abſoluendum pœnitentes à caſibus reſeruatis , an banc facultatem delegare alteri poſsit .

Delegatus an dare poſsit facultatem alteri , vt abſoluat .

§. VII.

§. VIdimus quouſque delegati facultas pertineret in abſoluendo à caſibus reſeruatis; iam nunç agamus an hanc facultatem tribuere alteri, ſeu mandare poſsit . In qua quæſtione breuiter concludimus, quod & pro regula ponimus, vbi alicuius particularis caſus delegatio facta eſt, eundem caſum alteri delegare ipſum delegatum nõ poſſe. Tum quod iudex delegatus delegandi poteſtatem non habet l. à iudice, & ibi not. Iaſon. ac DD. C. de iud. & l. more ff. de iuriſd. omn. iud. Induſtria enim perſonæ electa eſſe cenſetur arg. c. fin. §. is autem ff. de off. deleg. nam ob hanc rationem

Digitized by Google

tionem etiam reſeruantur caſus huiuſmodi, quò à grauioribus, ac prudentioribus iudicibus cognoſcantur; & idcirco, vbi poteſtas hęc delegatur non paſsim cuique, ſed prudentibus iudicibus iuris delegari ſolent. Tum quod id haberi videtur in c.ſi. de off. deleg. vbi ſi cui committatur facultas abſoluendi, vel pœnas iniungendi, alijs id demandari non poſſe ibi dicitur, ergo idem hic. Quare, ſi cui licentia abſoluendi quem à caſibus reſeruatis tribuatur, hanc ipſe facultatem delegare alteri non poteſt.

Excipitur tamen primò, vbi ordinarius ſpeciatim ſub-delegandi facultatem conceſsit; tunc enim id poterit: id quod dubitationem non habet; ſi enim per ſe delegare poteſt, ergo, & per alium, cum omnia, quæ per nos agere poſsimus, & per alios agere volumus l. 1. ff. de procur. & facit l. non diſtinguimus §. quæſitum ff. de arbitr. not. Iaſ. in cit. l. à iudice, vbi de communi ſententia teſtatur.

Poſtremò excipitur, vbi quis ad vniuerſitatem delegatus eſt, exempli gratia delegauit Epiſcopus parocho cuipiam caſus reſeruatos ſuæ parochię hac enim ratione vniuerſitas delegatur, vbi ſcilicet territorij alicuius cauſæ delegantur, vt docuit Iaſon in cit. l. à iudice nu. 8. In hoc igitur caſu ſubdelegare poterit, vt docuit Iaſ. in ead. l. nu. 7. & DD. in cit. l. more: Idque iure meritò; nam ad vniuerſitatem delegatus ordinarius quaſi eſt, vt dixit Gloſſ. in c. cum cauſa in verb. Delegatus de appell. quam cõmuniter receptam teſtatur Abb. ibi, communis denique DD. ſententia hæc eſt, & ita Nauar. in conſ. 22. de pœnit. reſpondit, & ita ſeruarum ſępè vidiſſe teſtatur in licentia data ab Epiſcopo ſuo Vicario. Excipitur, niſi aliter de mente delegantis appareret.

Verùm, an vbi quis ſubdelegandi poteſtatem habet poteſt ſubdelegare facultatem aliqui, qui ipſum ſubdelegantem à reſeruatis abſoluat? Ego, omiſsis pluribus, quæ dixit Iacob. de Graff. in Append. lib. 1. cap. 7. nu. 45. & lib. 3. cap. 10. verſ. octauo, teneo id non poſſe; nam poteſtatem actiuam tantùm habet, vt ſcilicet poſsit alios abſoluere, ergo non vt abſoluatur; ex diuerſis enim non ſit illatio l. Papinianus ff. de min. Poſtremò nec ordinarius id cogitaſſe videtur. Contrarium tamẽ ſuadet, quòd Epiſcopo, qui poteſt abſoluere à caſib. Rom. Pont. reſeruatis iux. c. liceat Trid. Synod. de reform. cap. 6. ſeſſ. 24. facultatem alteri delegare poteſt, qui ipſum abſoluat, vt Sacra Congreg. ibi declarat, ergo; alibi tamen hac de re ſupra locuti ſumus. Atqui de delegato hactenus, iam de delegato à iure agamus.

S V M M A.

1 *In articulo mortis exiſtentem quiuis Sacerdos abſoluere poteſt à caſibus reſeruatis.*

2 *Neceſsitate aliqua vrgente præter mortis articulum an ab alio abſolui poſsit.*

3 *Impedimento aliquo exiſtente an poſsit, quis ab alio abſolui à caſibus reſeruatis.*

4 *Ordinarius ſi noluit dare licentiam abſoluendi à caſibus reſeruatis an quis poſsit ab alio abſolui. Celebrare habens, vel communionem ſumere, ſi non poteſt habere licentiam, vt ab alio abſoluatur, an poſsit ea tutò facere ſine confeſsione, vbi ſcandalum præberet.*

5 *Articulo mortis vſum quis ſumitur à plures Sacerdotis ſint à parochos à quo abſoluatur.*

6 *Abſolutus in articulo mortis ſuperiorem adire non cogitur, ſi periculum euadat.*

§. VIII.

§. DE delegatis ab homine, qui à caſibus reſeruatis abſoluere poſſunt, vidimus; iam de delegatis à iure, qui abſoluere poſsint, videamus.

1 Primùm igitur. † vbi in articulo mortis quis cõſtitutus eſt, & ordinarij poteſtatem non habet, à quo abſoluatur, à quocunque Sacerdote abſolui poteſt; Verum tamen piè admodum in eadem Eccleſia Dei conſtitutum ſemper fuit, inquit enim Sancta Synod. ſeſſ. 14. cap. 7. de Sacramento pœnit. vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque idcirco omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt. Hæc S. Synod. atq. meritò; nam reſeruatio hæc inducta eſt ad animarum ſalutem, & non ad perniciem; item ad ædificationem, & non ad deſtructionem, vt inquit ead. Sancta Synod. & habetur in Decre. nuper hac de re à Rom. Pont. ædito; at ſi qs nõ poſſet hiſce anguſtijs detentus abſolui in animarum perniciem reſeruatio hæc redundaret; quid enim ſi eſſet pœnitens tantum attritus, qui vi clauium fieri poſſet, ſi abſolueretur, contritus? Ne igitur, quod in fauorem fuit inductum, odium afferat contra l. quod fauore C. de leg. meritò pia mater Eccleſia benignè facultatem hanc cuique Sacerdoti tunc cõceſsit. Articulus autem mortis quinam ſit in tract. meo de Cenſuris declaraui. Tab. p. c. 4. d. 5. num. 9.

2 Verùm, † quid ſi quis neceſsitate aliqua alia prematur, exempli gratia eſt Sacerdos parochus, qui in caſus huiuſmodi incidit, & celebrare Miſſæ Sacrum feſtis diebus habet, & ab ordinario longiſsimè abeſt, vnde non poteſt ſuperiorem adire, nec per litteras etiam licẽtiam habere, an in hac neceſsitate conſtitutus abſolui à Sacerdote ſimplici poterit? Videbatur dicendum id poſſe per c. eos de ſenten. excommun. lib. 6. vbi ab excommunicatione abſolui quis poteſt hac ratione, vbi ſuperiorem adire nequit: Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet in hoc caſu abſolui hũc non poſſe; & hoc ob hanc potiſsimum rationem,

nem, quòd per decretum Sacrę Congreg. Cardinalium id prohibitum eſt; quod infra ponemus; ſolum enim permiſsit abſolui quem poſſe à reſeruatis à Sacerdote, ſeu ab alio, quàm à ſuperiore, vbi in articulo mortis eſſet; nam præcepit, ſicut ibi habetur, vt nullo caſu etiam neceſsitatis, & impedimenti, niſi in mortis articulo ab alio, quam ab ordinario abſolui poſsit: ſi ergo in nullo caſu neceſsitatis abſolui poteſt, ergo neque in hoc; verba enim illa nullo caſu omnem caſum tollunt, qui non eſt exceptus; ſe habent enim ſicuti illa verba nullo modo, quæ hunc effectum operantur, vt nulla diſpoſitio in contrarium facta valeat, ita dixit Iaſo. in l. 1. num. 36. & num. 37. in prima lect. C. de Sum. Trinit. Non igitur ab hac opinione diſcedemus. Parochus igitur hic in hac neceſsitate contentatur de hiſce peccatis, animum habens quam primum poterit curandi, vt abſoluatur à reſeruatis; hac enim ratione poterit ſine peccato Miſſæ Sacrum facere; cum & vbi facultatem Sacerdotis non habet confitendi peccata non reſeruata, & neceſſe habet Miſſæ Sacrum facere, poſsit per ſolam contritionem celebrare, vt declarauit S. Synod. ſeſſ. 13. cap. 7. de præpar. ad Euchar.

Idem dicendum eſt de ijs, qui niſi communionem ſumant, ſcandalum præberent; exempli graria Monialis, quæ in peccatum reſeruatum incidit, facultatem non habet confeſſarij à quo poſsit abſolui, poterit de more, vbi aliæ Moniales communionem ſumunt, & ipſa communionem ſumere, ne ſcandalum præbeat. Idem & de quocunque alio. Quare, ſi maritus mandaret vxori, vt in die Natalis Domini vna ſecum, & cum tota familia communionē ſummeret; eſto non fuerit abſoluta à peccato reſeruato ob id, qđ Sacerdos parochus eam abſoluendi à reſeruatis facultatem non haberet, ob eandem rationem ſcandali ſcil. & infamiæ communionem ſumere poteſt.

3 Idem, † vt non poſsit quis abſolui extra articulum mortis locum habet, vel impedimento aliquo detineatur ob idem Decretum; nullo enim caſu etiam neceſsitatis, vel impedimēti pręcipit ne quis abſolueret. Quare à mulier in peccati huiuſmodi incidat, cui vagari non licet; ab eo qui ab his caſibus abſoluendi facultatem non habet, abſolui non poterit.

4 Hinc † apparet opinionē Graff. in Appēd. lib. 1. cap. 7. §. 5. num. 38. cum duob. ſeq. tenendam non eſſe, qui aſſeruit, vbi à quopiam, qui in peccatum huiuſmodi incidit, ter licentia diuerſis temporibus, & benignè ab ordinario petita eſſet, & non conceſſa, tunc à ſimplici parocho abſolui hunc poſſe. Nam repugnat huic decreto in verſ. In nullo caſu neceſsitatis, vel impedimenti præterquam in articulo mortis, quibus verbis noluit quem abſolui poſſe ab alio, quàm à reſeruante. Si ergo in nullo caſu, ergo neque in hoc, qui enim omne negat, nihil concedit l. Iulianus ff. de leg. 1. Præterea ſi hoc daretur, non in articulo tantum mortis abſolui quis poſſet à ſimplici Parocho, verum & in hoc, & ſic caſus etiam hic exceptus eſſet; at hoc non dixit Decretū, ergo nec nos; quod enim lex non dicit nec nos dicere debemus l. de pretio ff. de publ. in rem actio. & incluſio vnius alterius excluſio eſt cap. non ne de præſumpt. & l. cum prætor ff. de iud. At lex vnum caſum tantum excipit, ſcil. articulum mortis, ergo omnes alios excludit. Poſtremò, ſi hoc daretur, alterum de duobus dicendum eſſet, vel ordinarium cogi ad licētiam dandā, vel inutilem reſeruationem reddi; nam ſi licentiam nō det, inutilis erit reſeruatio; nam nihilominus Parochus ſtante propoſita opinione, abſoluere poterit. Si verò det tantundem, at hæc abſurda ſunt, ergo non dicenda l. nam abſurdum, ff. de bon. lib. Nec repugnat Gloſſ. in Clem. dudum §. ſi verò in verb. reſeruauerint de ſepul. nam ſumus in diuerſo caſu. Præterea ibi. Si ordinarij recuſent admittere regulares ad confeſsionem, de auctoritate Romani Pontif. licētiam habent; at hic nullo caſu, id permittit, niſi in articulo mortis, & in alijs probibet curatum quemquam abſoluere poſſe; ex quo igitur diuerſa ſunt, nihil ad rem faciunt arg. l. Papinianus ff. de min. Imò canon ille contra prædictam opinionem facit; idcirco enim regulares, poſtquam petierint licentiam, & eam non obtinuerint, audire confeſsiones poſſunt, quoniam Summus Pont. expreſsè eam ipſis concedit; ergo ſecus ſi eam non conceſsiſſet, ſicut in caſu noſtro. Ab hac opinione igitur Graff. diſcedendum omnino cenſeo, & cōtrariam amplexandam concludo.

5 Verùm quid † ſi plures Sacerdotes adſint, quorum alter parochus ſit, an præferri alijs parochus debet? Ego ſentio præferendum eſſe; nam per hanc conceſsionem ad ius commune res reducitur, quo caſu proptius parochus præfertur c. omnis de pœnit. Id quod locum habere ſentio, vel excommunicatus, cenſurave alia irretitus ſit, quando quidem Trid. Synod. eod. cap. 7. à quocunque Sacerdote abſolui poſſe concedit.

Atqui ſi alter abſoluat præſente Parocho, an abſolutio nihilominus valebit? Ego ſentio abſolutionem valere. Tum quòd eadem Synodus facultatem prębet cuique Sacerdoti in eo caſu abſoluendi, vt proximè dixi. Tum quod quoad caſus reſeruatos non maiorem auctoritatem habet Parochus proprius, quam alius. Concludo igitur abſolutionem valere, cōtrarium ſuadere videtur dictum proximè. Verū illud nihil eſt; locum enim habet, vbi aliàs parochus iure proprio id poſſet, at hic iure delegato, & ſi ergo magis deceret, non tamen neceſſarium id eſt.

6 Quid autem de abſoluto † in articulo mortis à caſibus reſeruatis ab eo, à quo iure com-

muni

muni abſolui non poterat, an ſi periculum illud euadat, ſuum ordinarium, qui caſus ſibi reſeruauerat, adire cogatur. Videbatur dicendum ad id cogi; nam & excommunicatus in hoc caſu abſolutus tenetur ſuperiorem adire, c. ſolet de ſent. excom. Contrariam opinionem tenendã eſſe concludo. Tum quod iure cautum id non eſt, et lex hoc non dicit, ergo nec nos dicere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. & §. conſideremus in Auth. de appell. Tum quòd peccatum, quod quis ſemel confeſſus eſt, illud confiteri iterum non tenetur, vt DD. communiter ſentiunt. Nec obſtat c. ſolet; nam ibi de excommunicatione cautũ eſt, ergo hic ſecus, vbi cautum non eſt, vt dixi. Poſtremò, neq; ibi ſuperior aditur, quò iterum abſoluatur, ſed vt mandata recipiat, vt ibid. dicitur, & ego in tract. meo de Cenſur. tradidi. Ab hac opinione igitur non diſcedemus, quã & ſequitur Nauar. in Man. cap. 26. nu. 76. & de his hactenus.

Verùm, quòd per multa priuilegia conceſſa ordinibus Regularium, Congregationibus, Collegijs, Societatibus, aut Archiconfraterni tatibus ſecularium, aut ſingularibus perſonis permiſsa erat huiuſmodi caſuum abſolutio, ob eam rem de abſolutiođe ratione hac tributa, item agamus.

S V M M A.

Abſoluere poſſunt à caſib. reſeruatis, qui priuilegium ad id habent, nouem caſibus exceptis.

Decretum, quo prohibetur abſolutio à caſibus reſeruatis refertur, nec non eius interpratatio, ac moderatio.

§. IX.

1 §. † Tertiò abſoluere poſſunt à caſibus reſeruatis, qui habẽt priuilegium abſoluendi ab ipſis generaliter, modo ante decretum infra ponendum eſſet vſu receptum, vel non reuocatum. Vel priuilegium ſit conceſſum ratione ordinis, vt Mẽdicantib. vel Congregationib. vt Societati Ieſu, vel Archicõ fraternitatib. Seculariũ, aut ſingularib. perſonis, vt habetur in Decreto 2. Clem. viij. quo declaratur Decretum, prohibens abſolutionẽ à caſibus reſeruatis, latũ Romę die 26. Menſ. Nouemb. 1602. Quare vel abſoluant ab his caſib. ſeculares clerici, vel regulares, q habẽt huiuſmodi priuilegia, vel ratione ſuorũ ordinũ, vel ob Confraternitates, vt potè, quia pęnitẽs eſt de Confraternitate ſanctiſs. Corporis Chriſti, vel ſanctiſs. Nominis Dei, vel Roſarij Beatiſsimæ Virginis, vel in alijs Societatib. huiuſmodi abſolutio tributa valebit.

Excipiuntur tamen primò caſus, qui continentur in Bulla Cęnæ Domini, q certè ſunt p eã Bullã reſeruati, vel dubitatur, an tales ſint.

Secundò, vbi immunitas Eccl. violata eſt in terminis Conſt. Greg. xiv. quę incipit. Cũ aliàs nonnulli publicat. Romæ die 28. Maij, 1591.

Tertiò violatio clauſuræ monialium ad malum finem.

Quartò prouocantes, & pugnantes in duello in terminis Concilij Trid. & Greg. xiij.

Quintò iniicientes manus violentas in clericos iux. can. ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. ac iuris diſpoſitionem.

Sextò Simonia realis ſcienter contracta, quæ qualis ſit in tract. meo de Simo. declaraui.

Septimò Simonia cõfidẽtialis in beneficijs.

Octauò caſus oẽs, quos locorũ ordinarij ſibi reſeruarũt, aut reſeruabunt; ab his. n. caſib. per prædicta priuilegia abſolui nequeunt, ẽt in caſu neceſsitatis, vt potè ſi eſſet miſſæ ſacrũ facturũ, & huiuſmodi. Itẽ nec ſi impediretur pęnitẽs; quominus poſſet adire, q eũ abſoluere de iure poſſet, vt ſupra dixi. (Quare derogatũ eſt, c. eos de ſent. excom. li. 6. quo iure in his caſib. impedimenti, poterat ab alio quis abſolui.) Niſi ergo mortis articulus adſit, vel Sacerdos habeat licentiã nouã ſpeciatim à ſede Apoſtolica, ſeu ab ordinarijs, vel viua voce ab his caſibus, abſolui non poterit pęnitens. Et hæc locum habent in Italia extra vrbem; extra Italiam, n. vel in Vrbe decreta prædicta locũ non habent: quæ decreta, quod ad hanc materiam plurimũ pertinent, huc inſerenda curauimus.

Decretum, quo prohibetur abſolutio à caſibus reſeruatis.

2 Editum fuit † aliàs à ſacra Congreg. S. R. E. Cardinalium in negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita Decretum ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis, eius, qui ſequitur tenoris.

Sacra Congreg. S. R. E. Cardinaliũ negotijs, & Conſultationib. Epiſcoporũ, & Regulariũ præpoſita iuſtis, & grauibus cauſis id exigentib. ac de Sanctiſs. D. N. Clem. PP. viij. ſpeciali mandato viuę vocis oraculo deſuper habito Sacerdotib. oĩbus tam ſecularib. quam regularib. per vniuerſam Italiã extra Vrbẽ degẽtib. ad confeſsiones audiendas probatis, quamuis ordinũ, ẽt Mendicantium, militiarũ, aut Congregationum ẽt Societatis Ieſu, & generaliter quarumcunq; aliarũ, quouis nomine nuncupẽtur, iubet, & pręcipit, ne quis eorũ ſub prætextu priuilegiorũ indultorũ, aut facultatũ generaliter, vel ſpecifice ſcripto, aut viuę vocis oraculo, vel per cõmunicationẽ à ſede Apoſt. vel eius auctoritate eorũ ordinib. Congreg. Collegijs, vel Societatib. aut Archiconfraternitatib. Secularium, aut ſingularib. perſonis, ſeu aliàs quomodocũq; ſub quibuſuis tenorib. formis, & clauſulis, ẽt derogatoriarũ derogatorijs ad vnius ẽt Imperatoris, Regũ, aut aliorũ Principum inſtantiam conceſſarũ, ſeu confirmatarũ alicui cuius ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis tam Eccleſiaſticę, quam ſecularis ẽt Regię, vel Imperialis ab vllo ex caſib. clare, vel dubiè in Bulla die Cœnę Domini legi ſolita cõ rentis, vel aliàs quomodocunq; Sedi Apoſt. reſeruatis, aut in futurũ p ſanctitatẽ ſuã, eiuſuè ſucceſſores pro tẽpore in ead. Bulla, vel aliter

 ſeruan-

ſeruãdis, nec ẽt à caſibus, quos ordinarij locorũ hactenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu ẽt neceſsitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua, vel ſpecialis ſanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorũ ſuorum, vel ordinariorum, quoad caſus ab ipſis tantùm reſeruatis, reſpectiuè impetrata in ſcriptis licẽtia ordinarijs locorũ exhibẽda abſolutionis beneficiũ de cætero impendere audeat, vel præſumat: ſed cum opus fuerit pęnitentes ad ſuperiores, legitimoſq. iudices ſuos accedere conſulant ſub pœna contrafacientibus, tam regularib. quàm ſecularib. excõmunicationibus, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum inhabilitatis; itẽ audiendi confeſsiones, & ad quæcunq; officia, prælaturas in poſterum obtinenda ipſo facto, abſq. vlla alia declaratione incurrẽda. Super quib. à nemine, niſi à Rom. Pont. habilitatio, diſpenſatio, aut abſolutio præterquàm in mortis articulo poſsit impartiri; Sanctitas. n. ſua (quatenus opus eſt) facultates, & conceſsiones ipſas in hac parte vti caſſas, & irritas haberi đ cetero voluit, & vult nõ obſtãtib. quibuſcunq.

Pręterea nouerint penitentes abſolutionẽ, ſi quã obtinebũt cõtra huiuſmodi prohibitionẽ, eſſe nullam nulliuſq. roboris, vel momenti. Et ne locorum ordinarij, quibus ius hoc reſeruandorum caſuum competit plurium, quàm opus ſit reſeruatione ſubditis, aut Cõfeſſarijs in animarum ſalute procuranda cooperatoribus ſint oneroſi, monẽt oẽs, vt paucos, eoſq. tantum, quos ad Chriſtianam diſciplinã retinendã, animarumq. ſibi creditarũ ſalutẽ, pro cuius diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſariò reſeruandos eſſe iudicauerint, reſeruent. In quorum fid. &c. Dat. Romæ die 9. Menſ. Ian. anni 1601. Hoc eſt decretum; iam eius declarationem, & moderationem ponamus, quæ talis eſt.

Declaratio, atq; moderatio Decreti Superioris.

CVm autem dubia quædam, ac difficultates, circa eiuſdem decreti interpretationem, atq; obſeruationẽ emerſiſſent, eadem Cõgreg. ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitatiuè locus relinquatur, vt clarius appareat in quib. caſibus vigore huius decreti à reſeruatis intelligatur ꝓhibita abſolutio ſpeciali mãdato eiuſdem S.D.N. Clem. PP. viij. ſimiliter viuæ vocis oraculo ſuper ea habito ipſum decretũ, ita moderatur, ac declarat, videlicet ſub eiuſdẽ prohibitione illos tãtùm in poſterum cõprehendi caſus, qui in Bulla die Cęnæ Domini legi conſueta continentur. Ac propterea violationis, immunitatis Eccl. in termi nis conſtitutionis Fœl. record. Greg. xiiij. quæ incipit, Cum aliàs nonnulli. Violationis clauſuræ monialium ad malum finem. Prouocãtiũ, & pugnãtium in duello iuxta Decretum ſacri Concilij Tridentini, & conſtitutionẽ Fœl. recordationis Greg. Papæ xiij. incip. Ad tollendum. Inijcientium violẽtas manus in clericos iuxta canonem, ſi quis ſuadente diabolo, &c. 17. q. 4. Ac iuris diſpoſitionem. Simoniæ realis ſcienter contractæ, atq; etiam confidentiæ beneficialis. Item oẽs caſus, quos ordinarij locorum ſibi reſeruarunt, vel in poſterum reſeruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis dumtaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confeſsiones, eadem ſacra Cong. vult, & mandat dictum Decretum in ſua firmitate, & priſtino robore: ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam ſeculares, quam regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in ſupradicto Decreto expreſſis ſuffulti fuerint poſſe iux. eorum priuilegia, indulta, & facultates vſu ante ipſum Decretum receptas, & quæ ſub alijs reuocationibus non compræhenduntur tantum, & non aliàs abſoluere à caſibus, hac preſenti declaratione non compræhenſis: alijs verò Sacerdotibus eiuſmodi priuilegia non habentib. nihil de nouo concedi. Sed ne ordinarij locorum, ad quos caſuum reſeruatio ſpectat ea in re modum excedant, eadem ſacra Congreg. illos rurſus magnopere admonendos cenſet, vt non paſsim, ſed cum id videbitur communi bono expedire atrociorum tantum, & grauiorum criminũ abſolutionem ſibi reſeruent, quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in deſtructionẽ cedat, ne alioquin Sacramenti Pęnitentiæ miniſtrorum coarctata poteſtate ſanctæ Matris Eccleſiæ piæ menti contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet etiam, ne ſibi ſuperfluè reſeruent caſus in Bulla die Cęnæ Domini legi conſueta contentos, neq; alios Sedi Apoſtolicæ, ſpecialiter reſeruatos. Facultatem verò, & licẽtiam abſoluendi à caſibus reſeruatis, quàm in ſcriptis tantùm concedi permittebatur, ẽt ſola viua voce cõcedi poſſe declarat. Cęterum, ne quis Sacerdotum ſecularium, aut regularium ſub prætextu, quod per primum dictum Decretum non fuerit ſufficienter, coram ſpecialibus priuilegijs derogatum, eidem decreto ſicut præfertur declarato contrauenire audeat Sanctitas ſua conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis omnibus in fauorẽm, quorumcunq; ordinum, ſeu inſtitutorum regularium, aut Sacerdotum tam regularium, quam ſecularium editis, nec non eorundem ordinum, ſeu inſtitutorum, ac etiam Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum ſeculariũ, ſeu regularium locorum, quorumcunq; etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegijs, quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis eiſdem ordinibus, ſeu inſtitutis, ac etiam Eccleſijs, & Monaſterijs, & ſecularib. ſeu regularib. locis, aut

perſonis,

Digitized by Google

perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatariarum derogatorijs, alijſq. efficationibus inſolitis clanſulis; nec non irritantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſsis; ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis etiã ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq́. totis tenoribus, & formis ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet tenoris huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro expreſsis habens quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat contrarijs quibuſcunque non obſtantibus Romæ die 26. Nouembr. 1602. Et hæc eſt declaratio ſuperioris decreti, ex qua habentur propoſitæ exceptiones, & alia, de quibus infra ſuo loco, iam ad alios modos, quibus abſoluitur quis à caſibus reſeruatis agamus.

S V M M A.

1 *Licentia conceſſa Sacerdoti, vel pœnitenti quò abſoluatur à caſibus reſeruatis eius virtute Sacerdos abſoluere poterit.*

2 *Licentia quomodo differat à delegatione.*

§. X.

1 §. † TErtiò in primis à caſibus reſeruatis pœnitens abſolui poteſt, ab alio quis à reſeruante, vbi ab habente ad id poteſtatem licentia conceſſa eſt, vel ipſi pęnitenti, vt poſsit abſolui (quòd ſæpius, vbi à Romano Pontifice Indulgentiæ conceduntur, fieri ſolet) vel Sacerdoti, vt aliquem abſoluat; quæ licẽtia etiam poſt mortem concedentis durat. argum. cap. ſi gratioſè de reſcript. lib. 6. & cap. decet de regul. iur. eod. lib.

2 Verùm † vbi delegatio facta eſt ad abſolutionem horum, cur morte delegantis, ſeu mandantis tollitur, non autem licentia? Ob eam rem, quoniam delegatus perſonam delegantis gerit, & nihil propriũ habet l. 1. §. qui mandatam, ff. de off. eius, & l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. & ibi DD. & idcirco eo mortuo, extinguitur iuribus proximè citatis; quamobrẽ etiam fit, vt reſeruatio non tollatur per delegationem, ſed abſoluatur ab eo, qui eam facultatem alterius nomine exercet. At vbi licentia conceditur ipſi pęnitenti, tollitur reſeruatio illa; Id quod hinc patet, quòd ea facultas delegari pœnitenti ei nequit, & mortuo concedente abſolui adhuc pœnitens poteſt; quæ licentia, quoniã ſæpius conceditur, vbi Indulgentiæ condonantur à Romano Pont. ob eam rem durat etiam poſt elapſum tempus indulgentię quoad peccata reſeruata ante commiſſa, & ideo abſolui poteſt pœnitens, ſi aliquorũ oblitus ſit, vbi deinceps in memoriã venit. Non autem ob eam rationem, quæ à quibuſdã redditur, quòd qui abſoluit, animum habet abſoluendi ab omnibus; nam, quò abſoluatur vi ſacramenti neceſſariò requiritur, vt quis ſpeciatim peccata confiteatur, id quod hinc patet; quòd vbi in memoriam veniunt ad confitendum ea quis obligatur. Nec facit, ſi dicatur per abſolutionem tolli reſeruationẽ; nam ad ipſam Sacerdotem non pertinet ea tollere, ſed ad ſuperiorem. Poſtremò per licentiam datam ſublata eſt, vt dixi.

Excipitur tamen, vbi licentia eſſet data alicui Sacerdoti, vt abſoluere aliquem ab his caſibus poſſet; ſi. n. ante abſolutionem ſacerdos hic moriatur, ab alio Sacerdote abſolui non poterit; quandoquidem coarctauit eam licentiam ſuperior in ipſo Sacerdote, & idcirco ad alium nõ pertinet arg. l. cum prætor, ff. de iud. & cap. non ne de præſumpt. & l. in agris, ff. de acq. rer. dom. In hac igitur quæſt. ſic concludendum cenſeo: Licentia igitur hæc ſe habet, ſicùt priuilegium ad id cõceſſum, de quo iam egimus: ſed iam ad alia transeamus.

S V M M A.

1 *Reſeruatio caſuum tollitur ipſo iure multis modis.*

§. XI.

1 §. † POſtremò reſeruatio horum caſuum tollitur ipſo iure, ita vt licẽtia nulla requiratur ad abſoluendum ab his caſibus. Id quod fit duobus modis. Primùm reſpectu habito ad eum, qui caſum reſeruauit, idq́ue tribus modis. Primò, vbi qui per conſtitutiones, vel litteras caſus ſibi reſeruauit, ipſas litteras, vel ſtatutum reuocauit; deſinit enim eſſe ipſa peccata reſeruata, vt in Tract. meo de Cenſ. probaui. Nec repugnat quem in caſum huiuſmodi incidiſſe ante reſeruationẽ ſublatam; nam reſeruatio nõ afficit ipſum delictum committentem, ſed iuriſdictionem Parochi, vt habetur apud Trid. Synod. de Sacramen. pœnit. cap. 7. adimit. n. ei facultatem abſoluendi tempore confeſsionis; at eo tempore reſeruatio nulla eſt, cum ſit ſublata, ergo nec iuriſdictio Parochi impedita.

Secundò tollitur reſeruatio ipſo iure habito reſpectu ad ipſum reſeruantem, vbi antequam pœnitens abſoluatur, mortuus eſt, vel ſe abdicauit Epiſcopatu, vel priuatus eſt, vel permutauit ſi reſeruans non per conſtitutionem, ſed per ſimplicem ſententiam reſeruauit; tunc enim veluti ab homine latæ cenſuræ

Digitized by Google

morti ſerentis tolluntur cap. à nobis. cap. & ibi DD.de ſent.excom.ita Addit.ad ſum.Bull. Steph.quarant.iu verb. Caſus reſeruati p. 147; Tertiò tollitur ipſo iur. vbi Iuriſdictionis vſu priuatus eſt, vt ſuſpenſione ab officio, vel excommunicatione, & denunciatus ſuit, vel notorium id eſt;tunc.n.& per litteras reſeruatio ſuſpenditur ; & idcirco ſi pœnitens tunc confiteatur peccata huiuſmodi abſolui à Parocho ſimplici poterit ſine licentia,arg.cap.probandũ,de re iud.& per extrauag. ad euirãda.

Secundò tollitur ipſo iure reſeruatio habito reſpectu ad pœnitentem translatione domicilij pœnitentis ; ſi.n.quis poſtquam in huiuſmodi caſus incidit alio domicilium transferat , vbi peccata illa reſeruata non ſunt ; cùm deſinat eſſe ſubditus reſeruãtis, à ſimplici parocho abſolui poterit;Etenim & Vniuerſitate hominum interdicta, quò caſu ſinguli ex vniuerſitate interdicti ſunt cap.ſi ſententia,§.cũ verò de ſent. excom. lib.6. ipſo iure liberatur eo interdicto ſi aliò domicilium transferat,vt aſſeruit Couar.lib.2.var.reſol.cap.8.nume.10. & communiter DD. in cap.ſi ſententia, & ego in Tract.de Cenſu.Tab.5.cap.30.§.4.abundè. His igitur modis ipſo iure rèſeruatio tollitur: ſed iam ad effectus reſeruationis tranſeamus.

DE EFFECTIBVS PER SE caſuum reſeruatorum. Cap. XXXVII.

S V M M A.

1 *Reſeruatio caſuum coercet fideles, ne attrocia crimina committant.*

De effectibus caſuum reſeruatorum, iam agendum eſt ; qui quouiam partim per ſe, partim per accidẽs ſunt ; ideo prius de ijs, qui pe ſe ; ac deinceps de ijs,qui per accidẽs ſunt,agamus. Verùm,quòd hi partim ſunt reſpectu habito ad pœnitentes,partim ad parochos,ob eam rem prius de primis,deinceps de reliquis tractemus.

1 Habito reſpectu igitur † ad pœnitentes effectus reſeruationis eſt grauium, & attrocium criminũ compreſſio,ob hanc.n.rationem grauiſſima,atq; attrocia delicta reſeruantur, quò peccatores id animaduertentes ab ipſis auocentur, cùm videant, à quouis ſimplici Sacerdote ſe abſolui non poſſe , verùm à maioribus Eccleſiæ pręſidibus ; quorum vultus pertimeſcant; quorum repręhenſiones formident , & & quorum præſentia erubeſcant,atq. vereantur,vt colligitur à Trid. Synod. ſeſſ.14.de pœnitentia,cap.7.

Item, quò ſalutares pœnitentiæ maturo iudicio , & ſumma prudentia , qua prędliti eſſe reſeruantes ſibi caſus exiſtimantur, pœnitentibus imponantur,vt colligitur ex eod. cap.7. Sed iam de effectibus his hactenus,ad effectus tranſeamus habito reſpectu ad confeſſarios.

S V M M A.

1 *Reſeruatio coarctat iuriſdictionem Sacerdotis parochi, ſeu Confeſſarij , & limitat , ac tollit quoad caſus reſeruatos.*

§. I.

1 §. † Habito reſpectu aũt ad Parochos Sacerdotes, ſeu cõfeſſarios effectus reſeruationis hic eſt , ſ. ſublatio, ſeu ademptio poteſtatis abſoluendi ipſis facta in caſibus reſeruatis; Nam etſi omnis Sacerdos, vbi Sacerdotij character ei impreſſus eſt , diuinitus à Deo poteſtatem accipit , & Chriſti corpus conficiendi,& à peccatis abſoluendi,c. adijcimus,§.ecce 16.q.1.& Trid.Synod.ſeſſ.23. de reform.cap.15.& ait Naua. in Mau.cap.27. nu. 259.per reſeruationem hanc tamen , vel à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo factam poteſtas hæc limitatur, & coarctatur, quod caſus reſeruatos,idq́. ob has rationes ſit,quas in initio huius cap. redidimus,vt ſcilicet delicta attrocia facilius coarceantur , & ijs qui ea commiſſerunt, ſalutares pęnitentię à grauibus iudicibus imponantur . Quare in caſibus reſeruatis inferiores confeſſarij nihil poſſunt , vt dicit ead.Synod. cap.7.in fin.idq́. meritò;nam ad abſolutionem tradendam iuriſdictio ordinaria,vel delegata requiritur , quæ per reſeruationem tollitur . Iure igitur abſoluere nequeũt:Sed iã de effectib.per accidens agamus.

S V M M A.

1 *Abſolutio à caſibus reſeruatis data ab eo, qui auctoritatem non habet,nulla eſt.*

2 *Abſoluens ſine auctoritate à caſibus reſeruatis ipſo facto excommunicatus eſt.*

Item priuatur officijs, dignitatibus, et beneficijs, quæ habet.

Item inhabilis eſt ad quæcunq; officia prælaturas, et beneficia .

3 *Abſoluens à caſibus reſeruatis ſine auctoritate , quando non puniatur.*

§. II.

§. Abſoluens denique à caſibus reſeruatis ſine auctoritate his pœnis afficitur (vt effectus per accidens explicemus.) .

1 † Primò abſolutio tradita nulla eſt, & non valet,ita habetur apud Trid.Synod.ſeſſ. 14.cap.7. in ini-

Digitized by Google

in initio, & in Decret. ſupra relat. etenim ad abſolutionem iuriſdictio ordinaria, aut delegata requiritur, quæ cum in hoc deſideretur, nihil fit c. omnis de pœnit.

2 Secundò † ipſo facto excommunicatus eſt, vt habetur in eod. Decret.

Tertiò ipſo facto officijs, dignitatibus, beneficijs, quæ habet priuatus eſt.

Poſtremò ad quęcunque officia, prelaturas, & beneficia inhabilis eſt, etiam ſi nulla alia declaratio interueniat. Hę igitur ſunt pœnæ, quibus afficitur, ſeu in quas incidit, qui ſine auctoritate à caſibus reſeruatis abſoluit, vt habetur in eod. Decret. ſupra relat.

Quæ pœnæ afficiunt tam ſeculares, quàm regulares, vt habetur in eod. Decreto, & ſuper ipſis à nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatio, aut abſolutio prætterquam in mortis articulo poterit impartiri, vt habetur ibid.

3 Has pœnas tamen euadit primò, † qui probabiliter ignorat eſſe caſum reſeruatum à quo abſoluit, exempli gratia, quoniam pœnitens non explicat peccati qualitatem, qua efficitur reſeruatum; ex quo enim confeſſarius iudicis perſonam ſuſtinet, & ſecundum allegata, & probata iudicare debet l. illecitas §. veritas ff. de off. præſid. meritò non punietur; ſecus autē ſi ignoraret, quoniam non vult legere caſus reſeruatos; tunc enim in pœnas incidet, quandoquidem in lata culpa eſt, & in eorum numero, qui nollunt intelligere, vt benè agant, & facit §. Imperitia in inſtit. de leg. Aquil. & l. Imperitia ff. de reg. iur. cum ſimil.

Atqui, ſi dubitet, an ſit caſus reſeruatus nec ne, an dubitans, ſi abſoluat in pœnas incidat? Planè in caſibus Bullam Cœnæ Domini reſeruatis incidet, ſi abſoluat; nam & per decretum iam dictum hoc prohibetur. In reliquis ſi dubitat an peccatum illud reſeruatum ſit nec ne, tamen abſoluat, & inueniat poſtea eſſe reſeruatum in pœnas incidet; nam contra dubitationem facit quod non debet argum. c. illud de cler. excom. min. Si verò non eſt reſeruatum ſecus, nam quod de dubitatione dicitur in Decreto locum habet in caſibus in Bulla Cœnæ Domini contentis. Non etiam incidit, vbi probabiliter exiſtimat ſe abſoluere tunc poſſe eſto deinceps animaduertat ſe nō poſſe.

Secundò in pœnas non incidit abſoluens, vbi aut per obliuionem, aut per inconſiderationem, & non animaduertens eſſe caſum reſeruatum abſoluit; nam Decretum requirit auſum, & præſumptionem, & idcirco dolum, & temeritatem in abſoluente, hoc enim ſignificat verbum Præſumere, & Audere, vt de verbo præſumere dixit Zabar. cōmuniter recept. in Clem. 1. q. 89. de priuileg. & ego in Tract. de Bull. Cęni Domini p. 3. cap. 3. num. 3. qui dolus non eſt prædictis caſibus.

Tertiò confeſſarius Vrbis Romæ non incidit in has pœnas; quandoquidem Decretum iam dictum complectitur confeſſarios degentes extra Vrbem, ergo ſecus de ijs, qui in vrbe degunt; incluſio enim vnius, alterius excluſio eſt cap. non ne de præſumpt. & l. cum prætor ff. de iud.

Poſtremò excipiuntur, qui extra Italiam ſunt; nam ipſum decretum loquitur de ijs cōfeſſarijs; qui per vniuerſam Italiam extra vrbem degunt, ergo ſecus de alijs ob rationem proximè allatam. Sed de his hactenus; iam de peccatis, quæ reſeruanda ſunt agamus. Incidunt tamen hi, & proximè dicti abſoluentes à caſib. reſeruatis, per Bullam Cœnæ Domini in excommunicationem, vt habetur in meo Tractatu eod. c. 3. Item abſolutio nulla eſt etiam quoad caſus Epiſcopis reſeruatos ob defectū iuriſdictionis, & peccant.

DE PECCATIS, QVÆ ordinarij, ſeu Epiſcopi reſeruare ſibi poſſunt, ac debent, materia ex qua reſeruationis. Cap. XXXVIII.

SVMMA.

1 *Peccata reſeruare debent.*
2 *Peccata mortalia grauia, & atrocia eſſe debent.*
3 *Peccata mentalia an reſeruari queant.*
4 *Pauca peccata reſeruare ſibi Epiſcopus debet.*

1 RESERVARI, verò peccata debent † ab Epiſcopis; verum quo huius rei dilucidiorem cognitionem habeamus hæc contemplabimur; Primùm, quæ peccata reſeruanda ſint. Secundò qualia. Tertiò quot.

2 Quoad primum igitur † mortifera peccata tantùm reſeruari poſſunt; nam, vt paulo poſt videbimus grauiora tantùm reſeruari debent; at graue delictum mortiferum peccatum eſt, ergo huius generis reſeruanda ſunt. Poſtremò venialia confiteri non cogimur, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 14. cap. 5. de confeſſ. ergo nec reſeruatione ad ea confeſsione explicanda obligari poſſumus.

Quoad ſecundum grauia, & maximè atrocia reſeruari debent, vt habetur apud eandē Synod. ead. ſeſſ. cap. 7. & in Declaratione Decreti, quem ſupra poſſumus in verſ. Sed ne locorum ordinarij: Grauitas autem hæc conſideratur habito reſpectu ad eum, qui offenditur, ſcilicet ad eius dignitatem, & ob id blaſphemia reſeruari poterit, quoniam eſt immediatè contra Deum, eiusvè ſanctos. Habebitur etiam ratio damni, vt pote, ſi graue dānum datum ſit, cuiuſmodi eſt homicidium, vel mutilatio. Habebitur etiam ratio ad trāſgreſ-

ſionem legum, quæ ſępius offendantur, & grauius, cuiuſmodi ſunt peccata naturæ repugnãtia, cuiuſmodi eſt Inceſtus, & id genetis. Poſtremò habebitur etiam ratio ad peccata, quæ frequentius in Diœceſi committuurur arg. c. vbi periculum de elect.lib.6. & l. nam ad ea ff. de leg. ita Decretum ſentit ibi pro diœceſis ſtatu, & qualitate.

3 Verùm, † an mentalia reſeruari poſsint? In Bulla Cœuæ Domini id fieri poſſe, ſed non debere concluſi; Nec obſtat quod dixit Graff. in Append. lib. 1. cap. 7. §. 3. num. 24. qui cenſuit ad forum hoc non pertinere huiuſmodi peccata, & idcirco non reſeruari poſſe; nam immò dico in hoc foro agi poſſe, ac teſeruari; nam quod dicitur Eeeleſiam de occultis non iudicare c. ſicut tuis de ſimon. locum habet in foro exteriori, non autem in foro intetiori, ad q̃d pertinent etiam peccata commiſſa contra duo vltima præcepta Decalogi, vt dixit Trid. Synod. ead. ſeſſ. 14. cap. 5. de confeſſ. præſertim quod Chriſtus Dominus fotum hoc interius in primis inſtituit, vt inquiunt DD. ꝑ internis peccatis, quæ extetioti foro coerceri nõ poterant, vt infra ſuo loco probauimus in mareria Epiſcopi. Mentalia igitut reſetuati poſſunt, ſed non debent.

Non etiam teſeruari poſſunt, ac debent caſus in Bulla die Cęnæ Domini contenti neque alij, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruati; hoc enim declaratio Decret. prohibet, quam ſupra poſuimus in verſ. prohibet etiam.

Tertiò, nec caſus, quibus annexa eſt excõmunicatio maior à iure impoſita, cuius abſolutio nemini reſeruata ſit, niſi fortè propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariã cauſam; alioquin huiuſmodi caſus nominatim reſeruandi viderentut.

Quartò neq; caſus, in quibus abſolutio niſi cum reſtitutione, vel executione eorum, ad quæ pęnitentes tenentur, non confertur.

Quintò neque illi, qui, & ſi mortale peccatum inducunt, circa res parui momenti tamen verſantur, & frequenter iuter idiotas euenire ſolent, vti damni dati, & ſimilium.

Sextò in peccatis etiam carnalibus reſeruandis Epiſcopi multa vtantur circunſpectio ne propter periculũ ſcandalorum in ijs maximè perſonis, in quas ob acceſſum ad confeſſarios extraordinarios, vel frequentem reditũ ad ordiuarios ſuſpicionis aliquid cadere poteſt, ita habetur in litteris Sacræ Congre. quas refert Steph. Quarant. in Sum. Bullar. in verb. caſus reſeruati pag. 144. verſ. præterea verò.

3 Quoad poſtremũ † pauca ſibi reſeruare debent, vt habetur in Decreto ſupra poſito verſ. Et ne locorum ordinarij, quandoquidem plurium reſeruatione forum conſcientiæ Sacerdotibus odioſum, & pęnitentibus inutile redderetur; Nam pęnitentes, qui animum confitendi peccata habent, vbi vident, ſe à parocho abſolui non poſse, pertimeſcuentes ordinarium adire, in peccatis perſeuerant, & in eadem, & grauiora ſępius incidunt; quod in pęnitenribus ſœpius animaduerti. Confeſsarij etiam non facilè ad audieudas confeſsiones accedunt dubitando ſœpius, ne in pœnas incidant, quo caſu de ſuperioribus anſam malè loquendi ſummunt, præſertim quòd ordinarij ægre abſoluendi licenriam tribuunt. Peccata igitur pauca ſibi teſeruabunt, quod & Clemens VIII. animaduertit in Decret. ſupra relat. ſed iam de ijs, qui ad reſeruationem peccatorum obligentur, agamus.

DE IIS, QVI RESERVATIONE caſuum obligantur. Cap. XXXIX.

SVMMA.

1 *Subditi omnes eius ordinarij, qui caſus ſibi reſeruauit, reſeruatione obligantur.*

2 *Vicarius Epiſcopi reſeruatione obligatur.*

1 RESERVATONE autem caſuum obligantur † primò ſubditi omnes ipſius ordinarij, ſeu Epiſcopi, qui caſus teſeruauit; quandoquidem ſuper omnes iuriſdictionẽ habet in ſua diœceſi quoad ſpiritualia c. cum Epiſcopus de off. ordin. & tot. tit. lib. 6.

Id quod locum habet, vel mares, vel fœminæ ſint; quandoquidem ratio, quamobrem reſeruatio fit, in omnibus locum habeat. Quare vel liberi, vel ſerui; vel clerici, vel laici, vel in dignitate poſiti, vel priuati eodem iure cẽſentur, & idcirco magiſtratus Ciuitarum, & Gubernatotes.

Item & nouitij, ante profeſsionem; nam religionis caſibus non tenentur, vt ſupra diximus, ergo reſeruatione hac ab Epiſcopo facta tenebuntur. Hinc ſub ordinario conuenien di ſunt, vt DD. inquiunt in cap. beneficium de reg. iur. lib. 6. atque ſic dixit Gloſſ. in Appeud. lib. 1. cap. 7. num. 67.

Tertiò reſeruatio hæc afficit, vel ignorent caſum reſeruatum. Contrarium tamen dicendum videbatur; nam, qui delictum committit, quo excõmunicatio lata eſt ipſo iure, quã probabiliter ignorabar, in excommunicationem non incidit, vt habetur in c. fi. de inſti. lib. 6. & vt probaui in Tract. meo de cenſ. Atqui à propoſita concluſione diſcedendum non eſt. Nec repugnat ratio propoſita, quandoquidẽ excommunicatio eſt pœna grauiſsima, & maior omnibus alijs pęnis Eccleſiaſticis, & exorbitans, & ob eam rationem ne quis tanto damno aſficiatur, in eam non incidit ignorans, vt id pluribus egit Nauar. in conſ. 10. de ſepulr. & ego in cit. Tract. meo de cenſ. Tab. 10. Ar reſeruatio

uatio pœna non eſt, & idcirco non odioſa, quādoquidem per ipſam quis non priuatur Eccleſiaſticis ſuffragijs, ſed ſolū ſuperiorē iudicem adire dēt, q & ordinarius eius parochus eſt. Poſtremò adimitur, ſeu impeditur iuriſdictio Parochi p reſeruationē, & idcirco nihil intereſt, an pęnitens ſciat nec ne. Ex quo igitur diuerſa reſeruatio eſt ab excommunicatione, ab ipſa ad materiam hanc argumentum ſumi nō poteſt, ex diuerſis, enim non fit illatio l. Papinianus exuli ff. de min.

Quartò locum habet, vel dubitent an reſeruatum ſit ob proximam rationem. Quare vel Sacerdos ipſe parochus dubitet, an peccatum reſeruatum ſit, abſoluere non debet c. iuuenis de ſponſ. & c. illud de excom. min. Nec repugnat in dubijs benigniorem interpetationem faciendam eſſe c. pœnis de reg. iur. lib. 6. l. interpretatione ff. de pęn. nam non ſumus in pęnis. Præterea in foro interiori ſumus, & idcirco tutiorem partem amplexari debemus. Et facit pro hac ſententia decretum iam relatum quò prohibetur, ne Sacerdos abſoluat à caſibus reſeruaris Romano Pont. vbi dubitat, an reſeruati ſint.

2 Verùm † an Vicarius Epiſcopi in caſus reſeruatos ab Epiſcopo ſuo incidat? Videbatur dicendum ipſum non incidere; idem enim tribunal Epiſcopi, & Vicarij eius eſt c. non putamus de conſuet. vnde nec ab ipſo ad Epiſcopum appellari poteſt.

Contrariam opinionem tamen veriorē eſſe cenſeo. Nam, vbi Vicarius delinquit tanquam priuatus ſubiectus eſt Epiſcopo ſicut alij, vt dixit Gloſ. in cap. 1. in verb Rationabili de off. Vic. lib. 6. & ibi Archid. & alij, & Sbroz. de Vic. Epiſc. lib. 3. q. 57. num. 8. cum ſeq. Non obſtat ſupradictum, quoniam locum habet, vbi in ijs, quę pertinent ad ſuum officium, delinquit, ita Gloſſ. ead. ibi inquit. Verùm, qua ratione abſoluetur? Planè ab Epiſcopo, vel eius delegato, vel ſi ipſe habet poteſtatem concedendi facultatem abſoluendi alijs, poterit facultatem dare alicui, vt ſe abſoluat; nam & Epiſcopus, ſi in caſum incidat reſeruatum Romano Pont. à quo ipſe alios abſoluere poteſt, delegādo eam facultatem alteri ab eo abſolui valet, atq; ſic ſacra Congreg. declarauit apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 6. Nec facie ſi dicatur ſe ipſum quodammodo abſoluere cum delegatus delegantis officio frangatur; nam id locum haberet, vbi iuriſdictio delegata eſt ab eo, cui iuriſdictio inhæret ordinaria; at Vicarius hic ſubdelegat, ſubdelegatus autem fungitur vice primi delegantis, ac perinde eſt ac ſi ipſe primo delegans delegaſſet, quo caſu ſine dubitatione Vicarius abſolui poſſet. Et de quæſtione ſatis. Atqui, ſi extra diœceſim in caſum reſeruatum incidit, an reſeruatio erit? hoc in ſequen. explicabimus.

SVMMA.

1 *Incidens in caſum reſeruatum in alterius diœceſi, an ſit reſeruatus.*

§. I.

1 §. QVęſtio explicanda nobis hęc eſt, † an qui in caſū in ſua diœceſi reſeruatū incidit in alterius diœceſi, egeat abſolutione ſuperioris, ſeu licentia, vt poſsit à ſuperiore abſolui. Videbatur dicendum reſeruatū non eſſe; nam, qui delictum committit in alterius diœceſi, pro quo excommunicatio in ſua diœceſi lata eſt, in excommunicationem non incidit, vt habetur in c. fin. de conſtit. lib. 6. ergo idē & hic; extra. n. diœceſim iuriſdictio Epiſcopi non extenditur l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet vel delictum extra diœceſim committatur, reſeruatum tamen eſſe. Nam forum interius obligar parochianum ſubditum etiam extra Territorium delinquentē, vt tradunt DD. & Abb. in c. omnis de pœnit. communis. n. ſententia hæc eſt. Idq. meritò; nam anima obligatur, quę nullo loco circumſcribitur. Nec repugnat ratio contraria; nam ibi agitur de fori exterioris iuriſdictione, quæ extra Territorium non pertinet; nam forum interius intendit expurgare animas ſubditorum à peccatis, & idcirco vbicunq. peccata ab ipſis committātur, eiuſq. iuriſdictio ſua pertinet: at iuriſdictio fori exterioris conſiderat pacem exteriorem, quæ quoad iuriſdictionem alterius ad ordinarium non pertinet. In hac igitur quæſt. ſic concludendum cenſeo, ſed iam ad aliam quęſtionem tranſeamus.

SVMMA.

1 *Delictum commiſſum à non ſubdito non reſeruatum in ſua diœceſi, an erit reſeruatum, ſi alterius diœceſis ſubditus fiat, vbi eſt reſeruatum.*

§. II.

1 §. SEcunda quæſtio hæc eſt, † an ſi quis non ſubditus delictum non reſeruatum committat in diœceſi, vbi domicilium habet; & deinceps domicilium in alteram diœceſim transferat, vbi eſt delictum illud reſeruatum, an inquam hic egebit abſolutione reſeruantis? In hac quæſtione breuiter concludo abſolutione hac egere. Et hoc ob eam rationem, quoniam inſpicitur forum quo ad modum agendi, vbi res agitur, vt tradit Bartol. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. at in foro ad quem transfert, reſeruatum eſt, ergo vti reſeruatum agetur.

Quare

Quare, ſi quis delictum commiſit nondum reſeruatum, & antequam abſoluatur, Epiſcopus ſibi ipſum reſeruet, ob proximam rationem & delictum ante reſeruationem commiſſum reſeruatum erit. Nec repugnat, ſi dicatur lex ad futura pertinet cap.fin.de conſtit. proprium.n.eſt legis proſpicere futura; Et excõmunicationem latam per aliquod delictũ non afficere eum, qui prius delictum commiſsit; nam quoad excommunicationem idcirco ipſa non afficit, quoniam non adeſt contumacia, & ob id excommunicari nequit, vt probaui in Tract. meo de Cenſ. At hic non contumacia, ſed delictum tãtum inſpicitur. Non repugnat etiam, quod dictum eſt de lege; nam immò ad præterita pertinet, quæ deciſa nõ ſunt quoad modum agendi in iudicio, vt tradit Bart.eod. in loco. Hinc lex declarant, pertinet etiam ad præterita. In hac quæſt. igitur ſic concludendum cenſeo. Verùm quid de peregrinis, & vagabundis? hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Vagabundi quinam ſint.*
2 *An habeant proprium Parochum.*
3 *An ſubijciantur diſpoſitioni cap.omnis de pœnit.*
4 *An in caſus reſeruatos incidant.*
5 *Cui confiteri debeant.*

§. III.

§. QVæſtio explicanda nobis propoſita hæc eſt, Vagabundi cui confiteri debeant, ac poſsint. In qua quæſtione Palud. & Ant. inquiunt Vagabundos non ſolùm cõfiteri poſſe Parocho eius Parochiæ, in quam diuerterunt, verum & eis, quibus licebit, hos ſequitur, ac refert Nauar.in cap placuit.n.79. de pœnit. diſt.6. & quamuis opinio hæc repugnare videatur diſpoſitioni.cap.omnis de pœnit. tamen Nauar. inquit nihil facere; nam canon ille, qui vult pęnitẽtem ſuo Parocho confiteri, loquitur de ijs, qui parocho alicui ſubiecti ſunt, cuiuſmodi non ſunt vagabundi. Poſtremò inquit Nauar. Nullus tenetur hũc Vagabundum audire confitentem, niſi velit, ergo nec ipſe Vagabundus tenetur confiteri peccata, niſi vbi voluerit; quod enim operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito l.fin.§.fin.ff.de leg.3.

Quid igitur concludendum? quò dilucidior materia hæc ſit, hæc contemplabimur. Primum quinam Vagabundus ſit. Deinde, an habeat proprium Parochum. Tertiò an ſubditus ſit diſpoſitioni.cit.cap.omnis, de pœnit. Quartò, an in caſus reſeruatos incidat, & in quos. Poſtremò, cui cõfiteri debeat, & à quo abſolui.

1 Quoad primum igitur † Vagabundus eſt is, qui nullum certum domicilium habet, ita dixit Gloſſ. communiter recept. in l. hæres abſens, §.proinde, verſic. At ſi quo, ff.de iud.

2 Quoad ſecundum † teneo, & hunc parochũ habere; nam Parochi plures ſunt: primus Romanus Pont. eſt (totus enim orbis terrarum eius eſt Parochia cap. cuncta per mundum, 9.quæſt.3. ergo & totius orbis parochus eſt.) Secundò Epiſcopus in ſua diœceſi; nam & ipſius diœceſis tota eius Parochia eſt, ergo & diœceſis totius Parochus eſt cap. Epiſcopus de off.ordin. Tertius eſt ſimplex ſacerdos, qui animarum curam habet; ſuæ.n.Parochiæ parochus eſt, cap.omnis de pœnit. Cum igitur ita ſit, quamuis vagabundus, nec tertium, nec ſecundum habeat, primum tamen ipſum habere pro certo habendum eſt, ſcil. Roman.Pont. id quod hinc patet, quoniam ſi contrarium diceremus acephalns hic eſſet, quod non minus abſurdum, quam impium eſt; qua enim ratione à iuriſdictione Romani Pont. exire poteſt? quocunque enim proficiſcatur, ſemper in Parochia eius erit, arg.extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed. Sicut igitur in diœceſi Epiſcopi ſi habitationem mutet, modo à diœceſi non abeat ſemper eius Epiſcopi Parochianus eſt, ita etiam & hic vagabundus, quocunque ſe diuertat, ſemper Romanus Pontif. eius eſt Parochus: non igitur ſine Parocho vagabundus eſt?

3 Quoad † tertium, ſcillcet an ſubiectus ſit diſpoſitioni cit.cap. omnis. Quicquid dixerit Nauar. concludo Vagabundum ei canoni ſubiectum eſſe. Primò, quoniam canon ille auctoritate Romani Pont. latus eſt; (etſi.n.in concilio latus eſt, quod autem concilium generale non congregatur, niſi auctoritate Rom.Pont. neque in eo conſtituta, ac decreta valent, niſi ab eo confirmentur, vt habetur apud Trident.Synod.in fin. eſt enim ſupra Concilium, vt habetur in Bulla Cœnæ Domini cap.2.& vt ibi in meo Tract.declaraui,) at iuri huiuſmodi pontificio omnis Chriſtianus ſubiectus eſt, cap.fin. de conſtit. & cit. extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed. ergo & Vagabundi ſubditi erunt. Poſtremò facit, quoniam ſi contrarinm diceremus Vagabundus ſemel in anno confiteri ſua peccara, Euchariſtiamq́. in Paſchate ſumere non teneretur, quæ duo per eum Canonem decreta, ac præſcripta ſunt; at hoc eſt abſurdum, ergo non dicendum, l.nam abſurdum, ff. de bon. libert. Et de hac tertia quæſtione, & de hoc etiam hactenus.

4 Quoad quartam, ſcil. † an Vagabundus in caſus reſeruatos incidat, & in quos. Breuiter concludendum eſt ob prædicta in caſus Romano Pont. reſeruatos tantùm incidere; non autem in caſus ab alijs reſeruatos; nam aliorum inferiorum Parochianus non eſt, ex quo domicilium in eorum diœceſibus non habet; qua vna ratione Parochianus alicuius quis fit; eſto igitur in caſum aliquem reſeruatũ ab aliquo Epiſcopo incidat, ipſi tamen reſeruatum

non

Digitized by Google

non erit, cum eius ſubditus non ſit, & de hoc itidem hactenus, quod notandum eſt.

5 Quoad poſtremam, † cui ſcilicet confiteri vagabundi poſsint, ac debeant; planè de ipſo Romano Pont. non eſt quod dubitemus, ex quo eius Parochianus eſt.

Verùm quòd Romani Pont. facultas non facile habetur, qua ratione ſeu quo iure alteri ſubijciunt, confiteri poſſunt? Planè ex tacita licentia Romani Pontificis, vel eius tacita delegatione; ex quo.n. Summus Pont. non ignorat genus hoc hominum, & nullum præter ſe parochos habere; (omnia enim iura in ſuo pectore habet cap. 1. de reſcript. lib. 6.) meritò videtur ipſis liberam hanc licentiam condonare, vt poſsint, cui velint probato Sacerdoti ad ſacramenta adminiſtranda ſua peccata confiteri, & ſacramenta alia recipere cùm ob animarum ſalutem, arg. l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. Tum quòd periculum animarum adirent, ſi contrarium eſſet, quod dicendum non eſt argum. eorum, quæ tradidit Trid. Synod. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſib. reſeruat. & cap. ſuper eo, de hæret. lib. 6. Quoad hanc quæſt. igitur ſic concludendũ cenſeo, quamuis DD. in hoc varij fuerint, & confusè rem hanc pertractarunt. Quæ diximus autem de Vagabundis, eadem ſentimus de ijs, qui certas ſedes non habent, & nouas quærunt. Poſtremò regularibus confiteri poſſunt quocunque tempore, vt ſupra dixi. Addo per Eugenium IV. ſtatutum eſſe habito reſpectu ad Sacramẽtum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, vt ſubditi ſint Parocho in cuius Parochia ſunt tempore Paſchatis, vt etiam probani cap. 15. §. 7. Immò quoad ieiunia, & dies feſtos ſeruari debent, quæ ſeruantur in loco vbi ſunt. At quid de peregrinis? Hoc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Peregrini quibus confiteri peccata poſſint.*
2 *Peregrini quinam ſint.*
3 *Parochus ſimplex dans licentiam alicui peregrinandi an facultatem tribuat ei confitendi cui voluerit, & quid de Epiſcopo eam licentiam dante.*
4 *Peregrini an à caſibus reſeruatis abſolui poſſint.*

§. IV.

1 §. † QVæſtio nobis explicanda hæc eſt, peregrini à quo in foro conſcien-
2 tiæ abſolui poſsint. † Peregrinus autem quinam ſit, declaraui in Tract. meo de Bulla Cœnę Domini cap. 10. num. 2. Quoad quęſtionem igitur hanc Victor. in Summ. Sacram. de confeſſ. num. 155. ſic diſtinguit. Aut Parochiani de licentia Parochi peregrinantur, vt olim fiebant, & tunc poſſe, cui velint confiteri, ob auctoritatem eis à parocho traditam exiſtimauit. Aut licentiam non habent, & tunc inquit eos non poſſe, cui velint peccata confiteri, ſed in Eccleſia tantum Cathedrali eius loci, in quo peregrinantur. Hæc opinio mihi hodie nullo modo placet, nec etiam vera eſt; nam, vbi extra diœceſim parochiani eunt, licentia ſimplicis parochi non ſufficit. Id quod hinc probatur, quoniam vt parochianus diœceſis poſsit abſolui à Parocho alterius diœceſis neceſſariò requiritur, vt probatus ſit ab ordinario pœnitentis, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 23. cap. 15. de Reform. at in caſu noſtro alterius diœceſis Sacerdos, quamuis à ſuo ordinario probatus ſit ad ſacramentũ pęnitentiæ adminiſtrandum, non tamen probatus eſt ab ordinario pœnitentis, ergo abſolui ab eo non poteſt; alioquin ab vno Epiſcopo probatus in vniuerſo orbis terrarum pro approbato haberetur, ſed contrarium conſuetudine ſeruari videmus, ergo ab hac conſuetudine diſcedere non poſſumus. Poſtremò, ſi hoc vellemus per licentiam ſimplicis parochi poſſe peregrinos cui vis Sacerdoti ſua peccata confiteri, & alijs non peregrinis facultatem hanc dare poſſet; non enim ratio diuerſa in hoc, & in illo caſu eſt: at hoc non permittitur, vt per ſe patet, ergo nec etiã illud permittitur. Licentia igitur à Parocho ſimplici tradita nullius momenti eſt. Quare ab hac diſcedendum eſt, quamuis antiquo iure vera eſſe potuiſſet, hodie tamen ob cit. cap. Trid. Synod. accipienda non eſt. Præterea iure antiquo, vbi vel clericus, vel laicus peregrinari volebat licentiam Epiſcopi habere debebat, & non à parocho ſimplici, vt habetur in cap. non oportet 1. de conſ. diſt. 5.

Altera fuit opinio Sylu. in verb. Confeſſor. 1. q. 2. qui idem ſentit vno excepto; nam vbi ſine licentia peregrinantur, niſi neceſsitate vrgente confiteri poſſe dixit in Eccleſia Cathedrali, neceſsitatem autem intelligit in Paſchate, vel in articulo mortis. Hæc opinio quamuis quoad mortis periculum vera ſit, (tunc enim poteſt cuique ſua peccata confiteri) quoad reliqua tamen tenenda non eſt ob prædicta.

Tertia fuit opinio Nauar. in cap. placuit. n. 26. de pœnit. diſt. 6. qui eandem diſtinctionẽ fecit, ſed adiunxit de licentia Epiſcopi etiã peregrinantes poſſe abſolui à quocunque.

3 Quid igitur concludendum? † Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut Peregrinus licentiam habet à ſimplici ſuo Parocho peregrinandi; & in hoc caſu ob prædicta concludo hunc abſolui non poſſe à quocunque; quandoquidẽ Sacerdotes alij à ſuo ordinario probati non ſunt, quod requiritur per cit. cap. 15. Id quod multo magis locum habet, vbi non longe peregrinantur, & paulo poſt eſſent in patriam redituri.

Aut licentiam habet à ſuo Epiſcopo, & in hoc

Digitized by Google

hoc caſu pro certo habeo ipſum abſolui poſſe à quocunq; Sacerdore probato ab ordinario diœceſis;vbi reperitur ; nam per litériam eam videtur probaſſe Sacerdores alios aliorum ordinariorum(modo ab ipſis ordinarijs fuerint approbati.) Id quod locum habere ſentio, non ſolum vbi expreſsè licentiam habuit, verùm etiã,vbi tacirè,vt potè, quia ſciunt quoſdam ſic peregrinari, et conſueuiſſe ſacramenta recipere, & ob id tacendo viderur conſentire præſertim quod veriſimile eſt, ſi licentia hęc petita eſſet facillimè ipſam conceſſurum eſſe,ergo perinde eſt,arq; ſi conceſſa eſſer arg. eorum, quæ dixit Gloſſ. communiter recept. in l. tale pactum, ff. de pact. Poterunt tamen confiteri regularibus; nam ipſi ex priuilegio poſſunt quoſcunq; ad ſe venientes abſoluere, vt dixit Nauar.in Man. cap.ar.nu.*266*.ex priuilegio Sixri iv. Per priuilegium tamen Eugenij iv.dic vt ſupra proximè concluſi.

4 Excipio tamen † caſus reſeruatos; nam per ſimplicem licentiam,etiam conceſſam expreſsè confitendi alteri ſua peccata, non intelligitur facultas conceſſa abſoluendi à reſeruatis, cap.pen.de pœnit. lib. *6*.c.qui ad agendum de procurat. cum ſimil. atq. ſic de communi ſententia teſtatur Plaud.in p.1.caſ.conſ.29.vt ſcil. nõ intelligatur data facultas abſoluendi à reſeruatis, niſi ſpeciatim huiuſmodi facultas eis detur,& ita Nauar.ibid.& in c.placuit, nu.*63*. de pęnit. diſt.*6*.per cit. c.pen. Accedit poſtremò decretũ Clem.viij.ſupra relatũ,vbi ſpecialis licentia impetrari debet,quò quis à caſibus reſeruatis abſolui poſsit,vt dicitur in verſ. Cũ nouo,& ſpeciali. In hac igitur quæſtione, ſic concludendum cenſeo. Peregrinos autem non accipimus eos,qui aſsiduè peregrinãtur; nam hi pro vagabundis habentur, de quibus iam dictum eſt: ſed eos tantum accipimus, qui viſunt aliquando pia aliqua loca, vt pote eunt ad Vrbem,vel ad ſanctiſsimam Mariæ Lauretanæ ædẽ,aut ſancti Iacobi de Galitia, & huiuſmodi pia loca,vt in tractatu meo de Bulla Cœnæ Domini declaraui.

5 Atqui † ſi quis facultatem habeat ab Epiſcopo loci abſoluendi à reſeruatis,an abſoluere poſſunt alterius diœceſis ad ſe venientes habẽtes caſus reſeruatos à ſuo Epiſcopo? Nauarrus in conſ.21.de pęnit.inquit ſe magno labore ſuſtinuiſſe,quod poſsit,cuius opinio mihi non placet, nam ſpeciatim à reſeruante facultatem habere debet, vt nouiſsimè per Decretum Clem.viij.ſtatutum eſt,quod ſupra relatum eſt; nam & contrarium ante decretum tenuit Med.in Sum.lib.1.cap.10. §.& ſequuntur alij,quos refert Hieronym.à Sorb.Capucinus in Compend. priuileg. Mend.in verb. Abſolutio quoad ſeculares 2. p. cap.*60*. Habent autem multa priuilegia peregrini; ſunt enim ſub tutela Eccl.c.1.de cler. peregrin. & offendentes eos, dum ad vrbem eunt, ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ Domini. Item aliud priuilegium habetur in c.fin.de treug.& pact.Bona decedentium ſuis cedunt, vel ſi ſui non adſint,pauperibus auth.omnes peregrini, C.com.de ſucceſſ. Verùm quid de ijs,qui longè à patria abſunt ſtudiorum gratia,vel negotiandi, an à caſibus reſeruatis abſolui poterunt, vbi vitam degunt. Hoc in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Scholares, qui à patria longe abſunt, à quibus abſolui poſsint.*

2 *Mercatores à quibus abſoluantur.*

§. V.

1 §. † POſtremò vidẽdũ eſt de ſcholaribus, & mercatoribus à quibus abſoluantur. In qua quæſtione breuiter concludendum cenſeo. Aut facillimè poſſunt adire ſuos parochos, & ordinarios,& in hoc caſu abſolui in loco, vbi ſunt, nequeunt; quando quidem veriſimile non eſt taciram licenriam à ſuis eis dari; ex quo igitur expreſſam non habent,neq; tacitam, abſolui ab alijs nequeunt, cùm abſoluentes iuriſdictionem habere debeant,c.omnis de pęnit. Quare diſcipuli,qui Barbianum incolũt, & non longe abſunt à ſuis domicilijs abſolui à parocho Barbiani nequeunt.

Aut longè abſunt breui, tamen in patriam redituri,& in hoc caſu idem cenſeo. Qui ergo Bononiam proficiſcitur,vt modicum temporis ibi moretur abſolui,ibi non poterit. Excipio tamen, & in hoc caſu, & in priori, vbi regulares adirent,quando quidem in antecedenti,§. dixi priuilegium ipſos habent re in ſuis Eccleſijs abſoluendi omnes, qui ipſos adeunt à Sixto iv. quãuis quoad caſus reſeruatos ſecus ſit.

Aut diutius abfuturi ſunt, vt potè per annum,& plus,& minus. Et in hoc caſu à parocho,in cuius parochia viuunt abſolui poterũt id quod conſuetudine receptum eſſe teſtatur Nauar.in c.placuit, nu.*96*.de pęnit. diſt.*6*.Poterunt tamen abſolui etiam à Regularibus, ſicuti proxime dixi.

Verùm quid de caſib. reſeruatis? Planè ſentio ab ordinario illius loci abſolui poſſe, quaſi domicilium ibi habeant; eſto enim animum reuertendi domum habeant, illa tamen habitatio pro domicilio ipſis eſt. Quare à quibuſcunque caſibus reſeruatis ab ordinario, & domicilij abſolui poterunt; immò,quod domicilium habere ibi cẽſentur, ſi in caſus inciderunt reſeruatos,ordinario domicilij,qui reſeruati non ſunt ab ordinario, vbi tunc habitant, quaſi nouum domicilium contraxerint pro non reſeruatis habentur. Nec repugnat decretum Clem. viij. ſupra relat. nam locum habet,vbi domicilium, vel quaſi domicilium aliò quis non transferat. † Et hæc, quæ diximus
2 de Stho-

Digitized by Google

de Scholaribus locum habent etiam in Mercatoribus ead. ratione. Quò igitur in caſus reſeruatos quis incidat ſubditus ei ordinario eſſe debet, qui caſus ſibi reſeruauit: ſed de ijs agamus, qui ipſos non incidunt; id quod in ſeq. tractabimus.

SVMMA.

1 *Subditus qui non eſt ordinario, qui caſus ſibi reſeruauit, in eos caſus non incidit.*

§. VI.

§. QVi in caſus reſeruatos inciderẽt vidimus, iã videamus de ijs, qui in eos nõ
1 incidãt. † Primum igitur in hos caſus reſeruatos non incidit, qui ei ſubditus non eſt; qui caſus ſibi reſeruauit; obligare enim eum non poteſt arg. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Poſtremò ratio, quamobrem hi caſus reſeruantur, ea eſt, quò ſubditorum animæ ſaluæ ſint, quarum rationem ordinarius reddere habet; at in non ſubditis hoc ceſſat, ergo & diſpoſitio ceſſare debet c. cum ceſſante de appell. & l. adigere, § quamuis, ff. de iure patron. Quare aliũde venientes, & delicta reſeruata committentes, ſi domicilium illic non habent, ea reſeruatione non tenentur; non enim in foro conſeiẽtiæ ratione delicti forum contrahitur, vt dixit Gloſſ. pen. in c. placuit, 16. q. 1. quam communiter receptam ſequitur Abb. in c. cùm contingat, nu. 29. de for. compet. & in c. 1. de rapt. & c. quod autem de pœnit. Nauar. in c. placuit de pœnit. diſt. 6. nu. 83. ob rationes ſupra allatas.

Non etiam Religioni exempti ob rationes proximè allatas, & ita Couar. id pluribus egit in Pract. queſt. cap. 11. num. 4. verſ. Hi tamen ſi qua neceſsitate vid.

Nec etiam Par eius, qui caſus ſibi reſeruauit; non enim par in parem imperium habet. l. ille à quo, §. intempeſtiuum, ff. ad Trebell. c. innotuit de elect.

Multo minus ſuperior: non igitur Legatus à Latere: non Nuncij Apoſtolici in caſus reſeruatos ab ordinarijs Prouincialibus, incident ideſt reſeruatione obligabuntur.

Poſtremò nec ipſemet, qui caſus reſeruauit; non. n. in ſe ipſum iuriſdictionem habet. Hinc nec ſe excommunicare poteſt, vt in eod. Tract. meo probaui Tab. 1. cap. 17. §. 6. Sed de alijs exceptionibus agamus, de quib. in ſeq.

SVMMA.

1 *Subditi qui ſunt tempore, quo delictum reſeruatum committunt, ſi ante abſolutionem domicilium mutent, ea reſeruatione non tenentur.*
2 *Item, qui re vera delictum non commiſit.*
3 *Item, qui commiſit, ſed vſum rationis non habet.*
4 *Item, qui cõmiſit, ſed ab eo ſemel fuit abſolutus.*

§. VII.

1 §. SEcundò † ea reſeruatione non tenentur, qui ſubditi quidem ſunt tempore, quo delictum reſeruatum committũt, ſed antequam abſoluantur, deſinunt eſſe ſubditi, & alio proficiſcuntur domicilium transferendo, vbi eius peccati reſeruatio non eſt arg. l. cum quędam puella à contrario ſenſu, ff. de iuriſd. iur. Contrarium tamen dicendum videbatur; nam, qui in excommunicationem incidit reſeruatam ordinario, ab eo tantum abſolui debet, quamuis alio domicilium transferat, ergo idem in caſu noſtro dicendum videtur. Atqui à concluſione propoſita diſcedendum non eſt. Nec repugnat oppoſitum de excommunicatione; nam ipſa afficit, ſtatim atq; delictum contumaciæ commiſit, & poſtea quam ſic affectus eſt, non tollitur niſi abſolutione ab eo data, qui ſibi eam reſeruauit, c. cùm deſideres iunct. c. nuper de ſent. excom. at reſeruatio hæc operatur ſolum tempore abſolutionis, & idcirco, ex quo integra re domicilium transferunt, meritò reſeruatione illa non tenentur, & ideo ſupra concluſimus ipſo iure tolli hac ratione reſeruationem.

2 Tertiò † non obligatur caſuum reſeruatione, vbi delictum reſeruatum non commiſit, etiam ſi conatus ſit ipſum committere; ſicut nec in pœnam ipſo iure latam, quis non incidit, niſi debitum perfectum ſit, vt dixit Gloſſ. communiter recept. in c. fin. de iure patr. ergo idem & hic. Quare vel exiſtimet delictum, quod commiſit, eſſe reſeruatum, vel ſi dicat, etſi reſeruatum ſit volo illud committere, reſeruatum non erit; vt enim reſeruatum ſit, ad eum pertinet reſeruare, qui iuriſdictionem habet, qua delictum committens caret, & idcirco per hunc ſuum animum reſeruatum non eſt. Contrarium tamen ſuadere videtur, quoniam, qui per contemptũ facit, quod non eſt peccatum, & in animo habeat illud facere, quãuis peccatum non ſit, peccat, vt DD. communiter concludunt, ergò idem hic. Atqui à propoſita opinione diſcedendum non eſt. Nec repugnat ratio propoſita; idcirco. n. quod peccatum non eſt, contemptu peccatum fit, quoniam ſola voluntate peccatum committitur, vt habetur in vltimis præceptis Decalogi: at reſeruatio non fit ſola voluntate delictum committentis; (reſeruatio. n. peccatum non eſt) ſed requiritur Iuriſdictio, quam non habet peccatum committens. Non etiam ob prædicta, qui cõſulit alicui, vt delictũ reſeruatũ committat.

Non etiam reſeruatione tenetur is, qui in caſum reſeruatum incidit, vbi eius reſeruationem ante abſolutionẽ ſuſtulit ordinarius, qui reſeruauit; ſe habet enim hic ſicut is, qui domicilium tranſtulit eo, vbi caſus reſeruatus nõ eſt, de quo ſupra egi.

3 Quar-

3 Quartò † vbi qui commiſit caſum reſeruatum, vſum rationis capax non erat, cuiuſmodi ſunt furioſi, impuberes, & huiuſmodi; non.n. hi mortiferè peccant, ex quo quid agant non intelligunt arg. Clem. vnic. de hom. Quare & vino obrutus, vel ſomno ita vt non intelligat actum, quem gerat, ſi delictum reſeruatum cōmittat reſeruatum non erit.

4 Poſtremò † reſeruatum non erit peccatum, vbi, qui illud commiſit ſemel ab eo fuit abſolutus, ſi enim deinceps illud confiteatur ſuperioris reſeruantis autoritate opus non erit l. boues. §. hoc ſermone, ff. de verb. ſig. Sed de his hactenus; iam ad formam tranſeamus.

DE FORMA, SEV MODO reſeruandi ſibi caſus, & ab ipſis abſoluendi. Cap. XXXX.

S V M M A.

1 *Reſeruare ſibi caſus, ſeu peccata duobus modis quis poteſt.*

1 POstremò de forma, qua caſus reſeruantur, nec non ab ipſis quis abſoluitur nobis agendū eſt † quoad primum igitur caſus reſeruantur duobus modis, ſcil. per conſtitutionem, ſeu legem, & per litteras, ſeu epiſtolam non legis more latam, ideſt vel à lege, vel ab homine.

Per conſtitutionem, vbi conſtitutione facta Epiſcopus caſus ſibi reſeruat, quamobrem ét ab Epiſcopis inter conſtitutiones Synodales collocari ſolent; Et ratione hac reſeruatio facta, operatur etiam poſt mortem Epiſcopi; nā perpetua eſt arg. c. fin. de off. deleg. & ibi Abb. nam inquit ſtatutum Epiſcopi perpetuum eſſe, & facit l. leges, & conſtitutiones, C. de leg. & Gloſſ. in c. à nobis. 1. de ſent. excom. & quæ pluribus egi, ego in tract. de Cenſur. Tab. 1. cap. 9. §. 4.

Per litteras verò, ſeu epiſt. reſeruātur, vbi ſ. reſeruat ſibi ſimpliciter caſus, & inter Conſt. collocet, quo caſu morte reſeruantis tolluntur cit. c. à nobis, 1. de ſent. excom. Sicut igitur de cenſuris dicitur partim ab homine, partim à iure ferri, quod in quam ſententiam accipiendum eſſet declaraui in tract. de Cenſur. Tab. 1. cap. 2. §. 1. ita caſus hos partim ab homine, vbi ſcil. non per conſtitutionem reſeruantur: partim à iure, vbi per conſtitutionem reſeruari dici poteſt: Sed iam de forma abſolutionis eorumdem agamus.

S V M M A.

1 *Forma, ſeu modus adhibendus, quo quis à caſib. reſeruatis abſoluatur.*

§. I.

§. 1 FOrma demum, ſeu modus adhibendus, quo à reſeruatis quis abſoluatur hic eſt. Primò, vt pœnitens adeat Epiſcopum, qui peccata ſibi reſeruauit, & ei omnia ſua peccata tam reſeruata, quàm non reſeruata confiteatur, & abſoluatur; id quod dubitatione caret, cùm Epiſcopus ſit Parochus omnium ſuæ diœceſis, vt DD. inquiunt in cap. omnis de pœnit. Verùm, quid ſi Epiſcopus abſoluere à reſeruatis tantum velit. Videbatur dicendum id non poſſe. Tum quòd peccatorum confeſsio integra eſſe debet, c. omnis de pœnit. ibi. n. dicitur omnia peccata, ſaltem ſemel in annum confiteri proprio Sacerdoti debere. Si omnia igitur confiteri debet, ergo integra vt ſit poſtulatur, & non quorundam tantùm; qui. n. omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus, ff. ad exhiben. Idem habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 14. cap. 5. de confeſſ. in verſ. Ex his colligitur. Idq. meritò, pœnitens enim ſe habet ſicut ægrotus: at ægrotus ſi erubeſcat vulnus Medico detegere, non curabit illud Medicus, ergo idem & hic, atq. ſic argumentatur ibi ſancta Synod. in verſ. Si enim erubeſcat ægrotus. Hinc, qui ſciens in confeſsione aliquod peccatum omittit, nihil facit, vt dicitur eod. cap. 5. verſ. Itaq. dum omnia. Si ergo integra peccatorum confeſsio eſſe debet, ergo et abſolutio integra poſtulatur. Non igitur videtur Epiſcopus poſſe abſoluere à caſibus reſeruatis tantùm.

Contrariam opinionem tamen ſequi debemus, ſcil. Epiſcopum poſſe à reſeruatis, tantùm abſoluere etiam ſi alia peccata non audierit, vel quia noluit, vel quia non potuit. Primò, quoniam ita conſuetudine receptum videtur. Poſtremò integra confeſsio eſſe debet ex parte pœnitentis, ſcil. vt velit, ac paratus ſit ſua peccata confiteri, quantum in ſe eſt, non autem ſi aliunde impediatur. Hinc ſi obliuione peccatum aliquod omittat, abſolutio tamē data valet, vt dicitur ab ead. Synod. c. 5. verſic. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti, non occurrunt in vniuerſum eadem in confeſsione incluſa eſſe intelliguntur. Hinc in articulo mortis conſtitutus, qui aliqua peccata confeſſus rationis vſum amiſit, abſolui poteſt, eſto omnia peccata non ſit confeſſus, vt DD. omnes concludunt, ergo & Epiſcopus ab ſoluere à reſeruatis tātùm poterit, eſto aliorū peccatorum confeſsio facta non ſit. Nec repugnat ratio ſupra poſita, de integritate confeſſionis; nam locum habet, vbi per pœnitentem ſtaretur, quò minus peccata integrè confiteretur, quòd hic non contingit.

Quare ob eandem rationem, & Sacerdos poterit abſoluere à non reſeruatis, & mittere pœnitentem ad Epiſcopum, qui à reſeruatis eum

eum abſoluat; nam & ita conſuetudine ſeruatur, & DD. cōiter concludunt. Cōfiteri tamen & reſeruata Sacerdoti debet, quamuis abſoluere ab ipſis nequeat, vt inquit S.Thom. lib.4. ſent. d.17.q.3. art.4. quem Scot. & cōis ſequitur, vt reſtatur Nauar. in Man.cap.9. num.14. quamuis opinio hæc cōis mihi non arrideat. Primò, qm Cōfeſſarius hic nullam iuriſdictionem habet ſuper caſus reſeruatos, ex quo per reſeruationem iuriſdictio ei adempta eſt, vt probauimus antea, ergo nulla ratio ſuadet, quamobrem teneatur ei hæc peccata cōfiteri. Secundò, quòd confeſsio fit, vt quis abſoluatur, vel legitur, ſeu vt abſolutionem ei tribuat, vel deneget de iure, ſeu obliget ad pœnitentiam iuxta illud Chriſti Domini. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. At in caſibus reſeruatis (articulo mortis excepto) ſimplices Sacerdotes Confeſſarij cōi iure nihil poſſunt, vt dicitur à Trid. Syn. ſeſſ. 14. de pœnit. in cap. de caſuum reſeruat. Tertiò, quoniā poteſtas abſoluendi, quæ dicitur clauis iuriſdictionis, & poteſtas interrogandi, & examinandi pœnitentē, quę dicitur clauis ſcientiæ ſimul ſemper ſunt in foro cōſcientiæ, & vna ſine alia eſſe nō poteſt; qui.n. abſoluere pōt, hic & cognoſcere; & è contrario, qui non poteſt abſoluere, nec peccata cognoſcere, vt ſenſit Illuſtriſs. Tolet. lib.1. Inſt. Sacerd. c.3. n.7. eum ſeq. At confeſſarius hic abſoluere non poteſt à peccatis reſeruatis, ergo nec ea cognoſcere, ergo nec pœnitens ei ipſa patefacere tenetur; ſi.n. teneretur aliquid poſſet, qđ omnino negat S. Synod. Hac igitur ſolidiſsima ratione opinio hæc maximè niti mihi videtur. Poſtremò, ſi confiteri peccata quis hæc deberet, confeſsio hæc inutilis videretur, ex quo nihil poteſt in his Confeſſarius: at Deus, & Natura nihil fruſtra operantur, arg. l. non cognoſcendum, §. ſi procuratori, ff. de procurat. cog. Accedit, ꝙ ſuperiori licet abſoluere à reſeruatis, & non alijs, ergo & è cōtrario. Nec facit, ſi dicatur erubeſcit pœnitens; nam erubeſcentia illa, & apud alios eſſe poteſt, & idcirco nihil intereſſe an huic, vel illi confiteatur. Nec faciunt ſupra contraria allegata; non.n. neceſſariò concluditur ad confitendum eum teneri; quamuis ei confiteri poſsit. Poſtremò, eſto Confeſſarius edoceatur de ſtatum pœnitentis per eam confeſsionem, nihil tamen de ipſo poteſt decernere, ex quo, vt ſæpius dixi, in reſeruatis nihil poteſt. Non obſtat etiam communem opinionē eſſe, quandoquidem ſolidiori ratione non nititur; fundatur enim ea communi regula, quæ traditur peccata oīa explicanda eſſe, quæ tamen regula multas exceptiones patitur, vt ſupra probauimus. Concludo igitur pœnitentem nō teneri peccata reſeruata ei confiteri, qui ab ipſis abſolui non poteſt, & facit pro hac opinione, quæ dixit Nauar. in conſ.24. de pœnit. qua in re iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ me omnino ſubmitto. Et de quæſtione hac ſatis.

Ex his apparet, & habemus alterū modum, quo à reſeruatis abſolui poſſumus, ſcil. vt ab Epiſcopo abſoluamur, etiam ſi alia peccata ei non confiteamur.

Habemus etiam tertium modum, vt Parochus abſoluat ab alijs peccatis, quoad reſeruata mittat ad Epiſcopum.

Quartus modus eſt, vt ipſe pœnitens petat licentiam ab Epō, vel ipſe confeſſarius tacito pœnitentis nomine, vel alius eadē ratione, vt abſolui poſsit ab inferiore ipſo Epō, qđ vſitatiſsimum eſt; tunc enim legitimè abſoluetur.

Poſtremus modus eſt, vt Epiſcopus mandatum Clem. VIII. obſeruet, quod ſcripſit ſacra Congreg. ad Archiepiſcopum Neapolitanum, quod refertur à Steph. quar. in ſumm. Bullar. in verb. Caſus reſeruati incip. Sequuntur litteræ ſacræ Congreg. in verſ. Interim; ſic.n. dicitur ibi de ipſius Sanctitatis ſuę mādato ijdē Ordinarij monentur, vt per totam ſuam diœceſim, & præſertim in ijs locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali ſede longius remoti ſunt, pœnitentiarios, alioſq́. Sacerdotes conſtituant, ac delegent, quibus facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis cōcedant; ita vt his quoq; liceat eandē alijs Cōfeſſarijs, ſi opus ſit, etiam viua voce impartiri: idq́. maximè in ſolēnioribus, & præcipuis anni feſtiuitatibus; vt peccatores, quibus obuia, & facilis fuerit hmōi ſacerdotum copia ad peragendam confeſsionem alliciantur; quia alioquin plerić., vel ob id ipſum omittere poſſent ſi neceſſe haberent pœnitētiæ miniſtros, quibus indigent longius quærere. Hæc ibi, ex quib. patet, quantum Eccleſia ſtudeat, vt pœnitentes ſacerdotes paratos habeant, quo à peccatis etiam reſeruatis abſoluātur. Et de ijs, quæ ad Epm pertinēt habito reſpectu ad iuriſdictionē fori interioris hactenus, ad materiā, ex qua habito reſpectu ad fori mixti iuriſdictionem tranſeamus.

DE INDVLGENTIIS, Materia ex qua poteſtatis Epiſcopalis prima, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori mixti. Cap. XLI.

SVMMA.

1 *Indulgentias Epiſcopus concedere poteſt.*
2 *Indulgentias concedendi facultatem delegare Epiſcopus poteſt.*

ABSOLVTA materia, ex qua poteſtatis Epiſcopalis habito reſpectu ad iuriſdictionem fori interioris, ideſt conſcientiæ, ſecundo loco agendum eſt de materia ex qua eiuſdem poteſtatis ſed fori mixti. Et quoniam

hæc complectitur Indulgentias , Concionem , lectionem ſacræ Scripturæ; poſtremò pœnitentias publicas, ob eam rem primò de Indulgentijs , deinceps de reliquis agamus ; de quibus hæc contemplabimur. Primùm an Epiſcopus ipſa concedere poſsit. Secundò quouſque Epiſcoporum poteſtas pertineat quoad hoc. Tertiò , quibus concedere poſsit . Poſtremò, qua forma, dubitationibus nonnullis ſublatis, quæ circa hanc materiam contingere ſolent .

1 Quoad primam quæſtionem igitur † Epiſcopus Indulgentias itidem concedere poteſt, vt habetur in c. noſtro de pœn. & c. cùm ex eo, verſ. Ad hæc quia eod. & c. fin. eod. lib. 6. Idq́ue meritò; nam concedere Indulgentias eſt iuriſdictionis voluntariæ , vt dixit Abb. in cit. cap. noſtro in fin. & in cap. accedentibus nu. 4. de exceſſ. prælat. Iure igitur Epiſcopus concedere ipſa poteſt . Quare, quòd Epiſcopus ſtatim atque confirmatus eſt, vel ſacerdos nõ ſit ; ea, quæ iuriſdictionis ſunt, exercere poteſt, vt dixit Gloſſ. communiter recept. in c. tranſmiſſa de elect. ob eam rem & non conſecratus , & non ſacerdos eas concedere poterit , ita dixit S. Thom. lib 4. diſt. 25. art. 2. & ſequitur Abb. in cit. cap. accedentibus nu. 4. & Addit. ad eum, & Anchar. in Clem. abuſionibus not. 5. nu. 7. de pœnit. & remiſs. & ita Abb. in cap. ſuffraganeis in fin. de elect. communisq́. DD. ſententia hæc eſt , eſto hodie id nequeat , niſi
2 ſeruatis , quæ diximus ſupra c. a. §. 1. † Item, quoniam ea, quæ Iuriſdictionis ſunt mandari, ac delegari poſſunt de iure Pontificio , vt habetur in cap. aqua, & ibi Abb. ac DD. de conſ. eccl. vel alt. & c. quod ſedes. & ibi quoq; Abb. de off. ordin. ob eam rem & ſuo Vicario, & alteri etiam clerico facultatem eas dandi concedere poteſt, atque ſic dixit Nauar. in Tract. de Iubilæo not. 3. & vlt. n. 8. & 12. Ex his apparet ſimplices parochos etiam ſacerdotes Indulgentias concedere non poſſe, ex quo iuriſdictionẽ hanc non habent, ſed fori tantum cõſcientiæ cap. omnis de pœnit. & dixit S. Thom. lib. 4. diſt. 20. quæſt. 1. & Addit. ad Abb. in eod. cap. accedentibus .

S V M M A.

1 *Epiſcopus quas indulgentias concedere poſſit .*
2 *Indulgentia conceſſa vltra poteſtatem an valeat ;*

§. I.

1 §. SEcunda quæſtio eſt † quouſque poteſtas hæc Epiſcopi pertineat, ideſt quas indulgentias concedere poſsint. In qua quæſtione concludendum eſt in dedicatione Eccleſiæ vnius anni Indulgentiam concedere poſſe , vt habetur in c. ex eo verſ. Ad hæc quia de pœnit. Idq́. vel ab vno ſolo Epiſcopo, vel à pluribus dedicetur. Aliàs verò quadraginta dierum, vt hr̃ ibid. in cit. c. ex eo. Decernimus, dicitur ibi, de prælatis agens , vt dum dedicatur Baſilica non extẽdatur Indulgentia extra annũ, ſiue ab vno ſolo Epiſcopo, à pluribusvè dedicetur , atque in vniuerſali dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remiſsio non excedat. Hæc ibi, ex quibus propoſita concluſio habetur .

2 Atqui † ſi in dedicatione vltra annũ, vt pote trium, vel quatuor annorum indulgentia concedatur, an valeat ; Videbatur dicendum non valere; nam, ex quo abutitur iuriſdictione vltra poteſtatem indulgentiam cõcedendo, perdere ipſam meretur arg. c. priuilegium. 11. q. 3. Contrarium tamen quoad eam partẽ, quæ numerum præſcriptum non excedit, valere concludendum eſt; Tum quòd donationis ſpecies eſt ; donatio autem vltra quingentos aureos non inſinuata , etſi non valet , vltra quingentos aureos; valet tamen quoad ſummam quingentorum aureorum , quæ inſinuatione non egent l. ſancimus, C. de donat. Tum quòd eſt res ſeparabilis; poteſt. n. cõcedi vnius diei indulgentias, vel trium, vel quatuor ; at in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur l. vtile, ff. de reg. iur. & l. 1. §. Trebatius, ff. de acq. quor. æſtiu. ergo ſaltem valebit quoad præſcriptam facultatem, atque ſic aſſeruit Gloſ. cõtra quoſdam in c. fi. de pœnit. & remiſs. lib. 6. & Archid. quem refert, ac ſequitur Abb. in cit. c. cum ex eo in fin. & Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 4. c. 55. q. 6. qui de cõi ſnĩa teſtatur. Non obſtat, quod diximus facultatem amittere debere ; nam ſi male facit, non idcirco priuatus eſt, ex quo id iure cautum non eſt, ita ſenſit Gloſ. cõiter recept. in c. fin. de iur. patr. Non etiam obſtat cit. c. fin. lib. 6. vbi, ſi indulgentiæ contra ſtatutum generalis Concilij relat. in cit. cap. cum ex eo cõcedantur, vires nõ obtinere ibi dr̃ ; nam de exceſſu accipiendũ eſt, nõ aũt de cõceſſo arg. c. in pęnis, de reg. iur. lib. 6. & c. odia eod. Concludo igit̃ intra præſcriptos terminos valere .

Quid itidẽ ſi in dedicatione Eccleſiæ plures epiſcopi interueniant ; & quiſque annum indulgentiæ concedat , an omnes valebunt, & ſi non oẽs, quæ valebit? Ego non oẽs valere cenſeo, vt dicitur in eod. c. fin. de pœnit. lib. 6. nam ibi dicitur Indulgentias excedentes Concilium generale, vel ab vno Epiſcopo, vel à pluribus concedantur , vires non obtinere , ergo non valent omnes .

Quoad ſecundũ , an ſaltem valeant vſq; ad præſcriptũ numerũ à Cõcilio generali. Breuiter valere concludo ob ea, quæ in antecedenti quæſtione diximus , ꝙ ſcil. vtile per inutile nõ vitiatur in ſeparabilibus : At cuius Epi indulgẽtia valebit ? Planè ſentio eius valere, q̃ diœceſis Eps eſt, i qua eſt Eccleſia, quæ dedicatur ; nã ei Indulgẽtiæ cõcedũtur pro ſuis ſubditis inprimis, alienis aũt ſubditis indulgẽtias cõcedere qs nõ pôt c. quod aũt de pœnit. & remiſs. Etenim à nõ ſuo iudice nemo ligari poteſt. l. ſi

non

non à comp. iud. & cāt ſi clerici de iud. cum ſimil. cit. à Gloſſ. in verb. à non ſuo iudice in cit.c.quod autem: ſi daretur autem plures Epiſcopos eſſe vnius diœceſis in hoc, qui prius eā concederet, eius valeret, qui prius conceſsit; ſicut contingit in baptiſmi collatione, vbi plures interueniunt; nam, qui prius formam pronunciauit hic baptiſmum confert, & non alij. In hac igitur concluſione ſic concludendum cenſeo. Sed iam ad alia transſeamus.

SVMMA.

1 *Indulgentiæ ſubditis tantùm concedi poſſunt.*
2 *Indulgentijs ab vno Epiſcopo conceſſis an ſubditi alterius diœceſis frui poſſint.*

§. II.

Tertia quæſtio eſt, quibus indulgentias Epiſcopus concedere poſsit.
1 † In qua queſtione breuiter cõcludo ſubditis ſuis Epiſcopum Indulgentias concedere tantùm poſſe; nam ſicut ab ipſo tantùm ligari poſſunt, ita & ab eodem abſolui, ita habetur in cap. quod autem, & ibi not. de pœnit. Poſtremò Epiſcopi in partem ſolicitudinis vocati ſunt, & non in plenitudinem, cap. ad honorem, de aut. & vſ. pall. ergo non omnibus fidelibus concedere poſſunt, ſed ijs tantùm, quorum ſolicitudinem habere debent. Addo concedere Indulgentias Iuriſdictionis eſſe, vt probauimus, ergo in non ſubditos exerceri nequit arg. cap. fin. de conſtit. lib. 6. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Pro regula igitur habebimus Epiſcopum ſuis ſubditis Indulgentias concedere poſſe, non autem non ſubditis, atque ſic dixit S. Thom. lib. 4. diſt. 21. & DD. in c. quod autem de pœnit. & opinionem hanc communiter receptā eſſe teſtatur Nauar. in conſil. 18. num. 12. verſ. Decimoſextò de pœnit. Quare, ſi Epiſcopus Eccleſiæ Imolenſis, exempli gratia Indulgentiam concedat viſitantibus Eccleſiam Pontis Sancti, quam ipſe cõſecrauit, eam ſui ſubditi conſequentur, ita habetur in eod. cap. quod autem, & ibi not. Abb.

2 Excipitur tamen, † vbi proprij iudices hoc concederent, ideſt Epiſcopi aliarum Diœceſum ſpeciatim ſuis ſubditis concederent, vt Indulgentias ab alio Epiſcopo conceſſas acciperent, ita dicitur in eod. cap. quod autem, & not. Abb. ibi num. 7. verſ. Vltimò not. Hinc Abb. ait tutiſsimum eſſe, & valde expediens volenti peregrinari, & loca pia viſitare ipſum licentiā ab Epiſcopo proprio habere capiēdi alienas indulgentias, ideſt Indulgentias conceſſas ab alijs. Item, vt hac licentia habita non ſubditi poſsint acquirere indulgētias ab alio Epiſcopo cõceſſas, dixit Nauar. in Comment. de Iubileo not. 31. & vlt. nu. 13. verſ. Exceptis ſecūdò. Atqui ſuperior, atq; iudex quinā eſt? Planè de Epiſcopo nemo dubitat, ſcilicet ipſum hanc licentiam dare poſſe; etenim & dixit idem Gloſſ. ibi ſcilicet poſſe dare licentiam pœnitenti vt pro pœnitētia iniuncta ſuſcipiat prædictas Indulgētias. Idem, & Innoc. eod. in loco, & opinionem hanc communiter receptam eſſe teſtatur Nauar. eod. verſic. Mihi tamen ipſorum pace dixerim, opinio hæc non placet, nec vera videtur. Tum quòd hæc concedere iuriſdictionis fori mixti eſt, in quo foro nihil parochus poteſt. Tum quòd parochus alterius diœceſis ſacerdoti licentiam dare nō poteſt, vt abſoluat à peccatis ſuos ſubditos, niſi probatus ſit ab Epiſcopo proprio, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. cap. 15. de Reformat. ergo nec concedere valet, vt indulgētias huiuſmodi ſumant. Tum quòd concedere non poteſt Parochus, vt alterius diœceſis Sacerdoti ſui obligentur, ergo nec vt eos abſoluat, etq. ſic argumentatur Romanus Pont. in cit. cap. quod autem. Licentia igitur Parochi non ſat erit, ſed Epiſcopi poſtulabitur præſertim quod idem cap. quod autem, iudicis mentionem facit; iudicum autem nomine fori exterioris iudices accipiuntur, & non interioris, argum. cap. omnis de pœnit.

Secundò excipiuntur exempti, qui ſunt de diœceſi eius Epiſcopi, qui Indulgentias conceſsit; nam, etſi per exemptionem Epiſcopi ſubditi non ſunt, indulgentias tamen ab Epiſcopo datas acquirere poſsūt, ita dixit Palud. lib. 4. diſt. 20. quem refert, ac ſequitur Nauar. eod. Notab. nu. 13. Hanc tamen exceptionem ego etiam non ſequor; nam concedere indulgentias iuriſdictionis eſt, vt diximus: at in exemptos iuriſdictionem non habet; nō enim exēpti eſſent, ergo nec ipſis indulgentias concedere poteſt. Hinc nec à cenſuris ab Epiſcopo exempti abſolui poſſunt ſine licentia eius, cui ſubiecti ſunt, vt probaui in Tract. de Cenſur. Tab. 1. cap. 2. §. 17. num. 5. Simpliciter igitur exceptio vera non eſt, niſi accedat licentia ſpecialis ſuorum ſuperiorum, ſicut in ſuperiori exceptione diximus.

Tertio excipiuntur ij, qui ſubiecti ſunt mediatè ei, qui indulgentias dedit, cuiuſmodi ſunt ſubditi Epiſcoporum reſpectu habito ad Archiepiſcopum; nam Archiepiſcopus ſubditis ſuorum ſuffraganeorum concedere Indulgentias poteſt, ita habetur in cap. noſtro de pœniten. & ibi not. Gloſ. & Abb. Id quod locum habet ita vt Archiepiſcopus non cogatur requirere conſenſus Epiſcoporum, vt not. Abb. ibi; id quod poteſt vel prouinciam non viſitet, quamuis egredi quantitatem Indulgentiæ ſupradictæ nequeat, vt dicitur in cit. cap. noſtro. Sacramentum tamen pœnitentiæ Archiepiſcopus ſubditis ſuffraganearum adminiſtrare non poteſt, niſi vbi Prouinciam viſitat cap. fin. de Cenſ. lib. 6.

Poſtremò excipitur Romanus Pontifex;

nam, vbi Indulgentias ipſe concedit, omnes eas acquirere poſſunt, quippe, quia omnes ei ſubiecti ſunt cap. cuncta per mundum, & cap. per principalem, 9.q.3. quod verum eſt, niſi Indulgentia conceſſa reſeruata eſſet ad habitatores certi loci, eſto regulariter hac forma ab eo non concedatur, ita dixit Abb. eod. cap. quod autem, num. 7. de pœnit. Et de hoc hactenus.

S V M M A.

1 *Forma concedendi indulgentias qualis.*

2 *Indulgentiam perpetuam Epiſcopus concedere poteſt.*

§. III.

1 §. QVarta quæſtio eſt, ſcil. qua forma Indulgentia concedi debeat. † In qua quæſtione concludimus breuiter hæc ſeruanda eſſe. Primùm, vt concedatur ſaltē contritis. Secundo vt concedatur iuſta cauſa, vt pote, quò præces fiant pro ſalute exercitus Chriſtiani contra Turcas, pro gratiarū actione de reportata victoria ab hoſtib. Chriſtiani nois, & pro hmōi cauſis. Non autē concedendę ſunt ijs, qui manus adiutrices dederint; indulgētiæ. n. hmōi cōceſſæ porrigētibus manus adiutrices reuocatæ sūt per Bullā Pij V. incip. Etſi domini gregis, lata anno 1566. Idib. Februarij, & eſt conſtitutio in ordine 50. quamobrem, & Trid. Synod. ſeſſ. 25. In Decret. de Indulgentijs, ſtatuit prauos quæſtus omnes pro conſequendis Indulgentijs omnino abolendos eſſe, vt ibi ait: ſtatuit etiam vt quiuis Epiſcopus abuſus alios, q ex ſuperſtitione, ignorantia, irreuerentia, aliundevè proficiſcuntur, colligat, & in prima Synodo Prouinciali referat, vt deinceps à Synodo cogniti ad Romanum Pont. deferantur, qui ſua prudentia his prouideat, vt ibidem dicitur.

2 Tertiò † Epiſcopus cōcedere poteſt Indulgentiam etiam perpetuam, arg. cap. fin. de off. deleg. & ita dixit Sylu. in verb. Indulgentia, §. 14. & Nauar. in conſ. 18. n. 5. verſ. Quintò de pœnit. Sed de Indulgentijs, quæ ab Epiſcopo conceduntur hactenus, iam videamus quid iuris habeat Epiſcopus quoad indulgentias à Sede Apoſtolica conceſſas.

S V M M A.

1 *Indulgentia conceſſa à Sede Apoſtolica alicui Eccleſia publicari non debent ſine licētia Epiſcopi.*

2 *Prauos quæſtus etiā tollere in his debet. Itē abuſus.*

3 *Indulgentia conceſſa, vt inter duas hebdomadas ſuſcipiatur, qui vna non poteſt, & alia ſuſcipiat modò ieiunet tres dies, & confiteatur, & Dominico die communionem ſumat.*

An qui ieiunauit hebdomada vna, reliqua verò præſtitit in alia indulgentiam ſuſcipiat.

4 *Secundò quid ſi communionem ſumat, ſed non die Dominico.*

5 *Poſtremò quid ſi elapſis hebdomadis in ſua parochia non ſuſcipit, an poſſit in alia parochia ſumere antequam duæ hebdomadæ elapſæ ſint.*

§. IV.

§. DE Indulgentijs egimus, quas Epiſcopi concedere poſſunt, iam de Indulgentijs quas Romanus Pont. agamus, habito reſpectu ad id, qđ ad Epiſcopos ptinet.

1 Primùm igitur † Indulgentia conceſſa à Sede Apoſtolica alicui Eccleſiæ non debet publicari à quocūque, ēt exēpto ſine licentia ordinarij non obſtante quacunque exceptione.

2 Secundò † prauos quæſtus amouere debet Ordinarius, ſi qui ineſſent, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 25. in Decret. de Indulg.

Tertiò, ſi aliqui abuſus ſint per ſuperſtitionem, vel ignorantiam, notari debent ab Epiſcopo, & in Concilio Prouinciali cū alijs Epiſcopis conferre, & Romanum Pont. certiorem facere, ita habetur eod. Decret. Non poſſunt etiam concedi altari, vel Eccleſiæ nondū conſtructo, cap. ad audientiam 2. de eccl. benef. vbi Gloſſ. & Abb. cogita tamen hoc.

Verùm quòd ſæpius per Romanum Pontificem Indulgentiæ conceduntur hac ratione, ſcilicet, vt intra duas hebdomadas ſuſcipiantur, & qui vna hebdomada non poteſt Indulgentiam ſuſcipere; alia ſuſcipiat, modò ieiunet feria quarta, & ſexta, & Sabbatho, & confiteatur, & Dominico die communionem ſumat; an, qui ieiunauit vna hebdomada, ſed confeſſus non eſt, neque communionem ſumpſit, an inquam poſsit in alia hebdomada cōfiteri, & communicari ieiunio non iterato? Secundò quid ſi communionem ſumat, ſed non die Dominico. Tertiò quid ſi, elapſis duabus hebdomadis in ſua parochia quis indulgentias non ſuſcepit, an poſsit in aliam parochiam ire, vbi hebdomadæ illæ elapſæ non ſunt, & ibi ſeruatis ſeruandis Indulgentiam ſuſcipere, & alia conſequi à Romano Pontif. conceſſam.

3 Quoad primā quæſtionē † ego ſentio hunc Indulgentiam non ſuſcipere, qui vna hebdomada ieiunauit, & altera confeſſus eſt, vel cōmunionē ſumpſit. Primò, qm̄ à forma data diſceditur; forma. n. eſt, vt qui non poteſt prima hebdomada Indulgentiam ſuſcipere, aut non vult; alia accipiat; & in vna hebdomada recipi non pōt, niſi oīa fiant, quæ iuſſa ſunt; ergo ſi partim facit in vna hebdomada, partim ī alia, nihil conſequetur. Accedit quod alternatiua hæc eſt, vt ſcil. prima hebdomada, aut altera ſuſcipiatur Indulgentia: at alternatiua nō requirit vt conditiones oēs adimpleantur, ſed vna tantùm, l. ſi heredi plures, ff. de hered. inſt. ergo, ex quo dictum eſt aut prima, aut ſecūda hebdomada ſuſcipiatur, non poſſumus in duabus hebdomadis; ſi enim hoc voluiſſet, dixiſſet, vt ſuſcipiantur inter duas hebdomadas, non autem, qui non poteſt in prima, in altera ſuſcipiat. Poſtremò facit, quòd à verbis Bullæ diſcederemus, quod dicendum non eſt, niſi aliter de mente ſtatuentis conſtaret;

l. non

l. non aliter, ff. de leg. 3. præſertim quòd eſſet contra vulgare illud dictum Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant. Ab hac opinione igitur diſcedendum non cenſeo.

4 Quoad ſecundam quæſtionem, † an ſi dictum ſit, vt die Dominica cõmunionem ſummat, poſsit prius confiteri, & communionem ſuſcipere, ac poſtremò ieiunare. Concludo id fieri non poſſe; nam ſi liceret mutare diem cõmunionis, liceret etiam mutare dies ieiunij, & pro quarta, & ſexta feria, & Sabbatho ieiunare feria ſecunda, tertia, & quinta; at nemo id licere fatebitur, ergo nec illud de communione fateri debemus, cùm eadem ratio in vtroque caſu ſit, & idcirco idem ius ſtatui debet, c. cùm dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud, ff. ad leg. aquil. Nec facit, ſi dicatur feria quarta, ſexta, & Sabbatho ieiunari conſuetum eſſe potius, quàm alijs ferijs, nam & communionem ſuſcipere die Dominico ſæpius, & ſalubrius fit: Tum ob exemplum; quod alijs datur: Tum quòd diebus Dominicis in diuinis officijs audiendis, & pijs operibus obeundis quis ſe magis exercet, quæ non fiunt alijs diebus, quibus ſecularibus negotijs quis ſæpius detinetur, atque ſic dixit Nauar.

5 Quoad tertiam quæſtionem † ſcilicet, vbi Parochianus alterius Parochiæ in ſua Parochia indulgẽtiam non ſumpſit infra illas duas hebdomadas; an in aliam Parochiam, vbi hebdomadæ illæ elapſæ non ſunt, recipere ipſam poſsit. Ego ſentio ſuſcipere eam poſſe; nam Romanus Pont. huiuſmodi indulgentiã concedens concedit omnibus ſuis Parochianis, qui ſunt omnes Chriſti fideles, & in ſua Parochia, quæ eſt totus orbis terrarum cit. cap. cuncta per mundum, ergo hic non diſcedit à Parochia concedentis; ſi. n. in vna parte parochiæ ſuſcipere Indulgentiam non poteſt, ad aliam partem confugere valet, vbi poteſt. Præterea conceſſa Indulgentia à Romano Pont. alicui Eccleſiæ ſuſcipere omnes, qui ad illam vadit, poteſt, vt ſupra concluſimus, ergo idem etiam & hic; perinde. n. eſt atque ſi ibi eſſet Indulgentia conceſſa, in ſua parochia verò non eſſet, ergo recipere eam poteſt; etenim, qui eo vadit, vbi dies feſtus agitur, obſeruare eũ debet, quamuis in ſua parochia non ſeruetur. cap. illa, diſt. 12. Nec repugnat, ſi dicatur, vbi Romanus Pont. indulgentiam concedere vult ijs, quib. debitis tpibus indulgentiã ſuſcipere non potuerunt, id ſpeciatim concedere ſolere, vt ægrotis, & abſentibus cùm in patriã venerint, illi verò vbi conualuerint; nam locum habet, vbi Indulgentia omninò extincta eſt, & tempus ipſius eſt elapſum, at in caſu noſtro non eſt elapſum, eſto in parochia aliqua hebdomadæ illæ elapſæ ſint. Accedit ſæpiùs concedi ſolere quem poſſe eligere ſibi confeſſarium etiam alterius Diœceſis, ergo & in alterius Diœceſi Indulgentiam recipere poſſe concludendum eſt, præterea beneficium hoc gratioſum eſt, & ſaluti animarum conſulens, ergo largè interpretandum argum. l. beneficium, ff. de conſt. princip. & l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. In hac quæſt. igitur ſic concludendum cenſeo.

Verùm, an quis poſsit abſolui à cenſuris, vel voti commutationem habere, qui nec Indulgentiam recipere vult; nec facere, quo ad eam acquirendam pertinent. Item an, qui pudore peccatum mortale confeſſus non eſt, quo caſu abſolutionem nullam accepit, abſolutus tamen à cenſuris ſit, ſi auctoritate ipſi tradita confeſſarios eum abſoluit? Tertiò, an ſi concedatur facultas permutandi ea, quæ ad Indulgentiam conſequendam præcipiuntur, in alia opera, exempli gratia mandatur trium dierum ieiunium; & qui ieiunare non poteſt, permittitur, vt in alia pia opera confeſſarius permutet; quidam verò reliqua omnia facienda peregit, ſed non ieiunauit, elapſiq. ſunt dies ad ieiunandum præſcripti, an adhuc permutatio ieiunij fieri poterit. Poſtremò, quid ſi indulgentia conceſſa ſit ijs, qui prima hebdomada, vbi nouerint ipſam publicatam, hoc, vel illud pium opus fecerint, quãdo dicetur quis hoc nouiſſe, ac ſciuiſſe?

Quoad primam quæſtionem concludo abſolui à cenſuris hunc non poſſe; nam facultas abſoluendi à cenſuris conceditur in foro conſcientiæ tantùm, vbi ſcilicet quis ſua peccata confitetur, ergo ſi non confiteatur abſolui à cenſuris in eo foro non valebit. Poſtremò, vt abſoluatur à cenſuris, poteſtas conceditur, quò Indulgentiam conſequatur, & à peccatis abſoluatur. Diſpenſatio itidem voti fit, quò aliciatur ad indulgentiam conſequendam, & pia opera præſtanda, quæ hic deſiderantur, ergo abſolui à cenſuris nequit.

Quoad ſecundam quæſtionem concludo à Cenſuris abſolutum non eſſe, vbi dolo malo id fecit, vel ſciebat ſe à peccatis abſolui non poſſe ſic affectum; ſecus autem ſi contrarium exiſtimaſſet; nam abſolutio à cenſuris, & inuito, & ignoranti data valet.

Quoad tertiam quæſtionem videbatur dicendum non poſſe permutari; nam id, in quod permutatio facta eſt, ſubit locum eius, quod ab initio fieri debebat, argum. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis ſatiſd. ergo dies ieiunij vbi elapſus eſt, non videtur in aliud tempus opus aliud fieri. Contrariam opinionem tamen teneo, vt elapſo eo die permutatio fieri poſsit; nam permutatio fiet in aliquod pium opus, vt in orationes, & eleemoſynas, quæ nihil intereſt quo die fiant, cùm id tantum non ſit, ſicut de ieiunio cautum eſt, ergo.

Quoad poſtremam quæſtionem concludo non ſtatim, & quacunq; ratione quis nouerit indulgentiam cõceſſam, ſuſcipere eam poſſe,

ſed ea hebdomada, quæ poſt publicationem ſa ctam iuſſu Epiſcopi in ſua Ciuitate, vel in loco, vbi moratur, ſeu inuenitur; non. n. quæuis notitia, ſeu publicatio ſat eſt, atq; ſic dixit Nauarrus in conſ 3. nu. 9. de conſtit. nam, qui facilè credit, leuis eſt corde, vt inquit Sap. Addo Indulgentias viuis concedi per modum abſolutionis; abſoluit. n. Summus Pont. à pęnis peccatorum ſoluendo ex theſauro Eccleſiæ. Mortuis autem per modum ſuffagij; ſoluit. n. pro ipſis de theſauro Eccl. non. n. poteſt abſoluere, ex quo alterius fori ſunt, at præbere Indulgentias ſic; ſicut etiam alijs pijs operibus pro alio ſatisfacere, ita Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 5. cap. 16. q. 4. cum ſeqq. & ſine dubitatione id tenendum, vt ibid. & per ea verba, quidquid ligaueris ſuper terram, à Deo recipi. Sed de Indulgentijs hactenus ad Concionatores tranſeamus.

DE CONCIONATORIBVS, materia ex qua ſecunda Poteſtatis Epiſcopalis, habito reſpectu ad iuriſdictionem Eccleſiaſtici fori mixti. Cap. XXXXII.

SVMMA.

1 *Prædicare munus Epiſcopi eſt.*
2 *Item eorum, qui curam animarum habent.*

CONCIONATORES itidem eligere Epiſcopus habet, & benedictionē eis dare, vt videbimus. Verùm, vt materiam hanc cognitam magis habeamus, quoniam munus prædicandi aliquibus conuenit iure ordinario, & ex officio, aliquibus verò delegationis iure, ob eam rem quinam hi ſint primò explicemus, deinde, qui admitti ad prædicandum debeant. His præmiſsis videamus, quos eligere habet Epiſcopus, quoſq; benedicere. Secundò quæ prædicari; poſtremò quib. temporibus.

1 Quoad primum igitur † Iure ordinario, & ex officio munus prædicandi ad Epiſcopos pertinet; ſic enim Chriſtus dominus Apoſtolis dixit, Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, ita habetur apud S. Lucam, cap. 13. in quorum Apoſtolorum loco Epiſcopi ſuffecti ſunt, & Diuus Paul. hac de re agens dixit Prędica verbũ, &c. vt habetur in cap. inter cætera, & ibi Abb. de off. ordin. ac nouiſsimè apud Trid. Syn. ſeſſ. 5. de Reform. cap. 2. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 4. vbi habetur prædicationis munus Epiſcoporum propriũ eſſe, & ita addit. ad Hælyã in Clem. 2. de ſepult. vbi ait officium prædicandi verbum Dei de iure cõmuni pertinere ſolũ ad Epiſcopos, & Rectores Parochialium Eccleſiarum. Hinc vbi Epiſcopus creatus eſt ei dicitur vade, & prædica verbum Dei. Hinc, vbi Epiſcopus prædicat, alius ea hora prædicare non debet, vt dicitur in Extrauag. inter cunctas, §. caueant, tamen de priuil. Idem ſi faciat, coram ſe prædicare caſibus quibuſdã exceptis, vt ibi habetur, & infra videbimus. At quid ſi in peccato mortali prædicet, an mortiferè peccet? communiter concluditur non peccare, ita S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 5. cſto aliàs contrariũ tenuerit; & Epiſcopus Mõtis Marant. in Man. paſtorum, cap. 32. num. 6. qui de communi teſtatur, modo non det ſcandalum, vel contemptus adſit. Si verò impediantur, quominus munus hoc obeant, vel ob occupationes, vel ob morbum, vel etiam ob inſcitiam, tunc eligere viros idoneos debent, qui munus id obeant, vt dicitur in cit. cap. cùm inter cętera, & apud Sancta Synod. eod. cap. 2. & cap. 4. alioquin puniri queunt arbitrio iudicis; nam in cit. c. inter cætera ſimpliciter inquit, vt ſubiaceat diſtrictę vltioni, quæ autem diſtrictio hęc ſit, non dicitur, ergò arbitrio ſuperioris punietur, ita Io. Andr. & Imol. & But. aſſeruit, & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Cent. 5. caſ. 424. nu. 4. Electio igitur ad Epiſcopum pertinet quacunque conſuetudine immemorabili non obſtante, ita Congreg. hic: nomine autem Epiſcoporum compræhenduntur cuiuſcunq; gradus ſint, & idcirco Patriarchæ, & Archiepiſcopi, vt inquit Trid. Synod. eod. cap. 2. cum Mitria, & baculo prædicare debet, Gloſſ. in c. nullus de conſ. diſt. 1. In aliena tamē diœceſi ſine licentia Epiſcopi loci prædicare non poteſt, ita reſcripſit Clemens viij. vt refert Prax. Arch. Neap. cap. 66. Idque meritò, nam ob id diœceſes diuiſa ſunt; opinio igitur Fęlin. reiicienda in c. excõmunicamus de hęret. & Turr. Crem. in cap. ſcriptum, 6. q. 3. qui contrarium ſentiunt.

2 Secundò † iure ordinario prædicandi munus habent inferiores omnes Parochi qui animarum curam gerunt, vt habetur apud eandē Synodum eod. cap. 2. & cap. 4. & in Extrauag. ſuper cathedram, verſ. Verùm, ne Parochiales Eccleſiæ de ſepult. Item ſi per ſe, id nequeant, per alios id exequi debent. Hi ergo ſunt, qui proprio iure prædicandi munus habent, probanturq. vbi animarum cura eis mandatur.

Id quod locum habet in Parochis ſubiectis Epiſcopo, vt prædicare teneantur, verum etiã & in ijs, qui ſe exempros prætenderint.

Secundò, vel Eccleſiæ ipſæ exemptæ eſſent:

Tertiò, vel alicui monaſterio, etiam extra diœceſim exiſtenti annexæ vnitæuè, modò re ipſa Eccleſiæ in Diœceſi ſint.

Quartò, vel Parochiales Eccleſiæ ſubiectæ ſint monaſterijs, quę in nulla diœceſi exiſtunt, ita colligitur ex Trid. Synod. ead. ſeſſ. 5. cap. 2:

verſ.

verſ. Idcircò ſi quis, eorom prçſtare negligat; nã, qui munus hoc prædicandi detrectant, ab Epiſcopo puniri poſſunt, poſtquã ab Epiſcopo moniti trium dierum ſpatio muneri ſuo deſue rint per cenſuram Eccl. ſeo aliam pœuam, ad arbitrium Epiſcopi cogi poſſunt ad prædican dum. Poſtremò, ſi hoc expedire viſum fuerit Epiſcopo, poteſt ipſe ex beneficiorum ſructibos honeſtam aliquam mercedem perſoluere alicui, qoo prædicandi munus ipſe obeat, donee principalis ipſe reſcipiſcens officium ſuum impleat, nou obſtante conſuetodine contraria, vel exemptione, vel appellatione, reclamationeuè, quouſq; à competenti Iudice ſumariè, ac ſola facti veritate ioſpecta cogoitum, & deciſum fuerit, ita dicitur eod. cap. a. verſ. Neque huius decreti execotionem. Et hæc locum habent in tribus primis amplificationibos. Quoad Eccleſias verò Parochiales ſubiectas monaſterijs iu nulla diœceſi exiſtentibus, ſi Abbates, & Regulares Prælati in prçdictis negligeotes fuerint à Metropolitanis, in quorum prouincijs ipſæ diœceſes ſitæ ſunt, tanquam ad hoc à ſede Apoſtolica delegatis compellantur, ita dicitur eod. cap. a. verſic. Si qoæ verò Parochiales oon obſtante conſuetudine, &c. vt ſopra dictum eſt. Sed iam de ijs, qui iure delegato prædicare poſſunt agamus; eſt. n. iuriſdictionis cuiuſdam munos hoc, & idcircò delegari poteſt, ex quo etiam quæ iuriſdictionis ſint de iure canouico delegari poſsiut, necnon, quæ ordinis, vt dixit Gloſſ. in c. peruenit, d. 95. viden.

S V M M A.

1 *Delegati ab homine prædicare poſſunt, qui ab Epiſcopo aſſumpti ſunt, vel nomine ſuo prædicent vel nomine Parochi, qui animarum curam habet.*

2 *Delegati à iure prædicare poſſunt regulares, & quæ requirantur, vbi in ſuis Eccleſijs, vel in alijs prædicare volunt.*

3 *Parochi an permittere poſſint, vt aliquis prædicet in ſua Eccleſia ſine licentia Epiſcopi.*

§. I.

§. DElegati autem ad prædicandum duplicis generis ſunt, quidam delegãtur ab homine, & qoidam à iure.

1 Ab homine delegantur primò † qui ab Epiſcopo aſſumuntur, vt nomioe ſuo prædicent, vel Parochi nomioe, vt potè, quia ipſi ratione quapiam impediuotur, quominus id muneri obeant; nam per alios id facere debent, vt habetur apud Trid. Syn. c. 2. ſeſſ. 5. & ſeſſ. 24. de Reform. cap. 4. & c. ioter alia de off. ord. & datio prædicatoris habito reſpectu ad Parochos ad Epiſcopum pertinet, vt habetur apud Trid. Synod. eiſdem in locis. Nauar. cap. 55. nu. 141. qui contrarium tenuit. Nihil tamẽ intereſt, qui aſſumitur, an clericus ſecularis, vel regolaris ſit, modò vbi ſecularis eſt de vita moribus, & ſcientia ab Epiſcopo probetor; Vbi verò regularis eadem ratione à ſuis ſuperioribus probatus ſit, & prædicandi licentiam habeat ab eiſdem, & ab Epiſcopo, ita habetur eod. cap. a. verſ. Regulares verò iunct. verſi. in Eccleſijs verò. Idem habetur in Bulla Leonis Decimi viden.

2 Delegati à iure verò † sũt regulares, quibus à iure conceſſa eſt facultas prædicandi, vt habetur in Clem. dudum verſ. Auctoritate Apoſtolica ſtatuimus de ſepult. ibi enim permittitur ipſis, vt in Eccleſijs, & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei. Excipitur tameu ea hora, qua ipſi Prælati volunt prædicare, niſi ſpeciatim licentia eis concedatur. Item poſſunt in ſtudijs generalibus, vbi Sermones ad clerum de more fieri ſolent. Idem in ſuueribus mortuorum, & in feſtis eorundem Regularium; in his. n. caſibus prædicare poſſunt, niſi Prçlatus clerum tunc ad ſe vocet, ita habetur ibi de iure antiquo, & in extraoag. inter cunctas, §. ſtatuimus de priuil. Hodie verò de iure nouiſsimo Trid. Synod. ſeſſ. 5. de reformat. c. a. hæc poſtolantur. Primùm, vt à ſois ſuperioribus de vita, & ſcientia examinati, & probati ſint. Deinde, vt ab eiſdẽ licentiam habeant prædicandi, aut à Generali, vel Prouinciali, & ad ſummam ab eo, ad quẽ pertinet. Poſtremò requiritur, vt cum ea licentia, quæ in ſcriptis eſſe debet perſonaliter ſe præſentent coram Epiſcopo Diœceſis, & ab eo benedictionem petãnt, ita habetur eod. c. a. verſic. Regulares verò apud eandem Synod. & hæc poſtulantur, vbi in ſuis Eccleſijs prædicare volunt. Eadem ferè ſancinit prius Leo x. in Bulla incip. Supernæ Maieſtatis, quæ eſt in ordine 15. pag. 205. voloit enim prios à ſuis ſuperioribus examinentur, & probentur, ac deinceps cum litteris de approbatione udeant Epiſcopos, vel ſeculares, vel regulares ſint, qui prædicandi monus obire velint.

Si verò in Eccleſijs; quæ ſuorum Ordioum non ſunt prædicare velint, præter probationem, & ſuorum ſuperiorum licẽtiam eius Epiſcopi licentiam quoq; habere debẽt, io coius Eccefia; alioquin nullo modò prædicare poſſunt, Diœceſis in qua prædicare volũt eſt; ipſamq. licentiam Epiſcopus gratis concedere debet, ita dicitur in eod. cap. 2. verſi. in Eccleſijs verò, quæ ordinariorum. Atqoid ſi ſine licentia prædicent? Epiſcopus non poterit eos punire, ſed ſui ſuperiores regulares. Quare Epiſcopus coram ipſis inſtabit, vt puniantur, ita ſacra Congreg. declarauit, vt refert Steph. Quarant. in ſumma Bullar. in verb. Priuilegia Regolar. incip. Item Cong. ſacri Concilij coſuit, pag. 385. 3

Ex his

3 Ex his apparet † in Eccleſijs clericorum ſecularium Regulares prædicare non poſſe ſine licentia Epiſcopi. Idem ſentio de clericis ſecularibus in aliorum Eccleſijs. Nec repugnat cit. Clem. Dudum, verſ. In eccleſijs autem perochialibus, vbi videtur ſat eſſe licentiam parochi, ſicut etiam dicitur in extrauag. inter cunctis de priuil. nam per Trid. Synod. eod. cap. 2. illis viribus derogatum eſt; & idcirco iuri nouiſsimo ſtandum eſt; poſteriores enim leges prioribus derogant per l. poſteriores, ff. de leg. Si tamen parocho aliquis alias ad prædicandum approbatus eſſet actus, vt ſemel, bisvè prædicaſſet, concedere poſſet, & ita accipienda eſt opinio Abbat. in cap. inter cetera de off. ordin. & ſequitur Nauar. in Man. cap. 25. num. 141. & in hoc caſu ius antiquum locum habebit; alias autem quòd ius prædicandi non habent, ſi publicè prædicent, mortiferè peccant. cap. excommunicamus, §. quia vero, de hæret. & Nauar. eod. num. 141. & puniri poſſunt, vti vſurpantes officium alterius. Sed de qualitatibus, quas habere debent Prædicatores, videamus.

S V M M A.

1 *Prædicator clericus eſſe debet, & non laicus.*
2 *Non ſeminare errores, nec ſcandala.*
3 *Non ſuſpectus de hæreſi.*
4 *Non regularis, qui extra clauſtra, & ſua obedientia viuat, vel priuilegium ſe habere dicat.*
5 *Non quæſtuarij eleemoſynarum prædicare ipſemet, vel per alios poſſunt.*

§. II.

§. QVi autem eligitur ad prædicandum præter alia, quæ in ipſo ineſſe debēt,
1 hæc requiruntur. † Primum ne laicus ſit, cap. cùm ex iniuncto, de hæret. & ibi not. Abb. etenim eccleſiaſticas functiones laici exercere nequent cap. intelleximus, de iud. Non tamen poſtulatur, vt ſacro ordini initiatus ſit. Tum quòd per ordinem Diaconatus, vel Subdiaconatus non datur poteſtas cuipiam concionandi populo ſine licentia Epiſcopi, vel Papæ, niſi habeat Eccleſiam parochialem, & velit in ea prædicare, vt dixit Abb. in cap. inter cætera, de off. ordin. Tum quòd vſus habet & clericos in ſacris non conſtitutos ad concionandi admitti, atque ſic reſpondit Nauar. in conſil. 7. de off. deleg. & Sacra Congreg. interpretata eſt in eod. cap. 2. ſeſſ. 5. de reform. Immò & laicum de licentia clericorum prędicare poſſe dicitur in cap. mulier. diſt. 23. & ita quoque Nauar. eod. conſil. 7. hodie tamen debet ab Epiſcopo eſſe probatus, vt ſupra dixi.

2 Secundò † non debet aſſumi prædicator ſi errores, aut ſcandala ſeminet, immò Epiſcopus, vbi nouit hæc ab aliquo fieri, ſtatim prædicationem ei interdicere debet, etiam ſi in monaſterio ſuo, vel alterius prædicet, ita habetur eod. cap. 2. verſ. Si verò, quòd abſit.

3 Tertiò, † nec de hæreſi ſuſpectus eſſe, immò ſi hæreſis prædicauerit contra eum ſecundum iuris diſpoſitionem, vel loci conſuetudinem Epiſcopus procedat; etiam ſi prædicatur ipſe ſpeciali, vel etiam generali priuilegio exemptum ſe eſſe prætendat, quo caſu Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, & tanquam ab ea Sede delegatus procedat, quamuis iurare Epiſcopi debeant, ne iniuria quid tali prędicatori obijciatur, ita habetur eod. cap. 2. verſic. Quod ſi hæreſes.

4 Quartò † regulares admitti non debent ad prædicationem, extra clauſtra, & obediētiam ſuorum viuentis, niſi ipſi noti ſint, & moribus; atque doctrina probati, non obſtante quocunque priuilegio, antequam Apoſtolica Sedes de hac re conſulatur, ita dicitur eod. c. 2. verſ. Caueant præterea. idem & de clericis ſecularibus ibidem dicitur.

5 Quintò, † quæſtores eleemoſynarij, nec per ſe, nec per alios prædicare poſſunt, alioquin ab Epiſcopis, & ordinarijs locorum contrafacientes, priuilegijs quibuſcunque non obſtantibus, opportunis remedijs coerceri debent, & ita habetur eod. verſ. Caueant, ibi Quæſtores verò. Non etiā dicti quæſtores promulgare indulgentias, vt colligitur ex Trid. Synod. ſeſſ. 21. de reform. cap. 9. & Nauar. in conſ. 33. de pœnit. Non tamen prohibet Sancta Synodus, quin eleemoſynas quærāt, ſed ne ob eam prædicent, vel indulgētias promulgent, vnde abuſus plures naſcuntur; alioquin ſi contrarium diceremus Fratres Mendicantium non poſſent mendicare, non alij pauperes per ſe, vel per alios, vbi per ſe non poſſunt, vel erubeſcunt, quod abſurdum eſt, & contra legem naturalem, & diuinam, vt id pluribus aſſeruit Nauar. ibid. Et de his quæſtoribus agitur in cap. cùm ex eo de pœnit. & ſupra nos egimus.

Demum contradicente Epiſcopo nullus ſecularis, vel regularis prædicare poteſt, etiā in Eccleſijs ſuorū Ordinum, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſs. 24. de reform. cap. 4. verſic. Nullus autem. Hinc Sedem Apoſtolicam non concedere licentiam hanc niſi de conſenſu Epiſcopi dixit Sacra Congreg.

S V M M A.

1 *Sumptus, quis debeat ſubminiſtrare Prædicatoribus.*

§. III.

§. QVando ij, ad quos prædicandi munus pertinet, per ſe munus hoc exequuntur, qui ſunt aut Epiſcopi, aut curam animarum habentes, vt diximus, non eſt quod

quod quærantus, quorum ſumptibus alendi ſint; nam habēt Epiſcopatus, & beneficia, quæ propter officia ſua obeunda conferuntur, vt habetur in cap. fin. de reſcript. lib. 6. Verùm id quæri ſolet, ac debet, vbi per alios prædicationis munus exequuntur, quorum ſumptibus alendi ſint.

1 Pro regula igitur habebimus † (vt prius de Epiſcopis agamus) ipſos teneri ad ſubminiſtrandos ſumptus ſuis prædicatoribus; ſic. n. habetur in c. inter cætera, ibi quibus ipſi cum indiguerint, congruè neceſſaria ſubminiſtrēt, & cat. de off. ordin. & apud Trid. Synod. facit. cap. 4. ſeſſ. 24. de Reform. ibi impenſis eorum, & cap. cùm ex officij de præſcript. & cap. cùm voluntate, §. 1. de ſentent. excom. Idq. meritò; nam, ex quo munus ſuum obeunt, iure de ſumptibus proſpicere ipſis debent; dignus. n. eſt mercenarius mercede ſua.

Hoc autem locum habet, vel dubitetur cuius ſumptibus prædicator alendus ſit atque ſic ſacra Congregat. interpretata eſt. Id quod dubitationem nō habere videtur; ſi enim pro me quis laborat, vbi laborare ipſe deberē, nulla eſt cauſa, quamobrē ei impenſas denegem.

Idem etiam dicendū eſt, ſi cōſuetudo adſit, vt populus eligat, nominetvè prædicatorem, eiq. ſumptus faciat; nam, ſi Epiſcopus nolit eum ſibi eligere prędicatorem; (id enim prohibere poteſt) ad ſumptus ei præſtandos tenebitur ipſe Epiſcopus, ita ſacra Congreg. ibidem.

Excipitur tamen, vbi conſuetudo eſſet in Eccleſia Cathedrali, vt, prædicator vel ab Epiſcopo eligeretur, vel ab alio; Communitas, vel alius ſumptus præberet; tunc enim Epiſcopus hoc onere leuabitur, arg. cit. cap. 4. ſeſſ. 24. & ita ſacra Congreg. ibi.

Poſtremò excipitur, vbi populus eligeret, & nominaret Concionatorem, & ſumptus etiam faceret; tunc. n. & hic Epiſcopus liberabitur hoc onere; Conſuetudo igitur conſideranda erit, ita dixit Paul. Fuſch. lib. 1. de Viſit. c. 18. in fine.

Quæ diximus autem de Epiſcopis, eadem dicimus de Parochis, & curam animarum habentibus; nā ſi ipſi prædicare non poſſint, aut nolint, in eorum loco ſuffectis ſumptus miniſtrare cogētur, ita habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 5. c. 2. verſ. Archipresbyteri iunct. verſ. Et beneficiorum fructibus, & in eod. c. 4. ſeſſ. 24.

Excipitur tamen, vbi populus, vel Reſpublica, vel aliqua Societas, ſeu fraternitas de conſuetudine Concionatori ſumptus ſubminiſtraret; tunc enim conſuetudo hæc ſeruabitur, ita habetur eod. cap. 4. verſic. Vel ſolent. Excipitur etiam, vbi Parochus non poſſet; tunc enim Parochiani obligantur; nam ad alendum Parochum teneri antea probauimus. Sed de his hactenus; iam de temporibus agamus, in quibus prædicari debet.

S V M M A.

1 *Tempora, quibus prædicari debet.*
2 *Prædicari quinam debeant.*
3 *Prædicandi forma quænam ſit.*

§. IV.

§. TRia hæc nobis agenda ſunt. Primò, quibus tēporibus prædicari debeat. Secundò, quæ. Tertiò, qua forma.

1 Quoad primum igitur † Epiſcopi tempore Quadrageſimæ, & Aduentus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, & omnibus Dominicis, & diebus ſolemnibus prædicare debent, vt habetur apud Trid. Syn. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 4. Quoad Aduentum Domini hodie vidi rārùm Dominicis, Feſtisq. diebus prædicari: tempore autem Quadrageſimæ ſingulis diebus Sabbatho excepto. Vt igitur expedire Epō videbitur, ita fiet, vt inquit Sācta Synod. ibid. Secundò quādo viſitāt Diœceſim; tunc enim populum admonebunt, ſanam, orthodoxamq́; doctrinam docebunt, ac reliqua, de quibus egimus ſupra de Viſitatione, & ita habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 3. verſ. Viſitationum autem omnium. Tertiò, quando Sacramentum Confirmationis adminiſtraturus eſt; docebit enim effectus ſacramenti, quò maiori eum pietate Chriſti fideles ipſum ſuſcipiant; & ad ſummā, vbi id expedire Epiſcopus arbitrabitur, ſicut quando ordines etiam confert. prædicabit.

Inferiores verò, qui curam animarum habent, eiſdem temporibus prædicabunt, vt habetur cap. eod. 4. verſ. Præterea, aliquando in adminiſtratione ſacramentorum, & vt ſupra ſuo loco de Parocho diximus.

2 Quoad ſecundum, † ſanam doctrinam, & catholicam prædicare debent iuxta interpretationem DD. & ſanctorum Patrum; Prælatis, alijsq. ſuperioribus non detrahere. Nō etiam certum diem iudicij, vel Antechriſti aduētum affirmare (non. n. noſtrum eſt ſcire tps, & momenta, vt inquit Chriſtus Dominus.) Non futura prædicere. Sed ſi quis inſpiratione diuina aliquid futurum in Eccleſia Dei habuerit, Apoſtolicæ Sedis examini reſeruetur, antequam populo promulgetur; ſed ſi periculum eſt in mora ab Epiſcopo adhibitis tribus, vel quatuor grauib. viris id cōſideretur: & ſi cōtrarium fiat, ipſo facto ſunt excōicati; cuius abſolutio Romano Pontifici reſeruata eſt articulo mortis excepto, ita habetur in Bulla Leonis X. Poſtremò admonere debent Chriſtianos, vt vitia fugiant, & virtutes ſectentur, quò pœnam æternam euadant, & cœleſtē gloriam conſequantur, ita habetur eod. c. 2. verſ. Docendo ea. Finis igitur propoſitus ipſis hic eſſe debet Dei honos, & animarum ſalus.

3 Quoad

3 Quoad tertium † modus ſcilicet prædicandi breuis eſt, necnon facilis, & ad captum audientium accommodatum eſſe debet inutilibus quæſtiouibus omiſsis, non ſe oſtentando, ſed Chriſtum, eundemq. Crucifixum prædicando, vt babetur apud eandem Trid. Synod. ſeſſ. 5. c. 2. verſic. Docendo ea. Non ergo rerum multitudine, non difficilium quæſtionũ diſputatione audientes concionatores obrueut, ita Trid. Synod. ſeſſ. 5. cap. 2. Fructus autem prædicationis uon eſt, quòd explicemus, vberrimi. n. ſuut, quandoquidem, qui in vitijs ſunt, ab ipſis auocantur, mutantes confirmantur, & qui in via ſunt ad pietatem magis, magisq. inflamantur. Sed de prædicatione hactenus, ad alia tranſeamus. ſi hoc addideximus, diſcedẽtem vbi ſenſio habetur, excommunicari poſſe, cap. Sacerdote, de conſecr. diſt. 1. modò iuſta ex cauſa id non faciat.

DE LECTIONE HABENDA Sacræ Theologiæ, materia ex qua tertia poteſtatis Epiſcopalis, habito reſpectu ad iuriſdictionem fori Eccleſiaſtici mixti. Cap. XLIII.

SVMMA.

1 *Lectio ſacræ Scripturæ, in quibus locis haberi debeat.*

2 *Grammatica doceri vbi debeat.*

CVRARE itidem Epiſcopus debet, vt lectio ſacræ Scripturæ habeatur; nam hac ratione Chriſtiana fides per doctos viros necnou ſacra doctrina conſeruatur, & propagatur, vt S. Synodus dixit ſeſſ. 5. de Reforma. cap. 1. Hinc impius Martinus Lurher animaduertens commoda, & vtilitates, quæ ex Scholis huiuſmodi emanant, publica gymnaſia improbare auſus eſt, quem tamen nõ minus doctè, quam eleganter Alphonſ. de Caſtr. improbauit in Tract. contra hæreſes in verb. Studia. Verùm, quò res hæc dilucidior reddatur, tria breuiter contẽplabimur. Primum in quib. locis lectio hæc haberi debeat. Deiode quorum ſumptibus alendi, qui docent. Poſtremò, quæ priuilegia legentes babeant.

1 Quoad primum igitur † ſacræ Scripturæ lectio iu ijs Eccleſijs haberi debet, in quibus præbenda, aut præſtimonium, ſeu aliud, quocunque nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur; qui. n. ſtipendium hoc habet, vt munus hoc obeat, curare Epiſcopus debet. Si verò nõ poſsit, vel nolit, vtpore, quia idoneus ad id non ſit, per alium ſuis ſumptibus id faciẽdum Epiſcopus curabit. Et in poſterum illa præbenda, ſeu ſtipendium nemini cõferetur, qui per ſe idoneus non ſit ad hoc munus obeundum, ita habetur eod. c. 1. apud Trid. Synod. ibi ſtatuit, & decreuit.

In Eccleſijs itidem Metropolitanis, & Cathedralibus, ſi Ciuitas inſignis, & populata ſit, ibi quoque lectio haberi debet, vt dicitur in eod. cap. 1. verſ. In Eccleſijs autem Metropolitanis. Et id locum habet, vel Eccleſiæ illæ Cathedrales regularium ſint, vt conſuluit Nauar. in conſil. 1. de Magiſt. Hoc etiam iure antiquo cautum fuit per cap. quia nonnullis, & cap. ſuper ſpecula de Magiſt. pręcipitur enim, vt in huiuſmodi Eccleſijs Theologus habeatur, qui ſacram Scripturam doceat, & inprimis ea, quæ ad animarum curam pertinent; etſi ſtipendium uullum ei præſcriptum ſit, vel præbenda primò vacans huic tribuatur (id quod in Cathedrali ſeruari hodie vidi, modò tamen uon vacet ex cauſa reſignationis, vel aliud onus iucompaſibile ei iniunctum ſit, & vel iu menſe Cardinalium, vel Papæ vacet, vt interpratata eſt ſacra Congreg. aliàs autem quæcunque præbenda ſit, & quacunq; ratione vacet, deſtinari perpetuò huic muneri debet, & ita vt dixi hodie ſeruatur. Canonicatus enim cum præbenda deſtinatur, quem qui habet, munus hoc obire debet, neque ſimonia committitur ſi hac conditione conferatur, vt lectionem eam babeat; nam pactio continens id, quod uatura rei poſtulat, ſimoniam non facit, ita Gloſſ. in cap. cum M. in verb. Perceperit de conſtit. & Pariſ. de confident. q. 45. ſecus ſi tale onus non haberet, & ego id pluribus egi in Tract. de Simon. cap. 11. Tab. 1.) Vel ſi quid huiuſmodi non adſit, ſcil. nulla præbenda, vel ſufficiens, Epiſcopus fructus alicuius beneficij ſimplicis & aſsignabit, (eiuſdem tamen beneficij ſupportatis oneribus. Quare ſi ad aliqua officia, ſeus miſſas celebrandas tenebatur, celebrabuntur, & idem de alijs oneribus.) Vel, ſi neque hac ratione huic Theologo prouideri poſsit, tunc per eos, qui beneficia habent in Ciuitate, & in diœceſi, vel aliàs, vt commodius fieri poterit, Epiſcopus de Capituli conſilio huic prouidebit. Non tamen alia lectio omitti debet ob hanc, ſed & ea habenda ſi haberi conſueuerat, ita dicitur eod. cap. 1. verſ. In Eccleſijs vero Metropolitanis.

Tertiò in Eccleſijs etiam Collegiatis; quæ ſunt in aliquo inſigni oppido, ſi ibi Clerus numeroſus ſit, operam Epiſcopus dabit, vt lectio hæc habeatur, vel nullius diœceſis ſint; & legenti vno ex his tribus modis iam dictis prouidebitur, ita dicitur in eod. verſ. Ibi, Ac etiã in Collegiatis; Et hic habetur caſus, in quo Epiſcopus iuriſdictionem habet in Eccleſijs nullius diœceſis.

2 Quartò † in Eccleſijs, vbi tenues annui prouentus ſunt, & exigua Cleri, & populi

multi-

multitudo, quamobrem Theologiæ lectio haberi nequit, Magiſter tamen haberi debet, qui clericos, aliosq́. diſcipulos pauperes gratis doceat, ita S.Synod.eod.cap. dixit verſ.Eccleſiæ verò, quæ annui prouentus. Idem habetur iure antiquo in cap.1. & cap.quia nonnulli de magiſtr.& Clemen.1.§.penult.de ſtat.monac. quoad monachos. Eligi autem Magiſter hic debet ab Epiſcopo cum Conſilio Capituli: Ac de mercede ipſi prouideri vno ex his modis vel fructus alicuius beneficij ſimplicis ei aſsignando non in perpetuum, ſed quouſque docebit, (modò tamen beneficium ſuo obſequio non defraudetur) vel ex menſe Epiſcopi, capitulivè, vel alia ratione.

Quintò in Monaſterijs quoque Monachorum, vbi id commodè poteſt, ſacræ Scripturæ lectio habebitur; & ſi in hoc Abbas negligens ſit, Epiſcopus loci, vti à Sede Apoſtolica delegatus opportunis remedijs ad id ipſum compellet, ita habetur eod.cap.1.verſ. in Monaſterija quoque. Quare, ſi non habet ex ſuis Monacis quempiam ad id muneris idoneum, alium ſumet ſuis ſumptibus, & Ego audiui in quibuſdam monaſterijs hoc fuiſſe factum.

In Conuentibus etiam aliorum Regularium, in quibus ſtudia vigere commodè poſſunt, hæc ſacræ Scripturæ lectio haberi itidem debet; & munus hoc à Capitulo generali, vel Prouinciali dignioribus magiſtris aſsignari, ita dicitur eod. cap.1. verſic. In Conuentibus verò aliorum regularium. Quibus autem ſumptibus alatur ex dictis conſtat.

Poſtremò in Gymnaſijs etiam publicis, vt Bononiæ, & huiuſmodi lectio hæc habeatur, & idcirco, vbi inſtituta non eſt, vt inſtituatur; & vbi inſtituta, & neglecta eſt, vt reſtituatur ſancta Synod. munet, ita habetur eod. cap.1. verſic. In Gymnaſijs etiam publicis. Ex his iam conſtat, quod explicandum nobis propoſuimus in quibus locis lectio hæc habeatur. Item & alterum, quorum ſumptibus lectores alendi ſint; nam in Gymnaſijs publicis ſtipendium à Repub. vel Principibus iuris habebunt: in alijs autem prædictis, fiet vt diximus. In quibus etiam locis mandatur, vt doceatur linguam Arabicam, Caldeam, & Hæbraicam per Clem.1. de Magiſtr. vbi etiam habetur quomodo lectoribus prouideatur, & cur id ſtatutum ſit. ſed iam ad alia tranſeamus. ſi hoc addiderim, & ſupravè hæc attigiſſe.

S V M M A.

1 *Lectores ſacræ Theologiæ antequam munus ſuum exequantur, ab Epiſcopo examinari debent.*
2 *Item Grammaticam docentes.*

§. I.

§. QVoniam ſancta Synodus, necnon veteres Canones, vt lectio ſacræ Scripturæ haberetur, idcirco ſanxerunt, quò orthodoxa fides augeretur, ac chriſtianos mores Chriſti fideles induerentur, vt habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.5.cap.1. verſ.Et ne ſub ſpecie pietatis, & in cap.fin.de magiſt. ob eam rem, ne contrarium fiat, antequam ij, ad quos
1 pertinent, legere incipiant. † Primò, vt Epiſcopus eos examinet de vita, moribus, & ſcientia, vt dicitur eod. verſic. Item vt probati ſint;
2 ſic.n.in eod.loco dicitur. † Id quod locum habet etiam in ijs, qui in domibus priuatis grammaticam docent, vt ſanciuit Pius IV. & Congregat. hic docet. Excipiuntur tamen lectores, qui in Clauſtris monachorum legunt, vt ibidem habetur. Idq́. meritò, ex quo enim ſub obedientia ſuperiorum ſuorum vitã degunt, atque aſsiduè Deo Opt.Max. inſeruiunt, malè de ipſis ſuſpicari hæc non ſinunt. Idem de lectoribus regularium cõcludimus, & ita Congreg. ibi. Idq́. ob eandem rationem.

Secundò profeſsionem fidei facere debent iuxta formam Pij IV. traditam in Bullario incip. Iniuncto nobis; nam & idem mandauit, vt profeſsio fieret in alia eiuſdem Bulla incip. In ſacroſancta Beati Principis; nam ibi præcipit lectores, & cæteros cuiuſcunque facultatis profeſſores non admittendos ad ſuas facultates exercendas, niſi prius catholicam fidem profiteantur, & eſt Conſtitutio eius 112. ſed iam de priuilegijs eorum agamus.

S V M M A.

1 *Docentes ſacram Scripturam in Scholis publicis priuilegium habeat, vt abſentes beneficiorum ſuorum fructus quoſcunque habeant.*
Diſcipuli eodem priuilegio fruuntur.
Eodem priuilegio qui Iuri Pontificio operam dant, non autem, qui iuri tantum Ciuili.

§. II.

1 §. POſtremò † qui ſacram Scripturam in Scholis publicis docent, & diſcipuli, qui in ipſis Scholis ſtudent, percipere fructus ſuorum beneficiorum, quorumcunque, & abſentes poſſunt, ita habetur apud Trid.Syn. ſeſſ.5.c.a.Id quod iure antiquo communi cautum fuit, cap.fin. de Mag.ibi. Docentes verò in Theologia facultate, & in c.eam de diuerſis de priuil.lib.6. Priuilegiũ aũt hoc per quinquenniũ durat, vt dixit Abb.ibi, & in Bulla Pij IV.

Excipiuntur tamen, qui iure ciuili ſtudent, vt dixit Abb.eod.cap.fin.

Secundò excipiuntur, qui nõ ſtudent in ſtudijs generalib. ita Abb.ibi.in ead.Bulla Pij IV.

Tertiò

Tertiò excipiuntur, qui licentiam non habent ad id ab ordinario per Bullam Pij IV. incip. Sanctiſsimus in Chriſto Pater, quæ eſt Conſtir. 113. quare etſi per c. fin. de Mag. alia licentia Ordinarij non poſtulabatur, per eandem Bullam hodie tamen ordinariorum licẽtia, ſeu conſenſus accedere deber. Qui ergo beneficia habeat, & ſtudia Theologiæ, ac iuris Ponrificij perficere volunt de conſenſu ſui ordinarij intereſſe publicis Gymnaſijs poſſunt. Sed de materia hac ſaris.

DE POENITENTIIS PVBLICIS, vel quæ per Canones antiquos inferebantur, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quarta, habito reſpectu ad forum Eccleſiaſticum mixtum. Cap. XLIV.

SVMMA.

1 *Pœnitentias publicas Epiſcopus inuzere poteſt.*
2 *Pœnitentiæ publicæ quando imponi poſſint.*
3 *Pœnitentias publicas in foro conſcientiæ Sacerdos imponere non poteſt.*

1 POENITENTIAS publicas etiam imponere † Epiſcopus poteſt, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſione 24. de Reformat. cap. 8. & facit Addit. ad Diaz. in Pract. Crim. can. cap 23. in littera B. Hanc eandem pœnam imponere poteſt Vicarius Generalis Epiſcopi, vbi ad id ſpeciale mandatum haber.
2 † Hæc autem pœnitẽtia imponi ſolùm debet, vbi ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum eſt, vnde alij ſcandalo offenſi ſunt, ita habetur eod. cap. 8. Apoſtolus enim monet publicè peccãtes palam eſſe corripiendos. Hinc cuidam, quem publicè conſtabar, ſacerdorem occidiſſe; publica pœnitentia impoſita fuir.

Exeipitur tamen, vt imponi nõ debeat, vbi Epiſcopus iudicarer melius eſſe commutare pœnam hanc in aliam ſecretam, vt habetur eod. cap. 8.

Secundò excipitur, vbi occultum delictum eſt; nam, quò pœnitentiæ huiuſmodi imponantur, requiritur, vt crimen ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu commiſſum ſit, ita dicitur eod. cap. 8. Ergo ſecus, vbi eſt occultum; incluſio enim cuius alterios excluſio eſt cap. non ne de præſumpt. & l. cum præror, ff. de iud.

3 Tertiò † excipitur delictũ huiuſmodi, quod quis in foro pœnitentiæ nouit; nam pro eo confeſſarius pœnitentiam publicam imponere non poteſt, quandoquidẽm canon ille de Epiſcopis loquitur, & non de Parochis. Præterea in foro conſcientiæ peccata nota patefieri non debent, ita vt pœnitens cognoſcatur; quod contingeret, ſi pœnitenti huiuſmodi pœna imponeretur; grauioris enim peccati reum hunc eſſe omnes arbitrarentur, & ſic per obliquum pœnitẽs patefieret, quod fieri non debet, atque ſic dixit Abb. in cap. litteras de præſumpt. & Nauar. in Man. cap. 8. Not. 2 nam ait ibi Trid. Synod. eod. in loco non loqui de pœnitentijs imponendis ab Epiſcopo in foro pœnitentiæ, & conſcientiæ, ſed in foro mixto, & idcirco nec Epiſcopus hanc pœnam imponere poſſet, ſi in foro conſcientiæ id habuiſſet, ſecus autem eſt, ſi pœnitens velit eam pœnam ſubire; tũc enim id poſſet, vt dixit Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 8. num. 30. Id quod dubitationem non habet; nam de licentia pœnitentis peccatum, & pœnitens patefieri poſſunt, vt tradunt DD. in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. quod tamen mea ſententia fieri non debet, ſi graue ſcandalum immineret. Sed de his hactenus.

SVMMA.

1 *Pœnitentiæ quædam, quæ per canones inferuntur, mixti fori ſunt.*
2 *Pœnitentia ſeptennis an imponatur.*

§. I.

1 §. POenitentiæ demum, † quæ per Canones quoſdam inferuntur, mixti fori etiam ſunt; & Canones, in quibus huiuſmodi pœnitentiæ habentur, pœnitentiales Canones nominantur, quos colligit Hoſtien. in Summ. de pœniten. & remiſs. §. quæ pœna, verſic. Vt autem, & Addit. in fin. ad Decret. Et nonnullæ huiuſmodi pœna habetur in cap. ſi quis Eccleſiam, 17. quæſt. 4. cap 2. de pœnit. & remiſs. & in cap. 2. de maled. & in cap. 2. de ſortileg. Mixti autem fori eſſe hunc probatur, & quod ad correctionem, & nõ ad vindictam inferuntur; & quòd pœnitentiæ huiuſmodi publicæ ſæpius ſunt; at ſi eſſent fori conſcientiæ ſimplicis publicè dari non poſſent; quandoquidem ſeipſum infamarent, quippe quia pœnitens detegeretur contra c. omnis de pœnit. Non ſunt etiam fori exteriori ſimplicis, quoniam inferuntur, & ad vindictam. Addo huiuſmodi pœnas nec in foro conſcientiæ, nec in foro exteriori ſimplici hodie vſitatas eſſe, & ita aſſeruit Nauar. in cap. falſas num. 16. de pœniten. diſtinct. 5. & ibidem num. 18. verſic. Ad poſterius.

2 Hinc apparet, † etſi Gloſſ. nonnullæ id inquiunt in cap. admonere 33. quæſt. 2. & in cap. hoc ipſum, 33. quæſt. 2. & cap. ſunt plures, de pœnit. diſtin. 3. non vſquequaque opinionem

earum

earum recipiendã eſſe, quæ aſſerunt pro quolibet peccato mortali ſeptennam pœnitentiam imponendam eſſe. Tum quòd pœnitentia in foro conſcientiæ imponi debet, habito reſpectu ad qualitates criminum, & pœnitentium facultates, vt dixit Trid. Synod. ſeſſ. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 8. verſ. Debent vero Sacerdotes. Tum quod ſi daretur illa pœna ſeptennis, aſſerẽdum eſſet omnia peccata eſſe æqualia, quod falſiſsimam eſt, & hæreticum dicere, vt aſſeruit Alfonſ. de Caſtr. contra hæreſes lib. 12. in verb. Peccatum, verſ. Octaua hæreſis. Tum denique, & aliud abſurdum contingeret, ſcilicet in hac vita pœnas peccatorũ luere quem non poſſe; quid enim ſi quis mille peccata commiſsiſſet? fruſtra pœna hæc pœnitẽti imponeretur. Excommunicatio etiam ſolemnis ſicut eius abſolutio mixti fori eſt, de qua excommunicatione, eiuſq́. abſolutione quod egimus in Tract. de Cenſur. Tab. 2. cap. 29. in initio, & cap. 31 §. 3. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc ſummantur. Sed iam ad alia tranſeamus.

DE MONITORIIS CVM pena excommunicationis pro rebus inueniendis, materia ex qua poteſtatis Epiſcopalis quinta, habito reſpectu ad iuriſdictionem fori mixti. Cap. XLV.

SVMMA.

1 *Monitoria ſub pœna excommunicationis pro rebus inueniendis Epiſcopus concedere poteſt.*

1 POSTREMÒ † Epiſcopus pro rebus inueniendis, veritateq́. ſcienda Monitoria concedere poteſt adiecta excommunicationis pœnæ, vt probabimus. Verùm, quo materia hæc dilucidior, & abſoluta magis tradatur; hæc de ipſa contemplabimur. Primùm, quinam hæc Monitoria concedere poſsint, & quo inſtante. Secundò ad quem finem concedi debent. Tertiò pro quibus rebus. Quartò an obligent ad patefaciendum. Poſtremò, quæ eorum forma.

Quoad primum igitur Epiſcopus Monitoria hæc concedere poteſt, ita habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 3. & tradit Bart. in l. inciuilẽ, C. de furt. & Abb. in cap. qui cum fure, nu. 2. & nu. 5. eod. & in c. dilectus de exceſſ. prælat. nam ait ibi Abb. Iudicem Eccleſiaſticum, ſeu ſecularem ex ſuo officio compellere quem poſſe ad indicandum furem, & furtum commiſſum, & poſſe ferre cenſurã contra non reuelantem; Id quod probatur in cit. c. dilectus; nam ibi dicitur non poſſe compelli Sacerdotem ad reuelandum peccatum, ſiue peccatorem, quem in confeſsione audiuit, ergo ſecus ſi aliunde id nouit. Idem habetur apertius in cap. ſi ſacerdos de off. ord. & in c. ad audientiam. 2. de iureiur. & ibi Abb. hoc idem aſſeruit Clar. in Pract. Crim. § fin. quæſt. 27. & Foller. in Pract. Crim. can. atque ſic nouiſsimè Trid. Synod. confirmauit ead. ſeſſ. 25. de Refor. c. 3. vbi pro certo habet, ac ponit pro inueniendis rebus Monitoria hæc concedi poſſe adiecta excommunicationis pœna; ſic. n. inquit ibi ead. Sancta Synodus. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſsis ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo decernantur; & tunc non aliàs, quam ex re non vulgari, cauſaq́. diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moneat, nec ad eas concedendas cuiuſuis ſecularis, etiam Magiſtratus auctoritate adducatur; Sed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas iudicauerit. Hæc ibi Sancta Synodus; ex quibus patet Epiſcopum Monitoria hæc concedere poſſe. Idem habetur in Bulla Pij V. incip. Sanctiſsimus in Chriſto pater, quæ eſt in ordine 183. ſic enim dicitur ibi Sanctiſsimus in Chriſto pater, & Dominus noſter Dominus Pius Papa V. volens ſuper expeditione mandatorum, quæ fiunt in forma Significauit, pro rerum ſubtractarum, aut deperditarum reſtitutione, ſeu illarum, & illas ſubtrahentium reuelatione modum, & formã ſtatuere (manente in alijs reformatione officij Correctoris litterarum contradictarum à Sanctitate ſua edita) præſenti, quod perpetuo obſeruari vult, ſcripto ordinat, vt mandata pro reſtitutione, ſeu reuelatione huiuſmodi, dentur (modò ſuper illis ſupplicationes in præſentia ſuæ Sanctitatis ſignatæ fuerint) ad eorum dumtaxat inſtãtiam, quorum ciuiliter intereſt. Quæ ſupplicationes rem ipſam, de qua agitur, reiq́. valorem nominatim, & ſpecificè exprimant; Niſi fortè ſint pro Eccleſijs, locis pijs, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, aut vniuerſalibus ſucceſſoribus, quos verìſimile eſt certam rerũ notitiam non habere; tũc etenim hac ipſa perſonarum qualitate expreſſa ita demum ferri poterit quædam in genere deſignatio rerum, ſi deſignatio neque nimis vaga, & incerta, atque adeo inveriſimilis ſit, & tamen oſtendat res ipſas (id quod præcipuè in omnibus attendendum eſt) minimè vulgares exiſtere. Committantur autem Epiſcopo Ordinario loci, vel eius Vicario in ſpiritualibus Generali ſub hac verborum forma, quæ eſt ex Concilio Tridentino, videlicet ſi cauſa diligenter, & magna maturitate per ipſum exa-

minata pro rei, loci, & temporis, & perſonæ qualitatibus ſibi pro ſua conſcientia videbitur expedire. Decernentes irritum, & cet. Hæc ibi Pius V. ex quibus probantur, quæ ſupra diximus. ſimulq́. Epiſcopos delegatos eſſe pro executione litterarum Monitorialium auctoritate Apoſtolica conceſſarum, quæ executioni mandari non debent, niſi prius Epiſcopus vti Apoſt. Sed. delegat. ſummatim cognoſcat an ſubrept. obreptitiæve ſint, ita Trid. Synod. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 5.

Secundò, qui poteſtatem hãc ab eo habent. Quare Vicarius generalis concedere ipſa poterit, modò facultatem hãc delegatam ab Epiſcopo habeat, ita Sacra Cardinalium Congregatio declarauit in eod. cap. 3. non enim aliter poteſt per verba Trid. Synod. eod. cap. nam à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo vt decernantur, cenſuit, quicquid dixerit Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 2. cap. 17 r. quem ſequitur Lazar. ead. q. 5. & male.

Tertiò Vicarius etiam electus à Capitulo Sede vacante, ita inquit Sacra Congreg. ibid. Legatum autem è latere, nec non Nuntium Apoſtolicum concedere has poſſe nõ dubium eſt, vt aſſeruit Pet. Ant. Lazar. de Monit. ſect. 1. q. 5. Abbates etiam iuriſdictionem Epiſcopalẽ habentes id poſſe aſſeruit ead. ſect. q. 8.

Excipiuntur tamen inferiores Epiſcopis; nam Sancta Synod. eod. cap. 3. ab Epiſcopis ea tantùm concedi poſſe, & non ab alijs inferioribus voluit, ergo non ab alijs iudicibus, cap. nonne de præſumpt. & l. cum prætor, ff. de iud. Quare Prælati, qui nullius diœceſis ſunt, concedere ea non poterunt, ſic enim declarauit Sacra Congreg. Card. Concilij interpres, vt refert Prax. Archiepiſc. Neapol. c. 1. not. 1. in fine. Non etiam Vicarius foraneus, vt dixit idem Lazar. ead. quæſt. 5. num. 9. quod dubitationem non habet ob prædicta. Sed de hoc primo ſatis, ad aliud tranſeamus.

S V M M A.

1 *Monitoria hæc pro rebus reuelandis parte inſtante conceduntur, & ex officio etiam fiunt.*

§. I.

1 §. QVoad ſecundum † Monitoria hæc inſtante aliquo, & officium iudicis implorante cõcéduntur, ita DD. in l. in ciuilẽ. C. de fur. & plures alij, quos refert, ac ſequitur Neuizan. in ſua Syluа. lib. 3. in verb. Monitoriæ, n. 28. Et quamuis nonnulli inſtante parte concedi exiſtimauerint non debere, contrarium tamen ſeruari, & de iure teſtatur Mandoſ. in Tract. de Monit. q. 47. num. 4. cum ſeq. Id quod ſentit Trid. Synod. ſeſſ. 25. de Reform. c. 3. Hinc mortuo aliquo ſæpius proponi ſolent hęc monitoria, vt qui aliquid de hæreditate mortui detinet, reſtituat, vel qui detinentem nouerit, reuelet. Non ſolùm igitur, vbi res eſt, verùm etiam, qui eam detinet, denunciari debet c. dilectus, vbi Abb. de exceſſ. prælat. & ita de conſuetudine Epiſcoporum ſeruari, & eſſe ſtylum Rom. Curiæ teſtatur Neuiz. eod. n. 30. Hinc ſuperioribus annis, cùm Monachus quidam negotiando multa comparaſſet, & à ſuis Superioribus fuiſſet ipſis priuatus, quò ſcirent, & inuenirent, qui habuiſſent quidpiam ab ipſo Monacho, Monitorium huiuſmodi impetrarunt, ac promulgãdum curarunt. Inſtante igitur aliquo Monitoria hæc conceduntur, modò ciuiliter eius interſit, vt dixit Pius V. in Bulla Sanctiſsimus. Non ergo ei inſtanti concedenda ſũt, qui criminaliter agit. Idq́. meritò; quid enim ſi pœna corporis, mutilationiſq́. membri interueniret? Planè Iudex Eccleſ. qui Monitorium conceſsit, irregularis fieret. Item modò eius interſit, vt dicitur in eadem Bulla Pij V. vbi ergo ſua non intereſt, concedi nõ debent, ita Petr. Ant. Lazar. in Tract. de Monit. ſect. 4. q. 1. n. 21. cum ſeq. & ſect. 1. q. 9. nu. 3. niſi nomine procuratoris, id faceret; requiritur tamen ad hoc ſpeciale mãdatum, ita idẽ ead. q. in fin. Poſtremò excommunicatis, denunciatis, vel notorijs non conceduntur; nec Hebreis, vt ibidem ait. Inſtante Iudice etiam laico Monitorium hoc concedi poteſt, modò id imploret à Iudice Eccleſ. non n. iubere id poteſt, atq; ſic ſentit Trid. Synodus eod. cap. 3. & ita Nauar. in conſ. 3. nu. 4. de Immun. Eccl.

Ex officio etiam, ideſt nemine petẽte, Iudex Eccleſ. Monitoria hæc promulgare poteſt, vtpote contra detinentes res Eccleſiæ, ſi eas non reſtituant, vel contra non denunciantes eos, quos nouerint eas detinere, vt habetur in Extrauag. vnic. Ioan. XXII. de furt. vbi & forma habetur monendi, & qui tenent, & qui ſciunt detinentes. Hinc Commiſſarij legatorum piorum Monitoria proponunt, vt qui teſtamenta, aliaſvè ſcripturas habent legata huiuſmodi continentia, intra tantum temporis ea præſentent. His igitur duobus modis Monitoria hæc proponuntur. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Monitoria duplicis finis gratia promulgantur.*

§. II.

1 §. QVoad tertiũ † Monitoria hæc ob duplicẽ finẽ cõceduntur, quorũ primus, ſed remotus eſt, vt detinens iniuſtè rẽ alienam à peccato ceſſet; quandiu n. inuito domino rem alienam quis detinet, in peccato perſeuerat, vt habetur in Regula peccatũ de reg. iur. lib. 6. Id quod in perniciem animæ redundat. Eccleſia igitur, quæ animarum curam habet, ne animæ periclitentur, Monitoria hæc concedit, quamobrem etiam in laicos iuriſdictionem habet, cap. nouit de Iudic.

Secundus

Secundus autem, ac proximus effectus tripartitus eſt. Habito reſpectu ad detinentem rem alienam, reſtitutio eius; habito reſpectu ad dominum ſui iuris recuperatio. Habito reſpectu ad alios, vt denuncient, qui eas detinent, vt habetur in cit. Bulla Pij V. incip. Sanctiſsimus, quam ſupra poſuimus; & ita Mandoſ. de Monit. q. 1. num. 12. & Petr. Ant. Lazar. eod. ſect. 1. q. 3. vel vt veritatẽ dicant de re pro qua Monitorium latum eſt. Quare nõ pro peccato præterito, ſed pro contumacia in non parendo fertur, ita Lazar. ead. ſect. q. 13. Sed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Monitoria hæc pro rebus magni momenti concedi tantum debent.*

§. III.

1 §. QVoad † quartum, ſcil. pro quibus rebus Monitoria hæc concedi debent, breuiter cõcludendum eſt pro rebus magni momenti concedenda eſſe; ita enim colligitur ex Trid. Synod. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 3. Expreſsè enim ibi iubet, vt non decernantur huiuſmodi Monitoria, niſi pro re non vulgari; ergo pro re graui tantum concedi debent. Idem voluit Pius V. in Bulla incip. Sanctiſsimus, quam ſupra retulimus. Idq. meritò; nam excommunicatio eſt omnium pœnarum Eccl. maxima, vt probaui in Tract. meo de Cenſur. Tab. 2. cap. fin. & idcirco niſi pro graui contumacia ferri debet, arg. c. nemo Epiſcoporum, & c. nullus, 11. q. 3. Vbi ergo Monitorium hoc petitur, nominatim, ac ſpeciatim exprimi res debet, eiuſq. valor, de qua agitur, & idcirco res certa eſſe debet. Niſi petatur huiuſmodi Monitorium pro Eccleſijs, locis pijs, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, aut vniuerſalibus ſucceſſoribus, quos veriſimile eſt certam rerum notitiam nõ habere. Tunc enim hac ipſa perſonarum qualitate expreſſa, ita demum ferri poterit quædam in genere deſignatio rerum, ſi deſignatio neque nimis vaga, & incerta, atque adeo inueriſimilis ſit. Hæc Pius V. in Bulla ſupra poſita.

Quare ob eandem rationem concedi nõ debent, vbi per alia iuris remedia res amiſſæ recuperari poſſunt, ita ſenſit Trid. Synod. eod. cap. 3. Idq. iure optimo, quandoquidem remedium extraordinarium hoc eſt, & idcirco ad ipſum non eſt confugiendum, vbi quis res ſuas remedio ordinario recuperare poteſt l. in cauſæ 2. ff. de damn. infect. & ita Neuizan. in Syl. Nupt. lib. 3. in verb. Monitoriæ, num. 48. & Gemin. in cap. fin. de elect. lib. 6. & Anchar. ibidem, & Felin. in c. 2. de conſtitut. & nouiſsimè Petr. Ant. Lazar. vbi rem hanc pluribus agit in Tract. de Monitor. ſect. 1. q. 15. per totam quare etſi, qui rem habet, compareat in termino, & afferat ſe paratum reſpondere, & ſe tueri ceſsãt literæ huiuſmodi; ita Lazar. ſect. 4. q. 1. n. 1. & ſect. 1. q. 10. n. 6. conceduntur. n. hæc Monitoria, vbi alia remedia deſunt. Colligitur etiam ex iam dictis pro leui ferri non debere eſto ſi feratur, obliget, vt aſſeruit. Idem Lazar. ead. ſect. q. 12. Sed iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Monitorio lato pro rebus amiſſis, an qui eas retinet, ſe patefacere debeat.*

2 *Monitorio lato pro rebus amiſſis, qui eas detinet reſtituere debet.*

§. IV.

§. QVoad quintum, quos ſcilicet Monitoria hæc obligent, quò rem ordinatam agamus primum de detinente rem ipſam agemus, deinceps de alijs.

1 Quoad detinentem igitur † pro regula habebimus, qui rem ipſam detinet, vi Monitorij non teneri ad ſe patefaciendum, vel denunciandum; & hoc ob hanc rationẽ, quoniam nemo ſe infamare debet, c. quis aliquando de pœnit. diſt. 1. & ita aſſeruit S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. Etenim præceptum de non ſe infamando de iure diuino eſt, præceptum autem hoc de ſe patefaciendo de iure poſitiuo, & idcirco vt minus maiori cedere debet argumen. cap. cum inferior de maior. & obedien. & cap. inferior diſtin. 21. & ita Tolet. lib. 5. Inſtit. Sacerdot. cap. 37. in fin. & Nauar. in Manua. cap. 17. nume. 10. Hinc, nec accuſatus de delicto illud confiteri tenetur niſi fides ei fiat ſemiplenè illud eſſe probatum coram Iudice competenti, vt dixit Neuizan. in Sylu. Nupt. in verb. Monitoriæ, & Sot. de ration. tegen. membro 2. & Nauar. in Man. cap. 2. num. 36.

Id quod locum habet, vel ſpeciatim per monitorium caueatur, vt reus ſe patefaceret; nam tanquam iniuſto parendum ei non eſt ob prædicta. Hinc in Curia Archiepiſcop. Neapol. Monitorium huiuſmodi de rebus non datur contra detinentes non ſe patefacientes, ſed tantùm contra principales non reſtituentes, & contra ſcientes, qui rem detinent; ſi eos non patefaciant, ita Marc. Anton. Gen. in Prax. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. cap. 2. nume. 1. Idem ſentit Quint. Mandoſ. in Tracta. de Monitor. quæſtione 47. vbi formam Monitorij huiuſmodi pro rebus inueniendis poſuit; nam eas detinentibus non præcipitur, vt ſe patefaciant, ſed vt ipſas reſtituant.

Tertiò non tenetur, vbi ad rem, quam detinet, reſtituendam non obligatur, quia ſcilicet licitè eam detinet. Qui ergo rem detinet

à dominò ipſi dunatam eo Monitorio nõ obligatur; ſicut, qui ratione rei iudicatæ, vel iuriſiurandi litis deciſiui, vel tranſactionis, vel pacti iurati cum parte, vt id pluribus probauit Petr. Anton. Lazarios in Tract. de Monitor. ſect. 4. q. 1. nu. 12. cum ſeq. & nu. 18. nam, vt inquit Rip. in Tract. de Peſte pag. 158. §. Inſuper litteræ, & edicta huiuſmodi generalia, in quibus mandatur, vt reſtituant detinentes bona aliena, & vt reuelent, qui ſeiont ea detinere intelligenda ſunt de ijs, qui indebitè ea detinent; & de ijs, qui ſciunt ea indebitè, tenere, vt furto, non autem de eo, qui iuſtè detinet. Non enim iniuſtè hic detinere dicitur argum. l. iuſte, ff. de acqu. poſſ. & cap. quemadmodum, §. in alijs vt. lit. non conteſt. & ita Nauar. Itidem, qui eam vſucepit ob eandem rationem; quod eam iuſtè detinet, ſe patefacere, non debet, ita de communi ſententia teſtatur Nauar. in conſil. 35. nu. 8. verſ. Octauò de ſent. excom. & idem Lazar. ead. quæſt. 1. nu. 15. cum ſeq. Non obligatur etiam, qui rem detinet ob id, quod tantùm à Domino rei ſobtractæ ei debetur; nam ex quo ſuum habet, nulla eſt cauſa, quamobrem puniatur. Id quod locum habet vel ſpeciatim Monitorio caueatur, vt qui retinet, compenſatione non obſtante, eam reſtituat, atque patefaciat; nam vt notoriè iniuſtum, non obligat argum. cap. Romana, §. fin. de ſent. excom. lib. 6. atque ſic dixit Angel. de Clauaſ. in verb. Furtum, §. 41. quem ſequitur Ioan. Tabien. in verb. Inquiſitio, q. 6. & Nauar. in cap. inter verba in Corrolar. 66. nume 792. contra Roſſel. in verb. Familia. Nec repugnat ſtylus Romanæ Cur. qui permittit tales litteras, vt reſtituant, vel retineant in compenſationem debiti. Accipiuntur enim in hanc ſententiam, vbi compenſatio iniuſta eſt, vt pote, quia plus accepit, vel quia certum pro incerto debito retinuit: diſpoſitio enim continens mandata generalia, quæ poſſunt intelligi iuſtè, & iniuſtè, intelligi debet, vt ſint iuſta l. ſi procurator, ff. de cond. indeb. & cap. Quintauallis de iureiur. & ita Gloſſ. in cap. dilecto de præben. & c. t. de iureiur. lib. 6. litteræ igitur huiuſmodi ſic ſunt intelligendæ; peccauit tamen, ſi ratione alia ad ſuum peruenire poterat.

Non etiam tenetur, vbi litigaret in iudicio de re aliqua, & lis dubia eſt; nam in dubio pro poſſeſſore præſumitur cap. ex litteris de probat. quod ego interpretor, vbi rem detinens ignorabat probabiliter, an rem deberet necne; ſecus autem ſi ſciuiſſet ad ſe non pertinere.

Non etiam tenetur, vbi res, quæ pro aduerſario facit ſua eſſet; exempli gratia habet ſcripturas, quæ ſuæ ſunt, & prodeſſe aduerſario ſuo poſſet ſi ipſas prodat. Monitorio igitur lato contra detinentes ſcripturas pertinentes ad cauſam talis non tenetur quis ſuas tradere; non enim contra ſe aduerſarium tueri habet argumen. l. 1. & l. qui accuſare, & ibi DD. C. de edend. & in re noſtra dixit Felin. in cap. duo de appell. & Nauar. in conſil. 5. num. 3. de ſenten. excommun. Excipitur tamen, vbi non exhibens mortiferè peccaret, ita Ant. & Abb. Felin. ac Dec. in d. cap. 1. de probat. Si enim fauore fiſci inſtrumenta contra ſe exhibere quis debet, multo magis pro ſalute animæ ſuæ, &c. ita Petr. Ant. Lazarius de Monitor. ſect. 3. q. 1. n. 11. quare ſi manifeſto cauſam iniuſtam proſequatur, tunc & proprias edere tenetur, & communes, & multo magis publicas. Secus ſi iuſtam cauſam ſe proſequi pro certo habeat; non enim tunc vllam ſcripturam dare ei tenetur, ita Lazar. ibid. num. 10.

Non obligatur etiam, qui rem non reſtituit ob id quod reſtituta dominus eius delictum aliquod perpetrare vult; non enim tunc ad reſtitutionem tenetur cap. ne quis, 22. quæſt. 2. Quare, qui apud me pecuniã depoſuit, quam ſcio ea reſtituta ſe velle vti ad occidendum aliquem, non debeo eam ei reſtituere, nec ob id in excommunicationem incido, ita Nauar. in cap. inter verba Corrular. 66. nume. 797. & S. Anton. par. 1. Summ. tit. 2. cap. 8. §. 1. & Petr. Ant. Lazar. de Monit. ſect. 2. quæſt. 15. Immò pecco ſi contrafaciam, niſi iuſſu iudicis reſtituam, ita Caiet. 22. quæſt. 62. art. 3. & alij quos refert Lazar. ibidem.

Septimò non obligatur Monitorio is, quem obligare non vult, qui Monitorium proponit, vel quo inſtante Monitorium conceſſum eſt: Quare, quòd veriſimile non eſt patrem velle ſuum filium excommunicari: Maritum vxorem, ob eam rem ſi Monitorium prædicti impetrauerint, nec filij, nec vxor excommunicatione obligabuntur.

Octauò eo Monitorio non obligatur, vbi rem reſtituere non poteſt, modò reſtituendi animum habeat, vbi poteſt l. impoſsibilium, ff. de reg. iur. & ibi Gloſſ. ac DD. Si tamen ratione quapiam cautionem præſtare poteſt, eam debet, ita Abb. in cap. ſignificante de pignor. & Neuiaan. in Sylu. Nupt. eod. num. 56. Quod ego interpretor, vbi ſe non infamaret. Reſtituere autem non poſſe dicitur non ſolum, qui omnino non poteſt, verum etiam, & qui non commodè l. nepos proculo, ff. de verborum ſignificatione. Non commodè autem dicitur poſſe, vbi reſtituendo damnum alterioris ordinis ſubiret vel vitæ, vel famæ, & ita Petr. Anton. Lazarius de Monitor. ſect. 4. quæſtione 4. num. 1.

Nonò eo Monitorio non obligatur, vbi pro pœna fertur; nam ea non debetur, niſi poſt condemnationem, vt dixit Gloſſ. communiter recept. in cap. fraternitas, 12. quæſt. 2. & eam refert, ac ſequitur Clar. in Pract. Crimin. §. fin. quæſt. 80. verſic. Sed hic incidenter quæro, & Nauar. in re noſtra eod. in conſ. 5. num. 5.

Decimò non tenetur, qui rem minimam detinet eius, qui Monitorium ferendum curauit;

non

non enim in excommunicationem incidit, ſi non reſtituat cum pro minima re quis nõ peccet mortiferè, & idcirco nec in excõmunicationem incidat, c. nemo Epiſcoporum, & cap. nullus, 11. quæſt. 3. Quæ autem res minima ſit arbitrio boni viri ſtabitur, argum. l. 1. ff. de iur. delib. & cap. de cauſis de off. deleg. Excipitur tamen vbi vel ipſe ſæpius ſubripiẽdo paruam quantitatem, vel alij, & damnum graue datum eſt; tunc enim etſi non peccarunt auferendo, peccant non reſtituendo, & in excommunicationem incidunt, ita Lazar. eod. ſect. 3. q. 2.

Poſtremò non tenetur, vbi periculum maioris damni ei immineret, argum. cap. officij de pœnit. In his igitur omnibus caſibus ſe patefacere rem detinens non debet.

Excipitur tamen primò, vbi ſe non infamaret; tunc enim ad patefaciendum tenetur, exempli gratia Notarius, qui habet ſcripturas pertinentes ad eum, qui Monitorium promulgandum curauit, planè ſine nota infamiæ patefacere eas poteſt, & idcirco tenetur. Id quod frequentatur à Commiſſarijs legatorum piorum; nam præcipiunt Notarijs per ſua monitoria, vt proferant teſtamenta, quibus pia legata relicta ſunt intra tantum temporis propoſita contrafacientibus Cenſuræ pœna; non enim ſe infamat id patefaciendo; quippe, quia legitimè ea detinet.

Secundò excipitur, vt etſi ad patefaciendum quis ſe non tenetur, reſtituere tamen rem ipſam debet, vbi poteſt, & in caſibus, in quibus licitè eam non detinet, quos ſupra recenſuimus; præſertim quod per prædicta Monitoria excommunicantur, qui detinent, & non reſtituunt; nam rem alienam illicitè detinens mortiferè peccat, cap. ſi res aliena, 14. quæſt. 6. & peccatum nõ remittitur, niſi reſtituatur ablatum, cap. peccatum, de reg. iur. lib. 6. præſertim cum Monitorio id cautum, ac præceptum ſit. quare ſi contrafaciet, in excommunicationem incidet, eſto pendente termino ad reſtituendum, fotum mutet, ita Petrus Antonius Lazarius in Tract. de Monitor. ſect. 4. quæſt. 17. & ego ante in Tract. de Cenſur. Tab. 1. cap. 10. §. 6. num. 4.

Tertiò excipitur, vbi ſemiplenè eſſet probatum, & rem detinens id ſciret; tunc enim teneri ad ſe patefaciendum DD. inquiunt. Sed de ipſo detinente rem alienam ſatis, ad alios tranſeamus, qui rem non detinent, detinentem tamen norunt, an denunciare ipſi teneantur.

S V M M A.

1 *Denunciare vi Monitorij tenentur omnes, qui norunt apud quem res abſtracta ſit; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

§. V.

§. SEcundo loco agendum eſt de ijs, qui rem non detinent, quamobrem Monitorium latum eſt, ſciunt tamẽ apud quem res ipſa ſit. Verùm quòd Monitoriũ aliquando fertur vt veniant ad denunciandum: aliquando, vt veniant ad teſtimonium ferendum: aliquando ad vtrunque ob eam rem prius de primo, deinceps de reliquis agamus. Pro regula
1 igitur † habebimus vi Monitorij oẽs obligatos eſſe ad denunciandum, qui nouerunt apud quem res ſit, de qua Monitorium loquitur; nam generale eſt, & omnes complectitur; meritò igitur omnes tenentur, l. Iulianus exuli, ff. ad exhiben. & cap. ſi Romanorum, diſtin. 19. Quare tam viri, quam mulieres: item tam clerici, quam laici, ideſt perſonæ eccleſiaſt. & non eccleſ. nec non ſerui, & liberi ad reuelandum obligabuntur. Id quod locum habet non ſolum, vbi detinens dolo malo detinet; verum etiam, vbi bona fide; vt pote quoniam rem à fure bona fide emit; & Seius id nouit, tenetur enim patefacere, ita aſſeruit Petr. Ant. Lazar. de Monit. ſect. 3. quæſt. 3. nam & detinens ad reſtitutionem tenetur, quandoquidem bona fides liberat à pœna, & non à reſtitutione, ita Menoch. de recup. remed. 16. num. 32.

Excipitur tamen primò habito reſpectu ad ipſum reuelantem, vbi Monitorium non nouit, vel quòd abſens erat, vel quod morbo graui impediebatur, vnde eius notitiam non habuit; excuſatur enim argumen. cap. ſinj. de matrimon. contrahen. cont. interd. Eccleſ. & ideirco in excommunicationem non incidet; eſt enim ignorantia facti, quæ & quemcunque excuſat. l. iuris ignorantia, & l. regula cum ſimilibus, ff. de iur. & fact. ignor. Verùm quid ſi elapſo tempore reuelandi, & denunciandi quo caſu, qui non denunciarunt, in excommunicationem inciderunt, ſi ſine cauſa id non reuelarunt, an inquam eo tempore elapſo ſub eadem pœna tenetur, qui Monitorium hoc tunc nouit, vel tunc rem apud alium eſſe, ac detineri? Planè videbatur ipſum obligatum eſſe; nam antea excuſabatur; propterea quòd ignorabat, modò ceſſat ignorantia, ergo & excuſatio argum. cap. cùm ceſſante de appellatione. Contrarium tamen concludendum eſt, ſcilicet ipſum non obligari, & non patefacientem ob eam rem in excommunicationem non incidere. Et hoc, quia vis Monitorij coarctata fuit tempore, ſcil. qui intra tantum tempus non denunciauerint, excõmunicati ſint, cùm igitur vlterius nõ pertineat vis monitorij, qui poſt ipſum nõ denunciauit, in excommunicationem non incidet, limitata enim cauſa limitatum producit

effectum l. in agris, ff. de acq. rer. dom. Non repugnat, modò contrarium; nam locum habet, vbi iudex voluit eum obligare, quæ voluntas hic ceſſat, ex quo tempore coarctata fuit vi monitorij.

Secundò non tenentur, qui furioſi ſunt, ac mente capti; nam contumaces eſſe non poſſunt, ex quo dolo carent, & non mortiferè peccant, & eorum denunciatio nihil prodeſt atq; idcirco in excommunicationem non incidũt. Quare nec ſani facti tenebuntur ſi elapſo tempore monitorij id contingat.

Tertiò eo monitorio non obligantur ad denunciandum, neque idcirco ad excommunicationem, qui ſubditi non ſunt eius, qui monitorium decreuit; extra territorium enim ius dicenti impunè non paretur l. fin. & ibi DD. ff. de iuriſd. omn. iud. & c. fin. de conſtit. lib. 6. Id quod locum habet vel reperiantur in loco, vbi monitorium promulgatur. Immò ſi ſubditus alio domicilium trãsferat, antequam tempus monitorij elabatur non tenetur domicilij mutatione, eſto in diœceſi ſit.

Quartò nec exempti à iuriſdictione Epiſcopi, quandoquidem nec hi ſubditi ſunt, & obligari cenſuris ab Epiſcopo nequeũt: Quare nec regulares qui hodie ferè omnes exempti ſunt, hoc monitorio obligabuntur. Nec repugnat cenſuras, & interdicta omnia lata etiam ab Ordinario ſeruari ab ipſis deberi, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de Regul. cap. 12.; nam habet locum in cenſuris in alios ſubditos latis, non autẽ his monitorijs contra ſe. Quare à Romana Curia, quo vniuerſi compræhenduntur, monitoria hæc impetrari debent, vt fieri vidi à quibuſdam regularibus.

Quintò non tenetur quis denunciare, vbi periculum vitæ probabiliter adiret; non enim in hoc caſu in excommunicationem quis incidit, vt probaui in Tract. de Cenſ. quandoquidem pro re aliena periculum vitæ adiræ quis non compellitur arg. l. præſes, C. de ſeruit. & aqua, & cap. officij de pœnit. & ita dixit Bald. in cap. cùm nuncius de teſtibus; & Foller. in re noſtra in Prax. Crim. 2. p. ind. verſic. Teſtibusq́. diligenter examinaris nu. 31. Idem ſi periculum infamiæ, & bonorum, & non ſolùm ſuæ, verùm etiam ſuorum parentum cõſanguineorum, vel affinium, modò probabilis timor ſit; non. n. tunc tenetur, nec peccat, nec ad reſtitutionem obligatur, ita Sot. de iuſt. & iur. li. 5. quæſt. 7. art. 1. & alij cit. à Petr. Ant. Lazar. de Monit. ſect. 2. quæſt. 10. num. 2.

Sextò non tenetur denunciare, vbi probare non poteſt, quod denunciat c. plerumq́. 2. q. 7. & cap. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. & cap. placuit. 6. quæſt. 2. & Gloſſ. in cap. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. & Præpoſ. in cap. nerui, diſt. 13. & Rip. de Peſt. num. 224. atque ſic aſſeruit pluribus Nauar. in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. Corrolar. 66. num. 778. & in conſil. 2. de teſt. cogen. vbi nec participans in furto, quia ſcil. accipit partem aliquam teneri ait ad denunciandum ſi probari non poſsit. Id quod locum habet, vel Iudex iubeat, vt denunciet, eſto probare id nequeat; nam præceptum hoc nullum eſt, & errorem intollerabilem continet, & idcirco excommunicatio nulla, ita Angel. de Clauas. in verb. Excommunicatio 3. §. 20. Idem Neuizan. in Syl. Nupt. lib. 3. in verb. Monitoriæ, nu. 46. & Lazar. eod. ſect. 1. q. 2. num. 4.

Septimò, vel probare poſsit, denunciare nõ tenetur, nec debet, ſi per fraternam correctionem, inducere poſſet rem detinentem ad eius reſtitutionem; fraterna enim correctio de iure diuino eſt, vt habetur apud S. Matth. c. 18. & refertur in cap. nouit de iud. & in c. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. & idcirco derogare Iudex ei non poteſt, & ei non eſt obediendum, vbi non habita correctionis fraternæ ratione denunciare id iubet, ita inquit S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. ad quintum. Ad probãdum autem vnus teſtis ſat eſt, modò idoneus ſit; ex quo enim agitur de pœnitentia iniungenda, & de emendatione peccati, in denunciatione vnus teſtis admittitur cum ipſo denunciante, vt habetur in cap. in omni negotio de teſtibus, & ita dixit Nauar. eod. num. 779. & communiter DD.

Secundo loco non tenetur reuelare habito reſpectu ad eum, qui denunciandus eſt, & primò in omnibus caſibus, vbi qui rem detinet ad reſtitutionem non obligatur, vel non poteſt; monitoria enim hæc promulgantur, quò reſtitutio fiat ab ijs, qui res detinent ſine legitima cauſa, & ad reſtitutionem tenentur, at vbi detinens reſtituere non debet, alius denunciare ipſum non habebit. Quare, qui nouit Titium habere centum aureos Seij, quos voluit eſſe ipſius Titij, ſi Seius ad bellum profectus ibi moreretur, quod & contigit, hic omnino id ſciens per monitorium promulgatum non tenetur patefacere, quippe quia Titij ſunt, ita Petr. Anto. Lazar. de Monit. ſect. 3. quæſt. 4. & ſect. 2. quæſt. 13.

Tertiò, vbi quis monuit rem detinentem, vt reſtitueret, & reſtituere promiſsit, cum poterit; antequam enim admoneat, non tenetur denunciare, vt dixit Nauar. eod. num. 775.

Quartò, vbi debitor ipſe id patefecit; non enim tunc alius id ſciens tenetur; nam ſupernacanea eſt aliorum denunciatio, idcirco non facienda l. hæc ſtipulatio, §. Diuus, ff. vt leg. nom. cau. Iaſ. in l. decem, num. 30. ff. de verbor. ſignificat. Neuizan. de Monit. lib. 3. num. 63. & Petr. Anton. Lazar. de Monitor. ſect. 2. quæſt. 12. num. 9. qui ait, vbi ab alio denunciatio facta eſt, alium non teneri, cap. eum, qui de reg. iur. lib. 6.

Quintò ratione modi ſcientiæ de re ab alio detenta ad denunciandum non tenetur. Primò, vbi id in confeſsione ſacramentali nouit; ob ſigillum enim confeſsionis patefacere id

non

non poteſt, etſi patefecit, nihil tamen facit cap. omnis de pœnit. & cap. dilectus de exceſſ. prælat. Nullo enim imperante Sacerdos ad id compelli poteſt. Id quod locum habet, vel pœnitentem non abſoluerit iuxt. cap. quod quidam de pœnitent. Immò nec alius, qui confitentem audierit vel laicus ſit, vel dolo, vel non dolo ipſum audierit poteſt, ac debet pœnitentem denunciare, ita dixit Nauar. ibid. Quare, qui laico in neceſſitate peccatum cõfeſſus eſt, eſto ab eo non abſoluatur, denunciari tamen ab ipſo non poteſt. Poſtremò idem de eo, à quo rem detinens conſilium petijt; atque ſic nouiſſimè Petr. Anton. Lazarius de Monitor. ſect. 2. quæſt. 17. prædicta aſſerit.

Verùm quid de eo, qui excommunicatione non obligatur, eſto ad reſtituendum teneatur, exempli gratia filius abſtulit patri mille, nec verîſimile eſt patrem voluiſſe filium excommunicatione obligari, an famuli, qui id nouerunt, ſi patri id non patefaciant excommunicatione ipſi obligantur? Videbatur dicendum eos non obligari; nam filius principalis non obligatur, ergo nec, qui nouit, quaſi acceſſorium, cap. acceſſorium de reg. iur. lib. 6. & c. 1. de conſecrat. eccl. vel alt. eod lib. Contrariam opinionem tamen ſequendam cenſeo, ſcil. famulos non denunciantes in excommunicationem incidere. Nam ratio, quæ eſt in filio, non eſt in famulis, ergo nec diſpoſitio arg. à contrario ſenſu, l. illud, ff. ad l. aquil. quamuis enim verîſimile non ſit patrem velle filium excommunicari, non tamen verîſimile eſt nolle famulos non denunciantes excommunicationem euadere. Nec repugnat, quod dictum eſt de acceſſorio; nam immò æquè principaliter Monitorium impetratum eſt contra detinentem, ſicuti contra non denunciantem. Hinc, etſi filius furti non tenetur, quod fecit patri, qui tamen ei opem tulit, furti tenetur §. ij. qui in Inſtitut. De oblig. quæ ex delict. facit quoque l. ſi quis vxori, ff. eod. Famuli ergo huiuſmodi non denunciantes excommunicatione obligantur. Habito reſpectu etiam ad concedentem quis non tenetur, vbi aut mortuus eſt, aut iuriſdictionem amiſit, aut eius vſum per cenſuras, & vel notorius, vel denunciatus pro tali eſt; nam in prioribus caſibus tolluntur literæ huiuſmodi generales, & cenſuræ per ipſas latæ, in poſteriori ſuſpenduntur, ita Petr. Anto. Lazarius de Monitor. ſect. 2. quæſt. 1. & ſect. 4. q. 1. n. 25. & facit Gloſſ. communiter recept. in cap. à nobis de ſent. excom.

Et, quæ diximus locum habent, vbi Monitorium latum eſt, vt denuncietur: iam agamus, vbi latum eſt Monitorium, quo teſtimonium feratur.

SVMMA.

1 *Teſtimonium ferre quandoquis debeat, vbi per Monitorium monetur, vt qui detinere rem alienam ſcit, ad teſtimonium ferendum veniat.*

§. VI.

§. QVando Monitorium latum eſt, vt quis denunciet, vbi nouit rem alienam detinentem, qui denunciare teneatur, vidimus, iam videamus, vbi latum eſt Monitorium, vt ad teſtimonium ferẽdum veniat.

1 Primum igitur † teſtimonium ferre tenetur is, quẽ ad denunciandum ſupra concluſimus; idq. multo magis, quandoquidem in pluribus caſibus teſtimonium ferre quis debet, quam denunciare, vt videbimus, atq; ſic ſenſit Abb. in cap. ad noſtram. num. 3. de iureiur. nam ait Iudicem eccleſ. poſſe iubere generaliter ſub pœna excommunicationis, vt qui aliquid ſcit de pertinentibus ad cauſam, quę vel coram ſe, vel Iudice ſeculari agitur, accedat ad teſtimonium ferẽdum, & ſequitur eum Nauar. in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. pag. 47. Idem Abb. in cap. 1. de teſtib. & atteſtat. etiam Neuiz. in ſua Sylu. lib. 3. in verb. Monitoriæ, num. 32. vbi ait laicos ad id compelli poſſe, & Iudicem Eccleſ. requiſitum à Iudice laico Monitorium hoc cõcedere debere, quandoquidem mutuo ſibi opem ferre debent, vt dixit Neuiz. eod. nu. 34. & Abb. in cap. ad noſtram 2. not. 3. de iureiur. vbi bonam practicam eſſe, quando ignorantur teſtes, vt fiant Monitoria generalia ſub excommunicationis pœna contra ſcientes veritatem de tali negotio, vt compareant ad teſtimonium ferendum. Hæc Abb. ibi, vbi multa ad id pertinentia ait.

Secundò tenetur teſtimonium ferre, eſto probare ipſum non poſſit: idq. meritò; ſi enim teſtis neceſſe haberet producere alios teſtes ad ſuum dictum probandum, & illi itidem producti, ad id tenerentur, & ſic alij deinceps, res ad infinitum redderetur, quod abſurdum eſt. Poſtremò is non accuſat, neque denunciat, ſed inuitus cogitur potius argum. tot. tit. de teſtib. cog. Iure igitur, vel teſtimonium probare nequeat, teſtimonium tamen ferre debet, ita dixit Nauar. in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. Corrol. 66. num. 780. & in conſil. 2. de teſtib. cog. vid. Item vel iuraſſet ſe non dicturum, ita Innocen. in cap. qualiter, 1. de accuſat. & Abb. in cap. dilectus de exceſſ. prælat. & ſub fine in cit. cap. qualiter; non enim iuſiurandum iniquitatis vinculum eſt, cap. quanto de iureiur. & ſi generaliter quis iurauit ad hunc caſum non pertinet, cap. veniens, & cap. quintauallis de iureiur. & cap. 1. eod. lib. 6. & ſi iuraſti non dicturum, vel vt teſtis interrogatus, non valet, & non teneris illud obſeruare, eſto

Digitized by Google

eſto peccaueris, cap. non eſt obligatorium de reg.iur. lib.6. & in cap. in malis, 22. quæſt.4. Multo magis locum habet, vel promiſsiſſet ſe nihil dicturum, ita S.Thom. 2.2.queſt.70.art.1. ad ſecundum, communiter recept. & teſtatur Nauar. in eod. Corrolar.64. num.703. Item in omnibus caſibus in quibus, & ſine præceptis obligatus eſſet, ita Nauar.eod.num.719.

Excipitur tamen primò, vt ad teſtimonium ferendum venire non cogatur, vbi qui rem detinet, iuſtè eam detinet, qui autem hi caſus ſint ſupra poſuimus, vbi de detinente egimus. Monitoria enim hæc fiunt, vt inueniantur iniuſtè detinentes, non autem iuſtè.

Secundò excipitur, vbi per confeſsionem ſacramentalem id nouiſſet, vtpote quia audiuit cùm eſſet Parochus pœnitentem, vel alius à Confeſſario habuit, vel iniuſtè, & dolo pœnitentem eum confitentem audiuit, vel pœnitẽs conſilium ab eo petijt, vel in caſu neceſsitatis, cùm laicus eſſet, confeſſus ei eſt, vel per ſcripturam, in qua erant ſcripta peccata, id nouit. Ad ſummam vel licitè, vel illicitè per pœnitentiam, vel occaſione pœnitentiæ id nouerit, ad teſtimonium ferendum non tenetur.

Tertiò non tenetur etiam, vt teſtis, niſi extent indicia per famam, quæ probata ſint, & ipſi conſter eſſe probata, & hoc, vbi de graui damno rertij agitur, ita Nauar.eod.num.3.

Quartò non tenetur teſtis de crimine ſemiplenè probatum teſtimonium ferre, quamuis per appellationem res agatur, vbi probabiliter timetur.

Quintò non cogitur quis teſtimonium ferre in cauſa criminali, vbi graue damnum ei immineret, niſi eius nomen tacitum habeat.sc, & facit cap.fin. §.iubemus de hæret. lib.6. & ita Nauar.eod. Corrolar.66. num.818.verſ.Addo tamen, facit quoque cap.officij de pœnit.

Sextò nec Conſanguinei, nec Affines; nã teſtimonium ferre contra conſanguineos, & affines ſuos non tenentur, vt parentes, & aliqui aſcendentes habito reſpectu ad filios; & è contrario aliqui filij deſcendentes habito reſpectu ad aſcendentes, vt habetur in l.parentes, C.de teſtib. & in cap.item parentes, 4.quæſt.3. & ita Angel. in Summ. in verb. Denunciatio, num.13. verſ.Vtrum Epiſcopus, ibi fallit hoc in parentibus. Id quod locum habet, vel ſint filij nothi, vt inquit Gloſſ. & DD. in cit. l. parentes. Secus autem quoad filios ſpirituales, vt de communi ſentẽtia teſtatur Felin. in cap. cùm nuncius de teſtibus, & Nauar. eod. Corrolar. num.868. cum ſeq. Id quod ob eam rem fit, ne damnum patiantur in amore, concordia, & ſubſtantia.

Septimò excipiuntur alij priuilegiati, vel ob honorem ſuæ dignitatis, vt Epiſcopi l.nec honore, C. de Epiſc. & Cler. alij ne patiantur damnum in ſpiritualibus, vt clerici cap.quanquam, & ibi Gloſſ. 14.quæſt.2. Excipitur tamen, vbi prædicti priuilegiati nec damnum corporale, nec ſpirituale paterentur, & alij non eſſent, qui teſtimonium ferent, ita Nauar. eod. num.882. Ex his patet iuſtum metum cognationem, priuilegium, & huiuſmodi excuſare, ita Nauar.in conſ.2. de teſt.cogen.

Poſtremò excipiuntur, qui inhabiles ſunt ad teſtimonium ferendum, vtpote, quoniam infames, & huiuſmodi, ſi tamen alij teſtes non ſint admitti debent; nam, eſto improbari poſſint, ſi tamen non excipiantur, eorum teſtimonium valet, ita Nauar.in Corrolar.66. nu.819. vbi rationes plures reddit. His igitur modis regula hæc declaratur, iam de Monitorij forma agamus.

SVMMA.

1 *Forma Monitorij, quænam ſit.*

§. VIII.

1 §. FOrma demum † huius Monitorij varia eſt, aliquando enim monentur ſubditi, vt denuncient, aliquando, vt teſtimonium ferant; aliquando, vt denuncient notoria, vel famoſa, teſtimoniumvè ſuper illis ferant; aliquãdo vt denuncient ſecreta; aliquando vt reſtituant; aliquando, vt moneuti dicant tanquã Iudici; aliquando, vt dicant tanquam bono viro, qui prodeſſe poſsit, & non obeſſe, vt ex dictis conſtat iunct.tradit à Nauar.in conſ.10. num.1. & in conſil.11. de off.ordin. Sed de his Monitorijs hactenus; iam ad Monitoria tranſeamus, quæ fiunt, vt delicta pateſiant.

DE MONITORIIS cum pœna excommunicationis ad delicta inuenienda, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis ſexta fori mixti. Cap. XLVI.

SVMMA.

1 *Monitoria etiam facere poteſt Epiſcopus, quò delicta pateſiant, atque denuncientur.*
2 *Monitoria pro delictis, & ad venditam an concedenda ſint.*
3 *Inquiſitores etiam Monitoria huiuſmodi facere poſſunt.*

1 EPISCOPVS itidem † Monitoria proponere poteſt, quò delicta denuncientur, atque pateſiant, vtpote contra eos, qui blaſphemant nomen Dei, vel Sanctorum, cap. qui cum fure, iunct. traditis ibi à DD.de furt. & vt inquiunt Bart.& alij in l.in ciuile.C.eod. & ita Nauar. in conſil.10. & conſil.ſeq. de off.ordin.

Verùm

2 Verùm, † an inſtante parte, vel Iudice ſeculari concedere huiuſmodi Monitoria debet, quo delicta pateſiant vindicandi gratia? Planè non; tùm quod fieri poſſet, vt irregularis Epiſcopus fieret, ſi per hoc ſuum Monitoriũ reus morte, mutilationevè afficeretur arg. Clemen. vnic. à contrario ſenſu de homicid. iunct. cap. fin. de iniur. Tum quod nec Monitoria pro inueniendis rebus concedi debent niſi eis, de quorum intereſſe pecuniarum agitur, & ciuiliter, vt habetur in Bulla Pij V. incip. Sanctiſſimus in Chriſto pater, verſ. Ad eorum dumtaxat inſtãtiam, quorum ciuiliter intereſt, quam in antecedenti cap. poſuimus: at iudices ſeculares ad delicta punienda in primis eorum cognitionem quęrunt, ergo concedi non debent.

3 Inquiſitores etiam † Monitoria hæc proponere poſſunt contra blaſphemantes Deum, vel Sanctos: id quod & conſuetudine ſeruatur. Sed iam de effectibus huius Monitorij agamus.

S V M M A.

1 *Effectus Monitorij lati quò delicta pateſiant.*

§. I.

1 §. † Effectus autem Monitorij huius duplex eſt. Primus, ſed remotus, ſcilicet Dei honos, & ſalus animarum. Secundus autem proximus, ſcil. correctio delinquentis. Et hæc eſt ratio, quamobrem mixti fori Monitorium hoc eſt; quod.n. ad correctionem delinquentis, ſalutemq. animarum fertur, ad conſcientiæ forum reſpectum habet. Quod autem, & per excommunicationem, & non ſecretò, ſed publicè fit correctio, ad forum exterius pertinet; fori enim exterioris cenſuræ ſunt, vt probaui in Tract. meo de Cenſur. Tab. 1. cap. 2. §. 19. & vt ſupra de publicis pœnitentijs egimus; id quod à iudice ſeculari non fit; & ob hanc cauſam ob rationes ſupra allatas cõcedi ei non debet, quamuis, & Iudices ſeculares Monitoria, atque edicta huiuſmodi proponãt præmio, vel pœna propoſitis, qui delinquentes patefecerint, vel non patefecerint. Id quod cõem practicã ſeruare in Romana Curia teſtatur Farin. in tit. de indi. ad tort. q. 51. n. 19. & id faciunt, ne delicta maneãt impunita, ſed coerceantur; & facit l. idem, §. ſi tibi, ff. de cond. ob turp. cauſ. Sed iam de materia huius agamus.

S V M M A.

2 *Materia Monitorij huius quænam ſit.*

§. II.

1 §. † Materia verò huius Monitorij delicta ſunt, quæ in graue damnum Chriſtianæ religionis, & animarum perniciem redundant, cuiuſmodi ſunt hæreſes, blaſphemiæ, & ſuperſtitiones hereticales; his enim inprimis Deus offenditur, ſalus animarum in diſcrimen adducitur, & quæ ad forum Eccleſ. inprimis pertinent; non igitur ob quæcunque delicta proponi debent ob graue periculum, quod imminet ipſi denuncianti, vel ipſi teſtimonium ferenti, quamobrem DD. omnes concluſerunt ſummam diligentiam, atq; ſtudium adhibenda ad hæc denuncianda. Sed de his hactenus, iam videamus, an is, qui delictum commiſsit, patefacere ſe debeat, ac demum an alij denunciare debeant, teſtimoniumvè ferre, & quando.

S V M M A.

1 *Delictum qui immiſſit, vi Monitorij ſe patefacere non tenetur.*

§. III.

§. Propoſuimus nobis explicandum, an vi Monitorij pro delictis inueniendis, qui delictum commiſsit, ſe patefacere debeat. Præterea quid de alijs.

1 Quoad primum igitur † pro regula habendum eſt delinquentem obligatum non eſſe ad ſe patefaciendum, & hoc ob hanc rationem, ne ſe infamet c. quis aliquando, §. his auctoritatibus, ibi non dico tibi, vt te prodas de pœnitent. diſtinct. 1.

Id quod locum habet etiam in delicto hæreſis; nam à regula propoſita non excipitur, ergo ei ſtandum eſt, donec probetur exceptio, ita dixit Gloſſ. communiter recept. in Rubr. de reg. iur. lib. 6. & in cap. omnis definitio, ff. de reg. iur. & ita Nauar. in conſ. 5. num. 3. verſ. Pro parte, & conſil. ſeq.

Item locum habet etiam, ſi de delicto eſſet accuſatus, & etiam captus; nam de occultis Eccleſia non iudicat in foro exteriori, c. ſicut tuis, de ſimon.

Poſtremò locum habet, vel iuſiurandum ei detur de veritate dicenda; non enim periurus eſt, ſi neget, vbi hoc animo cõceptum habet ſe id non feciſſe, ita vt patefacere ipſis teneatur.

Excipitur tamen, vbi ſemiplenè delictum probatum eſſet apud Iudicem competentem, & de hac probatione reus certior factus eſt; tũc.n. ſe patefacere tenetur, alioquin in excõmunicationem latam per Monitorium incidit, ita dixit S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 2. & Nauar. in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. Corrolar. 65. nu. 725. & Corrolar. 66. nu. 814. vid. Sed iam ad ſecundam quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Denunciare delinquentem in Monitorij quinam obligentur.*

§. IV.

§. IV.

§. DElinquentem ſe patefacere non debere vidimus; modò videamus, an alij, qui delinquentem, delictumvè norût, denunciare debeant, vel teſtimonium ferre.

1 Quoad denunciandum igitur † pro regula habendum eſt, qui ſciunt delinquentem obligatos eſſe vi Monitorij ad ipſum patefaciendum quicunque ſit, vt ſupra probauimus.

Id quod locum habet in cauſa hæreſis quicunque ſit; nam vi Monitorij denunciare hæreticum debet, vel amicus, vel conſanguineus, & ideirco vel frater, vel pater ſit, vel filius, ita dixit Nauar. in conſil.5.num.4. de hæret. & in cap. inter verba, 11.quæſt.3. Cortolar.66. nume.823.verſ.Ex his omnibus.

Excipitur tamen primò, vbi id probari non poteſt; non.n.tunc tenetur, ita dixit Nauar. in eod.Corrolar.66.nu.778.& in conſ.2.de teſtib. cog.& in conſ.11.nu.4. de off.ordin.

Poſtremò excipitur, vbi etſi probari poteſt, tamen per correctionem, & admonitionem fraternam corrigetur, & emendabitur, ſeilicet quoad delictum committendum, & à delictis commiſsis ceſſabit. In hoc enim caſu in excommunicationem Monitorij quis non incidet nõ denunciando; quandoquidem Chriſtus Dominus iuſsit, vt tunc Eccleſiæ diceretur, vbi peccator admonitus ſe non corrigeret: non ergo per Monitorium præceptum Domini tolli poteſt, cap.cum inferior de maior. & obed. Quare, qui Monitorium promulgauit, vt denũciatio fiat ante fraternam correctionem, audiendus non eſt, atqoe ſic aſſeruit Nauar.eod.num. 778. verſ.Addo tamen. Ob hanc etiam rationem non tenetur conſiliarios, quicunque ſit, denunciare delictum ſibi ſub ſecreto commiſſum, quò delinquens proſpiciat ſaluti ſuę animæ, vel corporis, vel famæ, vel rei, vel ſemiplenè probatum eſſet; vel veritas aliter haberi non poſſet; nam & iureiurando adhibito negare poteſt, vbi Iudex id ſcire tantùm conatur, vt reum puniat. Excipitur, vbi quæreretur ſolùm, vt damno tertij prouideretur, vt de communi teſtatur Ant.Lazar. de Monit. ſect.2. quæſt.16. Sed iam, vbi teſtis interuenit agamus,

SVMMA.

1 *Teſtimonium ferre quis tenetur contra delinquentem, vbi Monitorio id præceptum eſt.*

§. V.

1 §. POſtremò, † vbi monetur quis, vt veniat ad ferendum teſtimonium de delicto, quod nouit, regulariter tenetur quiſque ad teſtimonium ferendum.

Id quod locum habet, vt in antecedenti cap. diximus vel probare id nequeat, vt inquit Angel. in Summ. in verb. Denunciatio nu.13. verſ. Virum Epiſcopus.

Item locũ habet, vel teſtis inhabilis ſit. Tùm qđ eius dictũ valet, ſi à partibus non opponatur, vt dixit Addit. ad Capel. Tholoſ. deciſ.4. Tum quòd inducta in odiũ in fauorem redundarent, ita dixit Nauar. in cap. inter verba, 11.quæſt.3.Corrol.66.num.819.

Excipiuntur tamen caſus hi. Primò conſanguinei, & affines; non enim ad teſtimonium ferendum cogi poſſunt, l.4. ff.de teſt. lege Iulia, & Papia iudiciorum publicorum cauetur, vt dicitur ibi; Ne alicui inuito denuncietur, teſtimoniumvè dicat aduerſus generum, vitricum, priuignam, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum, eosvè, qui pari gradu ſint; & ita Abb. in cap.litteras, num.8.verſ.Aduerte tu de præſumpt. & Farin.de Oppoſ.cont.teſt. q.54. nume.13.Reg.1.vbi pluribus rem hanc egit. Non etiam frater contra fratrem, vt dixit Farin. ead.reg.q.2.num.97. & de communi ſententia teſtatur Clar. in Pract.Crimin. §.fin. quæſt.24. verſ.Scias tamen.

Non etiam parentes contra liberos, neque è cõtrario liberi cõtra parẽtes ad id cogi poſſunt, immò nec admitti debent, l.parentes, & ibi DD. C. de leg. ſic enim dicitur ibi Parentes, & liberi inuicem aduerſus ſe nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Hæc ibi. Idq́. meritò, cùm enim filius portio quodammodo patris ſit, repugnat irationi naturali quodammodo, vt contra ſe teſtimonium ferat, ita dixit Ioan.Andr. quem refert, ac ſequitur Farin.ead.quæſt.53.reg.3.nu.170. Id quod locum habet non ſolùm in liberis primi gradus in poteſtate, verumetiam in emancipatis, ita Gloſſ. in cit.l.parentes, & in c.filio, 4.quæſt.3. & Farin.ead.reg.num.154. qui de magis communi ſententia teſtatur. Idem etiam in filio naturali, vel inceſtuoſo; viget enim & hic ratio ſanguinis, & affectionis, ita Farin.ibid. nume.153. cum ſeq. & Felin.in cap. cùm oporteat, num.3. de accuſ. Idem in legitimo, qui eſt in poteſtate idem Farin.ead.reg.nu.160. Excipitur tamen, vbi de crimine hæreſis agitur; tunc enim & pater contra filium, & filius contra patrem teſtimonium ferre debet, cum magis Deo, quàm parentibus debeamus, modò tamen alij teſtes non adſint; & Inquiſitor caueat, ne graue aliquod damnum patiatur teſtis, id quod facere debet, quandoquidem nomina accuſatoris, & teſtium occulta habere debet, cap.fin. §.iubemus, de hæret. lib.6. Poſtremò, niſi emendetur per correctionem filij, ita Nauar.eod.Corrolar.66.num.827.

Non etiam vxor contra maritum teſtimonium ferre poteſt, vt id pluribus egit Farin. eadem quæſt. reg.4. vbi idem de ſponſa, & de vxore exploſa ait; eſto contrarium ſit de viro

quoad

quoad vxorem; Id quod in hanc ſententiam accipitur, ne ſcil. teſtimonium ferre poſsit, non autem cogatur. Excipitur tamen, & hic quoad hæreſes; tunc.n. maritus contra vxorem teſtimonium ferre poteſt, ſeruatis tamen, quæ diximus de parentibus, & liberis, vbi alij teſtes non adſunt, & damnum non patiuntur, & correctus non emendatur, ita Nauar. eodem Corrolar. 66. num. 821.

Poſtremò non tenetur, vbi iuſtum metum habet, ne occidatur, vel damnum graue patiatur, ita Nauar. in conſ. 2. de teſt. cogen.

Verùm, quòd diximus aliquando per Monitoria iuberi, vt quis denunciet aliquando, vt tanquam teſtis ad deponendum veniat, quò ſciat qua ratione patefacere debeat, ob eam rem videndū eſt quando hęc Monitoria aut ad denunciandū, aut ad teſtimoniū ferendū ſint.

Pro regula igitur habebimus, vbi præcipitur, vt denunciemus, tunc denunciandum eſſe; vbi vt teſtimonium deponamus, tunc teſtimonium ferendum eſſe. Tum quod, ex quo Iudex vnum ſpeciatim præcepit, id voluiſſe exiſtimatur; nemo enim præſumitur loqui, quod non vult, l. cum labeo, §. de lanionis, ff. de aur. & arg. leg. etenim verba inuenta ſunt ad ſignificandos animi noſtri motus, l. ad recognoſcendos, C. de ingen. & man. & Philoſ. in lib. de Interpræt. in prioc. Tum quòd ſi contrariam diceremus à verborum peoprietate diſcederemus, quod re dubia fieri non debet, l. noo aliter, ff. de leg. 3. & cap. preterea de verb. ſignifie. & c. ex litteris de ſponſ. Denunciabimus igitur, vbi nobis præceptum eſt, vt denunciemus; teſtimonium feremus, ſi hoc præceptum ſit, atque ſic dixit Nauar. in Corrol. 66. nu. 781.

Excipitur tamen, vbi vtrunque præceptum nobis eſt; tunc enim quod poterimus, præſtabimus ob prædicta.

Secundò excipitur, vbi verba Mooitorij accommodari poſſunt ad vtrunque, ſcil. & ad teſtimonium ferendum, & ad denunciandum; exempli gratia per Monitorium præcipitur, vt dicant, vel declarent quid de tali delicto ſciant; tunc enim ad ſubiectam materiam parebimus, arg. l. ſi vno, ff. loc. & l. plenū, §. equitij, ff. de vſu, & hab. In hoc igitur caſu in negotijs ciuilibus, de quibus lis iam cæpta eſt, vel etiam non cæpta ad teſtimonium ferendum vt quis veniat interpretabimur. In his enim caſibus inprimis teſtes poſtulantur. Idem in capitalibus, & criminalibus ſi lis cæpta ſit, ita dixit Nauar. eod. Corrol. 66. n. 782. cuius dictum verum eſt, vbi lis eſt cæpta, vel ciuilis, vel criminalis ſit; non.n. denunciatio tunc poſtulatur, ex quo iam reusq; factus eſt. At vbi lis cæpta non eſt, q̄m tunc ignoratur contra quem agatur, in hoc caſu vt denūciemus, preceptū nobis eſſe interpretabimur id quod in criminalibus non cæptis locum habebit, ita Nauar. ibid.

Tertiò excipitur, ſi Monitorium ſit, vt denuncietur, & qui deliquit iam denūciatus eſt, ſed probari non poteſt, tunc denunciare pro teſtimoniū ferre ſumemus. Et e cōtrario, ſi pręcipiatur, vt teſtimonium feramus; denunciare debebimus, vbi ſcil. lis cæpta non eſt, & nemo eſt denunciatus, quoniam ignoratur contra quem agatur. Idq; meritò; verba.n. ſecundum ſubiectum materiam interpretari debemus, vt diximus, & verba rebus inſeruire, & non res verbis debent, cap. intelligentia de verb. ſign. & ita Nauar. ibid. nu. 781. eſto.n. à proprietate verborum diſcedamus, hoc tamen fit ex tacita voluntate Monitorium proponentis ob ipſam materiam, ſecundum quam diſpoſitio declaratur, cap. cum voluntate de ſent. excommun. & l. non omnis, ff. ſi cert. pet.

Verùm, q̄m præcipitur per ipſa Monitoria, vt quis denunciet, vel teſtimonium ferrat, vbi id ſcit, ideo videndum eſt quādo dicatur quis aliquid ſcire, quod ad rem noſtram pertinet; ſcientia.n. propriè vniuerſalium eſt, at hic de ſcientia ſingularium agitur, ob eam rem qua ratione ipſorum ſcientia habeatur, videndum eſt. Duobus modis igitur quis poteſt ſcire aliquid, ſcil. per ſe, & per aliū dixit Gloſſ. in l. 2. §. penult. ff. de aqu. pluu. arcenda. Qui ergo vidit quem habere domi librum hæretici, vel teſtamētum Titij, vel equum eiuſdem, hæc ſcire per ſe dicetur. Item, qui audiuit Titiū blaſphemantem Deum, vel Beatiſsimam Virginem, is propriè quoque dicetur ſcire; ſicut.n. hoc obiectum auditus eſt, ita illud viſus: quare decipi non poteſt; in ſuo.n. ſenſibili ſenſus non decipitur, vt docuit Philoſ. lib. 2. de Anima. Hic ergo tenebitur aut ad teſtimonium ferendū, aut ad denūciandū, ſicut Monitorij ratio poſtulat. Secundò dicitur quem ſcire etiam per aliū, vbi ſcil. quis nouit ab alio, vt pote, quia audiuit ab eo, qui delictum commiſsit, vel rem detinet, hac itidem ratione ſcire quis dicetur c. hoc videtur, 2. q. 5. Dicitur etiam ſcire, qui audiuit à viro fide digno, & pro tali habito, ita Nauar. eod. num. 787.

Sed de Monitorijs, quod ad rem noſtrā pertinet, hactenus; non enim propoſitum eſt nobis hic abſolutè materias omnes tradere; ſed rerum tantum capita. De hac tamen re pluribus egerunt DD. in l. inciuilem, C. de furt. & Canoniſt. in cap. qui cum fure, eod. & in c. dilectus, de exceſſ. prælat. & Nauir. in Sylu. Nupt. in verb. Monitoriæ, & Epiſcop. Mont. Mar. in prax. Neapol. & præſertim de denunciatione hæreticorum cap. 23. & nouiſsimè Petr. Anto. Lazar. in ſuo Tract. de Monit. & alij à me ſupra allegati præter Trid. Synod. & Conſtitutiones, & Bullas Rom. Pont. plures, quas ſupra retulimus; iam de iuriſdictione fori exterioris ſimplicis, materia ex qua poteſtatis Epiſcopalis agamus.

DE CONSTITVTIONIBVS, ac Statutis, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis prima habito reſpectu ad iuriſdictionem fori exterioris ſimplicis. Cap. XLVII.

SVMMA.

1 *Statuta Epiſcopus facere poteſt etiam, quæ pœnam continent.*

2 *Item ipſo iure.*

3 *Occulte delinquentem an ſtatuti pœna afficiat.*

4 *Statuta Epiſcopus facere non poteſt contra ius commune; quæ regula quouſque pateat, declaratur.*

5 *Statuere non poteſt in præiudicium Eccleſiarum ipſi ſubiectarum.*

6 *Statuto prohibere non poteſt Epiſcopus, ne quis energumenos, ſeu à dæmone oppreſſos exorcizet.*

7 *Conſtitutiones epiſcopus an facere poſſit ſine conſenſu Cleri.*

1 QVARTÒ † Epiſeopus ſtatuta etiam faeete poteſt, vt habetur in e.fin. de conſtit.lib.6. & ibi Gloſ.not. in verb.Statuto,& in c.2. & ibi Gloſſ. & Abb.de maior.& obed.Idem dixit Gloſſ.Sum. in d.18. & de conſ.d.3. in initio in verb.Non generaliter,& facit cap.ius ciuile eſt diſt.1. Idem quoque dixit Bart. in l.omnes populi.nu.8,q.4.ff.de iuſt.& iur. & ſequitur ibi Iaſ.in 1.lect. nu.3. & communiter DD.

Id quod locum habet, vt etiam ſtatuta pœnalia facere poſsit, vt habetur in eit. c.fin. de conſtitut.lib.6. & not. ibi Philip. Franc. in Gloſſ.in verb.Statuto.

2 Item loeum habet,† vt ipſo iure penã inferre etiam queat per ſtatutum eit.e.fin.de conſt. & e.ita quorundam de iudę.Quare vel excommunicatio, vel ſuſpenſio, vel interdictum pro aliquo delicto ferri poteſt ab Epiſeopo ſuis conſtitutionibus, qua in re reſtrictioe erit quoad excom. ferendam ob grauitatem penę: id quod & ſuaſit Trid.Synod.ſeſſ.25.de Reformat. cap.3. & Turreerem. in e. ſi quis, 11.q.3.

3 † Atqui an occultè delinquentem obliget? Videbatur dicendum non obligare, nam Eeeleſia non iudicat de oecultis, e.ſicut tuis de ſimon. Aecedit quòd hæreticus, qoi animo hæreticam opinionem habet, nullamq. externam ſignificationem dedit, in excõicationem hæreticorum non incidit, vt probaui in Tract. meo de Bulla Cœnæ Domini cap.1 §.1.num.8. & ita ſenſit quoque S.Thom. communiter recept.par.2.q.91.art.4. nam inquit de his poſſe legem ferri, de quibus poſsit iudicari, iudieium enim hominis non poteſt eſſe de interioribus quid agat; ergo.

Contrariam opinioñe tamen tenet Gloſſ. in Clem.1.§.verùm in verſ.Ex ipſo de hæret.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut loquimur de offenſa animo tantum concepta,& in hoc caſu. Aut loquimur de foro conſcientiæ,& interiori; & in hoc foro Eccleſia iudicat, vt habetur in e.omnis de ſent.excom.Idem quoque Trid.Synod. ſenſit ſeſſ.14. de Sacram. pœnit. cap.5. de eonfeſſ. verſ.Ex his colligitur oportere. Id quod ſtatutum eſt iure diuino, quò prauæ cogitationes comprimantur, ae puniantur; cum.n.lex humana id non poſsit, neceſſe fuit lege diuina huic conſuli. Ant loquimur in foro exteriori, & de illis delictis, & offenſis ratione hac occultis Eeeleſia non iudicat, & in hanc ſententiam accipitur cit.cap.ſicut tuis de ſimon. Aut loquimur de offenſa non animo tantùm concepta, ſed exteriori etiam ſigno aliquo apto expreſſa; & hic etiam rurſus ſubdiſtinguendũ eſt. Aut poteſt probari per teſtes, aliamvè rationem, & huiuſmodi offenſam Eccleſia punire poteſt, ae de ipſis iudicare ſpeciatim contra offendentem, vt hoc per ſe patet, arg.l.illicitas §.veritas,ff.de off.præſid. Aut non poteſt probari non per ſe, ſed per accidens, quia ſcilicet nemo interfuit cùm delictum commiſſum eſt, & in hoc caſu aut loquimur an per ſententiam iudicis puniri poſsit, an per ſtatutum. In primò caſu per ſententiam generalem puniri poteſt; ferri enim generalis ſententia in eos poteſt, qui hoc, vel illud delictum cõmiſſerint, in quam incidit, qui contrauenit, vel probari id nequeat; vt habetur in e.à nobis, 1. de ſent. excom, & apertius in cap.2. de off.ordin.Idem etiam & de ſtatuto puniente delictum cõmittentem, & in hoc caſu locum habet cit. Clem. 1.§.hoc verum.Si verò per ſententiam ſingularem ſecus; non enim poteſt iudex eũ condemnare, quem ſibi delictum commiſsiſſe probatum non eſt, quandoquidem ſæpius innocens puniretur argumen. cap.à nobis. 2. verſic. Iudicio autem Eecleſiæ de ſentent. excommunicat. Hac igitur ratione propoſitæ opiniones inter ſe conciliantur. Verùm quare per ſtatutum, & ſententiam generalem, qui delictum occultum commiſsit, quod probari non poteſt, punitur ipſo iure, non autem à iudice per ſententiam ſingularem? Ob eam rationem id factum eſt, quoniam lex, ac ſententia generalis non obligat, niſi qui re vera delictum commiſsit, & ſine cauſæ cognitione. Hinc, qui non peccat mortiferè, in excommunicationem iuris non incidit cap. nullus Epiſcoporum,& cap.nemo, vndecima quæſtione tertia. At iudex niſi cauſa cognita id non poteſt, & ſæpius deciperetur citato capitolo à nobis. 2. Iure igitur, niſi delictum ei probetur

condem-

Digitized by Google

condemnare non poteſt. Ipſo iure igitur, vt dure m redeamus ſuis conſtitutionibus innitere pœnas Epiſcopus poteſt.

4 Excipitur tamen † vbi ſtatutum faceret contra ius commune; non eſt enim ſtatuere contra ipſum poteſt, argumen. Clem. ne Romani, de elect. & c. quod ſuper his de maior. & obedien. atque ſic etiam aſſeruit Iaſ. in cit. l. omnes populi, num. 30. in prima lectu. & Petr. Aduen. in Reg. 250. Idque merito. Tum quòd inferior eſt Epiſcopus eo, qui cōmunem legem tulit, qui eſt Romanus Pont. Inferior. aut ſuperioris legem tollere nō poteſt c. cùm inferior, de maior. & obed. Tum quod iuri Pontificio omnes ſubiecti ſunt, c. 1. c. fin. de conſtitu & potiſsimum Epiſcopi, qui iurant Canones ſeruaturos, c. ego, de iureiur. Idem ſenſit Gloſſ. in c. cùm dilectus, in verb. Conſtitutum, de conſuet.

Sublimitatur tamen, vbi per ſtatutum Epiſcopi ad ius antiquum redditur, ita dixit Felyn. & alij ab eo cit. in cit. c. ſuper his, de maior. & obedien. & ſequitur Nauar. in conſil. 3. de reliq. & ven. Sanct.

Sublimitatur ſecundo, vbi ob manifeſtā & neceſſariam cauſam id faceret, vt Bald. aſſeruit in cit. l. omnes populi, quem ſequitur, & pluribus probat Iaſ. ibidem, num. 31. in princip. lect. vbi & alios idem ſentientes refert in ſecunda lect. num. 11. & Abb. in c. cùm dilecti, num. 11. de lect. & facit l. hominem, ff. mand.

Sublimitatur tertiò, vbi hiſce conſtitutionibus ius commune adiuuaretur, alijs pęnia addiectis, vtpotè cōtra fures pœnam excōmunicationis inferendo, argum. eita. c. fina. atque ſic not. Philip. Franc. ibidem. Idem habetur in c. ex frequentibus, de inſtit. & facit c. ita quorundam, de iudæ, atque ſic aſſeruit Viu. in ſua Sylu. opin. 746. & Petrus Aduen. in Reg. 251. Abb. in c. cum dilectus, de conſuetu. num. 10. verſ. in Gloſſ. & Addit. ad eū in littera G. & idem Abb. in c. cum conſuetudines, verſic. Vnum adde ergo, de conſuetu. Quare cōtra blaſphemos poteſt excommunicationem ferre: item contra Adulteros, & huiuſmodi; etenim & ius prætorium ius ciuile adiuuat, vt habetur in Inſtitut. de bon. poſſ. in initio.

5 Atqui † an aliquid poſsit ſtatuere in prędiudicium eccleſiarum ſibi ſubiectarum? Ego concludo non poſſe; nam ius quæſitum alteri Epiſcopus tollere nō poteſt, ita dixit Glo. in cit c. cum dilecti, in verb. Conſtitutum, de conſuet. Id quod verum eſt, & pro regula habendum, quam & ponit Petrus Aduen. in Reg. 249. & facit c. veſtra, de loc. & conduc. Excipitur, vbi hi ad quos pertinet, pręſentes eſſent, & conſentirent; tunc enim poteſt, ita inquiūt DD. in c. veſtra, de loc. & Iaſ. in cit. l. omnes populi, in 2. lect. nume. decimotertio, vbi multos idem ſentiētes refert: idque meritò; nam ſi conſentiunt nihil eſt, quod conquerantur; ſi præſentes ſint, & non conſentiunt, neque diſſentiunt, cōſentire videntur per doctrinam Felyn. in c. omnes, numero 7. de conſtit. & facit l. ſæpe ff. de re iudic. vbi enim repugnando actum impedire quis poteſt tacendo videtur confirmare, vt habetur in cit. l. ſæpè. Immo ſine conſenſu horum cauſa iuſta exiſtenta cum Capituli conſenſu tantum ſtatuere poteſt in præiudicium aliarum Eccleſiarum.

6 Verùm † an ſtatuere poſsit, ne quis energumenos exorcizet, vel ſine eius licentia, vel niſi quibuſdam ſeruatis? Breuiter cōcludendum eſt non poſſe, vbi auctoritate Chriſti ad id vtitur, iux illud. In nomine meo dęmonia eijciebant, vel aqua benedicta. Non etiam prohibere poteſt, ne Sacerdos baptizando exorcizet, id enim iure Pōtificio cautum eſt, cui Epiſcopus eſt ſubiectus, c. 1. & 2. de conſtit. Poſtremò, nec prohibere etiam poteſt Sacerdoti; ne dęmone oppreſſos exorcizet cum auctoritate eadem à Chriſto tradita, tum ab ordinem exociſatus, cuius āuctoritate poteſtas, hęc etiam traditur. Licentia igitur Epiſcopi ad id non poſtulatur. Si tamen velet Epiſcopus inſpicere, quinam ſit, qui hoc faciat, & quem modū ad id adhibeat, poterit, atque ſic reſpondit Nauar. in conſ. 6. de off. ord.

7 Atqui † an conſtitutiones facere poteſt Epiſcopus in Synodo Diœceſana ſine conſenſu, & approbatione Cleri? Videbatur dicendum non poſſe. Nam in forma Romani Pontificalis in celebranda Diœceſana, & prouinciali Synodo expreſsè habetur, vt conſtitutiones in Synodo publicandæ à patribus per verbum Placet, confirmentur. Contrariam opinionem tamen ſecuta eſt Sacra Cōgreg. Illuſtriſs. Card. qui Concil. Trid. interpretando præfecti ſunt, ſcilicet Epiſcopum in Diœceſana Synodo facere poſſe Conſtitutiones abſque conſenſu, & approbatione cleri. Debere tamen requirere conſilium Capituli, licet illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à iure expreſſis, ita Sacra Congreg. reſpondit Patriarchæ Venetiarum, vt refert Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Synodus Diœceſana, pag. 468. In priuatis tamen Congregationibus tractari poſſunt, & in Eccleſia publicè publicandæ. Meritò autem conſenſus non requiritur, quādoqui-

dem poteſtas legis condendæ non pendet à Clericis, vt olim à populo, arg. §. conſtat au tem in inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Miran dũ igitur non eſt ſi cõſenſus non poſtulatur, paucas tamen conſtitutiones facere Epiſcopus debet, & raro pecuniariam pœnam imponere, ſed potius arbitrariam, aliàs ſapit auaritiam, à qua Epiſcopus remotus eſſe debet c. cum ab omni, de vit. & honeſtat. cler. Sed iam qui ſtatutis Epiſcopi obligentur videamus.

S V M M A.

1 *Statuti ſ Epiſcopi obligantur omnes de Diœceſi.*
2 *Et quid ſi extra territorium contra ſtatutum faciant.*
3 *Statutis Epiſcopi an ipſe Epiſcopus obligetur.*

§. I.

1 Statuto autem † Epiſcopi obligantur omnes de diœceſi, argum. cap. fina. de conſtitu. lib. 6. & c. omnes, & ibi not. de maior. & obedient. Quare & Reges & alij ſuo Epiſcopo ſubiecti ſunt, vt not. ibi Abb. & DD in cit. c. omnes Principes. Id quod locum habet in ſpiritualibus.

2 Atqui † an extra territorium ſubditus obligetur? Planè ipſum non obligari concludendum eſt; ſtatutum enim lex territorij eſt, & idcirco extra ipſum non operatur Idque meritò: nam iuriſdictio Epiſcopi extra ſuũ territorium nulla eſt, atque ſic habetur in cita. cap. fin. de conſtit. lib. 6. & facit, l. fina. ff. de iuriſdict. omn. iud. Quare ſi ſtatuto Epiſcopi caueatur, vt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ aleis nõ ludatur, & furta non committatur, ſubditi, qui extra territorium hæc fecerint, excommunicatione non obligantur ob prædicta, atque ſic habetur in eodem c. fin. & ita Ego in Tract. meo de Cenſur. aſſerui. Atqui ſi in loco exempto in territorio tamen, & diœceſi exiſtente ipſi oſtendant? Hanc quæſtionem abſolui in eodem Tract. de Cenſ. Tab. 1. cap. 9. §. 3. vidend.

Excipitur tamen, vbi antequam ſubditus exiret à Diœceſi in contumacia eſſe cœpit; nam tunc ſi contumacia extra territorium conſumetur, excommunicatione obligabitur, atque ſic ſentit Felyn. in c. poſtulaſti, numero vigeſimoquarto, de for. compet. nam ait ſtatutum Epiſcopi puniens non reſidentem operari etiam, ſi abſentia conſumetur extra Diœceſim Epiſcopi ſtatuentis.

Omnes igitur ſubditi ſtatuto Epiſcopi obligantur. Atqui ſi venientes in Diœceſim ſtatutum offendant, an in pœnam incident? Videbatur dicendum ipſos nõ comprehendi, ex quo ſubditi non ſunt. Contrarium tamen concludendum eſt, ſcilicet ipſos in pœnam incidere ſtatuti, modo illud nouerint, cit. c. fi. de conſtit. lib. 6. nam etſi ratione domicilij ſubditi non ſunt, ſunt tamen ſubditi ratione delicti, quod ſat eſt, vt in pœnam incidant, cap. licet, de for. compet. Præterea ſtatutum fit ad expurgandum territorium perditis hominibus, ergo quicunque ſint, qui in territorio delinquunt, pœna ſtatuti obligantur, atque ſic aſſerui in Tracta. meo de Cenſ. eod.

3 Verum † an Epiſcopus pœnis ſui ſtatuti obligetur? hæc quæſtio diſputari poteſt; primo habito reſpectu ad pœnam; & in hoc caſu pro certo habendum eſt in pœnam ſui ſtatuti non incidere, ita dicit Bald. in Authent. quibuſcunque, num. quinto, de ſacroſan. Eccleſ. & Ego pluribus probaui in Tract. meo de Cenſ. Quare ſi per ſtatutum excommunicentur aleas ludentes, furtumvè committentes, ſi hæc Epiſcopus faciat in excommunicationem non incidit; nam vt quis obligetur ſubditus eſſe debet, vt ſupra diximus, at ſibi ipſe ſubditus quis eſſe non poteſt. Secũdo diſputari poteſt an ratione directiua, & communiter concluditur ad eius obſeruationem teneri, ita DD. communiter ſentiunt; & facit, l. digna vox, C. de legibus, ſed iam videamus, an morte ſtatuẽtis ſtatutum tollatur.

S V M M A.

1 *Statutum Epiſcopi eo mortuo non tollitur.*
2 *Sententiæ generales de futuris lata, an permaneant mortuo Epiſcopo, qui eas tulit.*
3 *Conſtitutiones Epiſcopi, quando obligare incipiant.*

§. II.

Poſtremò videndum eſt, an morte Epiſcopi ſtatutum ab eo latum tollatum.
1 † In qua quæſtione pro certo habẽdum eſt, ſtatutum non tolli, ita habetur in cap. fin. & DD. ibi, de off. deleg. & Ego in Tracta. meo de Cenſur. probaui.

Quare mortuo Epiſcopo, qui ſtatutum offenderet, ipſius pœnis etiam obligabitur.
2 † Atqui ſententiæ, & edicta generalia, quibus aliquid præcipietur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & huiuſmodi, an morte tollantur? Concludendum eſt ipſa

tollis

tolli;quandoquidem latæ ſunt, quo facilior gubernatio ſit ipſi Epiſcopo, dum viuit, & ita ſenſit Bal.in l.proclama,C.de epiſt.& vt Ego in Tract.meo de Cenſ.probaui,Tab.1. cap.9 §.4.ergo eo mortuo tolluntur argum. c.cum ceſſante,de appel. Quare, ſi Epiſcopus per literas, vel edicta ſuſpendat Clericos,qui ad cõgregationem caſuum cõſcientiæ non veniunt, vel qui cum armis inceſſerint;vel perſonati,eo mortuo ipſos pœnis non obligabuntur contrafacientes;tollũtur enim morte,vt dixi.

3 Atqui † quo tempore conſtitutiones Epiſcopi obligantur. Etſi in conſtitutionibus ſupremi Principis ſpatium duorum menſium ad id conſtitutum ſit à die publicationis factæ in prouincijs, vt habetur in Authent. Vt fact.nouæ Conſtit. vbi verò à Summo Pont. latæ ſunt arbitrarium tempus eſt, vt dixit Berro.in c.cognoſcentes,num.ſeptimo, de Conſtit.& Felyn.eodem num.5.verſi.Quinto limita,& Dec.nume.decimoquarto,eod. Conſtitutiones tamen ab Epiſcopo factæ, vel ab alio inferiore, vel à Ciuitate, vel Collegio ſcientes ſtatim obligant,non enim expectãdum tempus eſt,quod nihil operatur, l.aliquando.§.ſub conditione, ff. ad Senat. Conſult.Velleian. Habito autem reſpectu ad ignorantes,tempus arbitrarium eſt, ita Abb.in cit.cap.cognoſcentes, nu.ſeptimo, & Dec.num.15.& alij,quos refert,ac ſequitur Menoch.de arbitr.iud.lib.2.Cent.2.caſ. 185.num.5. vbi materiam hanc pluribus egit;ſed de ſynodo iam agamus.

De Synodo congreganda, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis ſecũda, habito reſpectu ad iuriſdictionẽ ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. XLVIII.

SVMMA.

1 *Synodus quid ſit.*
2 *Vnde dicta.*
3 *Quotuplex ſit.*
4 *Synodum ſingulis annis Epiſcopus celebrare debet.*
5 *Effectus Synodi.*

SIcut uno ſingulis annis ſynodum habere, & celebrare Epiſcopus debet, vt habet apud Triden.Synod.ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap.2.& & apud Henricum Bott.in ſuo Tract.de Synod. Epiſcop. Verum vt cognitionem hac de re eam habeamus,quæ ad nos pertinet, hæc contemplabimur. Primum quinam ſynodum congregare poſsint. Deinde quamobrem. Tertiò qui ad ſynodum venire habeant. Poſtremò quæ forma ſeruãda in ea congreganda,& in rebus agendis. Præmiſſis tamẽ prius ſynodus Diœceſana quid ſit, de hac enim agimus. Deinde vnde dicta. Tertio quotuplex ſit.

1 Quoad primum igitur † ſynodus Diœceſana, eſt ſynodus Eccleſiaſticarum perſonarum facta ab Epiſcopo ad Chriſtianam fidem in ſua Diœceſi conſeruandam, prauoſque mores eius corrigendos, ad Dei laudem,& animarum ſalutem.

Dixi ſynodus pro genere;non ſolũ enim de Diœceſana, verum etiam de Prouinciali,atque generali dicitur,& ita de pluribus ſpecie differentib.quod ꝓprium generis eſt.

Dixi reliqua pro differentijs, quamobrẽ ſeparatur,& à Concilio Prouinciali,& Generali,quæ non ſunt ſynodus Diœceſanæ,& ſeparatur etiam à Congregationibus, quæ fiunt à laicis,quæ non conſtant perſonis Eccleſiaſticis.

2 Quoad ſecundum † dicta eſt ſynodus, à verbo Græco σύνοδον, quod compoſitum,eſt ex præpoſitione, σὺν, quod Latinè ſignificat ſimul,& ὁδὸν, quod Latinè ſignificat viam, quaſi ſimul euntes: nam in vno conueniunt Eccleſiaſticæ perſonæ,& ob hanc rationem Cõgregationes huiuſmodi Cometra etiam nominantur.

3 Quoad tertium † triplex eſt ſynodus, Generalis, Prouincialis, & Diœceſana, Generalis,quæ à Summo Pontifice,eiusvè auctoritate tantum indicitur. Prouincialis, quæ ab Archiepiſcopo, Diœceſana,quæ ab Epiſcopo,ita habetur diſtinct.decimaſeptima, & ibi Gloſſ.Summ.& diſtinct. decimaoctaua,& ſic dixit Vgo Epiſcop. Famanguſt. in Tract.de Concil.cap. quotuplex ſit Concilium,communique DD. ſententia hæc eſt. His præmiſsis,quoniam de Diœceſana hic agimus, propoſita tractemus.

4 Epiſcopus igitur † ſingulis annis Diœceſanam Synodum celebrare debet,ita habetur apud Trident. Synodum, ſeſſ.vigeſimaquarta,de reform.cap.2.verſ.ſynodi quoq; Diœceſanæ quotannis celebrentur. Verum

an ſæpius in anno celebrari poſsit? Planè vbi neceſsitas id poſtulat ſentio id poſſe, vt habetur in c. de concilijs, diſtinct. octaua, ſicut è contrario ipſam intermittere aliquando, vbi res id non poſtulat; expedit tamen ſæpius ipſam non intermittere. Epiſcopus igitur congregare hanc ſynodum poteſt, ipſe, vel per alium, id quod ſancta Synodus innuit ibi dum inquit ſynodi Diœceſanæ quotannis celebrẽtur, indeterminatè enim loquitur, & non ſpeciatim mandat Epiſcopis, ſcilicet, vt ipſemet ſynodum congregẽt ergo per alios poſſunt; atque ſic ſacra Congregatio ibi interpretata eſt. Vicarius Generalis igitur, vel alius id poterit, ſpeciatim Epiſcopo id eis mandante. Edictum autem prius proponetur, quo die ſynodus habenda ſit.

5 Quoad poſtremum † effectus Congregationis huius eſt primò in ipſa Diœceſi Chriſtianæ fidei, ac Religionis conſeruatio. Secundo morum, qui deprauati ſunt correctio admonitionibus, pœniſque in contumaces propoſitis. Ex quibus apparet quamobrem ſynodus congregetur, quod ſecundò nobis explicandum propoſuimus. iam ad tertium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ad ſynodum Diœceſanam, quinam venire debeant.*

§. I.

1 §. Quoad ſecundum † autem ad diœceſanam ſynodum omnes Sacerdotes venire debeat, qui animarum curam habeant, cap. Quod ſuper his, iunct. Gloſſ. de maior. & obed. Id quod locum habet, non ſolum vbi ſæculares clerici ſunt, verum etiam vbi Monaci, & Regulares per cit. c. quod ſuper his, & facit, c. conquærente, de off. ordin. & nouiſsimè Trident. Synod. id dixit apertè ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. cap. 2. Item vel ſint exempti intereſſe debent, qui alias ceſſante exemptione intereſſe deberent; modo capitulis generalibus ſubditi non ſint. Tertiò vel exempti ſint, & capitulis generalibus ſubditi, ſi Parochiarum, aut aliarum regularium Eccleſiarum etiam curam ſæcularium habent. Quare & Vicarij perpetui accedere tenentur, necnon ad tempus dati.

Tertiò tenentur etiam Clerici ire ad ſynodum, vbi in diœceſi beneficium ſimplex habent, eſto in alia diœceſi habitẽt, ita Cõgregatio ibi, cap. ſecundo. Idq; merito; nam in ſynodo tractatur de cura etiam beneficiorum, quo caſu intereſſe, & hi debent, ita dixit Petr. A loen. in verb Clericis rego. 98. vbi alios idem tenere ait. iunct. Gloſſ. in c. quod ſuper his. de maior. & obed.

Quarto qui nullius Diœceſis ſunt, ita ſacra Congregatio ibidem. Cõtrarium tenuit Nauar. in conſ 12. de maiorit. & obed. nam ab Epiſcopo proximiori viſitari poſſunt per Trident. Synodum ſeſſ vigeſimaprima, de reformat. cap. 9, non tamen ad ſynodum vocari, vt ipſe ait. Atqui ab opinione ſacræ Cõgregationis non eſt diſcedendum, ad quam pertinet declarare huiuſmodi Concilij dubitationes.

Poſtremò qui, etſi Sacerdotes non ſunt, ſacris tamen ſunt initiati; nam de vita, & honeſtate clericorum agitur, quæ & ipſi ſequi debent, argum tot. titu. de vita, & honeſtat. cleric.

Excipiuntur tamen primo clerici, qui nec curam animarum habent, nec beneficia ſimplicia, hi enim intereſſe non coguntur, ſi in ſacris non ſint; nam in minoribus conſtituti, manu ipſorum eſt, an vellint eccleſiaſticam vitam gerere, an laicalem. Quid ſi non veniant, qui obligati ſunt cum poſsint? Cenſuris Eccleſiaſticis coerceri, alijſque pęnis affici poſſunt, ita Triden. Synod. eodem cap. 2. in fine.

Secundo excipiuntur Regulares exempti qui capitulis generalibus ſubſunt, nec Parochialium Eccleſiarum curam habent.

Tertiò excipiuntur, qui morbo detinẽtur vel alia iuſta cauſa, vtpotè quia habent ægrotos, & habent Eccleſiam baptiſmalem, & periculum eſt, ne aliquis ſine ſacramentis pereat, de his tamen fidem facere debent. Idem ſi ob aliam cauſam legitimam, vtpote ob tranſitum fluminis, vel ob inimicitias.

Poſtremò excipiuntur etiam, qui de iure impediuntur, vtpotè excommunicati notorij, atque denunciati; nam aliorum communione hi carent, cap. penul. de ſenten. excommunicat. Idem de relegatis ob pœnam Interdicti quoque præſertim, vbi Eccleſiæ aditus eis prohibitur eſt intereſſe non tenentur, ex quo diuinis intereſſe nequeunt, quæ in ſynodis fieri, & tractari ſolẽt. Suſpenſi tamen, ac depoſiti fortaſſe queunt. Sed iam de ijs, quæ in ſynodo tractari, ac fieri debent, agamus.

SVM-

S V M M A.

1 *Decreta Trid. Synodi de reſidentia legenda.*
2 *Profeſsio fidei facienda.*
3 *Examinatores creandi.*
4 *Perſonæ deſignandæ quibus cauſæ Eccleſiaſticæ committendæ.*
5 *Statuta Concilij prouincialis recitanda.*
6 *Conſtitutiones factæ publicandæ.*
7 *Vicarij foranei teſtes ſynodales, necnon punctatores creandi.*
8 *Agendum vt Chriſtiana fides, ac Religio conſeruetur, & improbati mores corrigantur.*

§. III.

1 ¶ In ſynodo autem hæc fieri debent. † Primo Decreta Tridentinæ Synod. de reſidentia legenda ſunt, quæ habentur, capit. 1. ſeſſ. 6. de reform. & ſeſſ. 23. de reforma. cap. primo. Id quod fit, quò magis memoriæ commendantur ad animarum ſalutem.

2 Secundo † Decretum, legendum eſt de profeſsione fidei, & facienda ab ijs eſt, qui ad ipſa tenentur, cuius forma habetur in Pontificali de Synodo, pag. 603.

3 Tertiò examinatores ab Epiſcopo, eiuſvè Vicario adminus ſex proponendi ſunt, qui ſynodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. ita Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 18. Probatio autem hæc, tam per vota ſecreta, quam aperta fieri poteſt ab ipſa ſynodo, ita ſacra Congregatio Triden. Synod. interpres reſpondit Patriarchæ Venetiarum, die 11. Iulij 1592. vt refert Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Synodus Diœceſana, pag. 467.

4 Quartò † vt habetur apud Trid. Syno. ſeſſ. 25. de reformat. capit. 10. ſaltem quatuor, aut etiam plures, ac probatæ perſonæ, & his qualitatibus affectæ, de quibus in c. ſtatutum, de reſcript. lib. 6. Quibus præter ordinarios locorum cauſæ Eccleſiaſticæ, atque ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes in partibus delegandæ committantur, vel à quolibet Legato, vel Nuntio, atque etiam à Sede Apoſtolica, quam deſignationem factam Epiſcopus ad Romanũ Põtificem mittet; nam & delegationes alijs deinceps factæ alijs ſubreptitiæ cenſentur. Item ſi mori ex deſignatis aliquis contigerit Epiſcopus cum Conſilio Capituli alium in eius locum ſubſtituet; non tamẽ cõſiliũ Capituli ſequi tenetur, ita ſacra Congregat. ibi. ſi itidem ex prædictis aliquem diutius abeſſe contigerit, tantũdem faciendum eſt, ſcilicet alter in eius locum ſubſtituendus.

5 Quinto † ſi ſtatuta Cõcilij Prouincialis adſint recitari etiam debent, c. ſicut olim, de accuſat.

6 Sextò Decreta † ſeu conſtitutiones factę ab Epiſcopo publicandæ ſunt, de quibus ſupra.

7 Septimò † conſtitui etiam ſolent Vicarij foranei teſtes ſynodales, necnon puntatores, c. Epiſcopus in ſynodus, 35. quæſtione ſexta.

8 His peractis † quæ ad Religionem tuendam, necnon augendam, quęque ad mores deprauatos corrigendos pertinent, agi debent, quo vnus quisque in officio contineatur. Quæ autem ſingulorũ officia ſint ſupra poſuimus. Quare Epiſcopus clerum interrogabit, ac monebit, vt ſi quid à Chriſtiana religione in ſuis Parochijs alienum ſit, & à Chriſtianis honeſtisque moribus. vt in medium afferant, quo vtrique proſpiciatur. & hæc vt eſt præcipua materia, circa quam in ſynodo verſari in primis Epiſcopus debet.

Eſſet agendum poſtremo de modo, ac forma, quæ adhibetur ad ſynodum faciendam; ſed quoniam apertiſsime habetur in Pontificali, vbi de ſynodo agitur, pag. 595. ob eam rem, quæ huc pertinent, illuc ſumm antur. Vnum addimus, ſtatuta ſynodalia, antequam publicentur, ad Vrbem mittenda non eſſe, vt Prouincialia; ſic enim Sacra Congregatio Concilij interpres reſcripſit Epiſcopo Hoſtienſi, vt refert Steph. Quaran. in verb. Diœceſana in Summ. Bullar. pag. 468. Sed de Synodo hactenus, iam de viſitatione Diœceſis agamus.

De Viſitatione Diœceſis, materia ex qua poteſtatis Epiſcopalis tertia, habito reſpectu ad iuriſdictionẽ ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. XLIX.

S V M M A.

1 *Viſitare Diœceſim Epiſcopus ſingulis annis debet, quæ regula quouſque pateat declaratur.*
2 *Viſitare vbi alij inferiores poſſunt, quid agere debeant.*
3 *Viſitare poteſt Epiſcopus toties, quoties opus eſt.*

4 *Intra*

Digitized by Google

4 *Intra triennium perfici viſitatio debet.*
5 *Viſitare per alios Epiſcopus poteſt.*

1 TERTIO † Epiſcopus viſitare ſuam Diœceſim habet, c. decernimus cum duob. ſequent. 11. quæſt. 1. vbi ex parte habentur, quæ io viſitatione fieri debeant, & cap. 1. §. fin. & c. 2. cum ſequ. de cenſ. lib. 6. & noniſsimè apud Tridentinã Synodum, ſeſſ. vigeſimaquarta, de refotma. cap. 3. Verum quò res hæc dilucidior reddatur hæc videbimus. Primo de Epiſcopo viſitarore, Secundo de cauſa, & effectu viſitationis. Tertio de ijs, qui viſitari debenr. Quarto de modo, ſeu fotma adhibenda ad viſitationem.

Quoad primum igitur viſitare ſuam Diœceſim ſingulis annis Epiſcopus debet iurib. ſupra citatis, & c. 6. de conſecr. in antiq. Etenim viſitatio eſt de iuribus Epiſcoporum, vt dicitur io c. conquerente, de oſt. ordin. Ergo meritò ad ipſam viſitatio pertinet.

Hoc autem locum habet, vel alij ioferiores diœceſim viſitandi ius habeant, vt Archidiaconi, Diaconi, & alij Inferiores, vel Capitulum; nam eſto prædicti viſitent, noo tamen prohibetur, quominus Epiſcopus viſitare, & ipſe poſsit, vt habetur apud Trid. Synod. eodem cap. 3.

2 Immo † vbi inferiores viſitare volũt, debent aſſumpto Notario de cooſenſu Epiſcopi viſitare, etſi Capitulum ius viſitandi haber. Viſitarores ab eo electi ab Epiſcopo probari debẽt, & facta viſitatione intra mẽſem ad rationem reddendam viſitationis, & ad depoſitiones teſtium, atque integra acta eidem Epiſcopo exhibenda tenentur, non obſtante quaſcnnque conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptiouibus, & priuilegijs quibuſcunque, vt dicitur in cit. c. 3.

3 Secundo † viſitare poteſt nõ ſolum ſemel in ſingulos aonos, verum etiam ſæpius, & qoorieſcunque opus fuerit, c. mandamus, & ibi Gloſſ. de off. Archid. & facit c. viſitandi, & c. non ſemel, 18. quæſt. ſecunda, & ibi Gl. quoque, & cap. ſi Epiſcopus, & ibi Gloſſ. prima, de off. otdin. lib. 6. eſto pro regula habeamus, ſemel in ſingulos annos viſitationem faciendam eſſe, cit. cap decernimus, & cap. Epiſcopum, 11. quæſt prima, & Triden. Synod. eodem cap. 3. Intermitti tamen poteſt, vbi neceſsitas id non poſtulat; ſicut è cõtrario ſæpè, vt diximus neceſsitate exiſtente fieri valet.

4 Tertiò † ſi intra aonum totam diœceſim viſitare non poteſt intra triennium perficere ipſam debet per ſe, vel viſitatores ſuos, vt dixit Trid. eod. cap. 3.

5 Poſtremò † viſitare Epiſcopus poteſt nõ ſolum per ſe, verum etiam ſi legitime impediatur per ſuum Vicarium Generalem, aut alium Viſitatorem, per cit. c. 3. Sed iam de effectu viſitatioois agamus.

SVMMA.

1 *Effectus viſitationis eſt orthodoxæ fidei auctio, & conſeruatio.*
2 *Vitiorum ſublatio.*
3 *Virtutum, quæ ad Chriſtianos pertinent, introductio.*
4 *Chriſtiani tam laici, quam Eccleſiaſtici, vt in officium ſint effectio.*
5 *Viſitans Epiſcopus quam iuriſdictionem habeat.*

§ I.

1 EFfectus † autem viſitationis eſt Chriſtianæ fidei conſeruatio, atque auctio.
2 Item † vitiorum expulſio. Tertio † virtutum
3 quæ ad Chriſtianos pertinenr introductio.
4 Poſtremò † vt Chriſtiani (in his, quæ Chriſtianam pietatem, & religionem pertinent) in officio permaneant ſtudium, atqoe operatio vt colligitur, ex ijs, quæ ad qnodcunq; genus hominum ſpectare ſupra vidimus, etiam ex cap. primo, §. ſanè, de cenſ. libro 6. & cap. procoratores, eodem in antiqu. & ex Triden. Synod. eodem cap. 3. innct. capit. 2. apud candem ſynodum, de refotmar. ſeſſ. 5. ibi, Docenda eſt, Hæc antem conſequentur præter ea, quæ diximus, ſi Epiſcopus viſitãs cõcionem ad populum, & Clerum habeat, hortando eos ad pietatem Chriſtianam collendam, ad virtutes ſectandas, ad vitia tollenda ponendo ob oculos Sanctis, atq; pijs viris æternam vitam in cœlis paratam eſſe; conſceleratis autem, ac perditis hominibus apud inferos æternos cruciatus propoſitos. Hinc Caiet. in Summ. in verb. Epiſcoporum peccata, ait Epiſcopum peccare, qui in viſitatione non prædicat; nam & hoc eis præcipitur in cit. §. ſanè, & in ipſa viſitatione etiã
5 † tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatns poteſt moderari puniri, ex equi & alia, de quibns apnd Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 2. vbi ſic inquit. Epiſcopi, vt aptius, quem regunt populum, poſsint in officio atque obediẽtia continere, in omnibus ijs, quæ ad viſitationem, ac morũ correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, ius & poteſtatem habeant, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati ea ordinandi, mo-

deran-

derandi, puniendi, & exequendi, iuxta Canonum ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum emendatione, ac diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur. nec in his, vbi de viſitatione aut morum correctione agitur exceptio, aut nulla inhibitio, appellatio, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita executionem eorũ, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, atq. ſuſpendat. Hec ſancta Synodus, ex quibus propoſita, & alia multa habentur, quæ Epiſcopi in viſitatione ob oculos habere, & exequi debent, ac poſſunt. Sed iam de effectibus per accidens agamus.

S V M M A.

1 *Pœna illatio effectus per accidens eſt viſitationis.*
2 *Sumptuum præſtatio itidem ipſi viſitanti.*
3 *Sumptus moderati eſſe debent, qui fiunt in viſitatione.*
4 *Viſitanti potest dari pecunia pro ſumptibus.*
5 *Viſitans præter ſumptus nihil recipere poteſt.*

§. 11.

S Poſtremò effectus per accidens viſitationis hi ſunt: † Primum pœnæ illatio cõ-
1 tra contumaces, quas Epiſcopus habito reſpectu ad qualitatem delicti, & contumaciæ inferet; contra enim delinquentes procedere poteſt, vt habetur in c. 1. §. ſane huiuſmodi, de cenſ. lib. 6. & ibi Glo. ac DD.

2 Secundò † ſumptuum præſtatio; debẽtur enim viſitanti, vt habetur eodem c. 1 §. procurationes cum ſimil. cit. ibi à Glo. in verb. Canonibus.

3 Moderatis † tamen ſumptibus contentus eſſe debet, cum exemplo Apoſtoli, qui ſuis manibus ſibi, ſuisque victum parabat, cap. cum Apoſtolus, de cenſ. & c. cognouimus, & c. cauendum, decima quæſt. 3. & c. procurationes eodem, de cenſ. & extrauag. Vas electionis, eodem. Tum ne breuis hora viſitationis victum longi temporis conſumat. vt dicitur in cit. c. cum Apoſtolus, & c. cum inſtantia, § ſane, in antiq. & c. 1. §. procurationes ibi expenſas tamen recipiant moderatas, & c. felicis ibi. Pro ſumptibus moderatis, de cenſ. lib. 6. & Clem. 2. verſ. Ipſis etiam recipiendis, eodem Moderatos igitur ſumptus viſitanti facere debent, primum habito reſpectu ad ipſum viſitantem, ſecũdo ad eos, quos ſecum viſitans duxit. Tertio quoad equos, & huiuſmodi.

Quoad ipſum viſitantem ratio habebitur quantitatis, & qualitatis ſumptuum; reſpectu habito ad quantitatem, vt tanti ſint, vnde commodè, & honeſtè viſitans ſe ſubſtentet. Habito reſpectu ad qualitatem, ita varij, & conditi, vt perſonæ dignitas poſtulat, ad ſummum, nec ſtrictiori nimium, nec profuſior eſſe debet, qui ſumptus præſtat; etenim in alimentis præſtandis ratio perſonæ habetur, vt dixit Gloſſ. in l. idemque, §. idem labeo, ff. mandat. & Bart. in l. ſi ſecus, de alimen. legat. & Bertach. de Epiſc. par. 2. lib. 4. num. 14. Epiſcopus ergo grauis in hoc clericis eſſe non debet, argumen. cap. illud, 10. quæſt. 3.

Quoad ſumptus eorum, quos ſecum viſi-
4 tator ducit eadem ratio habebitur, † & quæ diximus de ſumptibus, eadem aſſeruimus ſi pecunia pro ipſis detur, poſſunt enim viſitati, & pecuniam dare loco ſumptuum viſitanti, c. 3. de cenſ. lib 6. & ibi DD. not. Hinc Gemin. eodem cap. 3. inquit ſi clericus pactum faceret de ſoluenda pecunia, ſucceſſorem eo non obligari, & ſeq. Felyn. in c. ex officij, numero 6. verſ. Aut viſitas, de præſcript. Immo nec conſuetudine indui poteſt, vt aſſeruit id pluribus Felyn. ìbidem, & alij ab eo. cit. numero ſeptimo, verſic. limita. Quare qui hoc anno pecuniã dedit, altero poterit ſumptus præſtare, ita Ioan. Andr. in c. filius, de cenſ. lib. 6. Non autem ſecum ducet plures, quam neceſſarij ſint, quominus grauior ſit viſitatis. Id quod in arbitrio viſitantis collocatũ eſt, cum id iure cautum non ſit, ita Mar. Soc. ſenior. in tract. de viſit. num. 21. & Menoch. de arbit. iud. libro ſecundo, Cent. 5. caſ. 424. Non etiam qui ſcandalum præſtare poſsint ſed viros graues, ac Deum timẽtes, qui ipſi preſto ſint, dum viſitat, vt Vicariũ duos Canonicos, Notarium, & huiuſmodi, necnon duos famulos, qui equorum curam habeant.

Habito reſpectu ad equos, quos ſecũ ducit, tot ſecum ducet, quot erunt neceſſarij, quò appareat ipſum quærere, quæ Dei ſunt, non autem quæ ſua; Huiuſmodi autem equi alẽtur, ita vt ſuum munus præſtare poſsint, ad pabulum præſtandum ipſis viſitati tenentur, non autem ad victuras ſoluendas pro equis, neque feraturas, minus, non ergo ad alendos canes, & Accipitres ſi ducantur, tenebuntur, quod fieri non debet, vt habetur in Clem. 2. verſ. ipſis etiam in recipiendis, præſertim quod Clericis hæc prohibita ſunt, & multo magis Epiſcopus vt ſuo loco pro-

probauimus; etenim & malè audiunt apud homines, qui vident bonis Eccleſiæ, quibus pauperes ſubſtentandi ſunt, canes, & accipitres ali.

5 His exceptis † ſomptibus, nihil prætereà accipere Epiſcopus debet. Quare Trident. Synod. ſeſſ. 24. de reform. cap. 3. his verbis Prælatos admonuit. Interimque caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſivè ſint; nevè ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam, pronunciationis cauſa pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur aut alio quouis nomine; nec pecuniam, nec munus quodcunque ſit, etiam qualitercunque offeratur accipiantur, nõ obſtantib. &c. Hæc ibi ſancta Synodus, ex quibus propoſita habentur; eſſo deduci nõ debeant impenſæ quas domi feciſſent. ita Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 3. capit. 42. q. 5. Sed de his hactenus ad alia transeamus.

S V M M A.

1 *Sumptibus exceptis Epiſcopus viſitans accipere nihil prætereà poteſt, neque hi, quos ſecum duxit.*

2 *Pœna, qua afficitur Epiſcopus viſitans, ſi vltra ſumptus iam prædictos aliquid accipiat.*

§. III.

1 Vltra prædictos ſumptus † nihil prætereà Epiſcopus accipere poteſt à clericis, nec qui cum eo ſint, non occaſione alicuius officij, vel pro ſcripturis, vel pro ſigillo, vt dixit Gloſſ. in c. 1. §. procuratores, de cenſ. libro 6. Quare nec pro decretis factis quidquam recipiet. Excipitur tamen, vbi non eſt de familia viſitantis ſcriptor, ſeu notarius, nec ſalarium habet ex publico, nec ſtatuto, conſuetudinevè id prohibetur, tunc enim licitè id accipiet; dignus enim eſt mercenarius mercede ſua, atque ſic reſpondit Nau. in conſ. primo, de cenſ. & de communi ſent. teſtatur Prax. Archiepiſ. Neap. cap. 20. eſto dubitet ob Concil. Trident. Ego tamen vidi quicquam accipi.

Non etiam muneris nomine quicquã accipere poteſt, cuiuſcunque rei. & cuiuſcunq; rei. & cuiuſcunque qualitatis, & quacunque ratione offeratur, c. 1. §. Procurationes, de cenſ. lib. 6. Non etiam eſculenta, & alia, quo domum deferat. Ita Ioan. Andr. & Domin. in cit. §. procurationes. Non quod ſupereſt ſecum ferret Clem. 2. in fine, & ibi Gloſſ. de cenſ. Quare ſi viſitatus pecuniam præſtet, quo naturam victualium ſubit, quæ ſupereſt reſtituere, argum. l. eum qui. §. iniuriarum, ff. ſi quis caut. Nam & Nuntius, cui pecunia pro ſumptibus vnius menſis data eſt, ad reſtituẽdum, quod ſupereſt obligatur, ſi quod prius negotium ſibi commiſſum expediuit, pecuniam totam nõ impendit, vt dixit Dyn. in l. Lucius, ff. de legat. 2. ſicut & teſtis, ſi non totum impendit, quod pro ſuis laboribus ac ſumptibus datum fuit, ita DD. communiter tenent in l. quoties, ff. de teſt. Non etiã poſt, recipere quidquam debet, alioquin fraus Canoni fieret contra, cap. cum quid, de reg. iur. lib. 6. & ita habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 22. de reform. cap. 3. verſic. Interimque caueant, quæ verba ſupra in antecedenti, §. poſuimus.

2 Atqui † contra faciens an puniatur? vtpotè recipiat munera ratione alicuius officij in caſibus non conceſsis, vel non viſitans recipiat procurationem? Planè ſic; Nã primo peccat mortiferè; ſecundo eo peccato abſolui non poteſt, niſi duplum reſtituat, vt dicitur eodem §. procurationes, & in c. 2. eodem libro 6. quod duplum reſtituere Eccleſię debet, a qua accepit, idq; intra menſem, vt ibi dicitur. Contrariam tamen in hoc ſentit Nauar. in conſil. ſecundo, de cenſ. vt ſcilicet in foro conſcientiæ ad duplum non teneatur, per Gloſſ. in c. fraternitas, duodecima quæſtione ſecunda. Atqui à priori ſententia diſcedendum non cenſeo, nam cit. Gloſ. locum habet, vbi ſpeciatim cautum non eſt, ne abſoluatur à peccato, vt hic, vid. cit. c. exigit, quoniam opinio Nauar. nullo modo mihi placet.

Tertio ſi intra menſem nõ ſoluerit elapſo menſe, Epiſcopus, eiusvè ſuperiores ingreſſum in Eccleſia interdictum habent, vt ibid. dicitur, & Gloſſ. ibi, in verb. ex tunc. Quid autem operetur hoc interdictum declarauit Gloſſ. ibi. & Ego in Tract. meo de Cenſ. Tab. quarta. Inferiores qui de familia viſitantis ſunt, ab officio, & beneficio ſuſpẽſi ſunt quouſque duplum omnino reſtituerent. Quid autem operetur ſuſpenſio hæc declaraui in Tract. meo de Cenſ. Tab. quarta. Poſtremo remitti delictum ab eo non poteſt, qui læſit, vel gratia, vel liberalitate, vt dicitur ibi, & not. Gloſſ. Sed iam ad alia transeamus.

SVMMA.

1 *Epiſcopus viſitans diœceſim, alius vè ſumptibus eorum, qui viſitantur ali debent, qua regula quouſque pateat, declaratur.*
2 *Viſitati ad ſumptus præſtandos teneantur.*
3 *Viſitanti quinam præſtare alimenta non teneantur.*

§. IV.

1 §. † Epiſcopus autem diœceſim viſitans, ſeu alius eius nomine ſumptibus eorũ, qui viſitantur ali debent, vt habetur in c. cõquerente, verſ. Viſitationem quoque annuã, de off. ordin. & cap. cum Apoſtolus, & c. ſopite, & c. cum nuper, de cenſ. in antiq. & ſupra id probauimus. Idque meritò dignus enim eſt mercenarius mercede ſua, & qui Altari ſeruit de Altare viuere debet, c. de multa, de præbend. & nemo ſuis ſtipendijs cogitur militari.

2 Ad hos ſumptus autem præſtandos † non ſolum tenentur Eccleſiæ ſæculares, verum etiam, & Monaſteria vbi viſitantur, cit. c. ſopitæ, & c. conquerente, & c. 1. §. 1. de cenſ. libro 6.

Secundo tenẽtur etiam Moniales ob eandem rationem.

Tertio tentur hoſpitalia, & ſocietates pię vbi viſitantur; eadem enim ratio in omnib. his eſt, ergo eadem diſpoſitio iuris eſſe debet, l. illud, ff. ad leg. Aquil. & c. cum dilecta, de confir. vtil. vel inutil. & ita habetur eod. c. 1. §. 1. verſicu. Et quia pia loca, de cenſ. lib. ſexto: Nam Gloſſ. ibi interpretans pia loca, quænam ſint, inquit hoſpitalia Xenodochia, & huiuſmodi. Hi ergo viſitati ſumptus ſubminiſtrare debent. Magis communiter tamẽ receptum teſtatur Epiſcopus Mont. Mar. in Man. Paſtor. cap. 35. nume. 9. & in Prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. decimoſeptimo, numero ſecundo, vt hoſpitalia non teneantur, & ita Cardin. & Imol. in Clem. quia contigit, de relig. domib. ſecus de alijs pijs locis ab eiſdem concluditur.

Quarto tenentur Oratoria auctoritate Epiſcopi erecta, c. placuit, & c. Epiſcopum, 10. quæſt. 1.

Quintò ſi denegentur ſumptus cõtra ius, per cenſuram Eccleſiaſticã ad eos præſtandos cogi poſſunt, c. venerabili, eodem, & ibi Imol. in Clem. 2. de cenſ. & Addit. ad illam vidend.

Sextò tenentur Capellæ in Eccleſia ſitæ; ita Azor. Inſt. Mor. p. 2. lib. 3. cap. 42. q. 3.

3 Excipiuntur tamen † vt ad hos ſumptus non teneantur, qui viſitati non ſunt; Quare cum ſuperioribus annis Vicarius quidam foraneus viſitatus cum quibuſdam alijs clericis vellet me conferre ad ſumptus factos, nequaquam volui quidquam cõferre; & hoc ob hanc rationem, quoniam non fueram viſitatus, & ſic onus graue ſuper me ab ipſis impoſitum in ipſos redundauit.

Secundo excipiuntur laici; non enim ipſi ipſi ad procurationem hanc tenentur eſto ipſi quoque viſitentur; nam ſic inquit Gloſſ. in c. 1. in verb. Laicos, de cenſ. lib. 6. quæ, & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur.

Tertiò excipiũtur, qui aut conſuetudine, aut præſcriptione muniuntur, quominus ſumptus præſtent; hi enim ipſos non præſtabunt; vt enim nouiſsimè Triden. Synod. ſanciuit, ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 3. In his enim locis (dicitur ibi) ſeu prouincijs, vbi cõſuetudo eſt, vt nec vectualia, nec pecunia, nec quiuquam aliud à viſitatorib. accipiatur; ſed omnia gratis fiant, id ibi obſeruetur. Hæc ſancta Synodus eſto contrarium cautum eſſet in c. cum inſtantia, de cẽſ. & c. cum ex officij, de præſcrip. vbi præſcribi procurationem non poſſe cautum eſt, à Tridentina Synodo igitur non diſcedemus.

Quartò excipitur vbi ſpeciale priuilegiũ à Sede Apoſtolica quis haberet, ne præſtare teneretur; hic enim quoque liber erit, vt dicitur in cit. c. cum inſtantia.

Quintò excipitur quoad plures procurationes; nam vnum tãtum habere Epiſcopus poteſt in ſingulos dies eſto plura loca viſitet eodemque die, ita habetur in c. Felicis, verſic. Adijcientes, de cenſ. lib. 6. & Gloſ. in Clemen. 2. in verb. vna die, de cenſ. Idque locũ habet, vel locus integram procurationẽ ſoluere poſſet. Quare ſi viſitet vno die tres, vel quatuor Eccleſijs recipiet. atque ſic not. Gl. ibi in verb. perſoluendum.

Sexto excipitur vbi per alios Epiſcopus viſitat; nam ipſe procurationem habere nõ poteſt; ſed his, qui viſitat, ita habetur in c. Epiſcopus, & ibi Gloſſ. in verb. Viſitanti, de off. ord. li. 6. Immo nec id, quod plus impenſum eſſet, ſi ipſe viſitaſſet habere poterit, ita habetur in Addit. ad c. ſi Epiſcopus, & facit. l. ſi quis alicui, §. impendia, ff. mandat.

Septimo excipiuntur Eccleſiæ Ciuitatis, & vbi demum Epiſcopus redire poteſt, ita Epiſcopus Mon. Mar. ibi in cit. q. 35. num. 9. & ſi de iure à quouis poteſt per c. cum venerabilis, de cenſ. & ibi Abb. ac DD. not. in re noſtra, quamuis opinionem Montis Maran. ſeruari audiui, & ita Prax. Archiep. Neapol.

cap decimonono. Sed iam qui viſitari poſſint vide aınus.

S V M M A.

1 *Viſitari laici debent.*
2 *Viſitari debent perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſæculares.*
3 *Vniuerſitates tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares.*
4 *Monaſteria aliqua Regularium.*
5 *Moniales.*
6 *Infideles.*
7 *Hoſpitalia.*
8 *Montes Pietatis.*
9 *Loca pia omnia.*

§. V.

§ Quoad eos autem, qui viſitandi ſunt, ideſt, quinam ab Epiſcopo viſitari debeant, etſi ex iam dictis haberi hoc poteſt, paucis tamen rem hanc abſolnemns.

1 Primum igitur † laici viſitari debent, ac poſſunt in ijs, de quibus ſupra ſuo loco egimus.

2 Secundo perſonæ Eccleſiaſt. ſæculares; in omnibus enim Epiſcopis regulariter ſubiecti ſunt, c. decernimus, & c. at ſi clerici, de iudic. & c. 1. & 2. de for. compe. cum ſimil. Quare viſitari corrigi, & puniri poſſunt, vbi delinquunt, non obſtante quocunque priuilegio, vt ſancioit Trident. Synod. ſeſſ. 6. de refor. c. 3. de quibus ſupra.

3 Tertiò † vniuerſitates, & primo Confraternitates, de quibus etiam ſupra per capitulo 8. ſeſſ. vigeſimaſecunda, de reformatio. Trid. Synod. vel ſint in Eccleſijs regularium, ita ſacra Congreg. ſæpius cenſuit, vt refert Prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 21. per c. 8. ſeſſ. 21. de reform. apud Trid. Synod. Itẽ Capitula Cathedralium Eccleſiarum, & aliarũ maiorum Eccleſiarum, vt habetur in cap. 4. de reformat. ſeſſ. 6. apud Trid. Synod. & capit. 6 ſeſſ. 25. de reformat. vbi etiam forma quædam datur agendi de ipſorum cauſis; & id poteſt Epiſcopus non obſtante priuilegio, conſuetudine, ſententijs, vel iuramentis.

4 Quartò † regulares, & Monaſteria in ijs etiam, de quib. ſupra ſuo loco probauimus. Id quod locum habet in Monaſterijs, quæ Generalibus Capitulis, vel Epiſcopis ſubiectæ non ſunt; nec habent ordinarios regulares viſitatores. Sed immediatè ſub Sede Apoſtolica ſunt, ſi non ſeruetur diſpoſitio Trident. Synodi, cap. 8. de regul. ſeſſ. vigeſimaquinta. Item locum habet, vbi Monaſteria commendata Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ, in quibus non viget regularis obſeruantia, necnon beneficia tam curata, quam non curata ſæcularia, & regularia, qualitercunque commendata, viſitari etenim debẽt ac poſſunt ab Epiſcopo, vti Apoſtolicæ Sedis delegato, ita Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaprima, de reformat. cap. 8. Poſtremò viſitari poſſunt, vbi in prædictis Monaſterijs viget regularis obſeruantia, ſi admoniti ab Epiſcopo ſuperiores eorum, vt iuxta eorum regularium inſtituta debitam rationem viuendi obſeruent, & obſeruare faciant, intra ſex menſes eos non viſitauerint. Tunc enim Epiſcopus vti delegatus eos viſitare poteſt. Excipiuntur tamen Monaſteria etiam commendata, quæ ſunt ſubiecta Abbatibus, qui ſunt ordinum capita; hæc enim viſitare Epiſcopus non poteſt, ita Triden. Synod. eadem ſeſſ. vigeſimaquinta, de regul. cap. 20.

5 Quintò Moniales ipſi Epiſcopo ſubiectę. Idem ſi Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectæ ſint viſitari enim poſſunt ab Epiſcopo vti delegato, vt habetur apud Trident. Synod. cap. 9. ſeſſ. vigeſimaquinta, de regul. Poſtremò, vt quæ ſub cura regularium ſunt, quoad clauſuram, de qua eadem ſeſſ. de regul. capit. quinto, & in alijs, de quibus ſupra ſuo loco.

6 Sexto † Infideles in ijs de quibus ſupra ſuo loco.

7 Septimò † hoſpitalia, ita Triden. Synod. cap. 8. ſeſſ. vigeſimaſecunda, de reformat. Id quod locum habet, vel ſub cura laicorum ſint, etiam ſi priuata ſint, mortuo eo, qui illa conſtruxit, ita Prax. Archiepiſco. capit. 17. Item vel exempta, non obſtante ſtatuto conſuetudine immemorabili, à priuilegio. Idem habetur in cap. 15. ſeſſ. ſeptima, de reformat. Triden. Synod. In ijs tamen viſitantur, de quibus ſupra ſuo loco, & ad ſuſtentionem Seminarij, etiam obligata ſunt, iux. diſpoſitionem Triden. Syno. cap. 18. ſeſſ. 23. de reform.

8 Octauo † Montes etiam Pietatis, vel cura ad laicos pertineat, vel exempti ſint, vt habetur apud Triden. Synod. cap. 8. ſeſſ. 23. de reform.

9 Nono † loca etiam pia omnia, vt Eccleſiæ, Capellæ, ſacella de quibus in cit. cap. 8. ſeſſ. 22. Immo Eccleſiæ ſæculares, quæque in nullius dioeceſi ſunt ab Epiſcopo proximiori, ſi id conſtet; alioquin ab eo, qui ſemel in Concilio prouinciali à prælato loci illius electus eſt vti delegati Apoſtolicæ Sedis viſitandæ ſunt per Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquar-

maquarta, de reform. cap. 9. Poſtremò quæ à laicis ſacella ædificantur in vijs viſitãtur, & ne immagines corrumpantur deformenturvè, alia vè ratione polluantur, vt clauſa ſint Epiſcopus operã dabit, alioquin demoliantur. Hæc igitur ſunt, quæ ab Epiſcopo viſitari debent præter ea, de quibus ſupra in diuerſis locis egimus. In viſitatione autẽ locorum piorum, quæ inſpicienda ſint ſup. poſuimus. Sed iam ad formam viſitationis tranſeamus.

S V M M A.

1 *Forma viſitationis, quanam ſit.*

2 *Viſitatio vnde initium ſumat habito reſpectu ad locum.*

3 *Viſitatio vnde initium ſumat habito reſpectu ad viſitanda.*

4 *Viſitandi modus quinam ſit.*

5 *Viſitans clericos, qua ratione erga eos Epiſcopus ſe habere debeat.*

6 *Viſitans Epiſcopus ſi non recipiatur, quid facere habeat.*

§. VI.

1 §. Poſtremò de forma viſitandi agendum eſt, † quam (commiſſa ea, quæ in Pontificali Romano habetur) tribus modis contemplari poſſumus. Primo habito reſpectu ad locum, vnde initium ſumere habeat. Secundo habito reſpectu ad ea, quæ viſitanda ſunt. Tertio habito reſpectu ad modum agendi.

2 Quoad primum igitur † initium viſitationis ſumi debet ab Eccleſia Cathedrali, & alijs Eccleſijs, quę ſunt in Ciuitate. Cũ enim Cathedralis Eccleſia alijs præſit, meritò exẽplo alijs eſſe debet, ita ſentit Triden. Synod. ſeſſ. ſeptima, de reformat. c. 1. quæ quoad reſidentiam initium ſumpſit à Præſidentibus Eccleſiarum maiorum, & facit c. 1. de cenſ. lib. 6. Deinde Eccleſias, quæ extra Ciuitatẽ, & idcirco prius Ciuitatem viſitabit; deinde alias partes diœceſis.

3 Quoad ſecũdum † habito reſpectu ad ea, quæ viſitanda ſunt. Prima ſacramenta, & idcirco ſanctiſsimum Euchariſtiam. Deinde Sacramentalia, & idcirco fontem Baptiſmatis, atque ſacra Olea, atque Chriſma. Tertio annexa ipſis ſpiritualibus, & eccleſia, & bona eccleſiaſtica. Poſtremò miniſtros eccleſiarum, necnon alia de quibus ſupra actum eſt, vt habetur in eod. c. 1. §. ſanè, de cenſ. & in Pontificali eod.

4 Quoad tertium † ſcilicet modum agendi ſeruabit diſpoſitionem, cit. c. ſanè, ſub pœna excommunicationis etiam mandare debet, vt denuntientur, quę ſunt corrigenda, vt delicta publica ſuperſtiones, concubinatus, vſuræ, & huiuſmodi, non tamen occulta peccata, modo in perniciem publicam non redundent, tunc enim denuncianda ſunt, cuiuſmodi ſunt quæ hæreſim continent, & idcirco hæretici, lamiæ, & huiuſmodi; hi enim denunciandi ſunt, vel occulti ſint, ita dixit Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. ſeptimo, & ibi Caiet. & alij. Idem Epiſc. Mont. Mar. in Man. Paſtor. cap. trigeſimoquarto, nume. 9. Poſſunt etiam denuntiari quælibet delicta occulta Epiſcopo, ſi denuntientur tanquam patri, & perſonæ, quæ poſſunt prodeſſe, & nõ obeſſe, ita Sylueſtr. in verb. Familia, & Sot. de ration. tegend. membr. ſecundo, quæſt. 2. & alij, quos refert, & ſequitur idem Epiſcopus, eod. num. 9.

5 Non debet tamen † Epiſcopus clericos, præſentibus laicis reprehendere; nam præterquam quod ipſis laici infeſti ſunt, c. vt iuxta, vbi Gloſſ. de off. ordin. & c. clericos, de immunita. eccleſ. lib. 6. vbi Parochi ſunt, hac ratione odio ipſos proſequuntur, ſi conentur eos à vitijs auocare, fidem non adhibebunt; minuſque eos obſeruabunt. Secretò igitur eos admonebit, atque ſic dixit. Idem Epiſcop Mont. Mar. eodem cap. numero 6. Quare Epiſcopus edictum proponere non poteſt, vt denuntient delicta clericorum, vel aliorum Rectorum; nec contra eos agere ob literas ei oblatas, per c. inquiſitionis, §. tertiæ, de accu. ſed ſecretò perſonis fide dignis eorum vitam, ac mores inueſtigare debet, ita Speculat. de inquiſit. §. quando & hoc de viſit. libro 10. quæſt. prima, & idem Epiſcopus eodem cap. num. 6. & quoniam non facto proceſſu procedit, & per inquiſitionem, ob eam rem mitiorem pœnam imponet, ita Abb. in c. qualiter, & quando, de accuſ. ſeruata tamen forma cit. §. ſanè, c. 1. de cenſ. libro 6. Hinc clerico pœna ſolennis imponi non debet, c. confirmandum, & c. illud. diſtinct. 50.

6 Atqui ſi non recipiatur ab ijs, quos viſitat, quid faciendum? In hac quæſtione breuiter concludimus, ſi in quaſi poſſeſsione viſitandi eſt, excommunicare ipſos poſſe, ſine alia monitione, & ſcriptura; quandoquidem non vt Iudex, ſed vt pars, & ſuperior poteſt, ſuam iuriſdictionem tueri quacũque ratione, c. cum dilecto, de ſent. excommun. lib. 6. & ita Socin. in c. Sacro, num. 366. de ſentent. excommu. in antiq & ego in Tract. de Cenſ. Tab. 1. cap. 18. numero ſecundo, & Prax. Archiepiſc.

chepiſcop.Neapol.cap. 18. vbi dicitur non tenetur recipere exemptionem, appellationem: ex quo vt pars, & non vt iudex procedit. Excipitur, vbi in poſſeſsione non eſſent viſitandi; tunc enim ſecus.

Verum ſi Cenſuræ non operātur, an frangere hoſtiū Monaſterij vel Eccleſiæ poteſt? Planè ſic; nam ita id aſſerit pluribus Abb. in c.1.de immunita. Eccleſ. vbi quæſtionem hanc diſputauit. Et ſequitur Fuſch. de viſit. Eccleſ. libro ſecundo, cap. 19. Et iure igitur, & facto ſuam iuriſdictionem tuebitur. Imò non recipientes tanquam iuriſdictionem eccleſiaſt. impedientes in excommunicationē Bullæ Cenæ Domini incidunt, quam poſui in Tract. meo de Bulla in Cęna Domini, par te 2.cap.16. Sed de viſitatione hactenus, ad Beneficia Eccleſiaſtica tranſeamus.

De beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quarta, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. L.

SVMMA.

1 *Beneficiorum ſpecies quot ſint.*
2 *Dignitas quæ dicatur.*

QVARTO habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori exterioris, Epiſcopus conferre habet beneficia vacantia ſuæ diœceſis. Verum quo dilucidior reddatur, quoad rem noſtram pertinet præmittenda hæc ſunt. Primum quod ſpecies beneficiorum ſint. Secundo quod modis vacent. Tertio quæ ad collationem Epiſcopi pertineant. Poſtremo quiper conferantur.

1 Quoad primum igitur † beneficia Eccleſiaſtica duplicis generis ſunt, partim, quæ curam animarum habent, partim quæ non habent. Beneficia curam animarum habentia ſubdiuiduntur; nam quædam habent curam animarum tantum foro conſcientiæ, de quo foro agitur in c.omnis, de pœnit. & huius generis beneficia sūt eccleſiæ Parochiales, nam propriè curam animarum habere dicuntur, quandoquidem eas obtinentes ad Sacramenta adminiſtranda ſubditis obligati ſunt, & ſubditi ab ipſis accipere cogūtur, ita not. Gloſſ. in Clem. dudum, in verb. Impendant, de ſepul. & ſequit. Abb. in c. dudū, num. ſeptimo, de elect. & in cap. de multa, in fine, num. vigeſimoquarto, de præben. requiritur ergo; vt curatum beneficium ſit, vt duo habeat. Primum locum certū, vti parochiā. Secundo ſubditos, quibus ſacramenta adminiſtrentur, ita dixit Feder. de Sen. in conſ.135. & Illuſtriſs. Tuſchus in ſuis Concluſ. in littera C. Concluſ.1108. Hinc patet regulares, etſi ius ſepulturæ, vel licentiam pœnitentiæ adminiſtrandæ habent, non tamen propriè dici curam animarum habere, neque beneficium tale. Quædam non ſolum curam fori interioris, verum etiam exterioris habent; huiuſmodi ſunt Epiſcopatus, ita Gloſſ. ead. & Abb. in allegat. locis, & pulcherrime habetur in extrauag. execrabilis, verſ. Quantum autem ad mortificationem, de præben. Quædam quæ habent curam animarum iuriſdictionalem tantum, vt viſitandi, excommunicandi, interdicendi, & huiuſmodi, ita habetur in c.dudum, verſ. tandē, & ibi Abb. num. ſeptimo, & nume. octauo, in eodem c. de multa, num. 14. & Nauar. in conſ.4. de ætat. & qualit.

Beneficia verò curam animarum non habentia, ſunt beneficia ſimplicia, Capellæ, & Altaria, Canonicatus, & huiuſmodi, quæ talia ſunt, vel Sacerdotalia ſint, & reſidentiam poſtulent.

Poſtremò prædicta beneficia partim sūt
2 dignitates, partim † non dignitates ſunt, vel inſtitutione, vel conſuetudine, vel ſua natura. Conſtitutione, quia pro talibus inſtitutæ ſunt, vt Mediolani in Eccleſia Cathedrali Archipresbyteratus, Archidiaconatus; Præpoſitura, & Archidiaconatus, vt Arimini. Cōſuetudine, quia ſcilicet pro talibus habētur. Natura, vt Archiepiſcopatus, ita DD. communiter concludunt. Poſtremò prædicta beneficia partim ſæcularia ſunt, ſcilicet quæ ſæcularibus clericis dantur; partim regularia, ſcilicet quæ dantur regularibus in quorum numero habentur, quæ conferuntur Equitibus Meliuetaneis, & huiuſmodi; & hæc diuiſio colligitur, ex Trid. Synod. Diuiſionē aliam tradidit Gloſſ. in cit. extrauag. Execrabilis, in verb. ſtatuimus, vbi etiam multa agit de incomparibilibus beneficijs, de prębend. & de hoc primo ſatis, ad alia tranſeamus.

SVM-

S V M M A.

1 *Beneficia quot modis vacent.*

§. I.

1 SSecundo † præmittimus beneficia duobus modis vacare. Primo per ſe, ſ. morte eius, qui ipſa poſsidebat, vt habetur in c. ſuſceptum, de reſcri. lib. 6. Secundo per accidens, idque multis modis.

Primo renunciatione, vt habetur in titu. de renunciat. vel ſimpliciter, vel in alterius fauorem, vel retenta penſione renuntiatio fiat.

Secundo alterius incompatibilis ſuſceptione, cuiuſmodi ſunt duo beneficia curata, vel plura reſidentiam poſtulantia, c. de multa, de præbend.

Tertiò matrimonio contractu; vacat. n. beneficiũ eccleſiaſt. ipſo iure, ſtatim atq. matrimonium per verba de præſenti contractũ eſt, c. 1. iunct. Gloſſ. de cler. coniug. lib. 6. quã DD. communiter ſequuntur, vt teſtatur Nauar. in conſ. 1. nume. 8. de renunc. & Capell. Tholoſſ. deciſ. 239. & ita Gloſſ. in c. quamuis de præbend. lib. 6. Id quod locum habet, vel matrimonium contractum conſummatum non ſit, vt de communi ſententia teſtatur Capell. Tholoſ. eadem deciſ. Tertio vel matrimonium nullum ſit, quoniam cum cõſanguinea, vel affine contractum eſt. ita DD. cõmuniter, vt teſtatur Azor. Inſtit. Moral. parte ſecunda, lib. ſeptimo, c. 16. quæſt. quinta, verſ. dubitatur etiam. Item vel nullum ſit; quoniam mulier non conſentit, item Azor. ibidem, quæſt. 6. Excipitur tamen vbi ſponſalia tantum facta ſunt; non enim ſponſalib. beneficium vacat, vt de communi etiam teſtatur Abb. ibidem. Verum quid ſi quis contrahat cum minori 12. annis, an vacabit? Rot. concludit vacare, ita inquit Quinct. Mandoſ. in Tract. de ætat. minor. quæſt. trigeſimaquarta. Quid autem ſi ordini ſacro initiatus matrimonium contrahat, quo caſu matrimonium nullum eſt, an beneficium vacet Capell. Tholoſſ. eadem deciſ. declarauit vacare, id quod nonnulli alij afferunt, quos refert, & ſequitur Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. ſeptimo, c. 16. quæſt. quinta, in quo capite modos plures recenſet, quibus beneficia vacant.

Quarto vacat per profeſsionem factam, c. beneficium, de regu. iur. lib. 6. ante autem pſofeſsionem non vacat, & hoc ob diſpoſitionem nouiſsimam Triden. Synod. capit. cum non deceat. ſeſſ. vigeſimaprima, de reform.

Quinto, qui intra annum Sacerdotiũ non ſumpſit, vbi beneficium animarum curam habens ei collatum eſt, antequam Sacerdos eſſet; nam vbi legitima cauſa non impeditur, ſi Sacerdotium nõ ſuſcipiat beneficium ipſo iure vacat, c. licet Canon. & c. commiſſa, de elect. lib. 6. Verum vbi impeditus eſt, & in integrum reſtitutus, ad quantum temporis reſtituitur? Ad quantum fuit impeditus, ita Nauar. in conſilio primo, de in integ. reſtitutio.

Sexto tranſlatione, ſcilicet ne vno beneficio ad aliud, vtpote vel permutatione, vel alia ratione, tot. tit. de permut.

Poſtremò priuatione ob aliquod delictũ, c. ex literis, & c. graue, de exceſſ. prælator. & ita Gloſſ. in c. 5. in verb. Facultas, de conceſſ. præbend. & in extrauag. Execrabilis, §. cæterum, verſ. Vacantibus, de præbend. & c. ad abolendam, de hæret & c. ad falſariorũ, de crimin. falſi, & c. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. & c. Fœlicis, de pœnis, eodem libro, & c. 1. de homicid. eodem, & c. eum, qui de præbend. eodem, & c. ordinatus, de offic. ordin. eodem lib. & Clem. 1. de pœn. & Clemen. multorum eodẽ, & Clem. ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alien. & extrauag. cum deteſtabilis, de ſimon & in Concilio Triden, ſeſſ. 24. de reforma cap. decimoſeptimo, & in Bulla Pij Quinti, incip. Intollerabilis, & Gregor. XIII. incip. Ab ipſo Pontificatus, & Sixti Quinti, incip. Cum ſacroſanctum, & in alia incip. Sanctum, & ſalutare, & in alijs locis relatis ab Azor. Inſtitut. Moral. libro ſeptimo, capitu. decimoſeptimo, & ſequen. vbi recenſet caſus plures, quibus quis priuari poteſt benefitio. His igitur modis potiſsimum beneficia vacant; ante quorum vacationem nemini conferri debent; qui enim viuentis beneficium impetrat, & qui confert, nihil facit, & punitur, vt habetur in c. 2. de conceſſ. præbend. & ita Diaz. in ſua prax. crimin. canon. cap. 50. & Addit. ad eum. Sed de hoc ſecundo hactenus, iam ad tertium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Beneficiorũ collatio, quæ ſunt in diœceſi, ad Epiſcopum pertinet, quibuſdam caſibus exceptis.*

2 *Beneficiorum collatio, quæ ad Epiſcopum non pertinet.*

§. II.

Digitized by Google

§. II.

1 §. Tertio† præmittimus beneficiorum omnium, quæ ſunt in diœceſi, collationem communi iure ad Epiſcopum pertinere, vbi vacant, c. omnes Baſilycę, 16. quæſt. ſeptima, & c. nullus, & c. cum olim, de præſcript. & Abb. in c. cum venerabilis, num. quadrageſimotertio, verſic. Nunc extra Gloſſ. de except. & Cardin. in Clem. prima, quæſt. decimaquarta, in fine, vt lit. penden. & Pariſ. qui pluribus rem hanc egit, de reſigna. benefic. lib. 6. quæſt. decimaquarta, nume. ſecundo. Quare, & beneficia ſimplicia animarum curam non habentia conferet, ita Fuſch. de viſitatio. Eccleſ. libro ſecundo, c. 7. numero 9. Item & quæ ſubſunt pluribus, vel alijs eccleſijs inferioribus, ita Innocen. in capit. cum venerabilis, quem DD. ibi ſequuntur, de except. & Felyn. qui hanc regulam multis modis, ampliat, & coarctat, nu. 31. cum multis ſeq. vidend.

2 Excipiuntur tamen † primo beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacãte; horum enim collatio, cuiuſcunque ſpeciei, & qualitatis ſint, ad Romanum Pontificem pertinet, vt habetur in Bulla Pij Quinti, incip. Sanctiſsimus in Chriſto pater, quæ eſt in ord. 161.

Secundo collatio beneficiorum, quæ vacant ad hæreſim, ſcilicet quia priuatus quis eſt ob hæreſim, vt habetur in Bulla 29. eiuſdem Pij V.

Tertio beneficia collata ijs, qui ſunt propter ſuum genus aut propter ſuum crimen hæreſis, vel Apoſtaſiæ ea conſecuti ſunt, vt habetur in Bulla Gregor. XIII. in ord. 168. Hæc enim beneficia vacant ob collationem eis factam.

Quartò excipiuntur vacantia in Curia, vel per reſignationé, vt inquit Gloſſ. in Clemen. prima, in verb. Mori. vt lit. pendent & Nauar. in conſ. fin. de renunc. Vel per mortem, c. 2. & c. præſenti, de præbend. libro 6. & extrauag. ex debito, Ioan. 22. de elect. & extrauag. Regimen cum ſequen. & extrauagan. piæ ſolicitudinis, de præbend. ſicut etiã de beneficia vacantia, iuxta extrauag. execrabilis eodem, de præbend. Sublimitatur tamen vbi beneficia curam animarum habentis vacant, Apoſtolica Sede vacante, tunc enim ad ordinarium collatio ob animarum periculum pertinet, c. ſi Apoſtolica Sede, de præbend. lib. 6. Idem ſi vacent in curia viuo Pontifice, ſed ante collationem Apoſtolica ſedes vacat; tunc enim collatio ordinarium ob eandem rationem ſpectat, cit. c. ſi Apoſtolica. Idem ſi ſpeciatim eſſet conceſſum, vt cõferre poſſet, etiam ſi vacantia, per cit. c. 2. de præbend. lib. 6.

Quinto reſeruata Romano Pontifici per per alternatiuam; nam Epiſcopi reſidentes in ſuis diœceſibus ſex menſes habent, ſcilicet Februar. April. Iunij. Auguſt. Octobr. Decembr. quibus temporibus beneficia vacantia conferre poſſunt; alij autem ſex menſes pertinet ad Romanum Pontificem, vt habetur in Bulla Pij Quinti, qui eſt in ordine 164. & ſeq. Bull. alias autem ſi non reſident, quatuor menſes tantũ habent, ſcilicet Mar. Iulium, Septembr. & Decembr. ita habetur in eadem Bulla Pij Quinti, & in Bulla Greg. XIII. quæ eſt in ordine 6. Formam veró, qua alternatiua petitur poſuit Paul. Fuſch. de viſit. Eccl. nu. 33. cum ſeq.

Sexto, vbi intra ſex menſes à die, qua nouit beneficium vacare, & conferre potuit, & non contulit; tunc enim collatio ad Capitulum pertinet, quod ſi etiam intra hoc tempus, & ipſum negligens fuerit ad immediatum ſuperiorem pertinebit, c. 2. & cap. quia de diuerſitate, de conceſſ. præben. facit quoque, c. fin. de ſupplend. neglig. prælat. & de hoc itidem ſatis.

Septimo beneficia recepta in confidentiam, quæ vacant ipſo iure, Apoſtolicæ Sedis reſeruata ſunt per conſtitutionem Pij Quarti, incip. Romanum Pontificem, quæ eſt in ordine 109. & per conſtitutionem Pij Quinti, incip. Intollerabilis, quæ eſt in ordine 78.

Octauo beneficia parochialia collata nõ ſeruata forma Concilij Triden. de reforma. cap. decimooctauo, per Bullam Pij Quinti, incip. In conferendis, quæ eſt in ordine 32.

Nono dignitates poſitæ in Eccleſia collegiata, ita Alexand. in conſil. ſeptuageſimoquinto, libro 4. quem refert, ac ſequitur Tuſch. in littera R. concluſ. 227. num. ſecundo, ſicut etiam omnes dignitates, necnon beneficia omnia familiarum Papę, ita Iulius III. in Bulla incipien. Sanctiſsimus, quæ eſt in ordine 68. & Sixti Quinti, quæ eſt in ordine 32. & 35. & 29. & 44. & 45. & per aliam, quę incip. Diuina Dei prouidentia, & recenſentur à Paris de reſign. benefi. lib. 2. q. 16. numero 35. cum ſeq.

Aliæ reſeruationes ſunt in regulis Cancellariæ, & beneficia alia reſeruata, refert Pariſ. de reſign. benefic. libro ſecundo, quæſ. 6. & Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 6. cap. trigeſimoquarto. Sunt etiam reſeruata beneficia affecta, quæ ad tempus, etiam perpetuo reſeruata

ſeruata

ſeruata ſunt, ita Azor. ibidem quęſt. quinta. Vel deuoluta, de quibus Azor. eodem libro capit. vigeſimoſeptimo, & de reſeruatis beneficijs egit pluribus Tuſch. in littera R. cõcluſ. 274. cum multis ſeq. In his igitur caſibus reſeruatis, Epiſcopi beneficia conferre nequeunt, alioquin puniũtur; nam de inobedientia, & ſuſpenſione à diuinis, & interdicto ingreſſus Eccleſiæ; & priuatione conferendi beneficia, in eorum menſibus vacantia afficiuntur, vt habetur in Bulla Pij Quarti, incip. Volentes, quæ eſt in ordine 35. pagina 699. & in alia Bulla eiuſdem incip. Cupientes, quæ eſt in ordi. 53. pag. mihi 1008. quæ tamen pœnæ ipſo iure non inferrentur. Sed ſententia neceſſaria eſt, vt in allegatis Bullis habetur, & de hoc itidem ſatis.

SVMMA.

1 *Beneficia conferuntur partim per concurſum, partim per non concurſum.*

2 *Beneficia quæ concurſu conferuntur.*

3 *Beneficia quæ concurſu non conferuntur.*

§ III.

1 §. Poſtremò † præmittimus beneficia hęc partim per concurſum cõferri, partim
2 abſque concurſu. Concurſu † conferuntur (quod pro regula habebimus) ea, quæ curã animarum habent, vt Parochiales Eccleſiæ, quæ vacant per obitum, vel reſignationem etiam in curia factam, vel quacunque alia ratione, ad quemcunque collatio pertineat, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capitu. 18. & in Bulla Pij V. incip. In conferendis, quæ eſt in ordine 32.

3 Non igitur † beneficia, quæ Parochialia non ſunt, concurſu conferuntur, nõ Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reforma. capitu. 18. de parochialibus tantum agit, quo ad concurſum; quare nec canonicatus, nec Manſionariæ concurſu conferũtur, ſicut nec beneficia ſimplicia.

Secundo nec Eccleſia parochialis, vbi in fauorem alicuius reſignata eſt, tunc enim ſolum inquiritur, an idoneus is ſit, in cuius fauorem reſignatio facta eſt ſine concurſu, qui adhibetur, vbi plures concurrunt. & ita congregatio ſæpius reſpondiſſe refert Paris. de reſign. benef. quæſt. ſeptima, nume. decimotertio, & ſat eſt, vt examinetur, an dignus ſit. Contrarium tamen dicendum videbatur. Nam per Tridentin. Synod. præcipitur fieri concurſum, vel per obitum, vel per reſignationem in Curia beneficium vacet. Atqui à priori ſententia diſcedendum nõ eſt. Nec obſtant verba Concilij, quandoquidẽ loquuntur de reſignatione ſimpliciter facta & non in alterius fauorem, ita de communi ſententia teſtatur Paris. eadem quæſtio. 7. numero 15.

Tertio nec eccleſia iuris patronatus parochialis concurſu confertur, vbi locutum eſt, ita ſacra Congreg. in eodem cap. 18. verſic. etſi vt refert Paris. de reſign. benef. lib. octauo, quæſt. 9. num. 111. niſi aliud in eius conſtitutione ſtatutum ſit, nam præſentatus tantum examinatur, niſi plures præſentati ſint; tunc enim inter ipſos fiet, quaſi concurſus. Si vero iuſpatronatus ſit eccleſiaſticum, vel mixtum, etiam ſi pro duabus partib. ad laicos pertineat, poterit vltra nominatos à patrono Eccleſiæ, alios etiam Clericos admittere Epiſcopus, niſi aliter in inſtitutione cautum ſit. ita habetur in Archiepiſcopali Bonon. par. 4. De examine per concurſum, & ita fiet inter hos examen per concurſum.

Quarto, nec beneficia regularium concurſu conferuntur; quandoquidem Regularibus conferuntur, inquiſitione tamen facta an idonei ſint, quibus conferuntur.

Quinto, nec dignitates, eſtò extra parochialem Eccleſiam annexa habeant.

Sexto, nec etiam prouiſionibus à ſe. Apoſtolica factis in forma dignum, quamuis vt dixi in proximis caſibus, examen fieri debeat.

Septimo, nec in permutationibus beneficiorum concurſus fit; beneficia enim permutatione renunciata conferri debent permutantibus. Immo nec inquiſitio ipſorum fit, vbi Eccleſiæ ambæ parochiales erant; quandoquidem in primis collationibus idonei iudicati ſunt. Excipitur tamẽ vbi quis permutaret ſimplex beneficium cum alio curã animarum habente; nam in hoc caſu qui ſuſcipiet beneficium curam animarum habẽs examinabitur, & non qui ſimplex.

Octauo Vicariæ perpetuæ concurſu non conferuntur, vel animarum curam habeant eſtò de eorum ſcientia, vita, & moribus inquiratur. In his igitur Eccleſijs concurſus non fiet.

Nono, non fit concurſus de Eccleſia parochiali, quæ eſt vnita Canonicatui, ita ſacra Congregatio Concilij interpres cenſuit, vt refert Addit. ad Summ. Bullar. in verb. parochialium benef. collatio. verſ. Tertius, & non oporteat; id quod contingit ratione canoni-

nonicatus,qui non confertur per cõcurſum, & ita ſac. Cõgr. cẽſuiſſe,refert ead. Add. ibi.

Poſtremò vbi cura animarum, quæ in Eccleſia collegiata eſt, exercetur per Canonica hebdomadarios,argum.cap. ſtatutum, de elect. & ita ſacra Congregatio reſpondit, quod verum eſt,vbi indeterminatè per plures exercetur,& Eccleſiæ, vel Epiſcopo non incumbit;ſecus ſi ad ipſos cura pertinet, & per plures adminiſtraretur propriè,& directè,& ita intelligitur Concil.Trid.eod. ſeſſ. vigeſimaquinta,cap.18.& ita etiam Addit. inquit,eodem verſ.Tertio quæritur,& Prax. Archiepiſc.Neapol.c.65.nume.2. Sed his præmiſsis,iam rem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Collatio Eccleſiæ non reſeruatæ ab Epiſcopo fit.*
2 *Concurſus beneficiorum à quo indici debeat.*
3 *Concurſus proponendi forma,quænam ſit.*

§. IV.

Præmiſsis iam dictis de collatione Ec-
1 cleſiæ non reſeruatæ agamus.† Pro regula igitur habebimus Epiſcopum beneficia huiuſmodi conferre poſſe,ac debere. Verũ quod nonquam fit collatio, niſi facto cõcurſo,ob eam rem de ipſo hæc contemplanda ſunt. Primum qui concurſum hunc indicere poſſet. Secundo qui in concurſu examinare habeant concurrentes. Tertio, qui & quales examinandi ſint. Quarto quæ forma in examine ſeruanda. Poſtremo qui effectus examinis.

2 Quoad primum igitur † ad Epiſcopum loci,vbi beneficium vacat examen indicere pertinet,vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta,de refor.cap.18.

Id quod locum habet, vel collatio deinceps ad ipſum Epiſcopum non ſpectet; ſed vel ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel ad collegium alterius Eccleſiæ,vel etiam ad Pontificem Maximum,quod contingit in mẽſe Papæ,vbi beneficium vacat, hoc ſignificauit Nauar.in conſ.11.de reſcript. & in alijs etiam ipſi reſeruatis,quamuis in his ab Epiſcopo peti debeat, vt concurſum proponat, ac denuntiet approbatos.

3 Forma verò † proponendi hæc erit;nam ſtatim atque Epiſcopus Eccleſiam vacantẽ nouit,intra decem dies, vel aliud tempus præſcribendum; Aut idoneos aliquos Clericos ad Eccleſiam regendam coram deputatis examinatoribus nominabit, & cuiusde popolo, id quod,& alijs licebit,ſcilicet nominare aliquos,ad id muneris aptos;quò deinceps poſsit de cuiuſlibet moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio: Qui tamẽ modus viſitatus mihi multis in locis nõ videtur,eſto apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta,de reformat.cap.decimooctauo, habeatur,& viſitatus ſit in Curia Neapolit. vt refert Prax. Archiepiſ. Neapolit. cap.65. num.6. Aut per edictum vocare, qui vellint examinari præſcripta die,ad quam comparere debeant,vt conſcribantur, & qua concurſo fiet,ita habetur eodem cap. decimooctauo. Et hic eſt modus viſitatus Romæ & in alijs pluribus locis,vt vidi. Hinc apparet Epiſcopum non teneri ad proponendum publicum edictum ſuperius.nam Trid.Synod. duos iam dictos modos in arbitrio Epiſcopi ponit,& idcirco,quem mallet optare Epiſcopus poteſt. Excipitur tamen,vbi in prouinciali Concilio ſtatutum eſſet,vt edictum proponeretur, tunc enim ad id obſeruandũ tenebitur,atque ſic quoque dixit Nauar. in conſ.4. de præbend.

Atqui an ius hoc examinandi,& edictum proponendi ad Epiſcopum tãtum pertinet, ita vt alij inferiores, ad quos Eccleſiarum parochialium collatio ſpectat non poſsint? Planè ſic;nam & ita ſæpius reſoluiſſe ſacram Congregationem,refert Paris. lib.6. de reſign. beneſ. quæſt. nona,numero 88.& refert quoque Addit. ad Summ. Bullar. Stephan. Quaran. in verb. parochialium beneficiorũ collatio,verſ. ſecundo quæritur. Excipitur tamen,qui iuriſdictionem Epiſcopalem habet,nec alicui ſubditus eſt, ſed Apoſtolicæ ſedi tantum,& territorium habet,& congregandi ſynodum facultatem; nam edictum hoc proponere poterit,& ita Congregationem cenſuiſſe referunt allegati DD. eiuſdẽ in locis. Addo etſi vltra decem dies datos ad nominandum Trid. Synodus permiſſerit nominari per Bullam Pij Quinti, incip. In conferend. quæ eſt in ordine 32. id prohiberi. Sed de quæſtione hac ſatis,ad aliam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Examinatores qui, quot, & quales eſſe debeant.*
2 *Examinatores nihil recipere debent occaſione examinis.*
3 *Examinatores ſuſpecti fieri poſſunt.*

§.V.

§. V.

1 §. Quoad ſecundum † ſcilicet, qui, quot, & quales examinatores eſſe debent, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capit. decimooctauo. Primo Epiſcopus, aut eo impedito eius Vicarius generalis. Item & tres ad id muneris in diœceſana Synodo deſtinati (in ipſa enim Synodo ſex, vel plures ab Epiſcopo, eius vè Vicario proponi debent, qui à ſynodo probentur; nã ſancta Synodus præcipit, ne ſint pauciores ſex, ergò plures eſſe poſſunt, ex quo mandat, ne pauciores ſex ſint coram Epiſcopo igitur, vel eius Vicario fiet examen abſque eorum voto deciſiuo; eſto poſsint accedere, vbi vota paria, vel ſingularia, ita ſacra Congreg. vt refert Paris. de reſig. benef. lib. 8. q 9.

Secundo hi examinatores debẽt eſſe, aut Magiſtri, aut Doctores, aut licẽtiati in Theologia, aut iure Canonico, vel Clerici Regulares etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam ſæculares Clerici, qui idonei videbuntur, non ergo neceſſario poſtulatur, vt Doctores ſint vt habetur eod. cap. 18.

2 Poſtremò † occaſione examinis nihil ante, vel poſt accipere debent; alioquin, tã ipſi quam dantes ſimoniæ vitium incurrunt, à qua abſolui nequeunt, niſi dimiſsis beneficijs, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia obtinẽda inhabiles redduntur, & à ſynodo Prouinciali grauiter puniri poſſunt, ſi re ad ipſos delata offendiſſe probabuntur, ita Triden. Synod. eodem capitu. decimooctauo, & ego in Tract. meo de ſimon. Tab. 4. cap. quadrageſimooctauo, §. 3. vidend. nam ſi examinatores quempiam probent, acquirit ius ad beneficium, quod eſt quid ſpirituale, & ideo pro illo datũ cenſetur, & idcirco eſt ſimonia, ita Addi. ad Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Simonia, pag. 441. Paris. tamen de confidentijs, quæſt. quadrageſimaoctaua, ſimoniam confidentialem non commiſiſſe tenet, vt ibi probat. Pęna autem ſimoniaci in beneficio, vbi realis ſimonia eſt præter prædictas excommunicatio eſt, ſtatim enim in ipſam incidunt, vt habetur in extrauag. 2. de ſimon. Extat etiam Bulla Sixti Quinti, quæ quoad ſimoniacos reformata nõ eſt, vt dixi in Tracta. meo de ſimo. vbi pœnas ſimoniacorum declaraui.

3 Atqui † an examinatores ſuſpecti fieri poſſunt? quoad hanc quæſtionem videbatur dicendum ſuſpectos fieri non poſſe, nam vbi eliguntur, à ſynodo probantur, vt dicitur in cap. decimooctauo, verſic. Examinatores, ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. ergo, ex quo ſemel eos probauerunt, improbare ipſos nõ poſſe debent. Contrarium tamen videtur di cendum.

Primo, quoniam, & Iudex ordinarius ſuſpectus fit, tam iure ciuili, quam canonico. c. cũ ſpeciali, & ibi Gloſſ. & DD. de appellat. & c. ſi quis contra Clericum, de for. compet. & c. cum ſuſpicionis, de off. delegat. Et idcirco iure canonico arbitrio eliguntur, qui de cauſis ſuſpicionum cognoſcant, iuribus ſupra cit. Iaſ. inquit. in l. apertiſsimi, num. quarto, cum ſeq. C. de iud. vbi, & cauſas, ob quas recuſatio fiat recenſet; ſicut etiam quando opponi debet, vt Viu. in ſua Sylu. opin. 866. numero decimoquinto. Quamuis ſi Vicarius ſuſpectus fiat, id Epiſcopus cognoſcat per cap. ſi contra vnum, in fine, de off. deleg. lib. ſexto, & Iaſ. in eadem cit. l. apertiſsimi, numero 9. De iure autem ciuili non remouetur ſuſpectus factus Iudex, ſed ei adiunctus datur. Authen. ſi vero contigerit, & ibi Iaſ. ac DD. C. eodem, & multo magis Iudex delegatus ſuſpectus fieri poteſt, per cit. l. apertiſsimi, & ibi Iaſ. de qua materia egit Gloſſ. & Abb. in c. quoniam contra, num. decimotertio, de probat. Si ergo Iudices ordinarij, atque delegato ſuſpecti fieri poſſunt, multo magis iſti examinatores, præſertim, quod imperiti recuſari poſſunt, & contra teſtes opponi, vt probaui in Tract. meo de Cenſ. Tabu. ſecunda, cap. 16. § 5. & Notarius etiam, vt ait Nauar. in Rubr. de iud. num. quadrageſimoſeptimo, vid. vt tamen peccet neceſſario requiritur, vt inditia ſufficientia ſint, ita Nauar. ibidem, alias punitur. Poſtremo appellari poteſt, vt videbimus, ergo, & recuſari; nam appellatio, & recuſatio paria ſunt, immo remota appellatione, non cenſetur remota recuſatio, vt dixit Viui. eodem numero 22.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut concurrentes non interfuerunt ſynodo ex aliqua iuſta cauſa, & probarunt examinatores; ſed præterea aliquid accidit, quamobrem recuſari poſſint, & in hoc caſu recuſationem accipiendam eſſe cenſeo; nouis enim morbis, noua remedia inuenienda ſunt. Aut interfuerunt, & probauerunt, & præterea nihil accidit, quamobrem recuſari queant, & in hoc caſu recuſationem non eſſe accipiendam, & in iſtam concludo, appellari tamen ab ipſis nõ poteſt, ſed à collatione, ita Prax. Archiepiſc. Neapol. capitulo ſexageſimoquinto, num. 5.

Et de hac quæſtione ſatis, ad aliam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Examinandi ad concurſum Eccleſiæ Parochialis qualis eſſe debeant.*
2 *Laicus concurrere non poteſt.*
3 *Non etiam cenſura irretiti.*
4 *Non irregularitate affecti.*
5 *Non is, qui animum retinendi beneficium non habet.*
6 *Beneficia parochialia ſine concurſu conferri non debent.*

§. VI.

1 §. Tertio † agendum eſt de ijs, qui ad examen ſcripti ſunt, quales eſſe debeãt. Pri-
2 mum igitur Clerici eſſe debent; nam laici beneficiorum eccleſiaſticorum capaces non ſunt, c. enim adeo, de reſcript. iuncta Gloſſ. Nec Clericus, & ibi Felyn. num. 4. & Abb. in c. ex litteris, num. 3. de tranſact. & Illuſtriſs. Tuſch. in ſuis concluſ. in littera B. concl. 56. vbi multis modis regulam hanc amplificat. Quare & collatio beneficij eccleſiaſtici laico facta nulla eſt, nec conualeſcit, eſto poſtea Clericus fiat, vt in c. ſi eo tempore, de reſcript. libro 6. & Feder. de Sen. in conſ. 90. num. 8. & Azor. Inſtit. Moral. par. ſecunda, libro 6. cap. ſecundo, quæſt. 5. Id quod, & in præſentatione ad Eccleſiam iuris patronatus locum habet; nam præſentari non poteſt, & inſtitutio ibidem facta nulla eſt, ita Lambert. de iur. patron. libro 2. par. prima, quæſt. ſeptima, in prin. & de communi teſtatur Paris. de reſig. benef. lib. quarto, quæſ. 2. num. quinto, eſto Rota contrarium ſenſerit de præſentato proximè ordinando, & ante inſtitutionem ordinato, ita Paris. ibidem. Idem de reſignatione, quæ in fauorem laici fit, non enim valet penſio etiam laico reſeruata, vt de communi teſtatur Paris. eadem quæſt. num. primo, & num. ſeptimo. Immo nec Clericus coniugatus, ita Paris. ibidem, numero vigeſimoſeptimo. In clericorum autem numero quis adſcribitur, per primæ tõſuræ ſuſceptionem, c. contingit, de ætat. & qualit. & ita Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaſeptima, cap. 6. de reform. ſentit, nec requiritur, vt ſint in ſacris, ita Abb. in c. dudum, numero duodecimo, vbi rem hanc plurib. egit de elect. requiritur tamen, vt idonei ſint, vt poſtulat illud beneficium, ita Abb. inquit ibi, nu. 8 eod.

3 Secundo † nulla irretiti cenſura; nam & hac ratione inhabiles ſunt, & collatio ipſis facta non valet, vel ignorent ſe irretitos eſſe, vt probaui in Tract. meo de Cenſ. Hinc ante collationem, ſolent ad hunc effectum abſolui per clauſulam illam. Idque abſoluentes, ita Rebuf. & quoniam excommunicatio alia maior, & alia minor eſt, prædicti, nec minori excommunicatione irretiti eſſe debent, alioquin collatio nulla eſt, ita DD. in c. ſi celebrat, de cler. excommuni. min. & Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 6. capitulo 17. quæſt. 7.

4 Tertio † nulla irregularitate affecti; qui enim ad ordines inhabilis eſt, vel iure diuino, vel poſitiuo, hic & inhabilis eſt ad beneficia, c. cum in cunctis, §. fin. de elect. & Abb. in c. cum noſtris, de conceſſ. præbend. Paris late, de reſig. benef. libro quarto, quæſtio. 3. num. trigeſimoſecundo, cum ſeq. vbi plurib. rem hanc egit, de qua irregularitate, quod ego etiam abunde in Tract. meo de irregul. egi, ob eam rem addimus huc vnum tãtum concurrentem nec vxorem habere debere; non enim beneficiorum capax eſt, vt habetur in Extrauag. Antiquæ concertationi de voto. Quod iuris autem ſit, vbi vxor adulterium commiſsit, ſupra de ordine diximus; Irregularis igitur concurrens eſſe nõ debet: Collatio enim irregulari facta non valet, & nulla eſt, vt dixit Innocen. communiter recep. in c. cum noſtris, de conceſſ. præbend. & idcirco fructus ſuos non facit: Quare quo iuſtè beneficium habeat, ac fructus, ſacram Pœnitentiariam ſupplicare debet, vt vtraque ſibi retinere liceat, id quod, vt legitimè conſequatur, & beneficij valor, & fructuum ſumma exprimi debet. Non neceſſario tamen poſtulatur, vt nomen ſupplicãtis ſignificetur, ſed ſat eſt dicere. Quidam, &c. ita Nauar. in conſ. 9. de pœnit. Alias autem quicunque admitti debent ad concurſum, alioquin Epiſcopus peccat non admittẽdo volentem concurrere, vt habetur apud Triden. Synodum ſeſſ. vigeſimaquarta, de reforma. capitu. 18. verſ. liberum ſit tamen etiam alijs.

5 Quarto † non etiam concurrere debet, nec ei beneficium conſerri, qui animum nõ habet, illud retinendi, c. commiſſa. §. cæterũ de elect. lib. 6. Hinc Romæ iurare igitur cõcurrens, ſe non habere tunc animum renunciandi; id quod in me ſuit obſeruatum.

6 Poſtremò beneficia per concurſum conferenda, non poſſunt conferri cuipiam etiã ſi ſit idoneus vita, moribus, ac ſcientia, & hæc probata ſint ſine concurſu, ita Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 5. num. 10. & Paris. de reſign.

ſign. beneſi. lib. 8. quæſt. 9. num. 83. alioquin collatio nulla eſt. Sed iam ad alias qualitates tranſeamus.

SVMMA.

1 *Ad concurſum beneficij, quod pater habuit, ſilius naturalis admitti non debet; quæ regula, quouſque pateat declaratur.*

2 *Nepos natus ex legitimo matrimonio à patre illegitimo habere poteſt beneficium, quod eius auus habuit.*

§. VII.

1 § Quarto † ad concurſum admitti non debet ex illegitima copula natus, vbi beneficium, ad quod concurrit, fuit ſui patris; nam illud habere non poteſt, ita Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de reformat. capit. decimoquinto. Id quod ob eam rem fit, quo memoria tollatur intemperantiæ patris; & quò deinceps alij ab illegitima copula auocentur, & quod ipſorum ſimiles futuri exiſtimantur.

Id quod locum habet primo reſpectu habito ad beneficium, ſcilicet, vel idem beneficium ſit, quod habuit ſuus pater, vel aliud, ſed in eadem Eccleſia; nam ſancta ſynodus prohibet ibi ne in Eccleſijs habeant beneficium quodcunque etiam diſsimile, in quib. Eccleſijs pater habuit beneficium.

Tertio, vel Eccleſiæ ſorores ſint aliarum, in quorum altera, vbi quis reſidet, in altera reſidere cenſetur; in vna enim non poteſt eſſe filius, & in altera pater, vt idem declarauit ſancta Synodus, ibidem, & ſacra Congregatio.

Quarto, vel pater in ea Eccleſia nunquã miniſtrauerit; nam modo poſſeſsionem acceperit etiam per procuratorem, in ea tamen filius beneficium habere nõ poteſt; nam per poſſeſsionem ius in ea acquiritur, quod ad impediendum ſat eſt.

Quintò, vbi pater Theologalem præbendam habuit, filius in ea Canonicatum habere nequit; nam Triden. Synodus quodcunq; beneficium, etiam diſsimile prohibet, ne illi detur; quare nec beneficium ſimplex ibi habere poteſt.

Sextò filius non poteſt habere beneficiũ in Eccleſia, in qua, & eius beneficium pater habuit, eſtò non ſemper diuina facere habeat; ſed aliquando tamen ad illam Eccleſiam ire habet, quo aliquas preces fundat. ita ſacra Congr. declarauit.

Septimo, nec ſi vnum eſſet beneficium in perſona patris, & filij cum alternatiua reſidentia, vt ſcilicet, vel hic, vel ille reſideat, id quod dubitationem non habet, minus viuit Archidiac. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Octauo, nec beneficium habere poteſt, quod pater abſque legitimo titulo, & minus pacifice poſsidet, ita ſacta Congregat. ibid. Id quod ob eandem rationem fortaſſe fit, quoniam S. Synodus ſolum requirit, vt pater illud habuerit.

Poſtremò ſi beneficium tale ſupradictum huic collatum ſit, & per triennium poſſederit nihil tamen facit; nam regula de triẽnali poſſeſsione ipſi non prodeſt, ex quo titulum colloratum poſtulat, qui in hoc deſideratur. Poteſt tamẽ hic filius in Eccleſia habere beneficium, in qua pater habuit, ſi ante Concilium publicatum ipſum habuit. Idem vbi Eccleſiæ vnitæ eſſent non æque principaliter, & Eccleſia vnita nõ teneretur miniſtrare in principali; in vna enim pater, & in altera filius eſſe poteſt. Idem de Eccleſijs filiab. concludendum eſt, vbi non tenentur miniſtrare matricibus. Poſtremò filius poteſt habere beneficium, quod pater obtinuit; ſed literas expediuit, nec poſſeſsionem vnquam habuit, ſicut etiam poteſt habitare cum patre. Addo prædicta locum habere, vel perſona intermedia interueniret. ita habetur in Bulla Clementis VII. incip. Ad Canonum conditores, quæ in ordine 36. Item nec cum ipſis in hoc diſpenſandũ cẽſuit, idem Clemen. ibidem, & de hac conſtitutione, ac materia egit. Quinct. Mandoſ. de ſignat. grat. in tit. Diſpenſatio ad beneficium in Eccleſia, in qua pater. Non poteſt & renunciare tertio beneficium, quo deinceps illud renũciet filio huiuſmodi, ita Paris. de reſignat. benefic. libro quarto, quæſtione ſeptima, numero ſeptimo.

Secundo filij illegitimi Clericorum non ſolum beneficia curata, quæ pater habuit, habere nequeunt in Eccleſia, in qua pater beneficium huiuſmodi habuit, verum etiã nec beneficia ſimplicia, quæ pater habuit, vel quæ ſunt in eccleſia, in qua pater habuit. Quare nec Manſionariæ, nec penſiones, nec Capellaniæ, nec Vicariæ conferri in prædictis caſibus poterunt. Epiſcopus autem in minoribus ordinibus, & in beneficio curam animarum non habente diſpenſare poteſt, c. fin. de fil. presbyt. lib. 6.

Tertiò filij huiuſmodi illegitimi in Eccleſijs, quas parẽtes habuerunt, vel habent miniſtrare nullo modo poſſunt. ita dicitur in eodem c. fin. verſicu. Nec in dictis Eccleſijs

quoquomodo miniſtrare. Quare nec pro Capellano, nec pro Vicario, nec pro Coadiutore, nec etiam pro Cantore inſeruire poſſunt; hæc namque functiones ad adminiſtrationẽ pertinent, & ſancta Synodus, quamcunque adminiſtrationem prohibet, vt habetur in cit. verſ. & declarauit Congregatio, nec miſſe ſacrum facere, nec Euangelium, Epiſtolamvè ſolemniter canere valet, & ita quoq; Nauar. in cõſ. primo, quæſt. decimaſeptima, de conſtit.

Poteſt tamen in Eccleſia, vbi beneficium pater non habet, celebrare, ſicut & ipſa pater, hoc enim ſancta ſynodus non prohibet, atque ſic interpretata eſt ſacra Congregat. Item in Eccleſia Capellanus eſſe, in qua pater fuit Capellanus amouibilis modo titulum non habuerit.

2 Verum † quid de nepote legitimo ex filio illegitimo, an ipſe beneficium habere poteſt, quod ipſius auus habuit? Videbatur dicendum non poſſe. Tum quod Triden. Syno. eadem ſeſſ. vigeſimatertia, de reform. capit. decimoquinto, vult paternæ incontinentiæ, memoriam à locis Deo conſecratis longiſſimè arceri. Ergo etiam nepotes. Poſtremò filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, l. filius, & l. iuſta, ff. de verborum ſignificatione.

Contrariam tamen ſententiam, vt nõ excludatur nepos, aſſeruit Rot. conſulta à ſacra congregatione Concilij Trident. interprete, & ibi ob duas potiſsimum rationes, Primum quoniam verba Clementis Septimi ſupra allegati, necnon Concilij in cit. capit. decimoquinto. Nepoti non conueniunt; nam in ea Clement. ſic habetur. In ipſorum reſignantium filios ex fornicatione genitos. Item ibi ſuper defectum naturalium, quæ ex dictis Sacerdotibus reſignantibus geniti patiebantur, & ibi ob innordinatum ſpuriorũ amorem, & ibi quod de cætero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, quæ verba nepoti legitimo non conueniunt, cum ex legitimo matrimonio natus ſit. Non etiã verba Concilij conueniunt. ibi, non liceat filijs Clericorum, qui nati non ſunt ex legitimo matrimonio; ergo ſi verba diſpoſitionis nepoti non conueniunt, nec diſpoſitio conuenit, ita dixit Bar. communiter recept. in l. 4. §. prætor ait, ff. de dam. infect. Poſtremo, nec ratio etiam cit. Clem. & Sacri Concilij conuenit; Nam nepos non refert paternam incontinentiam, quod contingit in filio illegitimo. Sed continentiam. Non etiam de legitimo malè præſumetur ſicut de illegitimo; nam filius præſumitur ſimilis eſſe patri.

Nec obſtant rationes pro contraria opinione allegatæ. Et prima quatenus dicebatur Trident. Synod. velle longiſsimè arceri memoriam incontinentiæ paternæ, quoniã ſatis longiſsimè arcet, ex quo filius illegitimus non poteſt habere beneficium patris, etiam media perſona interueniente, etiam per diſpenſationem, vt habetur in cit. Bulla Clem. VII. Item ſatis longiſsimè arcetur, ex quo non modo Eccleſiam patris habere nõ poteſt, verum etiam, nec aliud beneficium, quod ſit in eadem Eccleſia. Item nec in dicta Eccleſia miniſtrare, nec penſionem ſuper fruct⁹ beneficij, quod pater habuit, obtinere. Quare ſuperuacanea fuit quæſtio propoſita à Mandoſ. eodem tit. quo diſputauit, an pater poſſit reſignare beneficium alteri reſeruata penſione filio, nam per Trident. Synod. apertiſsimè id prohibetur.

Non obſtat denique nomine filij nepotẽ comprehendi; nam ea regula locum habet in fauorabilibus, non autem in alijs, vt habetur in §. fin. Inſtitut. qui teſtamen. tu. dar. poſſ.

Præterea locum non habet, vbi non tanta ratio in nepote, quanta in filio eſt, id quam ſentit Alciat. in cit. l. iuſta. Ab hac igitur opinione, quæ magis communis eſt, & quam aſſeruit Rota prædicta, cuius deciſio refertur inter conſilia Nauar. conſi. 10. de fil. presby. & ſequitur idem Nauar. eodem conſil. 9. diſcedendum non cenſeo. Reſignationes verò reciprocæ à parentibus Clericis in fauorem filiorum factæ, vel alia ratione nullæ ſunt in fraudem ſacrorum Canonum, & Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, cap. decimoquinto, de reform. ita ſancta Synodus ibidem. E contrario autem, an pater poſſit habere filij beneficium? Quinct. Mandoſ. eodem titu. id diſputauit, & concluſit non poſſe in correlatiuorum. l. fin. & ibi Bart. ff. de acceptil. & l. 1. & ibi Bar. C. de expreſſ. li. 10. Sed de his hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Filij presbyterorum ex legitimo matrimonio nati ſuccedere in Eccleſiis patrum nequeunt.*

2 *Nepos poteſt habere beneficium, quod auus habuit.*

3 *Aetas, quæ requiratur in concurrenti ad beneficium.*

4 *Oriundi magis ad concurſum admittendi, quam exteri.*

5 *Aetas, quæ requiratur in eo, cui ſimplex beneficium confertur, & an Sacerdos eſſe debeat.*

6 Be-

6 *Beneficij collatio facta ei, qui non eſt in ætate idonea, nulla eſt.*

7 *Concurrens, an poſſet opponere aliquid contra concurrentem.*

§. VIII.

1 § Quinto † ad concurſum admitti non debet ex legitimo matrimonio natus, vbi beneficium, ad quod concurrit, fuit immediatè ipſius patris, & hoc ob hanc rationem quò hæreditaria ſucceſsio ab Eccleſia Dei tollatur, c. ex tranſmiſſa, de fil. presbyt. & c. ad extirpandas eodem, & c. ad decorem, de inſtit. Id quod locum habet, vbi pater in titulum beneficium habuit. Item ſi Vicarius perpetuus fuit, & adminiſtrauit per cita. ad extirpandas. nam Vicarij huiuſmodi pro Parochis habentur, argum. c. 1. de off. Vica. & Diaz. in pract. crim. Canon. capitulo 48. vidend.

Excipitur tamen primo vbi media perſona interuenit, cit. c. ad extirpandas, exempli gratia poſt patrē Titius beneficium habuit, qui deinceps mortuus eſt.

2 Secundo † excipitur nepos, ex quo enim ſumus in odioſis, coarctanda diſpoſitio eſt, c. odia, de reg. iur. lib. 6. hæcque opinio magis communis eſt, vt teſtatur Nauar. in conſilio 9. de fil. presbyt. & in verſ. 10. eodem vidend. omnino, eſto contra Bald. hæc communis opinio ſit, vt in eodem capitu. ad extirpandas.

Tertio excipiuntur à latere coniuncti, vt dixit Gloſſ. in eod. c. ad extirpandas, & ſequitur Abb. ibi, num. 9. & ita conſuetudine ſeruatur. Quare pater, mortuo fratre, ad beneficium, quod ipſius fuit concurrere poteſt.

Poſtremò excipiuntur filij Epiſcoporum, nam eorum filij in ſuis diœceſis beneficium habere poſſunt; alias autem ad tollendā hæreditariam ſucceſsionē, vt dixi admitti ad concurſum non debent.

Hinc Acceſſus, Regreſſus, & Ingreſſus, quòd habent ſpeciem, & immaginem hæreditariæ ſucceſsionis ad Trid. Synodo ſublati ſunt, ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. capitulo ſeptimo. Acceſſus autem fit, vbi Sūmus Pontifex vult conferre beneficium puero; verum quia per ætatem idoneus non eſt, alteri hac conditione confert, vt cum puer ad ętatem idoneam peruenerit, poſsit propria auctoritate ad tale beneficium accedere. Regreſſus autem eſt, vbi quis reſignat beneficium hac conditione, vt ſi prius moriatur is, cui eſt reſignatum, ad reſignantem reuertatur. Ingreſſus demum eſt vbi Papa mihi beneficium confert, & ego ante poſſeſsionē habitam reſigno alicui hac conditione, vt ſi prius moriatur reſignatarius, beneficiū ingrediatur, ita declarauit Rebuff. in ſua prax. benef. in tit. de regreſſ qui modi omnes ſublati ſunt per Triden. Synod. eodem capit. 7. ob ratione allatam. Hæc igitur animaduerti debent in examinandis, antequam ad concurſum admittantur.

3 Requiritur demum † vt in ea ætate ſint, in qua Sacerdotes fieri poſsint, & idcirco, vt vigeſimum quintum annum attigerint, c. cū in cunctis, de elect. in antiq. & c. licet, eodem libro 6. & Triden. Synod. ſeſſ. vigeſima quarta, de reformat. cap. duodecimo. Hæc igitur ætas requiritur ad beneficia, quæ animarum curam habent; alioquin collatio facta nō habenti huiuſmodi ætatem nulla eſt. per cita. cap. licet Canon. ibi viribus omnino carere, vbi Gloſſ. Gemin. & Anchar. & DD. communiter, & ita Paris. de reſig. benefi. libro quarto, quæſt. 2. pluribus rem hanc egit, & de reſignatione, & permutatione idem dixit.

In reliquis vero, vbi dignitates ſunt, & animorum curam non habent, non minores 22. annis eſſe debent. Vbi non ſunt dignitates nō minoris 14. annorum eſſe debent, ita Triden. Synod. eodem. cap. 12. & ſeſſ. 23. de reformatio. capitulo 6.

4 Addo † vbi concurſus ſit admittendos eſſe potius oriundos in loco beneficij, quam exteros, & præſertim ob idioma; quandoquidem non facile ſacramenta adminiſtrare poſſunt, qui linguam eius loci non nouit; de qua materia pluribus egit. Diaz. in prac. crim. canon. cap. 55. quod noue editum eſt. Hinc Paris. de reſig. benef. lib. 4. quæſt. ſeptima, aſſeruit, non poſſe reſignari ei beneficiū qui idioma loci non nouit, & in Hiſpania ꝓhibitum eſſe, ne exteros tribuatur, vt refert Couar. pract. quæſt. capit. trigeſimoquinto, num. 3. & Rebuff. quem refert, & ſequitur Paris. eadem quæſtione ſeptima, & vt infra diximus.

5 Verum † quid de beneficijs ſimplicibus. Altaribus, & Capellis de licentia ordinarij conſtitutis, vbi miſſæ aliquot celebrandæ ſunt; an is, cui ſunt conferenda, Sacerdos eſſe debet? vel in ea ætate, qua Sacerdos fieri poſsit? Pro regula habendum eſt hunc non obligari ad Sacerdotium ſuſcipiendum, & idcirco nō requiri, vt Sacerdos ſit, nec in ea ætate, qua Sacerdos fieri poſsit; quādoqui demad huiuſmodi beneficium ſat eſt, vt qs decimumquartū natus ſit, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de reformat.

mat.cap.6.Præterea ita Rota ſæpius determinauit,vt refert Stephan.Quar. in Summ. Bullar.in verb.Seruitium Capellaniæ.Poſtremò ita ſacra Congregatio ſacri Concilij Tridentini interpres declarauit,vt idem Steph. ibidem refert,quæ declaranit etiam Epiſcopum oon poſſe compellere obtinentem Capellaoiam,vt ipſemet celebret, licet in eius fundatione diſponatur,vt eius Capellani celebrent;nam in iſtis omnibus per ſubſtitutũ rectè obligationi ſatisfit.Idem dixit eadem ſacra Congregatio ſi Capella hia verbis cõſtituta ſit, vt Capellanus debere celebrare diuina officia,ſicut cæteri Capellani;nãnec in hoc caſu Sacerdoa eſſe cogitur.

Excipitur tamen,vbi expreſsè cautũ eſt, vt Capellania eſſet Sacerdotalis, & ad eam præſentarentur Sacerdotes, & non alij; qui per ſe ipſos,& non per ſobſtitutum celebrarent.In hoc enim caſu Sacerdos eſſe debet, vel in ea ætate,vt ſaltem intra aonom Sacerdos fieri poſsit. ita de communi ſeotentia teſtatur Paris.de reſig.benefi.lib.4. q.9. nu. 38.cum ſequ.

Secundo excipitur, vbi dictum eſſet, vt Actu Sacerdos eſſet præſentaodus; nam niſi ſacerdos ſit,præſeotari non poterit, cum volontas teſtatoris ſit expreſſa,& manifeſta,& idcirco ad coniecturas confugiendum non ſit,ſed ſeruanda,§.diſponat, in Authen. de nupt.& ita Steph.Quaran.ibidem. Quid autem ſi morbo detioeatur,quominus miſſam celebret?Per alios id faciet.

6 Poſtremò † ſi conferatur beneficium ei, qoi in ætate legitima non ſit,collatio non valebit,ita Nauar.in conſ.1.& conſ.2. & 3. de ętat.& qualit.& ſupradictum eſt iam proximè.Hæc igitur qualitatea præcipue sũt,quibus affecti eſſe debent,qui ad concurſum beneficij veniunt.

7 Atqoi † an concurrens poſsit opponere aliquid cootra concurrentem,quo excludatur,vtporè obijciendo eum irregularem eſſe,vel excommunicatum, aliavè ratinne impeditum,quominus habilis ad beneficiũ ſit? Concludendum eſt id poſſe, & idcirco probare ipſum debere,atq; ſic in ſimili reſpondit Rot.deciſ.19.de dol.& contumac.in nouis,vbi compreſentatum obijcere poſſe cõpreſentato excommunicatinnem concludi ſit,ergo & idem de concurrente ob eandem ratinnem.c.cum dilecta, de confirm. vtil.& ioutil.idem,quod excipi poſsit contra præſentatum de crimine,vel incapacitate,dixit Feder.de ſen.in conſ.102.Item agi poteſt, vt amoueatur ob crimen aote commiſſum etiam per Titium habentem intereſſe.Excipitur vbi inſtitutum tranſiuit,ita Tuſch.in litera P.concluſ.592.Hinc ſimoniam concurrens committit,ſi pactum ab eo fiat,ne concurrens vitia,& exceptiones ei opponat, cũ poſsit reuera ipſa obijcere;& vterque concurrat,& qui habuit beneficium,alteri penſionem præſtet de licentia Romani Pontificis,ita Addit.ad Stepha.Quarao. in Summ. Bullar.io verb.Simonia. Addit.3. pag.441. vbi & Nauar. & Paris. idem ſentientes refert. Verum quid ſi ordioariua nouit aliquẽ de examinandis in foro conſcieotiæ nõ eſſe beneficij capacem, ao expellere ipſum poteſt?Item ao concurrẽs poteſt dare aliquid concurrenti,ne concurrat? Poſtremò quid de impediente,ne quis concurrat? Hæc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Ordinarius an admittere debet ad concurſum eũ, quem beneficij incapacem nouit in foro conſcientia.*

2 *Concurrẽs an poſsit dare aliquid ſine ſimonia vitio concurrenti,ne concurrat.*

3 *Impediẽs aliquem,ne concurrat, an ad intereſſe teneatur.*

§. IX.

§. Tres quæſtiones explicandę nobis propoſitæ ſunt,iã igitur ipſas explicemus. 1 † Prima quæſtio igitur hæc eſt,an Iudex,ſeu Vicarius,qui nouit aliquem de examinãdis in foro conſcientiæ non eſſe beneficij capacem ob aliquod vitiũ, remouere ipſum poſſit à concurſu.In qua quæſtione. Ego breuiter ſeotio,ſi id fieri non poteſt,ſine ſigillo cõfeſsionis fractione, non poſſe, per c.omnis, & ibi DD.de pœnit. nam nec matrimonium nullom ratione hac cognitum patefieri debet,c.quia circa,vbi DD.de conſang. & affinit.Hinc Clem.VIII.in decreto ſuper caſuũ reſeruationem ab omnibus Regularium ſuperioribus obſeruandum decreuit, vt tã ſuperiorea pro tempore,quam Cõfeſſarij, qui poſtea ad ſuperioritatis gradum fuerint ꝓmoti,caueant diligentiſsimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis habuerunt, ſcilicet in foro cooſcientiæ,ad externam gubernationem vtantur,ita ibi habetur. Ergo nõ poteſt ob id Epiſcopus reijcere. Contrariũ tamen tenuit Nauar.in capit.1.§.Sacerdos, num.1.6.cum ſeq.de pœnit. diſtin.6. cuius ſenteotia locum habere poteſt, vbi graue damnum immineret,& ſuſpicio nulla habetur de reuelatione confeſsionis. Et de hac prima

prima quæſtione ſatis.

2 Secuuda quæſtio eſt, † an cōcurrens poſſit dare aliquid concurrenti ſine ſimoniæ vitio, ne concurrat. In hac itidem quæſtione breuiter concludimus nihil dari poſſe, & ſi contra fiat ſimonia committi, vt probaui in Tract. meo de ſimon. Tab. prima, cap. nono, §. 8. num. 2. & diſputauit Ludou. Paleſtr. in 2. par. conſ. caſ. 2. quæſtio. prima, & Pariſ. de confident. quæſt. quadrageſima ſeptima, & nouiſsimè Addit. ad Steph. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Aduerſus ſimoniacos, in 3. Addit. pag. 41. Quare ſi deinceps huic beneficium conferatur, poſteaque dederit aliquid in excommunicationem incidet, & collatio beneficij non valebit, nec fructus ſuoa faciet ob extrauag. 2. de ſimon. & vt probaui in Tract. meo de ſimon. Tab. 4. capitu. 6. Hinc nec vbi collatio fit, factum nullum, cōditiovè nulla extra naturam rei imponi poſſunt; quandoquidem purè beneficia conferenda ſunt; alioquin ſimonia committitur, c. cum pridem, & c. accepimus cum ſeq. & capitulo fin. de pact. & in c. electionibus, de elect. lib. 6. & vt probaui in eodem Trac. meo Tab. 1, cap. 1. §. 4. nume. quinto. Et de hac 2. quæſt. itidem ſatis.

3 Poſtrema quæſtio eſt, † an ſi quis iniuria impediret aliquem, ne concurreret, ad eius intereſſe teneatur. In qua quæſtione concludendum eſt ipſum non teneri; nam nondum ius plenum habet ad beneficium, non ius quæſitum ad rem, non ius debitum ex officio etiam Iudicis, quorum alterum requiritur, vt agi poſsit ad intereſſe, ita reſpondit Nauar. in conſ. 10. num. 6. Agere tamen poteſt actione iniuriarum, & hac ratione curare, vt ſibi ſatisfiat. Et de quæſtione hac itidē hactenus, iam de forma examinandi agamus.

S V M M A.

1 *Modus examinandi duplex.*
2 *Res, de quibus concurrentes examinari debent.*
3 *Concurrentium ſi aliqui compareant* } *quid faciēdum.*
4 *Si nemo*
5 *Examinatus ad ordines, eſto idoneus repertus ſit ad beneficium tamen examinari iterum debet.*
6 *Examinari quis debet, vel notoriè conſtet, quem idoneum eſſe.*

§. X.

1 §. † Quarto agendum eſt de forma examinandi. Forma igitur examinandi bipartita eſt, nam alia, & habito reſpectu ad modum examinandi, alia reſpectu habito ad ea, quæ à concurrentibus.

2 Quoad modum examinandi † duob. modis examen fieri poteſt. Primo ſpeciatim ſingulis examinandis, quod in multis Ciuitatibus Romandiolæ fieri vidi, vt vbi fit hac ratione, capita primaria, ac quæſtiones deſcripta haberi debent, quæ ſinguli de ipſis interrogentur; quis enim potior eſſet, ſi diuerſa peterentur cognoſci non poſſet. Addo ſi ad ſuperiorem examen deferri neceſſe ſit, hac ratione deferri facilè poſſe, ſicut & etiā notare reſponſiones, quod in me obſeruatū fuit Arimini. Alter modus eſt, vt omnes ſimul examinentur, quod etiam in me fuit obſeruatum, quando Eccleſia ſancti Stephani de Barbiano mihi collata fuit Romæ.

3 Quoad formam habito reſpectu ad ea, de quibus interrogandi ſunt, ratio habenda eſt Eccleſiæ, ad quam cōcurſus fit; nam quæ petuntur partim communia ſingulis Eccleſijs ſunt, partim propria. Communia ſunt materia ſacramentorum, peccatorum, reſtitutionis, blaſphemię. Ieiuniorum, & ad ſummum quæ pertinent ad præcepta Decalogi; & ad ad præcepta primariæ Eccleſiæ; quædam vero propria quorundam locorum, exempli gratia in aliquibus locis ſunt hæretici, in aliquibus vſurarij, in alijs cauponæ, ſtabularij, & nautæ, præter communia igitur, & de his proprijs diligens inquiſitio facienda eſt. & de forma ſatis.

Verum quid ſi non omnes deſcripti comparuerint, ſed aliqui tantum, vt vnus? Quid ſi nemo comparet? Quid ſi compareant, & nemo idoneus reperiatur? Quid ſi edictum iterum prorogetur. & nemo tamen compareat?

4 Quoad primam quæſtionem † vbi aliqui tantum comparent, ipſi tantum examinabuntur, non repugnant verba Concilij Trident. quatenus dicitur ibi. Qui deſcripti ſūt examinandos eſſe; nam intelliguntur vbi veniunt, alioquin in poteſtate eorum eſſet concurſum morari. Quod abſurdum eſt, & ita declarauit ſacra Congregatio ibi. Quare, & ſi vnus tantum aduenerit, ille erit examinandus; & ſi idoneus inueniatur, beneficium ei conferendum poterit, ſicut etiam ſi vnus tantum ſe deſcribi faceret ad concurſum, ita ſacra Congregatio ibidem. Prorogari tamen

men

men non poteſt edictum vno tantum veniente, vel aliud edictum proponi, niſi deſcripti legitimo impedimento detenti eſſent, quominus venirent: tunc enim poteſt edictum prorogari; excuſantur tamen tunc iurib. vulgaribus, & ita ſacra Congregatio ibid.

Quoad ſecundam quæſtionem, ſi nemo compareat, edictum prorogari in aliud tempus poterit, tũc etiam ſi nemo ex deſcriptis idoneus repertus ſit.

Quoad poſtremam quæſtionem, ſcilicet ſi nemo compareat ad examen per ſecundũ edictum, vel ob tenuitatem beneficij. In hoc caſu poterit ordinarius edicto commiſſo aliquem examinare, cui idoneo beneficium conferat, ita habetur Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, capitulo 18. verſicu. ſi tamen adeo exigui.

Verum quid ſi ad ordines probatus fuerit, qui examinandus eſt, an pro probato ad beneficiũ habebitur? quid itidem ſi notoriè conſtat examinandum idoneum eſſe, an nihilominus examinari debet?

5 Quoad primam quæſtionem † concludendum eſt pro probato non haberi; nam plura poſtulantur ad gubernandum beneficiũ curam animarum habens, quam ad ordines ſuſcipiendos, atque ſic aſſeruit Nauar. in cõſil. 1. de præben. & in Tract. de orat. Miſcela, num. 43.

6 Quoad alteram quæſtionem † concludendum itidem eſt, vel celeberrimus Doctor ſit qui multos annos ſumma cum laude legerit adhuc examini ſe ſubijcere debere, ita Pau. Fuſch. lib. 2. de viſit. cap. quinto, nume. 10. Immo, & Vicarius Epiſcopi ſi concurra, ita ſacra Congregatio Concilij Trid. interpres. Idque meritò tam quod pro fama examen fieri debet, id quod hinc patet, quoniam collatio facta aliter non valet, & nulla eſt per conſtitutionem Pij V. incip. In conferendis beneficijs, & idcirco omitti non poteſt, vt tradidit Lamber. de iur patron. libro ſecundo, par. 1. quæſt. 11. art. 3. & Addit. ad Sum. Bullar. Stepha. Quar. in verb. Parochialium benef. collatio. verſicu. Circa examen. Tum quod fieri poteſt, vt alius æquè idoneus ſit. Ob has igitur rationes quiſque examinari debet. Id quod locum habet non obſtantibus exemptionibus, priuilegijs, & alijs quibuſcunque per cit. c. 18. verſ. Alias prouiſiones omnes. Sed iam de effectibus examinis agamus.

SVMMA.

1 *Examinati probari, improbariuè debent.*

§. XI.

1 §. Poſtremo de effectu concurſus agendũ eſt. Concurſu facto † igitur, primo probari debet, qui probandus eſt: hic enim effectus examinis eſt proximus, ſcilicet approbatio, vel improbatio eorum, qui examinati ſunt; Quare examine facto inter ſe examinatores conferre poſſunt, ac debent, & Notario præſente quem probent, vel quem improbent, declarare, vt in actis ſuis ad ſimpliciter ſcribat. exempli gratia Titium approbatum idoneum. Seium autem improbatũ, ita ſacra Congregatio. ibidem.

SVMMA.

1 *Beneficium magis idoneo conferendum eſt.*
2 *Examine facto, ſi collatio ad Papam pertineat, probatio ab examinatoribus facta ad ipſum mittetur, quo ipſe conferat.*
3 *Examinatores, ſi aut pares ſunt, aut ſingulares, Epiſcopus, vel eius Vicarius conferre poteſt, cui vult.*
4 *Idoneus quinam magis dicatur.*
5 *Indigenæ magis, ſeu qui de loco eſt beneficiũ conferendum, quam extero.*
6 *Parochi dari debent, qui norunt linguam Parochianorum.*

§ XII.

1 §. † Secundo ei, qui probatus eſt magis idoneus, beneficium conferetur ab eo, qui conferendi poteſtatem habet, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capitu. 18. verſ. Peracto denique examine alioquin collationem nullam eſſe, & nullum ius, ac titulum etiam coloratum poſsidendo acquiri voluit Pius Quintus Bulla incip. In conferendis beneficijs, quæ eſt in ordine 32. Et reſeruata eſt eius beneficij collatio Apoſtolicæ Sedi, vt ſupra vidimus, vel alteri, cui de iure conuenit, modo non ſit is, qui malè contulit per eandem Bullam Pij V. collatio igitur fiet ab Epiſcopo,
2 vbi ad ipſum pertinet. † At, ſi ad Romanum Pontificem collatio ſpectet, tunc facto examine, vt ſupra probatio facta ab examinatoribus mittetur ad Curiam, vt à Sede Apoſtolica conferatur approbato, vt colligitur ex cit. Bulla Pij V. & ita Cõgregatione fuiſſe

ſe deciſum, & in praxi ita ſeruari teſtatur Pariſ. de reſign. benefic. lib. 19. quæſt. 7. nu. 12. & Prax. Archiepiſcop. Neapolit. capitu. 65. num. 1.

3 Verum † quid ſi examinatores in probando pares, aut ſingulares ſint? Pares exempli gratia duo examinatores approbauerũt Titium; duo verò alij approbauerunt Seium. Singulares verò, quoniam quiſque examinator vnum approbauit, & idcirco ſingulis ſingulos; ſic enim teſtes ſingulares dicuntur, vbi alter de vno facto, alter de altero teſtimonium deponit, vt DD. communiter concludunt, ſicut teſtatur Vin. in ſua Syl. opin. 909. In hoc igitur Epiſcopus votum deciſum, & ita dicitur in eodem c. 18. verſic. Tranſacto inſtituto tempore, & Sbroz. de off. Vicar. libro ſecundo, quæſtione vigeſimanona, numero 8.

4 Magis autem idoneus † habito reſpectu ad rem noſtram, duobus modis dici poteſt. Primo per ſe. Deinde per accidens. Per ſe qui eſt magis doctus, ſanctior altero. Per accidens habito reſpectu ad Eccleſiam, ad quam concurrit, vtpotè quia eſt magis idoneus ad eam regendam altero, eſto minus doctior, vel ſanctior ſit altero, ita ſentit Couar. in Regul. peccatum, ſecunda par. §. ſemo, num. 4. verſic. Dignor verò, ſic enim inquit Dignior verò in hac diſputatione non ſimpliciter diciturille, qui doctior ſit, vel ſanctior, ſed is, qui iuxta munus, & rẽ, cui pręferendus eſt: aptior eius miniſterio apparet. Siquidem quandoque qui ſanctus vir, virtuoſus, & bonus eſt, ac præterea diligentior ad curam, præferẽdus eſt verò ſanctiori, qui non ita diligens eſt, eaque ratione non ita aptus, ſicut prior adminiſtrationi eius muneris, cui eſt præferendus, quod D. Thom. ac cęteri paſsim adnotarunt; idemque obſeruandum erit circa doctrinam, & eruditionem; nam frequentiſsimè qui doctior eſt, non ita conuenit muneri publico, ſicut alter, qui doctus eſt, & doctrinam habet ſatis ſufficientẽ ad munus, quod ei confertur. Hæc Couar. ibidem, ex quibus apparet quiſnam magis idoneus dicatur, quatenus ad rem noſtram pertinet. & facit declaratio ſacræ Congregationis Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformatio. cap. 18. quæ dixit magis notum moribus bonis pręferendum eſſe magis docto; ſed quoad mores minus noto.

5 Quare † ratione hac cæteros paribus, an extraneus indigenavè ſit, conſiderabitur, & indigenę magis, quam extraneo beneficium conferetur, c. nullus, diſtinct. ſexageſimaprima, & c. fin. de cler. peregr. & Diaz. in pract. crim. canon. capit. 54. & Couar. pract. quæſt. cap. trigeſimoquinto, num. 5. & Gloſſ. in capitulo 1. in verb. Ciuitatis, diſt. 60. & Gloſſ. in c. 1. diſtinct. 85. vid. (ſi tamen quis diceret ſe eſſe illius dięceſis, in qua eſt beneficiũ, cum non ſit litteræ ſubreptitiæ non dicẽtur, ita Rot. deciſ. 76. in antiq.) Idque iure merito, nam magis loci conſuetudinem, & mores hominum notam habebit; necnon linguam.

6 Hinc Epiſcopus † hoc etiam ſtudere debet, ſi diuerſarum linguarum, & rituum ſubditus habeat, vt Parochos eis concedat, qui eorum linguam non ignorent, & qui ſecundum diuerſitatem rituum, & linguarum diuina officia illis celebrent, & Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrent inſtituendo eos pariter verbo, & exemplo. Item, & Vicarium & Antiſtetem huiuſmodi, vt habetur in c. quoniam, de offic. ordin. Si ergo Græci ſint in diœceſi, miniſtros Græcos prohibet. Hinc quod ad Vrbem de omnibus gentibus homines confluunt, ſicut etiam ad ædem D. Mariæ Lauretanæ ob eam rem pœnitentiarij diuerſarum linguarum conſtituti ſunt, quod etiam Mediolani obſeruatum vidi. Ob has rationes igitur cæteris paribus, & qui ſunt de ea Eccleſia præferri debent extraneo, ita Abb. in c. conſtitutus, de appella. quippe quia Eccleſiam magis diliget, c. nullus, diſtinctio. ſexageſimaprima, & c. nec emeritis, eadem diſtinct. Idem ſi eſt de genere eius, qui eccleſiam poſuit, ita Gloſſ. in c. neminem, diſtinct. ſeptuageſima. Poſtremò, vbi alias pares ſunt, qui de Seminario loci ſunt alijs præferentur. ita ſentit nouiſsimè Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, de reforma. capitulo 18. verſic. Paſsim, cum ei opportunum videbitur, Eccleſiarum miniſterio addicet.

Verum quid ſi minus idoneo conferatur? qua ratione alijs conſulatur? Item an Epiſcopus peccet, ac puniatur? Poſtremò collatio valeat? Hæc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Beneficium ſi conferatur minus idoneo ab alijs examinatis appellari poteſt.*
2 *Epiſcopus an peccet minus idoneo beneficium cõferendo omiſſo magis idoneo.*
3 *Epiſcopus an puniatur in prædicto caſu.*
4 *Collatio facta minus idoneo, an valeat omiſſo magis idoneo.*

§. XIII.

1 §. Quatuor quæſtiones explicandas nobis propoſuimus † quoad primum igitur, vbi ſcilicet Epiſcopus minus idoneo beneficium contulit, qua ratione alijs concurrentibus magis idoneis ſuccurrat? Breuiter concludendum eſt per appellationem; appellare enim poſſunt aut ad Metropolitanum, id eſt Archiepiſcopum ſi Epiſcopus eos reiecit; & ſi Archiepiſcopus viciniorem vti à Sede Apoſtolica delegatum, vel ſtatim ad Apoſtolicam Sedem, & ad nouum examen prouocare, ita ſanciuit Pius Quintus in Bulla incip. In conferẽdis beneficijs lata anno 1566. decimoquinto calend. April. Poterit igitur ſtatim, & immediatè ad Papam appellare medio intermiſſo; eſtò alias gradatim appellandum ſit, c. ſi duobus, & c. ſolicitudinem, de appellat. & Hoſt. in Sum. §. à quo, & ad quem, verſ. Item contra.

2 Quoad ſecundam quæſtionem † an ſcilicet Epiſcopus peccet conferendo beneficiũ minus idoneo, magis idoneo omiſſo. Si Epiſcopus præferret minus idoneũ per ſe, & per accidens ei, qui magis idoneus eſt vtroque modo (magis autem idoneus quinam ſit per ſe, & per accidens ſupra declaraui) ſine dubitatione peccat, ita Scot. & Ricard. libro 4. diſtinct. 15. & Caiet. 22. quæſt. 185. artic. 3. & Couar. in Regula Peccatum, 2. par. relect. §. ſeptimo, num. 4. ver. Ex his autem, & Abb. in c. conſtitutis, 2. num. 7. de appella. & Dec. num. 4. ibi, qui de communi ſententia teſtatur, vt mortiſere peccet. & Pariſ. de reſigna. benef. lib 4. quæſt. 10. num. 35. qui opinionẽ hanc communem Theologorum, & Canoniſtarum eſſe refert. Idque merito. Tum quod obeſt Eccleſiæ, & iniuriam quandam ipſi examinato facit. Tum quod non paret Trid. Synod. in eodem cap. 18. vbi præcipit Epiſcopis, vt magis idoneum eligant, & ei beneficium conferant. Quare, & ad intereſſe ipſius examinati tenebitur ob iniuria illatam, & ad intereſſe Eccleſiæ ſi damnum aliquod patiatur, ita dixit Ancharan. quem refert ac ſequitur Felyn. in c. ſi quando, num. decimoquarto, verſ. De inferioribus autem à Papa, de reſcript. etenim & magiſtratus tenetur, qui minus idoneum tutorem dedit pupillo, l. 1. § nunc tranſeamus. ff. de tuto. & ration. diſtrah. Excipitur tamen vbi præferret minus idoneum ſcientia. Sed magis idoneum ipſam. Poteſt enim quis eſſe doctior, & ſanctior, non aptior tamen ad Eccleſiam gubernandam, vt ſupra dixi. Si ergo huic præferatur minus doctior, & ſanctior, vtilior tamẽ, & aptior ad Eccleſiam gubernandam, nec peccabit, nec ad reſtitutionẽ vllam tenebitur. Et de quæſt. hac ſatis.

Hinc patet, vbi concurrenti reſtitutio facienda eſt, non habendam eſſe rationem beneficij, ſed iniuriæ illatæ, vt quia ante poſuerit minus idoneum ipſi magis idoneo, iniuria autem exiſtimatur iureiurando eius, qui iniuriam paſſus eſt.

An igitur non tenetur ad reſtitutionem, vt ſcilicet aliquid, æquiualens ei tribuat Couar. in regul. peccatum, ſecunda par. §. 7. numero 6. vbi quæſtionem hanc diſputauit, de ſententia Adriani ad hanc reſtitutionem cõferentem non teneri aſſeruit. Et hoc quoniã non debetur beneficium ratione iuſtitiæ cõmutatiuæ, vnde naſcitur ratio reſtituendi ſi datũ ſit in re propria, vel debita; ſed ratione iuſtitiæ diſtributiuæ, quo caſu ad reſtitutionem quis non tenetur. Contrarium tamen tenuerunt Palud. & Caiet. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur an reſtituendum ei aliquid ſit ratione beneficij non collati, & in hoc caſu ſequor opinionem Adrian. & Couar. ob rationem ab ipſis allatam, aut quæritur, an reſtituendum ei ſit aliquid ob iniuriam ei illatam, & tunc concludo debere, vt ſupra aſſerui. & in hoc caſu locum habebit opinio Palud. & Caiet. & de quæſt. hac ſatis.

3 Quoad tertiam quæſtionem † ſcilicet an puniatur, qui non idoneo contulit. Breuiter concludendum eſt puniri, vt habetur in c. cũ in cunctis, §. fin. de elect. & in c. graue nimis, de præbend. præterquam quod tenetur ad reſtitutionem, vt dixi.

4 Quoad poſtremam quæſtionem † ſcilicet an collatio teneat omiſſo digniori. Breuiter concludendum eſt ipſam valere, ſic enim loquiunt DD. quos refert, ac ſequitur Abb. in cit. c. cum in cunctis, §. finali, num. ſexto, & Couar. in Regul. peccatum, ſecunda parte, §. ſeptimo, numero 3. qui de communi ſententia teſtatur, & Pariſ. de reſigna. benefic. libro quarto, quæſtio. vndecima, nume. quadrageſimo, qui opinionem hanc magis communem eſſe refert. Satis enim eſt, vt dignus præferatur, eſto dignior omittatur, & facit. Bulla Pij Quinti, incip. In conferendis, vbi etſi concurrens appellat, interim tamen in poſſeſſione is erit, cui collatio facta eſt. ergo idem & hic. Sed iã ad aliam tranſeamus.

SVM-

S V M M A.

1 *Collatio beneficij abſenti fieri poteſt.*
2 *Item & nocte.*
3 *Literæ collationis beneficij fieri debent, antequã in poſſeſſionem eius mittatur.*

§. XIV.

1 §. Collatione beneficij facta † quæ & ab-
ſenti fieri poteſt, c. ſi tibi abſẽti, de præ-
bend. libro 6. quo caſu collatio alteri fieri
non poteſt, antequam abſens repudiauerit,
vt dicitur, & in cit. c. ſi tibi, & Couar. variar.
reſolut. lib. 3. cap. 16. & vt inquit Illuſtriſs.
Tuſch. in ſuis concluſ. in littera A. concl. 93.
2 † Et nocte etiam fieri poteſt, vt inquit Abb.
in c. 1. vt Eccleſ. benefic. ſicut etiam contra-
ctus, & teſtamenta, vt aſſerunt Dec. ac Fely.
in c. conſuluit, de off. ordi. Sicut etiam actus
Iudicis de conſenſu partium (facta in quam
collatione) cuiuſni ius acquiritur in benefi-
cio, & ius, quod dicitur in re, vt inquit Couar.
3 eadem cap. in principio.) † Literæ collatio-
nis confici debẽt; antequam enim fiant, poſ-
ſeſsio capi non poteſt per Bull. Iulij III. in-
cip. Sanctiſsimus, quæ eſt in ordine 33. & ita
Pariſ. de reſign. benef. lib. 10. quæſt. 6. nume
ro 16. qui de ſtylo ita ſeruari teſtatur, & lib.
8. quæſt. 8. num. 2. nam literis non expeditis
nec fructus percipi poſſunt. Qua autem for-
ma fiant, poſuit Rebuff. in ſua prax. benefic.
ſub tit. forma collationis, & prouiſionis, vbi
habetur etiam, quæ continere debeat per ip
ſas autem beneficij collatio probatur; ſicut
etiam per teſtes, vt dixit Rot. deciſio. 38. de
probat. in antiq.

Atqui ſi Epiſcopus nouiter creatus velit
ſibi oſtendi titulum beneficij, quod multos
annos quis pacificè poſsidet, & quia poſsi-
det incompatibilia, an cogetur oſtendere?
Nauar. in conſilio quarto, de offic. ordin.
tenet ad id obligatum non eſſe. Tu tamen
tene contrarium de incompatibilibus per
Triden. Synod. ſeſſ. 7. de refor. cap. 5. & c. or-
dinarij, de off. ord. libro 6. Sed iam ad alia
tranſeamus.

S V M M A.

1 *Poſſeſsionem accipere debet, ſeu mitti in poſſeſ-ſionem auctoritate Iudicis, qui beneficium habuit.*
2 *Pro poſſeſsione an quidquam dari poſsit.*
3 *Ante poſſeſsionem an adminiſtrare quis poſsit.*

§. XV.

1 §. Quarto in poſſeſsionẽ mitti debet † au-
ctoritate Iudicis, ſcilicet Epiſcopi, vel
eius Vicarij is, cui beneficium collatum eſt:
pro regula enim traditur propria auctorita
te, quem non poſſe ingredi poſſeſsionem,
vt tradunt Iaſ. ac DD. in l. ſi ex ſtipulatione,
ff. de acquiren. hæred. & Rebuff in pract. be-
nef. in tit. de miſsione in poſſeſsio. vbi & per
quos miſsio fiat, declaratur, & pluribus egit
id Couar. variar. reſolut. libro 3. cap. 16. nu
mero 6. verſ. Secunda, & Pariſ. qui de com-
muni ſententia teſtatur. de reſig. benefic. li-
bro 10. quæſt. 6. num. 27. verſic. Tertio dubi-
tatur, & num. quadrageſimoquinto, vbi di-
cet, qua ratione petatur, & tradatur, & No-
tarius inſtrumentum conficiat, ſcilicet à ter
go literarum collationis, & ſic formam tra-
ditæ poſſeſsionis ponit.

Meritò autẽ poſſeſsio recipi debet; quan
doquidem ante poſſeſsionem acceptã admi
niſtrare ibi non poteſt, ita Abb. ac DD. alij
quos citat, ac ſequitur Pariſ. eadem quæſtio.
ſexta, num. 7. cum ſeq. & infra aſſeruimus.
Per alium quoque poſſeſsio acquiri poteſt,
requiritur tamen, vt tunc ſpeciale manda-
tum, ſic habeat, ita Capel. Tholoſ. dec. 486.
Gloſſ. & DD. in c. ſi tibi abſenti, de præbend.
lib. 6. & Inno. in c. accedens, eodem, de præ-
bend. & Felyn. in c. nonnulli, §. ſunt, & tali,
de reſcript. nu. 46.
2 Nihil tamen † pro hac miſsione dari de-
bet; alioquin ſimonia committitur, vt aſſe-
ruit in eodem Tract. meo de ſimon. Tabu. 1.
cap. quadrageſimooctauo, §. 5. num. 2. nam,
& nouiſsimè Triden. Syno. Epiſcopus man-
dauit ne permittatur quicquam dari, ſeſsio.
vigeſimaquarta, de reforma. c. 14. & non ſo-
lum in collationibus, verum etiam, & in alijs
huiuſmodi prouiſionibus quorumcunq; be-
neficiorum, non obſtantibus quibuſcunque
contrarijs, alioquin grauiter, & vt ſimoniaci
puniri debent, vt ibi dicitur.

Excipitur tamen, vbi conſuetudo eſſet,
vel inſtitutum in Eccleſia, vt aliquid daretur
in vſum pium conuertendum, vtpotè pro lu
minibus Eccleſiæ, vel veſtibus conficiendis
ad diuina facienda; aliàs verò cõſuetudines
quæ auaritiæ ſpecimen habent, vel ſimoniæ,
ab Epiſcopis reijciendæ ſunt. Quare in vti-
litatem ipſorum ſuſcipientiũ nihil dari de-
bet, neque etiam dulciaria, vel prandiũ, vel
id generis, alioquin, vt ſimoniaci puniũtur,
vt ibi dicitur, & cõſtat ex eodem capitulo ſu
pra cita.

M 2 Secun-

Digitized by Google

Secundo excipitur, qnod datur Notario, qui in poſſeſsionem mittit. id enim licet nã non pro ipſa miſsione, ſed pro ſuo officio, vel laboribus datur, vt probani in eod. Tractа.cap. . . § 5. nam nec vſura comnittitur à Miniſtris Montinm Pietatis, qui aliquid accipiunt, vt probaui in Tract. meo de Vſur.

Tertio ſi vexetur in inre iam acquiſito à quopiam, poteſt aliquid ei dari, ne vexetur, c. dilectus 1. & ibid. DD. de ſimon. & Ego in Tracta. meo de ſimon. capitulo nono, § octauo.

8 Atqui † an ante poſſeſsionem poſt tamẽ collationem factam adminiſtrare poteſt, is cui collatio facta eſt. In hac quæſtione, qnã diſputauit Abb. in c. tranſmiſſa, nume. 3. de elect. commnniter concluditur poſſe adminiſtrare, & ita etiam Couar. eodem num. 6. modo alius in poſſeſsione non ſit, vt dixit Couar. ibidem, & alij ab eo cit. vidend. vbi materiam hanc de poſſeſsione tractauit. Vbi autem alius in poſſeſsione eſt. tunc autore Iudice in poſſeſsionem mitti debet, alioquin videretur ſpoliare propria autoritate, quod non licet, l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. Excipitur etiam vbi conſuetudo eſſet, vt ante poſſeſsionem nõ adminiſtraret, & hęc etiam videtur eſſe commnnis opinio, & Ego ita ſemper ſeruari vidi, & ab hac conſuetudine diſcedendum nõ eſt; collatio enim vim ſententiæ habet. miſsio autem in poſſeſsionem executionis formam. quare Pariſ. in tracta. de reſig. beneſ. lib. 10. quæſt 6. nume. 7. ante poſſeſsionem adminiſtrare non poſſe aſſeruit, vt ſupra dixi. Et de his hactenus ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Profeſsionem fidei facere debet prouiſus de beneficio poſt poſſeſſionem adeptam.*
2 *Canonicatus adeptus profeſſionem fidei itidem facere debet.*
3 *Beneficium quodcunque habens profeſſionem fidei facere debet.*
4 *Pæna non facientis hanc profeſſionem.*
5 *Pænas non facientis profeſſionem, vbi beneficiũ Eccleſiaſticum habeat, quando quis euadat.*
6 *Profeſſionem fidei in prima ſynodo facere debẽt Clerici in prouinciali Epiſcopus.*
7 *Regulares etiam prouiſi de dignitatibus profeſſionem fidei facere debent.*

§. XVI.

1 §. Quinto poſt habitam poſſeſsionẽ † intra duos menſes in manibus ipſins Epiſcopi, vel eo impedito coram Generali eius Vicario, ſeu officiali Orthodoxæ fidei publicam facere profeſsionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſurum ſpondere, ac iurare debet. ita habetur apnd Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. cap. 12. verſ. Prouiſi etiam. Et hæc regula locum habet, vel in alia actione profeſsionem ipſam fecerit, vt dixit Nauar. in conſ. duodecimo, de iureiurand. & Azor. Inſti. Moral. parte ſecunda, libro ſeptimo, cap. ſecundo, in fine, nam ſancta Synodus ſimpliciter iubet, vt profeſsionem fiat, & non diſtinguit, an antea fecerit ergo, nec nos diſtinguere debemus, l. de precio, ff. de publ. in rem act. Alioqnin ſat eſſet ea, quam fecerunt in baptiſmi ſuſceptione. Item ampliatur, vt per procuratorem profeſsio hæc fieri nequeat, ita dixit Addit. ad Nauar. in eodem conſil. 12. de iureiurand. atque ſic etiam Sacta Cõgregatio ibi interpretata eſt. Qui ergo abſens eſt ad profeſsinnem fidei faciendam venire debet. Non ergo opinio Azor. eod. cap. 2. quæſt. 6. renenda eſt. qui contrarium cenſuit, nec Nauar. in conſ. 11. de iureiuran. Delegare tamen Epiſcopus alicni exiſtenti in loco, vbi eſt qui beneficiũ habet, quo apud eum profeſsionem faciat. Tertio locum habet, vel elapſo tempore à Trident. Synod. præſcripto; nam nihilominns debet facere, ita Nauar. in cita. conſil. 11. quem ſequitur Addit. in Summ. Bullat. Steph. Quar. in ver. Beneficiorum poſſeſsio in littera B. verſicu. Item alia requiritur ibi. Quam Concilij diſpoſitionem, & facit l. Celſus, ff. de arbitr. & c. cum dilecti, de dol. & contumac. & ita Azor. ibi quæſt. 5. & Pariſ. in tract. de reſig. beneſ. lib. 10. q. 9. num. 12.

2 Secundo etiam † poſni de Canonicatibus & dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus eandem profeſsionem facere debent coram Epiſcopo, ſeu eius officiali. Immo etiam in Capitulo idem facere tenentur, ita dicitur eodem capitulo duodecimo, verſic. Prouiſi etiam de Canonicatibus. Id qnod locum habet, vel Canonici exempti ſint; nam ob rationem proximè dictam, qnod ſancta Synodus non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, atque ſic dixit Nauar. in conſil. 9. de iureiuran. Excipiuntur tamen Canonici Eccleſiæ collegiatæ, Sed non Cathedralis; nam

etſi

etſi coram Epiſcopo, vel eius officiali profeſsionem fidei facere debent, non tamen in Capitulo tenentur. Ex quo ſancta Synodus de Capitulo Eccleſiæ Cathedralis loquitur, atque ſic ſacra Congregatio ibi interpretata eſt.

3 Tertio † prouiſi etiam de beneficijs alijs ſimplicibus eandem profeſsionem facere debent, eſto animarum curam non habeãt: nam & qui Canonicatum adepti ſunt, eam facere tenentur, qui nec animarum curã gerunt, vt proximè vidimus, ergo idem & hic ob eandem rationem, argum. c. cum dilecta de confir. vtil. vel inutil. Accedit Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. cap. 2. verſ. Cæteri verò, quæ generaliter de omnibus beneficijs loquitur ergo, & generaliter intelligi debet, argum. l. 1. §. Et generaliter, ff. de legat. præſtand. cum ſimilibus.

4 Pœna verò † non facientium profeſsionẽ inter duos menſes à die adeptę poſſeſsionis vt ſupra, & fructuum beneficij non acquiſitio; non enim fructus ſuos faciunt, vt habetur eodem cap. 12. verſ. Prouiſi etiam de Canonicatibus ibi, alioquin prædicti omnes. Id quod locum habet, vel per triennium beneficium pacificè poſſederint, nam regula de triennali nihil ipſis prodeſt quoad fructus; ſolum enim ius tribuit quoad proprietatem; & tradit dominium beneficij, ita Azor. eodem quæſt. 3. atque ſic ſacra Congregatio interpretata eſt ibi, illis verbis. Nec illis poſſeſsio ſuffragetur. Non acquirunt igitur fructus beneficiorum, vel ſententia Iudicis non interueniat, nam etſi pœna non debetur, niſi poſt ſententiam latam in foro cõſcientiæ, per Gloſſ. communiter recept. in c. fraternitas, duodecima quęſt. ſecunda, ea tamen regula locum habet, vbi quis ſemel fuit dominus; vt hi nunquam fuerũt domini fructuum, ergo retinere illos non poterunt, vel ſint fructus percepti ante duos menſes datos ad profeſsionem faciendam. Immo nec eos recuperant poſt profeſsionem factam, quos amiſſerunt poſt duos mẽſes ante profeſsionem, ita Azor. ibidem quæſt. 9. qui videtur ſignificare retinere poſſe fructus ante duos menſes receptos, quæ opinio mihi non placet, nam & Nauar. contrarium tenet, in conſ. 12. de iureiuran. vt ſcilicet amittat fructus pręteriti temporis vbi poſt mẽſes duos menſes profeſsionem fecit. Fructus autẽ hi impenduntur, vel in vſum pauperum, vel in fabricum Eccleſiæ, ita Azor. ibidem, quæſtione tertia.

5 Excipitur tamen primo † in foro cõſcientiæ, vbi quis probabiliter ignorauit profeſſionem hanc faciẽdam eſſe, vel nõ animaduertens, vel non cogitans cum prętermiſsit, vt dixit Nauar. in conſ. 12. de iureiurand. & ſequitur cit. Addit. ad Stepb. Quar. in Sum. Bullar. quamuis in foro fori non excuſetur, cum ſit ignorantia iuris clari, quæ non excuſat, c. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. nam mala fides præſumitur, & ita Pariſ. de reſigna. benefic. libro decimo, quæſtione nona, numero 8.

Secundo excipiuntur diſtributiones quotidianæ, nam ex quo dantur ijs, qui diuinis officijs interſunt, & idcirco ob operas perſonales, ob eam rem ipſas non amittunt, atque ſic dixit ſacra Congregatio ibi. Quare Canonici, qui adepti ſunt Canonicatus, & profeſsionem fidei non fecerunt; eſto præbendarum fructibus careant, diſtributiones tamen habebunt, At quid ſi poſt tempus datum profeſsionem fecerint, an fructus recuperabunt? Ego ſentio collectos non recuperari; alioquin nullam pœnam paterentur, ſi moram purgare poſſent. Accedit pœnã, quæ ipſo iure infertur, non purgari, argu. c. cum deſideres, de ſent. excom.

Poſtremò excipiuntur titulus beneficij, vel alia iura, & commoda poſſeſsionis (& idcirco ſi Canonicus ſit, non eſt priuatus voce in Capitulo.) Non enim hæc amittuntur per profeſsionem non factam, vt dixit Nauar. in conſ. 3. de verbor. ſignif. & in conſi. 8. de iureiurand. & declarauit ſacra Congreg. quoad alia etiam commoda poſſeſsionis, vt refert eadem Addit. in verb. Beneficiorum poſſeſsio, & Pariſ. ead. quæſtio. nona, num. 5. Idque merito. Tum quod verba illa poſſeſſio illis nõ ſuffragatur reſpectum habent ad amplificandam priuationem factam de fructibus, quibus & vult non profitentem carere, vel per triennium poſſederit, ergo non ad proprietatem pertinet, argum. c. nonne, de præſumpt. Tum quod ſi contrarium diceremus pœna amplificaretur contra, c. odia, de regul. iur. lib. 6. & correctio Regula de triennali indiceretur etiam in hoc contra, c. cum expediat, de elect. lib. 6. & induceretur tacitò ipſo facto priuatio beneficij contra Gloſſ. communiter recepto in c. fin. de verb. patr. quæ omnia abſurda ſunt, ergo. Profeſſio autem fidei qua ratione fiat poſuit Pius Quartus in ſua Bulla incip. Iniuncto nobis, lata anno 1564. Idibus Nouemb. Pontificatus ſui anno quinto, & eſt in ordine 1 s4. pagina mihi 832.

6 Tertiò † omnes qui beneficia Eccleſiaſtica habent, in prima Synodo diœceſana profeſsionem facere debent, vt habetur apud Triden.

Digitized by Google

Triden.Synod.ſeſſ.vigeſimaquinta,de reformat.capit.2. verſ. Cæteri verò omnes; Non ergo quoties Synodus congregatur, iteranda eſt.

Quarto omnes Epiſcopi cuiuſcunq; gradus in prima ſynodo prouinciali eandẽ profeſsionem facere debent,iuxta cit. capitulo alioquin puniuntur,vt ibi habetur.

Quinto prouiſi etiam de beneficijs Regularium eadem profeſsionem facere debent, ita Pius IV.in cit.Bulla.

7 Sexto † Regulares, qui dignitatem aliquam adepti ſunt, ad hanc profeſsionem etiam tenentur,ita ſacra Congreg.eod.capitulo 12.declarauit,& Nauar.in conſ. 10.de iureiuran.Quare qui Prouincialis,vel Generalis creatus eſt,vel Abbas,ad hanc profeſſionem tenebitur.Et de his hactenus.

S V M M A.

1 *Fructus vacationis tempore præſcripti ad quem pertinent.*

2 *Fructibus perceptis mortuo Clerico, an de ipſis relinqui debet aliquid ſucceſſori, vſque ad nouos fructus.*

3 *Succeſſor in beneficio,an obligatus ſit ad penſiones præteritas ſoluendas, & quid de alijs debitis.*

§. XVII.

§. Poſtremo agendum eſt de fructib. perceptis vacationis tempore,item, & de debitis,quæ præſtanda ſunt.

1 Quoad primam quæſtionem igitur † antiquo iure ei,cui beneficium confertur,debebuntur;aliquin eos vſurpantes.Si Epiſcopi, & alij Superiores eſſent ingreſſu Eccleſię priuati erant quouſque reſtituerint.Cæteri verò inferiores ab officio, & beneficio ſuſpẽſi eadem ratione.Et intelligitur de illis diſpoſitio hæc,quibus Eccleſię,vel beneficia ſubiecta erant,vel ratione collationis, vel præſentationis,vel ordinationis,vel cuſtodiæ,c.qã ſæpè,de elect.lib.6.& c.præſenti,de off.ord. lib.6.& c.4.eodem in antiqu. Excipitur tamen vbi fructus ad eos ratione quapiã pertinerent,vt ibi dicitur.

Hodie tamen fructus percepti poſt mortem Clerici ante collationem ad Cameram Apoſtolicam loco ſpoliorum pertinent per Extrauag.Cum nonnullæ,de præbend.& facit Addit.ad Steph.Quar.in Summ. Bullar. in verb.Beneficiorum poſſeſsio in littera C. Exiſtimarem tamen relinqui debere à Camera,quo inſeruiri Eccleſiæ, aliaque onera eiuſdem ſuſtineri poſſent per cit.c.præſenti, §.porrò,iunct. Gloſſ. & traditis ibi à DD.

2 † Quare ſi Parochus mortuus eſt fructibus omnibus collectis,cenſeo hæredem obligatum eſſe ad præſtandum ſucceſſori,quod ſat ſit ad ſuſtentandum per eum annum ſucceſſorem,& ad alia onera ordinaria Eccleſiæ, quouſque noui fructus colligantur per cita. c.præſenti,§.porrò,& ita Oldrad.in conſilio 249.verſ.Ad ſecundum,quem refert, ac ſequitur Illuſtriſs.Tuſch.in Pract.Concluſ. in littera E.concl.288.nu.4.

3 Quoad poſtremam quæſtionem, † ſcilicet an ſucceſſor in beneficio obligatus ſit ad penſiones ſoluendas,ad quarum præſtationem ſucceſſor erat obligatus, & ad alia debita,Quoad penſiones concludo eum obligatum eſſe,nam ita aſſerit Philip. Franc.in eodem § porrò,& Gigant.in Tracta.de penſion.quæſtio. trigeſimanona, & ita de ſtylo Curiæ ſeruari teſtatur Nauar.in conſil.quadrageſimonono,de præbend. Idque merito nam obligatus habet fructus beneficij ipſe penſionarius;& idcirco agere ſemper poteſt contra beneficium poſsidentem.Recuperabit tamen ſucceſſor,quod ſoluit,ab hæredibus anteceſſoris.Quoad alia debita verò, vbi ob vtilitatem Eccleſiæ facta ſunt,etiam ſucceſſor tenetur ad ea præſtanda. Sicut etiam quæ pro medicinis, pro ſumptibus funerum,& ſalute eius animæ,ita Tuſch.in eadem littera E.concluſio. 288. & Viu. in ſua Sylu.opin.838.quod accipio habito reſpectu ad medicinas,& ſumptus funeris,vbi de hæreditate mortui præſtari nequeunt.Et de quæſt.hac ſatis, necnon de collatione prædicta. Addo ob ingratitudinem eius,vti beneficium Epiſcopus contulit,adimi ab eo ipſum non poſſe,ſicut nec etiam reuocari renunciationem factam in fauorem;non enim liberalitas ſimplex eſt ipſius Epiſcopi; cum ex officio ad collationem faciendam teneatur,vt aſſerit Viu in ſua Sylu.opinio. 373. iam ad collationem beneficij transeamus, quod ſimpliciter reſignatum eſt.

S V M M A.

1 *Beneficia ſimpliciter reſignata in manu Epiſcopi à ſuo ſubdito ipſe conferre poteſt.*

2 *Reſignationes ſimpliciter ſine cauſa fieri nequeunt; & quæ ſint hæ cauſa.*

3 *Bulla Pij V. de reſignatione refertur.*

4 *Epiſcopus reſignata beneficia, nec ſuis, nec reſignantium affinibus, vel conſanguineis conferre debet.*

5 *Pœna Epiſcoporum non ſeruantium Bullam Pij*

Quinti

Quinti de reſignat. & quouſque pateat.

6 *Reſignatio ſi admittatur non exiſtente vna ex cauſis poſitis in Bulla Pij Quinti, quæ pœna incurratur.*

§. XVIII.

1 Secundo Epiſcopus † conferre etiã debet beneficia ſuæ diœceſis ſimpliciter coram ſe reſignata poſſunt enim apud ſe reſignari ſimpliciter, ideſt non in fauorem alicuius, vel retenta penſione, vt à DD. tenent, vt teſtatur Pariſ. de reſign. benefic. lib. octauo, quæſt. ſeptima, num. 1. & 8. cum ſequent. & quæſt. 9. num. 22. Immo ſubditus in manibus ſui Prælati beneficium ſimpliciter reſignare debet, c. admonet, verſi. Aut dimittere in occulto; & ibi Gloſſ. ac DD. de renunc. Et viuunt hac ratione; & idcirco conferenda ſunt per concurſum, ita Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capit. 18. verſ. Probatum, vel reſignationem etiam in Curia. Admiſſa autem reſignatione ab Epiſcopo, qui renunciauit, quoniam amittit omne ius, nihil poteſt in ea Eccleſia adminiſtrare, nec quicquã aliud facere; & perinde eſt, atque ſi eſſet mortuus; Epiſcopus ergo interim prouidebit beneficio de Vicario, vt habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 18. & ita Paris. de reſig. benef. eod. lib. quæſt. ſeptima, eſto interim, antequam de Vicario prouideatur, ratione poſſeſsionis reſignãs licitè adminiſtret ſpiritualia, vt alibi diximus de permutantibus.

2 Non tamen † omnes reſignationes admittere debet Epiſcopus; ſed ſolum in duobus caſibus. Primo vbi de iure reſignantes inſeruire Eccleſiæ non poſſunt, vel quia criminis obnoxij ſunt, aut cenſura irretiti, vnde nec poſſunt, nec debẽt inſeruire, vel alia beneficia incompatibilia habent, vel religionem ingredi volunt, vel matrimonium contrahere, modo tamen re ipſa hæc exequantur. Secundo vbi de facto inſeruire nõ poſſunt, vel non commodè, vel non ſine ſcandalo, quia ſcilicet, aut ſenio confecti, aut valetudinarij, aut corpore vitiati, vel impediti ſunt; & ſic ad ſummam facti ſunt irregulares vitio corporis, de qua irregularitate egi in Tract. meo de Irregulat. cap. quadrageſimoquarto, vſque ad cap. 55. Aut ob capitales inimicitias non poſſunt, vel non audẽt in loco beneficij reſidere, ita habetur in Bulla Pij V. quæ eſt in ordine 58. incip. Quanta Eccleſia Dei incommoda, lata anno 1586. calend. April. Pontific. ſui anno 3. quæ hæc eſt.

3 Poſthac † Epiſcopi & alij facultatem habẽtes eorum duntaxat reſignationes recipere, & admittere poſsint, qui aut ſenio confecti, vel valetudinarij, vel corpore impediti, vel vitiati, vel crimini obnoxij, cenſuriſque Eccleſ. irretiti, aut nequeunt, aut non debẽt Eccleſiæ, aut beneficio inſeruire, ſeu qui vnum, vel aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contingerit promoueri, religionem quoque ingreſſuri, vel matrimonium contracturi ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur denique cum quis ex alijs caſibus acciderit, qui conſtit. Fel. Recordat. Innoc. Papa III. de admittendis Cathedralibus Eccleſijs edita continentur, qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audẽt in loco beneficij reſidere ſecuri. Sed nec horum vllus ſacro ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſt. reſignare, niſi aliud ei ſit, quo in vita poſsit commodè ſuſtentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutatione admittere, quæ Canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur. Caueant autem Epiſcopi, & alij prædicti. Itemque omnes electores, præſentatores, & patroni tam Eccleſiaſtici laici quicunq; ſint, nec verbo quidem, aut nutu, vel ſigno futuri, vel huiuſmodi beneficij, & officij ſucceſſores ab ipſis reſignationibus, aut alij eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de ſuis aſſumendis prouiſio inter eos, vel etiam intentio qualiſcunque intercedat.

Cæterum præcipimus, atque interdicimus ne ipſi Epiſcopi, vel alij collatores de beneficijs reſignandis præſidictis aut his, aut admittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per falacem circuitũ multiplicatarum in extraneos collationum audiant prouidere, quod ſi ſecus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temere attentatum id totum ex nũc iures, & defectum decernimus non habere.

Qui verò contra fuerint, vt in eo quo delinquerint, puniantur à beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuique competierit tandiu ſuſpenſi remaneant, donec remiſsionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, & officia receperint eos prædictis pœnis volumus ſubiacere. Et nihilominus in eos, qui hic ſuſpenſi cõferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere auſi fuerint

rint excommunicationis quoad pœnas, quo verò ad Capitula, & Conuentus à diuinis ſuſpenſionis ſententias ipſo facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quam ipſe Romanus Pontifex, ſiue abſolutionis, ſeu relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impartire. Prohibitione, vel literis noſtris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obſtantibus, &c. Nec Pius Quintus decreuit de reſignat. benef. ſimpliciter facta, ideſt non in fauorem alicuius; ex quibus hæc habentur. Primu ob prædictas cauſas tantum reſignationem prædictam admittendam eſſe, & ob cauſas, quæ habentur in c. niſi, de renunciat. hæc enim eſt conſtitutio Innocen. III. cuius Bulla Quinti hic meminit. Quas cauſas declarauit Pariſ. de reſig benef. lib. 5. queſt. 6. Sed tu dic apertius ac breuius, vbi irregularitatem aliquam quis paritur vel animi, vel corporis, vel famæ admitti ad reſignandum de quibus omnibus egi in Tracta. de Irregularit.

4 Secundo inde habetur † Epiſcopis prohibitum eſſe ne reſignata beneficia, hæc aut ſuis, aut reſignantium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus audeant prouidere, etiam per fallacem circuitum multiplicatarũ in extraneos collationum, vt dicitur in eadẽ Bulla, verſ. Cæterum percipimus.

5 Tertio † ſi contra fiat collatio non valet, & Epiſcopi ſuſpenſi ſunt à beneficiorum collatione, donec à Pontifice Maximo abſoluantur. Quoad affines, & conſanguineos, vel familiares reſignantium non habet locum hoc, quod hic habetur, & continetur in verſic. Cæterum propoſitę Bullæ, atque ſic refert Steph. Quar. in Sum. Bullar. in verb. reſignationes benef. pag. 437. declaraſſe Gregor. XIII. & de hoc fuit facta fides Epiſcopo Salernicano.

Et ſi ſic ſuſpenſi inſtituant, vel conferant beneficia ipſo facto excommunicatos eſſe, à qua excommunicatione non abſoluantur (mortis articulo exceptu) niſi à Romano Põtifice, vt in ead. Bulla, verſ. Qui vero contra fecerint.

Quarto inde habetur Capitula, & Conuentus, ſi hæc præſumpſerint à diuinis ſuſpenſos eſſe per eandem Bullam.

Poſtremo vnde habetur affici etiam eadem pœna, qui beneficia accipiunt. Verum cur id prohibitum eſt ordinarijs? Ob eam rationem quoniam ſi hoc facerent præſumeretur renunciatio hæc tacito, & indirectè facta ad fauorem eorum, quibus conferuntur, quo caſu renunciatio coram Ordinario fieri non poteſt, ſed coram Romano Pontifice, quandoquidem ſimonia committeretur, cũ beneficia nullo pacto, nullo vel conditione, nullo modo intercedente conferantur, c. fin. de pact. & vt ego pluribus egi in Tracta. de ſimon. t. cap. 5. §. 4. numero quinto, & de reſignat. in eadem Tabula cap. 58. §. 5. vbi habetur quamobrem coram Romano Pontifice tantum fieri poſsit, & Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 28. num. 20. & communis opinio eſt, de qua teſtatur Pariſ. de reſign. benef. lib. 5. q. 6. num. 189.

Atqui ſi Ordinarij conſtitutionem hanc ignorent pœnas huiuſmodi euadent? Planè non, nam ad ipſos ſcire hoc pertinet, quo caſu imperitia non excuſat, §. Præterea, in Inſtitu. ad leg. Aquil. atque ſic ita vidiſſe obſeruari teſtatur Pariſ. quem refert, ac ſequitur Addit. ad Stepha. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Beneficiorum reſignatio, verſ. Et quid ſi Ordinarij hanc opinionem veram eſſe in foru exteriori, inquit Azor. Inſtit. Mor. par. 2. lib. ſeptimo, cap. 19. quæſt. quinta, verſicu. Quæ res, non autem in foro interiori. Poſt tamen reſignatione facta reſignans rogare collatorem, vt conferat beneficium à ſe nominato, nam nec ſi ſpem hanc habeat ante reſignationem nullo pacto, vel conditione interueniente offenditur, vt inquit Addit. eadem. Concurſus autem fiet ad beneficia hęc ſimpliciter reſignata, vt ſupra dixi.

6 Verum † ſi admittatur reſignatio nõ exiſtente vna ex dictis cauſis, quæ pœna infertur? Hæc quod reſignatio nulla eſt, vt habetur in eadem Bulla, verſic. Cæterum, vel conferens ignoraret hanc conſtitutionem, ita Pariſ. eodem lib. quinto, quæſt. ſexta, numero 230. Et hæc quæ diximus, locum habent, vbi coram Ordinario, & ſimpliciter reſignatio fit, vbi vero in fauorem alicuius, vel retenta penſione coram Romano Pontifice fieri tantum poteſt, vt aſſeruit Pariſ. de reſign. benef. libro primo, quæſt. 5. Et Ego in Trac. meo de ſimon. Tab. 1. cap. vigeſimooctauo, vbi pluribus rem hanc egi. Huiuſmodi autẽ reſignationes publicandæ ſunt, iuxta Bullã Gregor. XIII. incip. Humano vix iudicio, quæ eſt in ordine 87. pag. 1324. Sed de collatione beneficiorum quæ reſignata ſunt, quo ad rem noſtram pertinet, hactenus. De ipſa enim abunde egit Pariſ. in tract. ſuo de reſig. benef. ad collationem, quæ fit permutatione transeamus,

Digitized by Google

S V M M A.

1 *Conferre beneficia reſignata permutationis cauſa Epiſcopus debet.*
2 *Permutatio beneficiorum quid ſit.*
3 *Permutatio beneficiorum duplex eſt.*
4 *Permutatio beneficiorum iuris patronatus, an poſsit ſine licentia patroni fieri.*

§. XIX.

1 SEcundò † Epiſcopus beneficia reſignata in manu eius à ſuis ſubditis permutationis cauſa conferre ipſius permutantibus poteſt, ac debet, vt habetur in Clemen. 1. de permut. & dixit Tuſch. de viſit. lib. 2. cap. vigeſimooctauo, nume. 22. eſto Pariſ. dubitet de reſig. benef. lib. quinto, quæſt. fina. Verum ne terminos ignoremus, præmittenda hæc ſunt. Permutatio beneficiorum quid ſit. Secundo quotuplex. Tertio an in permutatione iuris patronatus conſenſus patroni requiratur.

2 Quoad primam igitur † permutatio beneficiorum eſt permutatio, qua vnus ſuum beneficium alteri, vt conferatur, reſignat, quo ipſe alterius, cui ſuum reſignauit, beneficium conſequatur, vt apparebit ex ijs, quę dicemus.

3 Quoad † ſecundum permutatio duplex eſt. Alia ſimplex, quæ nullo addiecto pacto, vel conditione ſimpliciter quis beneficium reſignauit in alterius fauorem, quo alterius beneficium ipſe acquirat. Altera vero, quæ non ſimpliciter fit, ſed addiecto pacto alio præter permutationem, vtpotè quia reſeruat ſibi penſionem, vel aliquos fructus, vel vt literæ permutationis expediantur ſumptibus alterius permutantis, ita dixit Quin. Mandoſ. de ſignat. grat. in tit. de permut. benef. & Ego in Tract. meo de ſimon. Tab. prima, cap. 27. §. 1. num. quinto, in quo toto Capite declaraui, quando in permutatione ſimonia committatur. Simplex reſignatio coram Epiſcopo fieri poteſt, non ſimplex coram Romano Pontifice tantum; quandoquidem ſimoniam ſapit iuris poſitiui, quam tollere Summus Pontifex tantum poteſt.

4 Quoad tertium † an in permutatione iuris patronatus conſenſus patroni requiratur? Communiter concluditur ipſum requiri, ita Capell. Tholoſ. deciſ. 107. in antiqu. eod. & Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. q. 4. numero 10. vbi de communi ſententia teſtatur. Idque merito intereſt enim patroni, ne Rectorem habeat ei odioſum; & nō acceptum, & idcirco vocandus eſt, vel vocandi, ſi plures ſint per c. quod omnes tangit, de regul. iur. lib. 6. & hic conſenſus patroni interuenire poteſt, etiam poſt permutationem factam intra tempus datum ad permutandum, vel expreſsè, vel tacito, ſcilicet non cōtradicendo intra dictum tempus.

Et hoc locum habet, vel permutatio in Curia fiat, ita Lap. allegat. 96. & Additio. ad eum.

Amplificatur itidem, vt ſi contra fiat permutatio nulla ſit, ipſo iure, vel vt magis cōmuniter DD. inquiunt nulla reddi poſsit, vt refert Viu. in ſua Sylu. opin. 614. & Additio. ad Steph. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Beneficiorum permutatio, verſicu. Quæ permutatio.

Item ſi non interueniente cōſenſu patroni, permutatio fiat, hac pœna punitur, permutans, quod redire ad beneficium non poteſt. Quare tunc patronus alium præſentare poteſt.

Excipitur tamen primo, quando patronus vocatus eſt peremptoriè ad comparendum cum expreſsione cauſę; tunc enim ſi nō comparuerit, amplius non audietur, & nullam pœnam permutator ſubibit.

Secundo excipitur vbi permutatio eſſet facta conditione addiecta ſi placet patrono, nec alio modo; tunc enim pęnam permutans euitabit. Quoad permutationem autē valebit ſi patronus conſenſerit expreſsè, vel tacito permittēdo alibi tempus ad præſentādum, quamuis ſi intra illud temporis moriatur, non cēſeatur cōſentire; & idcirco reliquum temporis cōtradicendi ad hæredem tranſibit.

Tertio excipitur, vbi ob magnam vtilitatem Eccleſiæ, ſiue populi id faceret; exempli gratia hæretici plures in ea parochia ſunt, & hic, quo cum permutatio facienda eſt Theologus præclarus eſt; quamobrem facillimè hæreſes inde euellere poterit, vel bona Eccleſiæ ſunt à potente occupata, quæ recuperabit is, quo cum permutatio beneficij fit. In his etiam caſibus conſenſus non poſtulabitur.

Poſtremò excipitur, vbi Romanus Pontifex permutationē ipſam permitteret, derogando iuribus patronatus; id quod ſpeciatim ab eo fieri debet. In hoc igitur caſu etiā valebit permutatio, atque ſic eſſeruit eadem Addit. ad Steph. Quar. & quæ diximus, de iure patronatus laicorum tantum accipiitur. Sed de his hactenus ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Permutationis beneficia reſignata Epiſcopus cō ferre debet.*
2 *Permutantibus conferenda ſunt.*
3 *Permutationis forma, quæ nam ſit.*
4 *Permutationis effectus qui nam ſint.*
5 *Canonicatum conferre Epiſcopus habet communi iure.*

§. XX.

1 His præmiſsis † Epiſcopus igitur beneficia reſignata in manib. ſuis à ſuis ſubditis permutationis cauſa conferre debet, ita habetur in c.quæſitum.de permut. & in c.vnic.eodem lib.6.& Clem.vnic.& ibi quoque Gloſſ.eod tit.

2 Conferri verò ipſis reſignantib.debet,† vt habetur in cit.Clem. vnic. alioquin collatio alteri facta nulla eſt, vt dicitur in ead.Clem. & ibi Gloſſ & in cit.c.vnic.in verb.reſignāt. Quare ſi Titius reſignauit beneficiū, vt permutaret ipſum cum beneficio Seij, qui & ipſe ob hanc cauſam ſuum reſignauit, Epiſcopus beneficium Seij conferret Titio, & quod fuit Titij, conferret Seio, alioquin ſi alijs cōferet nihil faciet.

Excipitur tamen, vbi quis permutauit cū ægroto, & antequam vigiti dies laberentur, mortuus eſt ægrotus; tunc enim vacat eius beneficium per obitum, & non per reſignationem; & tunc Epiſcopus alteri conferre ipſum poteſt, ita Rebuff. in pract. benef. in regul.de infir.benef.reſig.Glo.4.

3 Forma verò permutationis † hæc erit examinabuntur pemutaturi ab Epiſcopo ſeu eius Vicario, iuxta formam traditam à Trident.Synod.ſeſſ.vigeſimaquarta, de reform. capitu.decimooctauo. Item collatio fiet idoneis repertis. Tertio literæ permutationis ſimul expedientur, ita Rot deci.ſept,ma, de conſuetud.in antiq. Quartò antequam poſſeſsio accipiatur, publicatio fiet de hac permutatione in eccleſijs permutatis, vel in eorum cœmiterijs, iuxta formam Greg. XIII. in Bulla incip. Humano vix iudicio, cuius etiam ſupra meminimus, quæ Bulla pluribus declaratur à Pariſ.de reſigna. benefic. libro ſecundo, & etiam ab Addit.ad Steph. Quaran.in verb.benefic.reſignat.pag.mihi 109. Poſtremò in poſſeſsionem mittetur, ac fidei profeſsionem faciet. Et de hoc ſatis ad effectus tranſeamus, de quibus ſupra etiam egi.

4 Ex prædictis † effectus reſignationis hi colliguntur. Primo vterque amittet ius prioris beneficij quod habebat; vacat enim, & reſignans titulum, & ius ipſius amittit, ita Gloſſ.in c.vnic.in verb.Collationem, eodem libro ſexto. Et Quinctil. Mandoſ. eodem de reſigna. Secundo abſoluta permutatione remanere in priorib.beneficijs ſine ſuperioris auctoritate non poſſunt, ex quo in ipſis ius non habēt ob reſignationem. Ex quo etiam per ſuperiorem facta eſt permutatio, ſine eius licentia diſcedere ab ipſa nequeunt, l. nihil tam naturale, de regul.iur. atque ſic tenuit Rot.deciſio.tertia, de rer. permuta. in antiquioribus.

Ad reſignatum beneficium tamen permutatione facta redire poteſt auctoritate ſuperioris, ſi permutatione collatum ei beneficium euincatur, ita Rot. deciſion. tertia eodem in nouis. Poſtremo dum expeditur permutatio adminiſtrare poſſunt in ſuis Eccleſijs, quas renunciarunt, & hoc ratione poſſeſsionis, quam retinent. ita Ioan. Andr. in c.quod ob gratiam in Mercur. de regul. iur.libro ſexto, & Pariſ.de reſignat.benefic. libro primo, quæſtione ſeptima, numero nono, vbi ait qui renunciauit in fauorem poſſe omnia facere, donec reſignatarius poſſeſſionem ceperit, ergo hi ob poſſeſsionem naturalem hæc facere poterunt, nam ciuilem tantummodo amittunt, ita Calder.in conſilio ſexageſimoprimo, vt refert, ac ſequitur Tuſch.in Pract.concluſ. in litera R. concluſione 172.

Addu penſionem cum beneficio permutari non poſſe, ita Gigant.quæſtione trigeſimatertia, de penſion. & de communi ſententia teſtatur Azor. Inſtitut. Moral. parte ſecunda, libro octauo, capitulo duodecimo, quæſtio. . . qui & de permutatione beneficium egit, libro ſeptimo, capitulo 29. cum ſequenti.

5 Canonicatus etiam † communi iure conferre Epiſcopus habet ob prædicta, de quorum qualitatib. quoniam egimus ſupra ob eam rem, nihil eſt, quod huc addamus habito reſpectu ad materiam nobis propoſitā. Sed de collatione hactenus, ad inſtitutionem Eccleſiarum iuris patronatus tranſeamus.

De Inſtitutione Eccleſiarum iuris patronatus, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quinta, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. LI.

SVMMA.

1 *Ius patronatus quid ſit.*
2 *Ius patronatus quotuplex.*
3 *Ius patronatus Eccleſiaſticum quid ſit.*
4 *Ius patronatus laicorum quid ſit.*
5 *Ius patronatus Eccleſiaſt. differt à iure patronatus laicorum.*
6 *Ius patronatus quomodo quis conſequatur.*

INSTITVERE itidem Epiſcnpus habet præſentatos ab ijs, qui ius præſentandi habent ad Eccleſias, vt habetur tot. tit. de inſtitu. Verum quod præſentatin fit ab ijs, qoi ius præſentandi in ea Eccleſia habent ob eam rem, qun res diluci dius agatur, quatuor præmitteoba ceoſnimns. Primum quid ſit ius patrooatus. Dein de quotuplex, tertio qua ratione ius patronatus, quis conſequatur. quarto qui præſentare poſaint.

1 Quoad primum igitur † iua patronatus
eſt ins quodam ſpeciale ab Eccleſia cnnceſſom quo quis poteſtatem imprimis cnoſequitur præſentandi aliqoem ad Eccleſiam, quam de licentia & conſenſu Epiſcopi fundauit, vel dotanit, vel ſucceſſor eorum eſt, quo in ea inſtitnitur, ſi idnneus ſit. Hæc deſcriptio ex infra dicendis comprobatur.

2 Quoad ſecundum † ius patronatus du-
plex eſt. Aliud Eccleſiaſticum, alind nno Ec
cleſiaſticum hoc eſt laicorum, vt colligitur
3 ex c. vnic. de iur. pat. lib. 6. † Ius patronatus
Eccleſiaſticum eſt ius, quod clericus habet ob ſuam Eccleſiam, exempli gratia Eccleſia ſancti Stephani de Barbiano habet ius in Eccleſiam ſancti Elyſei, qui ergn habebit eccleſiam ſancti Stephani habebit illud ius patronatus in Eccleſiam ſancti Elyſei, & hoc dicitur ius patronatus Eccleſiaſticum, quoniam ius illud habet ab Eccleſia, & non ex ſuo patrimonin: titulus autem eccleſiaſticus eſt, vbi dns Eccleſiæ data, vel ædificata eſt per perſonam Eccleſiaſticam de bonis Eccleſiaſt. ita Pariſ. in cooſ. 128. lib. 4. quem refert, ae ſequitur Tuſch. iu Pract. concloſ. in litera I, concluſ. 619. Item ſi à laico de bnn is laicalibus reſeruato iure patronatus Eccleſiæ. Item ſi alia ratinne ad Eccleſiam perue-
4 nit ius patronatus. † Ios patronatus laico-
rum autem eſt ins, quod quis habet ex ſuo patrimnnin, vel clericua ſit, ideſt vbi ædificauit de bonis patrimonialibus, vel dotauit ita Tuſch. eod.

Differunt autem inter ſe hæc iura patro-
5 natus habet Eccleſiaſticum ſex menſes ha-
bet ad præſentandum. Idque locum habet, vel à laicn ius patronatus habeat, oam Eccleſiaſticum factum eſt, vti habetur eodem cap. vnic § fin. Poteſt tamen ius hoc cedi Eccleſiæ etiam ſine Epiſcopi licentia. Item ſemeſtre habet laicus ſi hoc ius habet cum Eccleſia, ob fauorem enim Eccleſiæ, hoc conſequitur. Qui vero ius patronatus laicorũ habet quadrimeſtre tempus habet per cita. c. vnic. §. fin. Idem ſi Clericus ſit, qui hoc ios laicorum habet ex ſun patrimonio; & nõ ratinne Eccleſiæ, ita dixit Gloſſ. in Clemeo. ſecunda; in verb. Præſentare, endem, de iur. patronat.

Tempns autem hoc præſentandi currit à die, quo quis ius patrnnatus habens nnuit Eccleſiam vacantem eſſe, ita dixit Gloſſ. in c. 2. de conceſſ. præbend. & in c. cum propter de iur. patron. & Abb. in c. fin. nume. 5. eod. Etenim oec Epiſcopo, ſi ad eum deuolutio collationis huius beoeficij facta ſit, currit tẽpos, niſi à die ſcientiæ, vt dixit Abb. io eod. c. fin. de iur. patr. ſicut nec etiam io aliorum beneficiorum collatinne.

Verum, quamnbrem plos temporis conceſſom eſt ad præſentandum io iure patronatus Eccleſiæ; quam laicorum? Ob eam rẽ conceſſum eſt; nam laicos patronatus præſentare poteſt ad beneficium iuris patronatus vnum, & deinceps alterum, & ſic cumulatiuè plures, vt dixit Abb. in c. cum autem, & ibi not. de ior. patrn. & facit c. paſtntalis, eodem, & ita variare pnteſt nnn reuocandn primnm, ſed addendn alium, & ſic cumulatiuè, vt diximus. Id quod locum habet, vel Clericus ſit, qui præſeotet, modn ius patrnnatus ſit de ſun patrimnoio, ita Abb. in cita. c. cum autem, eodem. Quare & ſimul plures præſentari poterunt ab eodem vel à plurib. patroois, & qui magis idoneus erit, hic inſtituetur, vt inquit Abb. in cod. §. cum autem. Nno igitur intereſt, an quis primo, vel ſecundo loco præſeotetur; nã non idcircn primus præferetur, niſi magis idoneus ſit, ita Abb.

Digitized by Google

eodem c.cum autem. Si autem pares erunt, locus erit gratificationi, quod igitur in hoc caſu variari poteſt ob eam rem, minus remporis conceſſum eſt. Vltra duos tamen præſentare non poſſe, dixit Calder. conſ. 16. eo. & Lamber. quos refert, ac ſequitur Prax. Ar Neap. cap. 63. num. 23. At in præſentatione, quæ fit vi iuri patronatus Eccleſiæ, variari non poteſt, quandoquidem præſentatio in hoc caſu vim electionis habet, & ius cõfert, & idcirco variatio non admittitur ſicut oec in electione, ita dixit Abb. in eod. c. cum autem, & ob hanc rationem plus temporis conceſſum eſt. Poterit tamen ſi primus præſentatus idoneus non erit, alius præſentari.

6 Quoad tertium † ius patronatus habent. Primo, qui Eccleſiam de conſenſu Epiſcopi fundaruut, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta., de reform. capit. 9. & cap. 12 de reform. ſeſſ. 14. Nemo etiam (dicitur ibi) cuiuſcunque dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis quacunque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut capellam de nouo fundauerit, & conſtruerit, ſcire iam erectam (quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit) de ſuis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit ius patronatus impetrare, aut obrinere poſsit, ac debeat. Ecce hic apertè haberi ius patronatus acquiri per fundationem, & creationem Eccleſiæ. Qui ergo à fundamentis, iam fundauerit, modo de conſenſu Epiſcopi id fecrrit, hic ius patronatus acquiret. Item ſi vnus fundum dederit, & alius, vel plures ædificauerint, omnes ius patronatus acquirent, ita dixit Abb. in Rub. eodem, & Ioan. Zab. in verb. ius patronatus, num. 5. verſ. Quarto. Idem ſi quis omnino dirutam reſecerunt; modo tamen prius requiratur primus patronus, ſi ipſam reficere vellit; ipſe enim alijs præferendus eſt, ita Ioan. Zab. eod. nu. 3.

Secundo loco acquirit ius patronatus is, qui Eccleſię dotem tribuit, & ob hanc rationem ſe tribuere dicit, quo Eccleſiam doret, alioquin ſi quis leget Eccleſiæ, vel offerat donet iam aliquid, vel magnum ſit, ius patronatus tamen non acquirit, ita dixit Abb. in c. quoniam, num. 10. de iur. patr. & Ioan. Zabar. eodem num. . Proteſtari igitur debet, idque coram Epiſcopo ſe dotis nomine dare; ad ipſum enim Epiſcopum pertinet arbitrari, an interſit hoc Eccleſiæ, necne. Hinc Calder. de iur. patr. dixit, qui dotem dat, vt exiſtat patronus, requiri probationem Epiſcopi, ita refert, ac ſequitur Fely. in c. ex parte 2. de reſcri. vbi & de Capellis agit viden. Verum quid ſi poſt erectam Eccleſiam quis dotare eam velit, an queat? Plane poteſt ſi ſine dote ſit. Atqui ſi cum dote ſufficienti ſit, id permitti non debet, ita ſenſit Triden. Synod. ſeſſ. decimaquarta, de reformat. capit. duodecimo, nam permittit dotari ſi ſine ſufficienti dote ſit, ergo alias ſecus; incluſio enim vnius alterius excluſio eſt, c. nonne, de præſcrip. & l. cum prætor ff. de iud. Idem habetur apud eandem Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. capit. 9. proppe finem, & ita Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in litera I. concluſ. 16n. nu. 38. an autem ſufficiens dos ſit Epiſcopus arbitrabitur, c. de cauſis, de off. deleg. & l. 1. ff. de iur. delib.

Tertio acquiritur ius patronatus titulo vniuerſali. Et primo alienatione inter viuos, qui enim exempli gratia oppidum aliquod emit ab aliquo, vel villa in quibus ius patronatus habet venditor, cum ea vniuerſitate emptor ius patronatus acquirit, ita dixit Abb. in c. illud, num. 4. de iur. patr. Vniuerſitas autem quæ dicatur, docuit idem Abb. in c. ex his, num. 10. de. . . qui in hac alienatione requiri licentiam Epiſcopi, ita dixit Gloſſ. in c. vnic. verſ. Cenſenda, de iur. patro. lib. 6. Idem ſi nomine dotis vniuerſitas detur ius patronatus continens, maritus enim præſentare poterit. Tum quod viuente vxore dominus rerum dotalium eſt, l. dote ancilla, C. de rei vendic. Tum quod fructuum ſaltem dominium habet; præſentatio autem habetur inter fructus, ita Rot. deciſ. 10. in nouis. de iur. patr. quæ tamen inquit præſentationem mulieris eſſe præferendam; ſi & ipſa præſentet. Titulo vniuerſali inter mortuos ius hoc etiam acquiritur, nam ſi quis inſtitutus hæreſes ſit ab eo, qui ius patronatus habet, hic ius patronatus etiam acquirit, ita dixit Gloſſ. in c. ſóculum, eodem, & Abb. ibi num. 6. Item ſi ab inteſtato quis ſuccedat, vel de iure ciuili, vel prætorio, vel per arrogationem, vel bonorum additionem, iuxta §. fin. in Inſtit. per quas pars nob. acq.

Quarto acquiritur titulo ſingulari inter viuos donatione ipſius iuris patronatus, c. ex inſinuatione, de iur. patr. quæ ſi in laicum fiat Epiſcopi conſenſus requiritur, vt videat ſi Eccleſiæ expediat, nrcne, ita Abb. in c. illud, nume. 6. eodem. Non requiritur tamen conſenſus Epiſcopi, vel Eccleſiæ, vel loco religioſo donaret, vt in c. vnic. eod. lib. 6. & ita Abb. ibi nu 4. & Rot. deciſi. eadem in nouis. Iter mortuos per legatum; & tunc etiam requiritur Epiſcopi conſenſus ſi laico legetur. Patroni autem, & ſi ius præſentadi habent, in ijs tamen, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem pertinent, nullatenus ſe præ-

ſumant

ſumant ingerere, oequiſitationi ornamẽtorum Eccleſiæ, aot bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prauentibus immiſceat, oiſi quatenus id ex ioſtitutione, ac fundatione eis competat; ſed Epiſcopus hæc ſaciat, & fabricarum reditus io vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout ſibi magis expedire viſum fuerit, expendi coret, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. viǵeſimaquarta, de reſormat. capitu. 3. qua tatione probetur, præter Trideo. Synod. tradidit Prax. Archiep. Neapolit. cap. 63. Et de hoc tertio hactenus, iam quartum aggrediamur.

SVMMA.

1 *Præſentare ad Eccleſiam poteſt, qui ius patronatus in ea habet.*
2 *Amiſſo iure patronatus præſentare patronus nõ poteſt.*
3 *Ius patronatus amitti quot modis contingat.*
4 *Ius præſentandi qui amiſit, præſentare nõ poteſt, eſt ius patronatus non amiſerit.*
5 *Præſentare poteſt, qui ius patronatus nõ habet, modo in eius quaſi poſſeſſione bona fide ſit.*
6 *Impubes maior ſeptenio* } *præſentare poſſunt.*
7 *Tutor, vel Tutrix* }
8 *Patroni plures, vbi ſunt qua ratione præſentare habeant.*
9 *Patroni habentes filios an cum filijs præſentare debeant.*

§. I.

Poſtremò præmittendum eſt, quinam
1 præſentare poſsint. † Primũ igitur præſentare poteſt, qui ius patronatus habet, vt habetur in tot. tit. de iur. patron. Hoc enim præcipuum ius acquirit in Eccleſia, in qua ius patronatus habet, vt ſcilicet poſsit præſentare aliquem ad ipſam vacantem.
2 Excipitur tamen primo † vbi ius patronatus amiſit; tunc enim facultate hac priua-
3 tus eſt. † Amittit autem ius patronatus ipſe patronus, primo vbi ſpeciatim illud vendidit; nam tunc eo iure prioatur; & Eccleſia remanet libera, c. quia Clerici, & ibi Gloſſ. not. Innoc. & Abb. num. 6. de iur. patron. Id quod locum habet vel Rector Eccleſiæ ius illud emeret: idque merito, nam ſimonia cõmittitur, ex quo ius ſpirituale venditur. Immo excommunicari debent, ſi perſonæ ſingulares vẽdiderint, I. vniuerſitates interdicto ſubijci, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reſor. c. 9. verſ. Hoc dictum.

Secondo amittit ius patrooatus, vbi fructus Eccleſiæ cuiuſcũque generis; & ex quacuoque cauſa ſuſcipiantur, & quacunque ratione ab ipſo vſurpantur, per cit. cap. 9. verſicu. patroni aotem. Id quod locum habet, quicunque patroni ſint, vel in dignitate poſiti, vel oon, vel ſingulares perſonæ, vel vniſitas, vt habetur eodem cap. 9. verſ. Nec dictum, quod & ad dignitates refertur, vt ait Congregatio ibi. Id quod notandum eſt, quandoquidem laici ſæpius ſe miſcear bonis Eccleſiæ, quaſi iure ſuo id faciant; ex quo in ipſis ius patronatus habent. Excipitur tamen primo, vbi qui ſe ingerit patronos actu non eſt, ſed potentia, vtpotè, quia eſt de familia patroni, vnde poſt mortem eius ius patronatus ad ipſum pertioet, hoc enim capite hic non comprehenditur, ex quo de patronis tantum agitur, alia tamen pœna, vt inoaſor afficitur, ita ſacra Congregatio hic. Poſtremò excipitur, vbi iuſtè id faceret, vtpotè quia fructus eius Eccleſiæ conduxit, id enim licitè poteſt.

Tertio ius patronatos amittitur, vbi ꝓbari non poteſt, nec per ioſtrumentum authenticum dooationis, vel fundationis, vel per multiplicitas fundationes per antiquiſsimũ temporis curſum, qoi hominum memoriam excedat, & ſi Commonitates, & Vniuerſitates ſint, vel Domini temporales præter immemorabilis temporis ſpatium, niſi probẽt authenticis ſcripturis quinquaginta continuis annis ſaltem ſe præſeotaſſe, & præſentatiooes effectum ſortitas eſſe, ita habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reforma. cap. 9. verſ. In ijs vero perſoois, & verſ. Reliqui patrooatus, niſi ergo admiſſi ſint in beneficijs ſęcularibus, regularibus, parochialibus, dignitatibus, alijsque beneficijs exiſtentibus in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata.

Quartò, vbi patronus per ſe occidit, vel per alium occidẽdum curauit Rectorem beneficij iuris patronatus. c. io quibuſdam, §. ſacri nihilominus, & ibi Gloſſ. & Abb. de pœnis vidend.

Quintò propter hæreſim; nam quod ipſo iure bona confiſcata, c. ſecundum leges, de hæret. lib. 6. tunc liberatur beneficium illa ſeruitute, ita Felyn. in c. vrgentis, numero 1. de hæret.

Poſtremò priuati ſunt hoc iore patronatus ij, quibus facultates, & priuilegia conceſſa ſunt tam in vim patronatus, quam alio quocunqoe iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cum vacant, obrogata enim ſunt per ſanctam Synodum eo. cap. 9. verſ.

Digitized by Google

verſ. Seu facultates exceptis tamen patronatibus, qui ſuper Eccleſias Cathedrales ſunt. Item ijs, quæ pertinent ad Reges, ſeu regna poſsidentes, vel alios ſublimes, vel ſuperiores Principes, qui cura imperij in ſuis dominijs habent. Poſtremò ijs, quæ conceſſa ſunt in fauorem ſtudiorum generalium, ita Triden. Synod. eod. cap. 9. verſ. Exceptis patronatibus. His igitur modis ius patronatus quis amittit omnino: iā videamus; quando ad tempus ius hoc amittatur.

4 Excipitur itaque ſecundo,† vt præſentare patronus non poſsit, vbi ius patronatus non amiſsit, ſed ius præſentandi tātum, idque ad tempus, quam multis modis contingit.

Primo vbi Legatus à latere ius pręſentandi ſibi reſeruat, quod locum habet in iure patronatus Eccleſiæ pro ea enim iure præſentare Eccleſia non poteſt, c. dilectus, & ibi Abb. num. 3. de iure patr. In iure autem patronatus locorum legatus id reſeruare non poteſt. Sed tantum Romanus Pontifex.

Secundo priuatur pro ea iure præſentandi; tunc enim collatio ad eum deuoluitur, ad quem inſtitutio pertinebat ſe præſentario legitimum facta eſſet, ita Abb. in c. cū vos, num. 5. de off. ordin. Secus ſi ignorans indignum præſentauit. Clericus tamen ſemper priuatur, vel ſciens, vel ignorans indignum præſentet, ita Abb. ibi. Id quod locum habet, vel laicum compatronum haberet.

Tertio, qui intra tempus debitum, atque præſcriptum non præſentat, ſcilicet laicus intra quatuor menſes; Clericus verò intra ſex, vt ſupra diximus; tunc enim ea iure patronus priuatus eſt iure præſentandi; & ad Epiſcopum prouiſio pertinet, atque ſic ſentit Rot. de iur. patr. in nouis. deciſ. 6. vbi habetur quando tempus datum Epiſcopo ad conferendum poſt deuolutionem factā currere incipiat, ſcilicet vltima die ſtatim poſt elapſum tempus datum patrono ad præſentādum. Hoc autem locum habet vel ob negligentiam non præſentet, vel ob litem patroorum; quippe quia quiſque præſentare vult, & inter ſe concordes non ſunt, c. cum vos, & ibi Abb. num ſeptimo. de off. ordina. Tunc enim Epiſcopum Eccleſiæ prouidebit: & qui litem vincet præſentabit inſtitutum ab Epiſcopo, eſto præſentario quo ad ius nihil operetur, c. ſi verò, & ibi abb. eodem. Si verò nolit ipſum præſentare, nihil ob erit; nam nihilominus Rector inſtitutus erit, ita dixit Abb. ibidem. Excipitur, vbi quæſtio inter Epiſcopum, & patronū eſſet; non enim tunc tempus currit patrono, id qood ob eā rem fit, ne materia delinquendi Epiſcopis detur. Excipitur etiam vbi quæſtio eſſet ſuper præſentationem iam factam, niſi quæſtio decidatur, Epiſcopus prouidere non poteſt, ita Abb. in cit. c. cum vos. Prorogare tamen poteſt Epiſcopus tempus patronis, & ita in Rot. deciſum fuiſſe refert Pariſ. de reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 29. in fine, & ratio eſſe poteſt, quoniam in fauorem Epiſcopi, ideſt permiſſum, cui renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.

Quartò amittitur ius præſentandi vbi patronus eſt excommunicatus notorius, vel denunciatus; nam interim præſentare nō poteſt, ita Abb. in cit. c. cum vos, nume. 3. eod. de off. ordin. & in c. nobis, num. 3. verſic. De excommunicato, & ita Feder. de Sen. in conſilio 102. & Tuſch. in Pract. concluſ. in litera P. concluſ. 150. numero tertio, & Ego in Tractā. meo de Cenſ.

Quinto patrono ius oon habet præſentandi in Eccleſia Collegiata quoad Epiſcopū, & Prælatum, ita Abb. in eodem c. cum vos, numero tertio, per eum Canonem, poteſt tamen præſentare quoad pręebendas, ita Abb. in c. nobis, numero ſexto, de iur. patron. vbi Ioan. Andridem ſentientem refert. Id quod locum habet vbi per electionem fit prouiſio non enim eligere ipſe laicus poteſt; nam per erectionem matrimonium ſpirituale initiū ſumit c. ſio. de tranſa. pręlat. laicus autem, cum non ſit capax iuris ſpiritualis, non poteſt tale ius, quod non habet transferre, vel Eccleſia collegiata non ſit. Quid ergo iuris habet patronus in tali Eccleſia? Hoc ius habet, quoniam electio ei præsētari debet, vel vt præbeat conſenſum, vel obijciat electo, ſi quid contra ipſum habet, alias autem nō auditur, ita Abb. in c. ſacroſancta, numero tertio, cum ſequenti, de elect. Per præſentationem autem ius ſpirituale non transfertur; ſed per inſtitutionem, quæ deinceps ab Epiſcopo fit, & idcirco ius patronatus non dicitur ſpirituale, ſed ſpirituali annexum, ita Abb. ibid.

Poſtremò vbi lis mota ei eſſet ſuper ius patronatus; tunc enim, quod in mala fide conſtituitur, præſentare oon poteſt, quod verum eſt, vbi de poſſeſsione lis eſt mota, vt infra videbimus: ſecus vbi de proprietate, c. conſultationibus, de iure patr. His igitur modis propoſita regula coarctatur.

5 Secundo præſentare † poteſt is, qoi & ſi ius patronatus non habet, in eius tamen quaſi poſſeſsione bona fide, & ideo pręſentatus inſtitui debet, & inſtitutio facta valet, nec

nec tollitur inſtitutio; ſi lis deinceps moneatur, iusque patronatus euincatur, c. ex literis, in fine, & ibi Abb. num. ſeptimo, de iur. patron. nam poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos, quos bona fide conſumpſit; & ad reſtitutionem non tenetur; ex quo locupletior fructus non eſt. Inſtitutus autem à patrono recognoſcet qui viuit, & non qui præſentauit, cit. c. ex literis. Excipitur autem, vbi malæ fidei poſſeſſor eſt; quod enim tunc fructus non facit ſuos, ob eam rem præſentare non poteſt, & ſi præſentet præſentatio non valet. Idque merito, nam reſtitutio hic fieri non poteſt, vt dixit Abb. ibidem. Secundo excipitur vbi lis mota eſt de poſſeſſione ante præſentationem, quia ſcilicet aſſeritur non poſſidere; ex quo enim quæſtio de poſſeſſione eſt, non poteſt poſſeſſione vti ad præſentationem, vt in mala fide conſtitutus. Tertio excipitur, vbi quęſtio de proprietate iuris eſt; tunc enim, & ſi præſentare poteſt, & præſentatio admitti debet, inſtitutio tamẽ non eſt facienda, nam bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus poſt litem conteſtatam perceptos retinere debet, id quod non poſſet ſi inſtitutio fieret, ita Abb. ibid.

6 Tertio † præſentare poteſt impubes patronus, modo ſeptenio maior ſit, id quod adeo verum eſt, vt ſi impubes pupillus præſentet vnum, alium verò tutor eius, præſentatus ab impubere præferatur, ita Calder. in cõſ. 431. alius 9. de iure patron. quem refert, ac ſequitur Tuſch. in Pract. concl. in litera P.

7 concluſ. 141. num. 8. † Poteſt ergo etiam tutor, vel tutrix pupilli præſentare, vt dixit Federic. de Sen. in conſ. 65. & in conſ. 102. & in conſ. 65. quo in loco poſuit quid iuris eſſet, vbi præſentatio ad Vniuerſitatem pertineret. Maior igitur ſeptennio eſſe debet, qui præſẽtat; alioquin tutor præſentabit, vel tutrix. Atqui, ſi tutor etiam patronus ſit, an hunc pro ſe præſentare; illum pro pupillo valebit? Cenſeo iam non poſſe eſto valeat plures præſentare nomine ſuo, & pupilli. Quid ſi patronus moriatur vxore relicta prægnante, an poterit nomine viuentis præſentare vxor? Id non poſſe cenſeo, quandoquidem imprimis non tractatur de ſuo com modo, quo caſu pro nato habetur, qui in ventre eſt, l. qui in vtero, ff. de ſtat. hom. Sed Eccleſiæ; & idcirco id imprimis inſpiciendum eſt, argum. c. cum voluntate, de ſent. excom. & l. non omnis, ff. ſi cert. petat. Addo in præſentando ius habere, qui in poſſeſſione pręſentandi eſt, quia ſcilicet in vltima vacatione Eccleſiæ præſentauit, & præſentatio effectum habuit, eſto enim alias non præſentauerit, nihil intereſt, in his enim inſpicitur vltimus ſtatus, id eſt vltima vocatio, c. conſultationibus, de iur. patr.

8 Verum † ſi plures patroni ſint, qua ratione pręſentabunt? Planè ſi vnus eſt, qui ius patronatus habet, vt eo mortuo plures filij ſuperſtites ſint; ſinguli vocem habebunt, ſi vero mortuis ſint, & alter reliquerit filium, alter duos. Tertius tres vel quatuor. Quartus plures. Ille vnus habebit vnam vocem; & alij plures alteram vocem; non enim plures fratres ab eodẽ patre nati plures voces habent cum patris perſonam referũt, qui vnus eſt, ita habetur in Clem. 2. de iur. patro. vbi DD. Si verò ab initio conſtitutionis iuris patronatus duo, vel plures diuiſi, illud conſtituerint, deſcendentes eorum, ſeu familiæ ſingulæ ſingulas voces habebunt, non autẽ tot, quot perſonæ ſunt in ſingulis familijs, & idcirco exẽpli gratia ſi Titius, & Sempronius ius patronatus conſtituerint, perpetuo duæ voces tantum erunt, vel plures ex vna familia, vel pauciores ex altera ſint. Quare ſi vna familia præſentauit vnum, & aliquæ perſonæ de altera familia eundem, reliquæ verò alium, pręferetur prior, qui habet vocem vnam integram; & partem etiam alterius ob cit. Clem. 2. Nam præſentatio ea præfertur, quæ à maiore parte fit, vbi à Collegio præſentatur habito reſpectu ad totum Collegium. Si verò à ſingulis, vt à laicis præfertur is, qui à maiori parte præſentatus eſt habito reſpectu ad alias partes, ita dixit Abb. in c. quoniam, num. 13. de iur. patr. & c. cum omnes, de conſtit. at Viu. in ſua Sylu. opin. 437. Quid vero ſi pares voces habeant plures, & æque omnes idonei ſint. Vbi laici ſunt præſentatores, ad Epiſcopum pertinet inſtituere quem vellit, c. cum autem: & ibi Abb. ac DD. communiter, de iur. patr. Si verò Eccleſiaſticus patronus ſit, ipſe quem magis idoneum arbitrabitur, præſentabit Epiſcopo; ſi ad alium ſpectet inſtitutio, magis idoneum Epiſcopus eliget & probatis; & patronus ipſum præſentabit ei, qui inſtituere habet, ita dixit Addit. ad Nauar. io conſ. 5. de iur. pat. Verum, quid ſi plures hæredes voius habentis vocem vnam cum alio, qui omnes pro vno habentur, diſcordent inter ſe an attendenda eſt maior pars hæredum, vel minor, qui cum alio conſenſit, qui habet alteram dimidiam vocem? Card. Imol. Bonif. & alij in Clem. ſecunda, eodem communiter concludunt maiorem partem hæredum attendẽda eſt, & minorem abſorberi à maiore, ita de com-

cummuni teſtatur Lambert. eodem libro, par.27.art.1.queſt.1.&;Prax.Archiepiſcop. Neap.cap.65. nume. 25. quare ſi non concurdent cum compatrono, magis idoneus, præferetur, vel erit locus gratificationi.

9 Poſtremò † quid ſi patroni habeant filius, an filij cum patrib. præſentare poſsint? Quuad quæſt. hanc ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut præſentatio fit à ſingulis, aut fit ab Vniuerſitate. In primo caſu ordine ſucceſsiuo præſentatio fit; quare vbi extant patres, & filij, ſeu nepotes, in præſentatione patres præferuntur, ita dixit Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in litera I. concluſ. 608. In altero caſu omnes præſentare poſſunt; & vocari omnes debent, vt dixit idem Tuſch. eadem litera, concluſ. 616. quamuis impuberes tunc admittuntur, vt idem dixit in litera P. concluſ. 641. De qua præſentatione etiam abunde egit Feder. de Sen. in conſ. 65. Sed de his hactenus, ad aliam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Præſentari poteſt ad Eccleſiam iuris patronatus, qui neceſsitudine coniunctus eſt ipſis patronis. immo & patronus aliquando.*
2 *Præſentari poteſt extraneus.*
3 *Præſentari etiam poteſt abſens.*
4 *Præſentari poſſunt plures.*
5 *Præſentari debet Clericus.*
6 *Aetate ea præditus eſſe debet, quam beneficium poſtulat.*

§. II.

1 SQuinto præmittendum eſt, quinam præſentari poſsint.† Primum igitur præſentari poſſunt, qui neceſsitudine coniunctus eſt ipſi patrono; id quod dubitationem non habet, ex quo eſt de familia eorum, qui patroni ſunt. Quare filius patroni præſentari poteſt. Item & patronus à compatrono vti dixit Abb. in c. conſuluit, num. 4. de iureiurand. quamuis ſe ipſum præſentare nequeat per c. per veſtras, de iur. patron. et enim deſferentia eſſe debet inter dantem, & accipientem, c. fin. de conſtit. & l. pen. ff. de arbit. Excipitur ergo, vbi à cõpatrono præſentatur. Atqui an præſentatus numeretur in numero præſentantium? Planè ſic, vbi conſenſit præſentationi de ſe factæ, ita Bero. in conſilio 5, num. 31, libro 1. & Tuſch. Pract. concl. in litera P. concluſ. 595. Si ergo quinque patroni ſint; & duo eligant compatronum, alij verò duo alium, compatronus præferetur, cum præſentatus habeatur in numero præſentantium, vbi conſentit.

Excipitur etiam vbi vnus patronus eſſet, & Epiſcopus eum ſponte inſtitueret, patronus enim aſſentiri poteſt; immo & rogare Epiſcopum, vt eum inſtituat, ita dixit Abb. ibidem.

2 Secundu † præſentari etiam poteſt extraneus; non enim prohibitum eſt, ergo admitti debet, argum. l. ſi quæramus, ff. de teſtam. & l. ab ea parte, ff. de probat. & habetur in tot. tit. de iur. patron. Excipitur tamen, vbi in conſtitutione Eccleſiæ aliud cautum eſſet ab eius enim diſpoſitione diſcedi nõ poteſt. argum. l. in re mandata, C. mand.

3 Tertio † abſens præſentari poteſt, & admitti, ſi ſuperiori notus ſit, argu. Clement. 1. §. præſentatos, de exceſſ. prælat. & ita Abb. Abb. in conſil. ſeptuageſimoſexto, lib. ſecundo, & Tuſch. in eadem litera P. concluſ. 591. Excipio tamen, vbi plures ſunt præſentati; nam cum examinãdi ſint, præſentes eſſe debent; veniet igitur ad examen.

4 Quarto † plures præſentari poſſunt cumulatiuè, quo idoneus admittatur, ita Tuſch. eadem in litera P. concl. 153.

5 Quinto † Clericus vt neceſſario poſtulatur, ita Lambert. de iur. patron. in vlt. parte, ſecundo libro, quæſt. 2. arbitr. 3. & de communi ſententia teſtatur Paril. de reſigna. benefic. libro 4. quæſt. 2. num. 5. eſto Rot. proxime Clericum futurum, ſcilicet ante inſtitutionem præſentari poſſe concluſerit.

6 Poſtremò † in ea ætate eſſe debent, quam beneficij qualitas poſtulat: Quare ſi exempli gratia ad Eccleſiam parochialem præſentetur, vigeſimum quintum annum attigiſſe debet, vt intra præſcriptum tempus Sacerdus fieri queat, c. fina. iunct. Gloſſ. ſtatutum, de inſtit. libro 6. ſi beneficium ſimplex eſt, decimum quartum annum, vt ſuo loco diximus. Idem & de reliquis, eam quib. præſentatio fiat, videamus.

S V M M A.

1 *Præſentatio cui fieri debeat.*
2 *Præſentatio quomodo fiat, vbi ius patronatus Eccleſiaſticum eſt.*
3 *Præſentationis forma quæ nam ſit.*

§. III.

§. III.

1 §. Sextò præmittendum eſt, cui præſentatio facienda eſt. † Præſentatio igitur vbi ius patronatus laicorum eſt, Epiſcopo fieri debet, & deinceps examinari; ita habetur apud Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformar. cap. decimooctauo, verſ. Quod ſi ius patronatus ſeruata forma examinis ſupra poſita; & ſi idoneus repertus non fuerit
2 admitti non debet. † Vbi vero ius patronatus Eccleſiaſticum eſt, ſi inſtitutio ad Epiſcopum pertineat patronus examinatorib. offeret examinandos quos voluerit, & ex approbatis quem digniorem iudicabit, Epiſcopo præſentabit, vt inſtituatur ſpectet, de oblatis à patrono, & de examinatis Epiſcopus digniorẽ eliget, quem patronus ei præſentabit, ad quem inſtitutio ſpectat, vt dicitur in eodem verſ. Si verò iuris patronatus; examen autem fieri debet, vel præſentati à laico ſint, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reformar. cap. 9. Vel ab Eccleſiaſtico præſentati, vel electi, nominativè, vtpotè à Sedis Apoſtolicæ Nuncio; quod examen fiet à locorum ordinario non obſtante quocunque priuilegio per eundem Synodum, ſeſſ. ſeptima, de reformar. cap. 13. Tertiò etiam ſi præſentati ſint in menſibus, qui ad Apoſtolicam Sedem pertinent. Quarto vel priuilegium, vel conſuetudo contraria eſsẽt, vel appelletur; hęc omnia enim tolluntur per cit. cap. 13. Quintò vel inſtitutio facienda ſit ab inferiori Epiſcopo per eandem Synodum ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capit. 18. verſ. Si vero iuris patronatus. Excipitur tame, vbi quis præſentatus eſſent ab Vniuerſitate, ſeu à Collegio generalium ſtudiorum; non enim tunc examini ſubijciuntur; alias verò ſic, à quocunq; pręſentati ſint, ita ſancta Synod. eadem ſeſſ. ſeptima, capit. 13. Examen autem hoc non ſit per concurſum, vbi vnus tantum præſentatus eſt, vbi verò plures inter ipſos tantum, vt colligitur ex eodem cap. 18. verſ. Si verò iuris patronatus.

Atqui ſi lis orta inter patronos ſit œconomos ab Epiſcopo ponetur in Eccleſia iuxta c. cum vos, de off. ordi. qui tamen non ſit de præſentatis ob c. auaritiæ, de elect. libro 6. & ſic elapſo tempore quatuor menſium lis ſinita non ſit, ſeruabitur diſpoſitio, c. ſi verò, de iur. patr.

3 Forma verò præſentationis hęc eſt, † vt dixit Abb. in c. fin. de iur. patr. num. quinto, Hunc Clericum eligere volo præſentãdum; & ſic eum præſento, & peto eum per vos inſtitui, ita Abb. ibi. Ego cenſeo ſat eſſe dicere præſento hunc Clericum &c. Præſentatio enim tunc facta dicitur, vbi corporalis præſentatio erit, id eſt corporaliter obtulerit eũ, quem præſentat. Quare ſi patronus duobus clericis literas dederit, qui primo literas obtulit, inſtituetur, non autem ſecundus, ita inquit Addit. ad c. vnic. de iur. patron. lib... quod ego in hanc ſententiam accipio ſi inſtitutio ſiat antequam alter litteras offerat; alias de oblatis magis idoneus inſtituetur. Et de his hactenus, ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Inſtituere præſentatus ad Epiſcopum pertinet.*
2 *Præſentari plures ſi æque idonei ſint, quis præferatur.*

§. IV.

1 §. Præmiſsis iam dictis † Epiſcopus pręſentatos à patronis; & per examen idoneos repertos inſtituet, vt ſupra diximus; inſtitutio ad ipſum pertinet; alioquin ad ſuperiorem inſtitutio deuoluetur, vt habetur in tit. de inſtit.
2 Verum † quid ſi plures æquè idonei probati ſint? quem Epiſcopus valet inſtituet, c. cum autem, de iur. patro. vbi ius patronatus laicorum eſt, ita Abb. & communis opin. ibi Si verò ius patronatus Eccl. ſit, & inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, quem digniorem Patronus iudicabit, Epiſcopus præſentabit. Si ad alium inſtitutio ſpectet, Epiſcopus eliget digniorem quem patronus præſentabit ei, ad quem inſtitutio pertinet, ita Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. capitulo decimooctauo, verſ. Si verò. Ex his patet quis præferendus ſit. Inſtitutione autem facta de literis inſtitutionis, de poſſeſsione accipienda; & de profeſsione fidei eadem aſſerimus, quæ de collatione aſſeruimus.
Et de materia hac ſatis. De Vnione beneficiorum agamus.

De Vnione beneficiorum Eccleſiaſticorum materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis ſexta, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. LII.

SVMMA.

1 *Vnire beneficia Epiſcopus poteſt.*
2 *Vnio beneficiorum quid ſit.*
3 *Vnio beneficiorum quotuplex.*
4 *Vnio quamobrem fiat.*

1 QVINTO † vnire Epiſcopus beneficia poteſt, vt probabimus. Verum, ne terminos ignoremus, hæc præmittenda ſunt. Primum quid vnio beneficiorum ſit. Deinde quotuplex. Tertio quamobrem fiat. Poſtremò quot modis.

2 Quoad primum igitur † vnio beneficiorum eſt vnio, quam vnum beneficium altero vnitur ob vtilitatem, & neceſsitatem Eccleſiæ, vt colligitur, ex cap. 13. Trid. Synod. de reform. ſeſſ. 24.

3 Quod ſecundum † duplex eſt altera expreſſa, altera non expreſſa, ſed tacita expreſſa eſt ea, qua apertè vnitur vnum beneficiũ alteri beneficio, ſeu vna Eccleſia alteri Eccleſiæ. Non expreſſa verò, ſed tacita eſt ea, quæ fit, quando quis reſignat beneficium in fauorem alicuius Capituli, Conuentus, ſeu Monaſterij; nam, etſi vnio aperta non videtur eſſe, re tamen ipſe talis eſt; perinde enim eſt atque ſi vnio facta eſſet, ex quorunque illud beneficium deinceps vacat; quippe quia Capitulum, Conuentusvè nunquam moritur, l. ſicut, §. vlt. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. & l. proponebatur, ff. de iud. Hinc in ſingulis quindecim annos in hoc poſtremo caſu facta vnione ſoluitur quindennium; ſic enim conſtituit Paulus II. in Bulla in ordine octaua; & alij Pontifices relat. à Pariſ. de reſign. benefic. lib. 4. q. 10. de qua vnione hic non agimus, ſed de priori.

4 Quoad tertium, † ſcilicet quamobrem vnio fiat breuiter concludendum eſt ob vtilitatem Eccleſiæ fieri: nam, quod contingere poteſt Parochum non habere tantum à beneficio, vnde ſe ſuſtentet, onèraque Eccleſiæ ſuſtineat, vel quod beneficium tenue eſt, vel quòd prædia aquis obreta ſunt, aliavè ratione inutilia reddita, quamobrem ſi huic non proſpiciatur, diuinus cultus diminuetur, cum non ſit, qui inſeruiat; vel ſaltem non vt decet (non enim de ſuo viuere debet, qui Eccleſiæ inſeruit, vt dixit Couar. in cap. 1. de teſtam. quandoquidem qui Altari ſeruit, de Altare viuere debet, c. de multa, de præbē.) ob eam rem, vt vnio beneficiorum fiat, Eccleſia decreuit, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. cap. 13. verſ. In Parochialibus verò Eccleſijs. Sed permiſsis, iam rem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Vnire beneficia Epiſcopus poteſt, qua regula, quouſque pateat declaratur.*
2 *Eccleſiis, quæ alteri Eccleſiæ vnitæ ſunt, qua ratione prouideatur.*
3 *Eccleſiis parochialibus, qua ratione proſpiciatur ſi per vnionem non poſſit.*
4 *Canonicatibus qua ratione conſulatur, vbi tenues ſunt.*
5 *Cathedralibus eccleſiis qua ratione prouideatur, vbi tenues fructus habent.*
6 *Vnio beneficiorum fieri poteſt Seminario.*
7 *Penſionem an Epiſcopus imponere poſsit.*
8 *Beneficiorum qualitates ſeruabit Epiſcopus in eorum collatione.*

§. I.

1 SHis præmiſsis iam rem aggrediamur † Epiſcopus ergo ob rationes ſupra allatas vnire beneficium alteri beneficio poteſt; ita enim habetur in c. ſicut vnire, & ibi Abb. de exceſſ. prælat. & in Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien. & apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 13. verſic. In parochialibus etiam Eccleſijs, & Quinct. Mandoſ. de ſignat. grat. in verſ. Vniones ibi. Hodie vniones.

Id quod locum habet, vel collatio beneficij vniendi ad ſuperiorem deuoluta eſſet, nā vnio reſpectum habet ad proprietatem, vt inquiunt DD. & Abb. c. ſicut vnire, & Mand. ibid. facere.

Secundo etiam inuito eo, qui beneficium habet, quod vniendum eſt, vt dicitur in cit. Clem. 2. & hoc ob hanc rationem, quoniam vnio hæc fit ſine præiudicio Rectoris, c. conſultationibus, de donat. & ita Gloſſ. in cita. Clem. in verb. Vocatus.

Idem poteſt & Vicarius Epiſcopi, ſi ſpeciatim

ciatim id ei commiſſum ſit, non autem inferiores, niſi iuriſdictionem Epiſcopalem habeant, vel ius hoc præſcripſerint, vt inquit Abb. in eodem c. ſicut vnire. Idemque poteſt Capitulum Sede vacante, & Legati à latere. Atqui an Epiſcopus vnire poſsit ſine conſenſu Capituli? Nauar. tenet id poſſe in conſilio fin. de off. deleg. Addit ramen ibi ad eum cõtrarium tenere ſacram Congregationẽ Concilij interpretem refert, vt habetur in Clem. ſecunda, de rebus Eccleſiaſt. non alien. & c. tuæ, & c. ſequ. de ijs, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. Capit.

Quarto habito reſpectu ad beneficia vnire poteſt beneficiũ ſimplex alteri parochiali Eccleſiæ, vt dicitur in eodem capit. 13. apud Trident. Synod. Item & Eccleſias parochiales, vt habetur in cit. c. ſicut vnire, & ibi Abba.

Excipiuntur tamen primo beneficia Regularia ſimplicia; non enim hæc vniri poſsũt per cit. cap. 13. de reform. ſeſſ. vigeſimaquarta, verſicu. In parochialibus ibi. Non tamen Regularium.

Secundo excipiuntur beneficia alterius diœceſis, non enim hæc Epiſcopus vnire poteſt, vt habetur apud Triden. Synodum, ſeſſ. decimaquarta, de reforma. cap. 9. Vel ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacunque de cauſa, vt ibi dicitur, etenim nec Monaſterio, nec alteri pio loco vniri queunt.

Tertio excipitur habito reſpectu ad beneficia, quibus vniuntur; nam Eccleſiæ parochiales vniri non poſſunt Monaſterijs quibuſcunque, aut Abbatijs, ſeu dignitatibus, ſiue præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel collegiatæ, ſiue alijs beneficijs ſimplicibus, aut Hoſpitalibus militijsve, vt habetur in cit. capit. 13. verſ. In vnionibus. Immo quærenti ſunt, inſpici debent ab Epiſcopo an ex legitima cauſa vnita ſint, iuxta diſpoſitionem Trident. Synod. ſeſſ. ſeptima, de reformat. cap 6.

Quarto vniri non debent beneficia libera Eccleſijs iuris patronatus etiam laicorum, vt habetur apud Triden. Synodum. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reformat. capit. 9. verſicu. Inſuper vid.

Poſtremò ſuæ menſæ Epiſcopus vnire nõ poteſt per Clem. fin. de reb. Eccle. non alien. His igitur caſibus exceptis, prouidere Eccleſijs parochialibus per vnionem poteſt.

2 Vnione autem facta, ne Eccleſia vnita detrimentum patiatur onera, quæ habebat, ſuſtinebuntur per Eccleſiam, cui vnita eſt. Si ergo habebat celebrare miſſas tot. tit. ex fundatione tot celebrabuntur: ſi habeat curam animarum, & eam ipſam habebit. Quare Epiſcopus curabit, vt etiam per Vicariũ perpetuum aminarum cura laudabiliter exerceatur, cui non pauciores quinquaginta aureis, nec plures centum dabuntur, vt habetur in Bulla Pij Quinti, incip. Ad exequendam, pag. 999.

3 At qui † ſi non adſint beneficia, quæ vniri poſsint parochiali, qua ratione alia ei ſubuenietur? Planè vno ex his modis aut Primiciarum, aut Decimarum aſsignatione, aut per parochianorum ſymbola, aut collectas, aut qua commodiori Epiſcopo videbitur ratione rantum redigetur, quod Rectoris, & Eccleſiæ neceſsitate decenter ſufficiat, vt habetur eodem capit. 13. cit. verſicu. In parochialibus.

4 Obtenues fructus etiã præbendarũ † quæ ſunt in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus vnire ipſis Epiſcopus poteſt cum conſenſu Capituli aliquot beneficia ſimplicia, non tamen regularia. Vel ſi hac ratione non poſsit, præbendas ad pauciore numerum reducet, & fructus earum, quæ extra vè ſunt, applicabitur diſtributionibus reliquarum præbendarum cum conſenſu tamen patronorum, ſi de iure patronatus laicorum ſint, vt habetur apud Triden. Synodum ſeſſ. 24. de refor. cap. 15.

5 Quoad Cathedrales verò Eccleſias † vbi earum tenues reditus ſunt, vnio fit à Romano Pontifice, habita relatione Concilij prouincialis, iuxta diſpoſitionem Trid. Synod. ead. ſeſſ. de refor. cap. 13.

6 Pro Seminario demum † beneficia Epiſcopus vnire poteſt, modo ſimplicia ſint, ita Triden. Synod. ſeſſ. 23. de refor. cap. 18. verſicu. Nec non beneficia.

Verum an Epiſcopus penſionem impo-
7 poteſt. † Olim quibuſdam ſeruatis poterat: hodie id ei prohibitum per Bullam Pij V. de ſimonia confidentiali, incip. Intolerabilis multorum peruerſitas, quam poſui in Tract. meo de ſimon. cap. 22. § 1. Hinc Pariſ. de cõfident. benef. quæſt. 28. num. 125. ab aula receſsiſſe de quorundam ſententia teſtatur, vt Epiſcopus penſiones imponat. Ab hoc igitur Epiſcopus ſe abſtinebit, nam & ita Ego ſeruari vidi.

8 Poſtremò † Epiſcopus in beneficiorũ collatione operam dabit, vt beneficiorum qualitates conſeruentur, & onera ei impoſita. Si ergo præbenda Theologalis ſit, Theologo præſtabitur; ſi Presbyteralis, Diaconalis, vel Subdiaconalis, ijs conferentur qui huiuſmodi ordines habent, iuxta diſpoſitionem Tri-

deut.Synod.ſeſſ.25.de reform. capit.5. vid. Sed de materia hac ſatis,iam ad aliam tranſeamus.

De Conſtitutione nouæ Parochiæ, materia ex qua ſeptima Poteſtatis Epiſcopalis, habito reſpectu ad iuriſdictionem Epiſcopalem ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. LIII.

SVMMA.

1 *Parochiam nouam conſtituere Epiſcopus poteſt; quæ regula declaratur.*
2 *Parochia noua quando inſtitui poſſit ab Epiſcopo.*
3 *Parochiæ nouæ parocho qua ratione ſubueniatur.*

1 SExto † Epiſcopus nonam parochiam inſtituere poteſt, ac debrt in caſib. infra explicandis,ſic enim habetur in c. audientiam 1.de Eccle ædifican. & ibi DD.& nouiſsimè apud Trident.Syno. ſeſſ.22.de reform.cap. .& Illuſtriſs. Tuſch. Pract.concluſ.in litera P.concl.98.

2 Id quod † primo poteſt in ijs Ciuitatibus & locis,vbi nullæ ſunt parochiales Eccleſiæ, quamprimum enim, vt fiant curare debet, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, & conſuetudinibus etiam immemorabilib. ita Triden.Synod de reform.ſeſſ. vigeſimaquarta.capitu.13.in fine. Quare proſpiciet etiam ipſis parochijs qua ratione onera ſuſtentent.

Secundo inſtituere etiam nouam parochiam poteſt in alterius parochia; id quod facere poteſt ob duas cauſas imprimis. Primum,vbi parochiani longe abſunt ab Eccleſia parochiali,vnde ſine magno incommodo,præſertim hyemis tempore ad percipienda Sacramenta,& Diuina officia audienda accedere non poſſunt.

Secundo,vbi non ob longitudinem itineris: Sed ob aliam difficultatem parochiani prædicta habere nequeunt, vtporè, vel ob tranſitum fluminis, vel ob id quod Eccleſia parochialis intra Opidum Ciuitatemvè eſt, parochiani verò extra domicilium habent; quare contingit ob difficultatem fluminis, vel noctu non facile ſubueniri a parochijs ipſis poſſe. Fit igitur diuiſio, ſeu nouæ parochiæ conſtitutio. Tum ad diuinum cultum augendum,tum ad ſalutem fidelium, ita in ſimili de Cathedrali Eccleſia habetur in Extrauag.Sedis Apoſtolicę,de off. ordin. Quò igitur ſubueniatur veteri parochiæ, noua hæc conſtituetur;& idcirco parochus hic nouus Coadiutor alterius dicitur.

Item quoniam ob animarum ſalutem cõſtituitur;ob eam rem inuito parocho Eccleſiæ Matricis noua parochia conſtitui poteſt, vt habetur in eodem cap. quarto, ibi etiam inuitis Rectoribus,& cit.c. ad audientiam, atque ſic dixit Lap.alleg.63.num.3.verſicu. Quæritur ergo,& Tuſch.eadem concluſ. 98. numero 2.

3 Poſtremò † non ſolum conſtituere nouã parochiam poteſt, verum etiam competentem portionem, & fructibus ad Eccleſiam Matricem quacunque ratione pertinẽtibus aſsignare Epiſcopus ſuo arbitrio debet. Si verò Eccleſia Matrix non poſsit, compellere poteſt parochianos ad ea præſtãda,quę ad parochum ſuſtentandum pertinẽt, vtpotè,vel decimas, vel aliquam aliam portionem,vt habetur in eodem cap.4.& cit. c.ad audientiam. Quare & prædia eius Matricis aſsignare poterit. Si verò nec ipſe populus queat,Epiſcopus de ſuo præſtabit, ita dixit Hoſtien.in cit.c.ad audientiam,quem refert ac ſequitur Abb.ibi,num ſeptimo, & lacta Congregatio Concilij ibi interpres in eod. capitu.4.ſi nec Epiſcopus poterit parochus ſuis laboribus victum ſibi parabit.

Addo conſtitutionem huius parochiæ nouæ nulla ratione impediri poſſe, nec conſtitutam tolli per cit.cap.4.

Excipit tamen caſum Lap.eadem allega. 67.num.6.& ſequitur Tuſch.eadem conclu. 98.num.ſeptimo,vbi parochus velit ipſe capellam conſtruere,& dotem dare de bonis Eccleſiæ,& ibi Rectorem amouibilem, ſeu Capellanum, non enim ad aliud compelli poſſe cit.DD. inquiunt; Quorum ſententia mihi placet,modo Epiſcopus huic aſſentiatur,& ſaluti animarum proſpiciatur, eſto S. Synodus hoc non dicat.

Parochia autem hæc recens ſuam Matricem,tanquam patronam agnoſcet;quandoquidem ius patronatus in eam conſequitur vt dixit Gloſſ.in eodem c. ad audientiam, in verb. Præſentationem,& ſequitur Lap. alleg.66 nume.6.& Tuſch. in cit.conclu. 98. in fine. Alias autem ædificari Eccleſia intra parochiam alterius eã eius præiudicio non

poteſt

Digitized by Google

poteſt, vt dixit Guid. Papa deciſ. 360. & ſi quis contrarium conetur, oouum opus ei nunciabit, ioxta tit. de oper. nou. nunc. ita Guid. Pap. ibidem. Habet enim priuilegiũ hoc Eccleſia parochialis, quod in alia parochia io ipſa conſtitui oon debet, vel Capella quippe quia in præiudicium eius redundaret contra c. Eccleſiæ, & o. quiſcunque, 16. quæſt. 1. & facit, c. paſtoralis, de ijs, quæ fiunt à prælat. etenim nec alia iura ei adimi debent, ita Fuſch. de Viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. num. 14.

De materia autem hac egit Qninct. Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. in tit. Coadiutores, pag. 117. & in tit. Coadiutores. pag. 70. Sed de Coadiutore parochialis Eccleſiæ, quidatur cum nouæ parochiæ conſtitutione hactenus, ad Coadiutotem, quidatur ſine nouæ parochię conſtitutione, tranſeamus.

De Coadiutoribus, & Vicarijs Eccleſiarum parochialium, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis octaua, habito reſpectu ad iuriſdictionem fori exterioris ſimplicis. Cap. LIIII.

SVMMA.

1 *Coadiutor datur parocho, qui ob vitium corporis, ſua munera obire nequit.*

2 *Item, vbi ob imperitiam.*

3 *Item vbi ob frequentiam parochiæ non poteſt ſuum munus obire.*

4 *Coadiutor datur etiam ad vnum actum.*

SEPTIMO Epiſcopus ſine nouæ Parochiæ conſtitntione Coadiutorẽ dare poteſt, ac debet in his caſibus.

1 Primò † vbi Parochus impeditur, quominus Parochię munera obeat; vtpotè ꝑpetuò morbo; quia ſcilicet paralyticus factus eſt, vel furioſus, vel leproſus, & ſic morbo laborat perpetuo, vt in c. fin. de Cler. ægrot. vel eſt ſenex admodum. Epiſcopus igitur, tunc huic Coadiutorem dabit; datio enim hæc ad eum pertinet, ad quem vacantem Eccleſiam dare pertinet: at communi iure ad Epiſcopum pertinet, ergo & Coadiutoris datio pertinere debet; ita dixit Abb. in cit. c. fin. vbi plurib. rem hanc egit, & hic curam animarum eandem babebit, qnam Parochus, c. de rectoribus. & cit. c. fi. de Cler. ægrot. & ali debet de fructibus beneficij, ita DD. in eodem c. de rectoribus, & in c. 1. eodem lib. 6. Quid iuris antem, ſi fructus nõ ſat ſint ambobus? concludit Abb. ibi prius Parocho prouidendum, deinceps Coadiutori; tu verò dic vt ſupra, vbi qua ratione Parocho prouideatur declaraui. Atqui ſi is, cui datus eſt Coadiutor, velit ipſe adminiſtrarę Sacramenta, an probibere id Coadintori poſsir? Planè ſic; nam hæc eſt natura Coadintoris, ita Nauar. in conſ. 3. num. 4. de Cler. ægrot. mortuo autem eo, cui Coadiutor datus erat, extinguitur officium Coadiutoris.

2 Secundo † datur Coadintor ab Epiſcopo ad tempus tantum illiteratis, & imperitis, ad officium ſuum obeſidum; idque iure delegato; ita habetur apud Trid. Syno. ſeſſ. 21. de refor. cap. 6.

3 Tertio † Coadiutor datur, ſeu dare debet Epiſcopus, vbi per ſe quidem Parochus ad Sacramenta adminiſtranda, & diuina faciendam, ſuumque mutus obenndum habilis eſt, ob Parochianorum frequentiam tameo omnino non poteſt? In hoc igitur caſu, ſi parochialis Eccleſia baptiſmalis ve ſit, & populus adeo frequens, vt non ſat ſit rector, ab Epiſcopo curabitur, vt tot Sacerdotes, ad hæc peragenda ſuſcipiat, quod ſufficiant ad Sacramenta adminiſtranda, & diuinum cultum peragendum, ita habetur apud eandẽ Synod. ſeſſ. vigeſimaprima, de reform. cap. 4. Idque Epiſcopus tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus facere poteſt. Hi autem Codiutores, ſeu Capellani probari debent ab Epiſcopo; ad ipſum eoim pertinet iudicare, an ſint idonei, necne. Pro victu autem, vel pars fructuum aſsignabitur, vel alia ratione prouidebitur, ſcilicet tanta pecunia in menſem danda. Reſidere tamen ipſi proprij parochi debent; eſto Coadiutorem, Capellanum vè habeant, & quãtum poſſunt & ipſi elaborare; nam Coadiutores dicti ſunt, quoniam ſimul adiuuant ipſum parochum operantem. Hi tamen Coadiutores cum ſpe futuræ ſucceſsionis non dantur, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. cap. 7. An autem in Cathedrali dari poſsint, ibi refertur.

4 Poſtremò † Coadiutorem ad vnum actũ Epiſcopus etiam aliquando dare debet, ſcilicet Cõcionatorem; nam cum Parochi munus ſit, verbum Dei populo proponere, vt habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. quiota, de refor-

Digitized by Google

reformat.cap.4.& ſoo loco diximus, ſi ipſe autem noo poſsit, aut nolit munus hoc obire, Epiſcopus, vt per alium id obeat, operam dabit. Sed de ijs hactenus, iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Vicarius dari ad tempus ab Epiſcopo debet Parochiæ, vbi Parochus adminiſtrare non poteſt.*

§. I.

1 §. †Epiſcopos quoque Vicarium dare ad tempus Parochiæ debet ſumptibus Parochi in his caſibus.

Primò, vbi parocus ipſe, Sacerdos nõ eſt poteſt enim beneficium conferri non Sacerdoti, modo ſit Clericus, & intra annom Sacerdotium ſuſcipiat, c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. in antiq. innõ e. licet canon. eod. lib. *6* & ſuo loco diximus.

Secundo dare etiam debet Vicarium Epiſcopos, vbi parochos ex iuſta cauſa abeſt, vt habetur apod Triden. Synod. ſeſſ. 23. cap. 2 verſ. eadem, de reſor. Idem ſi reſidere non poſſet ob inimicitias, vt diximos, vbi de reſidentia egimus.

Item, vbi plura incompatibilia beneficia quis habet, iuxta diſpoſitionem Triden. Synod ſeſſ. 7. de reſor. cap. 5.

Quartò Vicarium dare poteſt, & ponere debet, vbi Eccleſia vacat, vt habetur apud eandem Triden. Syno. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reforma. cap. 18. & ad ſummam vbicuoque periculum eſt, ne ſalus aoimarum periclitetur.

Quinto, vbi ad religionem ſe tranſtolit, intra anoum probationis, & qoooſque profiteatur Vicarium Epiſcopus cooſtituere habet, c. beneficiũ illius, de reg. ior. lib. *6*. iunc. Trid. Synod. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 15. & ſeſſ. 21. de reform. cap. 2.

Sexto, vbi curata beneficia, curam aoimarum habentia, Cathedrali Eccleſiæ, alijsvè Collegiatis, vel Monaſterijs, vel Collegijs, Pijsvè locis quiboſcunque perpetuò vnita ſunt, ita Trid. Synod. ſeſſ. 7. de reformat. capitulo 7.

Poſtremò, ob quamcũque aliam cauſam, quamobrẽ proprius parochus ioſeruire oõ poteſt; vtpotè, vbi ob delictum per aliquod tempus, io exilium miſſus eſt, vel ob aliam iuſtam cauſam abeſt. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Parochialibus Eccleſiis, certos fines non habentibus, certi fines conſtituendi ſunt.*

2 *Rectoribus, proprium populum non habentibus, proprius populus conſtitui debet, ac parochia.*

§. II.

1 §. † Poſtremò in Cioitatibos, ac locis, vbi parochiales Eccleſiæ certos fines non habent, nec Rectorem propriũ, Epiſcopus

2 diſtinguere parochias debet, † & ſiogulis ſuum proprium parochum aſsignare, qui eas cognoſcere valeat, & à qno ſolo ſacramenta ſuſcipiant; ſic enim habetur apud Trideo. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de refor mat. cap. 13. cuius vrba hæc ſunt, In ijs quoque Ciuitatibus, ac locis, vbi parochiales Eccleſiæ certos non habent fines, nec eorum Rectores proprium populum, quem regãt, ſed promiſcuè petentibus ſacramenta adminiſtrant, mandat Sanctæ Syno. Epiſcopis pro tutiori animarum eis commiſſarum, ſalute, vt diſtincto populo in certas, & proprias Parochias, vnicuique ſuum perpetuũ, peculiaremque Parochum aſsigoẽt, qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè ſacramenta ſuſcipiãt, aut alio vtiliori modo, pro prout loci qualitas exigerit prouideant. Hæc ſuot verba Coocilij, ex quibos *propoſi* habentur, ad alia tranſeamus.

De Iure dicendo in cauſis merè Eccleſiaſticis; necnon mixti fori, & de libertate, Immunitateque Eccleſiaſtica tuenda, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis, nona, ac decima, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. V.

S V M M A.

1 *Ius dicere in cauſis merè Eccleſiaſticis, necnomixti fori Epiſcopus debet.*

2 *Immunitatem, atque libertatem Eccleſiaſticam tueri Epiſcopus debet.*

OCTA-

1 OCTAVO, † quoniam Epiſcopus in ſua diœceſi iuriſdictionem habet cum mero, & mixto imperio, vt tradunt DD. in l. imperium, ff. de iorifd. omn. iud. & facit c. 1. de off. ord. Habeant igitur Epiſcopi, dicitur enim ibi, ſæculariom vrbium in his diœceſibus liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicari ſecundum quod Canones cenſent, abſq; impedimento alicuius, &c. Hæc ibi. Epiſcopus ergo ius dicere, & cauſas mere Eccleſiaſticas, necnon mixti fori, tam ciniles, quàm criminales cognoſcere habet. Quæ autem merè Eccleſiaſticæ, ac mixti fori ſint, quòd aliàs pluribus agentur, ob eam rem hic coo ſulto omittuntur. Vnum huc inſerimus, cauſas omnes ad forum Eccleſiaſticum, quacunque ratione pertinentes, in prima inſtantia coram ordinarijs locorum duntaxat agendas eſſe; & idcirco neque Legatos de latere, neque Nuncios, alioſque Gubernatores Eccleſiaſt. impedire ipſos Ordinarios, & Epiſcopos poſſe indictis cauſis, aut aliquo modo iuriſdictionem eis præcipere, aut turbare, ne contra clericos, alias vè perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prios requiſito, eoque negligente procedere; aliàs eorum proceſſus, ordinariones vè nullius momenti ſint, atque ſatisſactionem damni partibus illati renentor, ita habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capitulo 20. Et pertinēt, quæ dixit Couar. pract. quæſt. cap. 9. Summum autem ſtudium adhiberi ab Epiſcopis debet, vt quamprimū poteſt lites terminentur. c. finem litibus, de do. & contum. & l. properandum, C. de iudic. de qua re nouiſsimè Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. capit. 10. admonet omnes iudices, vt id incumbant.

2 Decimò † immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſt. tueri Epiſcopus debet, vt habetur in c. 2. de immun. eccl. lib. 6. & in c. ſæculares, de for. compet. eodem lib. & in c. ſi iudex, de ſent. excommun. eod. lib. & c. nouerīat, eodem in antiq. iuuct. c. quæ eccleſiarū, de conſtit. & in c. maior, 17. quæſtio. 4. & vt inquiunt DD. & Abb. in c. inter alia, de immun. eccleſ. & in c. ſanctæ Mariæ, de conſtit. hac enim ratione dicimus cultus maiori pietate, atque alacritate ab eccleſiaſticis perſonis celebratur, & exercetur, & in ſois Eccleſijs reſidere quietè, ac pacificè queunt, & ſine impedimento, & cum fructu, & ædificatione populi ſua munera obeunt, vt dixit Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reforma. cap. 20. Quæ autem immunitas, atq; libertas eccleſiaſt. ſit, aliàs vberrimè tractabimus. Sed iam ad alia tranſeamus.

De Pœnis, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis vndecima, habito reſpectu ad iuriſdictionem ordinariam fori exterioris ſimplicis. Cap. LVI.

SVMMA.

1 *Pœnam inferre Epiſcopus debet.*
2 *Pœnarum ſpecies quot ſint.*
3 *Pœnæ corporales quæ ſint.*
4 *Carcere incluſi ratione curandi.*
5 *Pœnæ pecuniariæ inferri poßunt Clericis.*
6 *Pœnæ ſpirituales, quæ nam ſint.*

1 VNDECIMO † Epiſcopus inferre pœnas quoque poteſt, ac debet, vbi ſcilicet ratione coercere delinquentes non valet; aliàs ab his abſtinendum eſt, vt dixit Triden. Synod. ſeſſ. 13. de reformat. capitu. 1.

2 Verùm † quod pœnæ partim corpus afficiunt, partim animam, partim rem familiarem, partim famam, de quibus Innoc. in c. qualiter, & quando, de accuſat. & ibi quoq; Felyn. & idem in c. cum non ab homine, numero 7. de iud. ob eam rem, quæ nam hę ſint exemplis breuiter explicemus.

3 Pœnæ corporis igitur ſunt hæ, † quæ ab Eccleſiaſtico Iudice imponi poſſunt.

Primo damnatio ad triremes; nam & in Clericis locum habet, vt teſtatur Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 143. verſ. Venit inſuper, & ſequitur Clar. in ſua Pract. crim. §. fin. quæſt. ſeptuagēſima, verſ. frequens. Idque ex conſuetudine, quam tamen Diaz. in Sacerdotibus improbat, & Clar. inquit ibi imponendam non eſſe ſacerdotib. niſi vbi ſpes correctionis nō adeſt. Verum an degradari debet, vbi ſic damnatur? Item an ſic damnatus irregularis fiat? & quid de Iudice? Quoad primum degradandum eſſe inquit Addi. ad Diaz. eodem capit. 143. & hoc Campeg. apud Zanchin. idem ſentientem refert: conſuetudine tamen non ſeruari illa Addit. refert, ſed ſolum deponi ait. Quoad ſecūdum, an fiat irregularis ad triremes damnatus, con-

Digitized by Google

concludendum eſt breuiter, eum infamem fieri & idcircò irregularem; & ita Nauar. in conſ. 15 & 17. de hæret. Quoad tertium Iudex ad hanc pœnam clericum condemnãs irregularis non fit, vt probaui in Tract. meo de irregular. cap. 5. §. 7. quem videas.

Altera pœna eſt fuſtigationis; hac enim, & Clericus punitur, ita dixit Diaz. eadem prax cap. 174. & ſequitur Clar. eodem verſ. Moderatè tamen fieri debet, aliàs punitur per c. præterea, de Cler. percuſſor. Hoc autẽ eff. & is, infamis fit, argum. l. ictus fuſtium, ff. de his, qui not. infam. & ita Nauar. in eodem conſ. 16. de hæret. quam tamen pęnam publicè inuri clericis nũquam vidi, nec debere ob honorem dixit Prax. Archiep. Neapol. Hinc clericum laico, quem offendit, nõ debere genuaflectere, ſed aliàs ei ſatisfactis aſſeruit Hoſt. in c. contingit, de ſent. excom. Non tamen irregularis fit iudex eam inferens; ex quo nec mutilatio, nec mors interuenit.

Tertia pœna eſt ictus funium, ideſt *tratti di corda*; hæc enim pœna clerici quoque affici ſolent, ita Clar. eodem. Poſſunt etiam torqueri ad veritatem habendam ſeruatis ſeruandis; & quamuis communi iure per Clericos id fieri debeat, vt de communi ſententia teſtatur Rip. in c. decernimus, de iudic. quem refert Sbroz. de Vicar. Epiſc. libro 2. quæſt. 153. num. 8. De conſuetudine tamen communi contrarium ſeruatur, vt inquit Abb. in c. vniuerſitatis, de ſent. excommun. per laicos igitur torqueri poſſunt, etiã Diaz. in Pract. crim. canon. capitu. 125. num. 7. & Clar. in pract. crim § fin. quæſt. 64. verſicu. Hic quæro, & Sbroz. de Vic. Epiſc. lib. 2. capit. 153. nu. 8. cum ſeq.

Quarta pœna eſt coniectio in carcerem; etſi enim carceres inuenti ſunt ad cuſtodiã, l. 1. & l. vltim. C. de cuſtod. reor. & vt probaui in Tract. meo de Irregular. cap. 5. §. 6. numero 1. iure canonico tamen ad pœnam itidem ſunt inſtituti, vt habetur in c. quamuis, & ibi Gloſſ. & Addit. de pœn. lib. 6. & in c. pen §. finali, de hæret. in antiq. Hæc tamen pœna non debet ita arctari; vt fame, ratione vè alia citius pereat; nam irregulares Iudices fiunt, vt aſſeruit Nauar. in conſil. primo. & Ego probaui in eodem Tract. de irregular. in cit § 6. Non igitur ita modicus cibus præſtari debet, vt clericus, vel citius moriatur; nam, vt dixi irregularis iudex fieret, vel ignorans id faceret, ſcilicet huiuſmodi cibũ ſat non eſſe ad ſuſtentandũ, ſcire enim hoc debet, vel per ſe, vel per aliũ. Excipitur, vbi de conſenſu Medicorũ parum cibi traderet; in hoc enim caſu, & à peccato, & ab irregularitate excuſatur cum peritos conſuluerit, argum. l. ſeptimo, ff. de ſtat. hom. Idẽ ſi adeſſet conſuetudo; etſi enim peccaret, nõ fieret tamen irregularis. Ne igitur ratione qualitatis carceris, vel cibi quantitatis, alterius vè rei citius moriatur, cauendum eſt, ita Nauar. ibidem, de hac clericorum carcerei, vide Prax. Archiepiſcop. Neapolitan. capitulo 33.

4 Quoad eos autem † qui in carceres coniecti ſunt, trium ratio habenda eſt.

Primò ſalutis animarum. Quare præſcriptis ab Eccleſia temporibus, vt ſacramenta ſuſcipiant, Epiſcopus operam dabit; ſicut etiam vt Concio aliquando ad eos habeatur; id quod Ego vidi Romæ ſeruari, & facit Clem. 1. & ibi Gloſſ. & DD. de pœnit. & Confeſſarij, qui eorum confeſsiones audiunt, nõ vulgari doctrina prædij eſſe debent, ob reſtitutionẽ famæ, rei, & veritatis patefaciendæ, vt doceat ipſos, quando hæc facienda ſint; de qua re egit Nauar. in Man. capit. 25. cum ſeq. & Ego in Tract. de Irregul. cap. 16. niſi enim cautiores ſint, vt confeſſarij, contingere poteſt, ipſos irregulares fieri, vt in eodem Tract. declaraui. Ad eos etiam, qui ad triremes damnati ſunt, confeſſarios Epiſcopus mittere debet, & viſitari per aliquos in mari enim ſuæ diœceſi adhærente vſque ad centum milliaria iuriſdictionem habet, vt dixit Bertach. de Epiſcop. libro 4. par. 6. quæſt. 34. quamobrem etiam viſitare poteſt Capellanos trieemium, niſi priuilegium habeant, id prohibens, ita Nauar. in conſ. 4. de ſenten. excommun & Epiſco. Mont. Maran. in Man. Paſtor. cap. 79. nume. 12. cum ſequ. Immo ſi ob cruciatus ad pœnitentiam induci nequeant, prohibere id Epiſcopus poteſt, vt dixit idem Epiſco. eodem num. 4. & facit cit. Clem. 1. de pœnit. Habito reſpectu autem ad corpus, ne alimenta ei denegentur, Epiſcopus curare debet, l. Iudices, & l. nemo, C. de Epiſcopal. audien. quare, & quæſtores eleemoſynarum inſtituendi pro carceratis, quo pauperes alantur. Poſtremò habito reſpectu ad cauſas, vt quam primum expediantur, operam dabit, c. finem litibus de dol. & contum. & l. properandum, C. de iud. Hæc autem facilius ab ipſo fient, ſi carceres viſitabit, & iudices de his admonebit. c. adminiſtratores, vigeſimatertia quæſt. 5. & ita Epiſco. Mon. Maran. eodem capit. 79. cum ſeq. Hæcque locum habent, vel carceribus laicorum detineantur, ſed ad eum redeamus. Quæ diximus igitur de coniectis in carcerem, eadem & de poſito in Cauea,

ſeu,

ſeu, vt vulgo dicitur in *gabia*, conclndimns. Quare malè dixit Angel. in l. prætor ait, §. ſupplicamus, num. 5. de vi rap. bon. quem refert Clar. eodem verſ. Pœna autem carceris qui contrarium ſeruandum eſſe dixit. Solet quandoque etiam delinquens muro includi perpetuo, qnod in crimine hæreſis potiſsimum fieri vidi. (Detruſio enim in Monaſterium hodie vſitata non eſt, vt teſtatur Clar. eodem, & Diaz. eodem prax. crim. ca. 128.) Hinc apparet, Iudicem Eccleſiaſticum poſſe Clericum in carcerem conijcere, qnoties opus fuerit, vt dixit Couar. pract. quæſt. num. 10 §. 2. verſicu. Quartò. Banniri etiam, ſeu in exilium mittere Eccleſia etiam poteſt, ita Abb. in c. cum non ab homine, num. vigeſimoquarto, & Felyn. num. ſeptimo, de iudic. Pœnam mortis autem non infert, ſed tamen quandam aliam, ei perſimilem; vbi ſcilicet tradit Curiæ ſæculari, ita Innoc. in cit. c. qualiter, & quando, numero ſecundo, de accuſatio.

5 Secundo loco † pœna pecuniaria quoque imponi ab Epiſcopo poteſt, ita Fely. in c. cæterum, vbi rem hanc pluribus egit, de off. ordin. & communiter recep. eſſe teſtatur Abb. in c. Clericorum, num. 10. de vit. & honeſta. Cler. nam & Epiſcopi fiſcum habent, vt aſſeruit Diaz. in eadem prax. capit. 134. & Clar. eodem quæſtio. 80. verſic. In hac materia, & Via. in ſua Sylu. opin. 255. vbi de communi ſententia teſtatur Epiſcopum, & eius Vicarium poſſe ſuæ Cameræ pęnam applicare, etiam ſi contra laicos lata ſit, vbi delictum eccleſiaſticum commiſſum eſt ab ipſis; & ſequitur quoque Diaz. eodem capitu. 142. & Addit. ad eum, & Gloſſ. in c. ſtatutum, in verſicu. Ex iuriſdictione, de elect. & Sbrozz. de Vicar. Epiſcop. lib. 2. quæſt. 80. Cautius tamen & ſanctius facerent, ſi pijs locis pœnas huiuſmodi adijcerent; eſto enim ſi pro ſe ſumant, non peccent, auaritiæ tamen notã non effugient, atque ſic dixit Couar. quem refert ac ſequitur Clar. eadem quæſt. 80. Hinc Felyn. in c. irrefragabilis, §. cæterum, nume. 6. verſ. Secunda concluſio cum ſeq. de off. ord. ſi à ſtatuto hæc pœna impoſita ſit, Epiſcopũ retinere eã pro ſe, poſſe, dixit. Si per ſententiam, nequaquam, ſed ex honeſtate. Hodie tamen Trindentina Syno. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reformat. cap. 3. præcipit, vt multæ, ſtatim exactæ locis pijs aſsigentur; & ſacra Cõgregatio Concilij interpres de ipſis Epiſcopu n n n poſſe portio nem aliquam aſsignare Vicario pro ſua mercede, cenſuit. Excipitur tamen, vbi Epiſcopus admodum pauper eſſet; tunc enim eas vbi aſſnmere poteſt, vt de communi ſententia teſtatur Felyn. in cit. c. irrefragabilis, §. cæterum, nnmero nono, de off. ordinar. & Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Pœnæ pecuniariæ, eſto ipſe exiſtimet ſacram Congregationẽ in hoc caſu conſulendam eſſe, explicando ei reditus, & onera Epiſcopatus. Atqni ſi non habet Clericus vnde ſoluat hanc pœnam, an corpore punietur? inxta regulam vulgarem, qui non habet in ære, luat in corpore? Planè id nõ fiet ob Clericalis ordinis dignitatem, ſed alia pęna punietur, ita dixit ead. prax. capitulo 142. verſiculo Vnum inſuper, & in praxi ita ſeruari teſtatur Additio. ibi ad eum. Priuari quoque beneficio poteſt; id quod dubitationem non habet, eſtò à Papa beneficium illud adeptus ſit, ita dixit Capel. Thol. dec. 292.

6 Poſtremò † ſpirituali qnoque pœna Epiſcopus afficere poteſt; quæ pœna ſpiritualis multiplex eſt. Nam primò verbis deponi poteſt; idque per ſe, vt dixit Clar. quæſtione ſeptuageſimaquarta, verſicu. Sed quæro, & ita generali conſuetudine ſeruari teſtatur Foller. in prax. crimin. relat. à Clar. ibid. Depoſitione autem hac Clericus priuatus eſt vſu ſuorum ordinum.

Secundò altera pœna eſt degradatio, quę ſolemniter fit, & priuatur Clericus tunc vſu ordinum, & priuilegijs omnium Clericorũ, & de hac agitur in c. degradatio, de pœnit. libro 6. & Clar. in eadem prax. quæſt. 36. vbi rem hanc pluribus egit; & de hac degradatione, eiuſque forma habetur apud Triden. Synod. ſeſſ. decimatertia. de reformat. capitulo quarto, & egit in Regul. 55. in verb. Clericus de caſibus, vbi degradatio fieri debet, & Bertachin. in tracta. de Epiſcop. in octaua parte, quar. lib. vſque ad fi.

Tertia pœna eſt Excõmunicatio, Snſpenſio, Interdictum, & ceſſatio à Dininis; de quibus, quoniam ſatis, & abundè egimns in Tracta. de Cenſur. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc ſumantur. Atqui executor pœnarum & Iudex laicus eſt, vbi à Iudice Eccleſiaſt. requiritur, & debet exequi, ita Innoc. & Abb. in c. 1. de offic. ordinar. & ibi DD. & nouiſsimè Tuſch. Pract. concluſio. in littera I. concluſio. 429. & in ſequenti. Sed de his hactenus, iam ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Abſoluere poteſt Epiſcopus à iuramēto, quo abſolutus agere, & excipere in iudicio poſſit.*

§. I.

1 §Poſtremò †Epiſcopus abſoluere etiā poteſt à iuramento, quò qui iurauit, agere & excipere poſsit, ita DD. in c. 1. de iureiur. nā ſæpius abſolutio hæc neceſſaria eſt; quandoquidem contractus, iureiurando adhibito, ferè ſemper confirmantur, ne contrahentes contraueniant. Sed, quoniam contingit aliquem ex contrahentib. læſum eſſe, & ob iuſiurandum nec agere, nec excipere poſſe de læſione, ob eam rem ius permiſit, vt abſolutio ob hanc cauſam daretur à iuramento; Item quoniam iuſiurandum quid ſpirituale eſt, ob eam rem ad iudicem eccleſiaſticum abſolutio hæc pertinet; & idcirco ad Epiſcopum, vt aſſerunt DD. in eo. cap. 1. & Sbroz. de Vic. Epiſc. lib. 2. q. 187. & Anto. Corneus in tract. de abſol. forenſ. iuram. parte 2. q. 3. vbi pluribus rem hanc egit. Epiſcopus autē, qui abſoluere habet, erit Epiſcopus eius qui abſoluendus eſt, ita Abb. in c. ſi quis contra, de for. compet. & idem Corneus eadem par. 2. q. 8. & abſoluet cauſa cognita ſemplenè, ſine partis citatione, vt aſſeruit id Corneus par. 2. quæſt. 3. eod. tract. & Sbroz. eod. num. 7. Secus autem, vbi petitur abſolutio ſimplex, & purè, quo tollatur omninò obligatio; tunc enim plena cognitio poſtulatur cum partis citatione, vt idem Corn. aſſeruit eadem par. 2. q. 3. Hanc eandem abſolutionem tribuere poteſt Vicarius Epiſcopi, vt aſſeruit Sbroz. ead. q. eſtò contrarium ſenſerit idem Corn. ead. Tracta. par. 2. q. 5. qui mihi magis placet.

Denunciare denique debet, ſeu curare, vt denuncientur excommunicati, ita Gemi. in conſ 71. quem refert, ac ſequitur Illuſtr. Tuſch. Pract. concluſ. in litera E. concl. 295. & Ego in Tract. meo de Cenſ. & vbi ſcit, nō ſeruari interdictum, compellere debet ad ipſum ſeruandum, ita Feder. de Sen. in conſ. 231. & Tuſch. eadem litera E. concl. 294. & facit Trid. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. capit. 21. Atqui an Clericus ſe obligare poteſt ad amiſsionem ordinis, vel beneficij cum auctoritate ſuperioris, ſi delictū committat, aliudvè, etiā prohibita faciat? Planè ſic, c. quoties, prima quæſtione ſeptima, Gloſſ. in c. cum dilectus, de elect. & Felyn. in c. contingit, de ſent. excomm. & Prax. Archiep. Neap. c. 38. Sed de materia hac, ſcilicet de iuriſdictione ordinaria Epiſcopi hactenus, iam delegatam tranſeamus.

De diſpenſatione Irregularitatum, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis prima, habito reſpectu ad iuriſdictionem delegatam fori exterioris mixti. Cap. LVII.

SVMMA.

1 *Diſpenſatio, quid ſit.*
2 *Diſpenſatio in quibus fiat.*
3 *Diſpenſatio quamobrem fiat.*
4 *Diſpenſatio an concedi debeat à ſuperiore.*
5 *Diſpenſatio an tacitò fieri poſſit.*
6 *Diſpenſatio an per procuratorem detur.*
7 *Diſpenſatio qua forma concipiatur.*

ABSOLVTIS cauſis primarijs, quæ pertinent ad poteſtatē Epiſcopi, habito reſpectu tam ad ordinem, quàm ad iuriſdictionem ordinariam, reliquum eſt, vt tranſeamus ad cauſas, quæ iure delegato ad eandem poteſtatem pertinent Et quoniam, quæ ad ordinem pertinent, ad forum conſcientiæ ſimplex tantum, nōnullæ ſunt, ob eam rem, quæ fori mixti; necnon fori exterioris ſimplicis ſunt, ſed prius, quæ mixti fori contemplemur. Verum quod hæ diſpenſationes ſunt, Primò Irregularitatum, Deinde Voti, Tertiò Impedimentorum matrimonij, Quartò Relictorum Piorum, Poſtremò abſolutionis à Cenſuris; ob eam rem prius de primis, deinceps de reliquis, agamus, præmiſsis tamē Septem, Primùm, quid diſpenſatio ſit, Secūdò, in quibus fiat, Tertiò, quamobrem fiat, Quartò, an concedi debeat à Superiore, Quintò, an tacitò fiat, Sextò, an per procuratorem, Poſtremò, qua forma concipiatur.

1 Quoad primum igitur † diſpenſatio nil aliud eſt, quam communis iuris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui ius diſpenſandi habet: ita dixit Gloſſ. in c. requiſitis

Digitized by Google

ſitis, §. niſi rigor. 1. quæſt. 7. quam refert, ac ſequitur Mãdoſ. de ſignat. grat. in tit. Diſpenſationes, & Burgas in tract. de Irregul. parte 2. in tit. Quid ſit diſpenſatio, & vnde dicatur; & Couar. de ſponſ. par. 2. cap. 6. §. 9. vbi pluribus rem hanc egit, & Feder. de Sen. in conſ. 30. verſ. Sicut diſpenſatio, & Illuſtriſs. Toſch. Pract. concluſ. in litera D. cõcluſ. 457. & ob id odioſa, vt cit. Tuſch. ibidem, & Ego in Tract. meo de ſimon. id pluribus egi, Tabul. 1. cap. 52. num. 1. quare non præſumitur, niſi probetur, ita Tuſch. eadem concl. 481. Item diſpenſationem iuris relaxationem eſſe ſenſit Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reformat. cap. 18. de diſpenſatione enim agens, ſic enim inquit. Sicuti publicè expedit, legis vinculum aliquando relaxare, vt plenius euenientibus caſibus, & neceſsitatibus, pro communi vtilitate ſatisfiat; ſic frequentius legem ſolui, &c. nil aliud eſt, quam vnicuique ad leges transgrediendas, aditũ aperire, &c. Hæc ſancta Synod. Ex quibus apparet, diſpenſationem eſſe relaxationem, & ſolutionem legis; & ideo cauſa cognita, & ſumma maturitate, atque gratis concedendam, ſtatuit ibi ſancta Synod. alioquin ſi contrafiat, ſubreptitiam diſpenſationem eſſe voluit.

2 Quoad ſecundum † in quibus diſpenſatio fiat, breuiter concludendum eſt, in ijs, quæ contra ius ipſum ſunt, fieri, ſi enim communis iuris relaxatio eſt ipſa diſpenſatio, meritò contra ipſum ius eſt, & ei repugnat. Quare, ſi cuipiam, qui teſtamentum de iure facere non poteſt, id ei permittatur, cũ hoc diſpenſatum dicetur; ſicut etiam, cuipiam pœna delicti remiſſa ſit, l. ſi quando, C. qui teſtam. fac. poſſ. & l. ad beſtias, ff. de pœn. vbi ergo quidpiam contra ius cõceditur, diſpenſatio facta dicetur.

3 Quoad tertium † quando diſpenſatio cõcedi debeat, breuiter etiam hic concludit, vbi aut neceſsitas, aut vtilitas publica id ſuadet, vt habetur in c. tali coniugio, & in c. diſpenſationes, prima quæſtione ſeptima, & ſenſit id etiam Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimatertia, cap. vndecimo, de reformat. ibi Niſi neceſsitas, aut Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi, aliud expoſcat. Idem in cap. decimoquarto, eadem ſeſſ. & in capit. 18. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. vbi hoc in verbis habetur; nam ibi dicitur. Sicut publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius, euenientibus caſibus, & neceſsitatibus pro communi vtilitate ſatisfiat, &c. Item & in verſ. Quod ſi vrgens, iuſtaque ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulauerit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, &c. ex quibus propoſita concluſio habetur; atque ſic inquiunt DD. & Phil. Franc. in l. licet Canon. verſ. Is etiam ibi vltimo nota. de elect. lib. 6. & Borgaſ. eodem tit. Quid ſit diſpenſatio, & vnde dicatur, cum duob. ſeq. & Alphon. Aluarez. in ſuo Theſaur. capitulo decimoſeptimo, numero primo, de diſpenſat. Sanct. Epiſcopi, Quinctil. Mandoſ. de ſignat. grat. in tit. Diſpenſationes, verſ. Diſpenſationem deſcribunt; & ſi contra fiat, nec in ſoro exteriori; nec interiori valere dixit Ancharan. & Gloſſ. quos refert Phil. Franc. eod. verſ. Vltimò nota.

Hinc Diſpẽſatio, à verbo Penſo dicta eſt, quoniam, antequam fiat, diuerſa, ideſt multa penſanda ſunt, & ſine cauſa fieri non debet. Quare, etſi in Romano Pontifice, in diſpenſando, quò ad ius poſitiuum, voluntas pro cauſa habeatur, & idcirco ſine alia cauſæ cognitione diſpenſare poſsit; eſt enim ipſe ſupra ius, l. digna vox, C. de legibus, Inferiores tamen ſine cauſæ cognitione, diſpenſare non poſſunt, qui iuribus ſubſunt, c. 1. & c. ſi. de conſtit. & vt tradidit Abb. in c. diuerſis falacijs, num. 3. de Cler. coniug. & c. 2. numero 4. de ſchiſmat. & Innoc. in c. cum ad monaſterium, num. 4. de ſtat. regul. & Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. in c. diſpenſatio, verſ. Aduertendum tamen, &c. Immo nouiſsimè Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. cap. 18. ſanciuit, ſubreptitias cenſeri diſpenſationes factas, non cauſa cognita. Vtilitas ergo, vel neceſsitas interuenire debet quò legitima diſpenſatio fiat; & quãtis aliæ cauſæ à DD. referantur, vt merita perſonæ, cum qua diſpenſatur, argum. c. de multa. de præben. in fine, hunc tamen omnes cauſæ pertinent relatæ à Sylueſt. in verb. Diſpenſatis, numero tertio, quæſtione prima, verſ. Si quis paulo diligentius id inſpiciat. Idemque vt cauſa requiratur, & exprimatur ab inferiore, dixit Oldrad. in conſ. 330. numero octauo, & Feder. de Sen. conſ. 205. & conſ. 206. & Illuſtriſs. Tuſch. in litera D, concluſ. 458. Non tamen requiritur, vt mentio fiat iuris, cui derogatur; ita Calderin. in conſ. 471. in fine, titu. qui fil. ſint legit. & ita Tuſch. eod. concl. 461.

4 Quoad quartum † an ſuperior diſpenſationem petitam dare teneatur in caſibus, vbi diſpenſare poteſt? Felyn. in c. at ſi Clerici, §. De adulterijs, numero vigeſimoquarto, verſ. Vtrum antè Epiſcopus, de iud. & DD. in hoc varij ſunt. Ego verò, vt ordinatim, & paucis rem abſoluam, reſpectu habito ad Summum Pont. pro certo habeo, ad diſpen-

ſandum,cogi non poſſe; non enim poſitiuo iuri ſubiectus eſt.l.digna vox,C.de legibus quo iure impedimenta,& inhabilitates,nec non eorundem diſpenſationes,inuenta sũt. Reſpectu habito ad inferiores Eccleſiæ Antiſtites,nequaquam etiam tenentur, ex quo ex gratia conceditur, vt gratia appellatur, vt habetur in c licet canon. & ibi not. Phil. Franc.verſ.Is etiam ibi tertio nota,de elec. libro 6.& hoc locum habet,vbi permiſſa eſt diſpenſatio,ſed non debita.Excipitur tamẽ primò vbi id iure præcipeterur,vt in c.cum ex eo,de elect.libro 6. nam ibi cauſa ſtudij concedendum dicitur,ne beneficium habẽs ad ordines promoueatur,& arg.c.nuper,de ſent excommu.Item excipitur, vbi Romanus Pont.id ei præciperet; quod enim Epiſcopus ei parere debet argum.tot. titu. de maior.& obed.tunc diſpenſandum eſſet; & pertinent huc,quod dixit Triden.Syno.ſeſſ. decimaquarta,de reformat. capitulo ſeptimo: Poſtremò excipitur,vbi debito eſſet,ſcilicet vbi non diſpenſando, periculum pluribus immineret, vtilitasque magna Eccleſiæ impediretur, vel ſcandalum immineret; tunc enim diſpenſatio debetur,c conſtitueretur,& ibi Gloſſ.in verb.Detrahendum, diſtin.50.& c.Domino Sancto,in verb.Neceſſe,eadem diſtinct.vbi ait Epiſcopum peccare,ſi non diſpenſet,quando ratio diſpenſandi haberur,& officio Iudicis coram ſuperiore ad id cogi poſſe,inquit.Idem Phili.Fran. in eodem c.licet canon.verſ.His etiam. Idẽ tenet Feder.de Sen. in conſ.30. nam & ipſe ait caſu licito ſuperiorem adiri poſſe, vt inferiorem ad diſpẽſandum compellat; & peccare ſuperiorem,qui non diſpenſat.Idem tenet Oldrad.quem refert,& ſequitur Illuſtr. Tuſch.in Pract.concl.in litera D.concl.457. & Marian.Socin.in c.ad audientiam,de homicid.num...

5 Quo ad quintam quæſtionem,† An tacitò diſpenſari poſsit; Exempli gratia illegitime natus,vel aliàs irregularis exiſtens, ad ordines admittitur, beneficiumvè ei confertur ab eo,qui impedimenta hæc non ignorat,& tollere ea poteſt; An igitur ordinis, beneficij vè collatione diſpenſare cẽſeatur? DD. communiter concludunt Romanum Pont.ſi ſciens aliquem inhabilem eſſe ad aliquid;& nihilominus ad id eum admittatur, cenſeri cum ipſo diſpenſare. Tum quod in ijs,quæ poſitiui iuris ſunt, voluntas pro cauſa in Romano Pont. habetur, & in eo cauſa ſemper præſumitur.arg.§.Sed & quod Principi placuit in Inſtit.de iur. natur. gent. & ciuil. Tum per l. quidam conſulebant,ff. de re iud.vbi ſi inhabilis ad officia quis admittatur,cum ipſo diſpenſatum cenſetur; non enim legibus poſitiuis Romanus Pont.ſubiectus eſt,vt diximus per cit.l. digna vox, C. de legibus. Vel igitur expreſſe,vt ſupra diximus,vel tacito,vt hic, rectè diſpenſatum cum inhabili erit,& ita l.imperialis,§.ſimiles,C.de nupt.& Gloſſ.& DD. in c. cum Eccleſiaſtica,de except. Bertach.in Tracta. de Epiſc.parte 2.lib.4.num. 58. Quare conferendo Eccleſiam illegitimo, vel ordinem, ſciens eum eſſe talem, cenſebitur cum ipſo diſpenſaſſe.Nam & verſando cum excommunicato,ſi hac ratione,ſe abſoluere excõmunicatum velle declaret, abſoluit, etiam alia forma non adhibita, vt habetur Clem. ſi o & ibi Gloſſ.& DD.de ſent excommun.& vt Nos probauimus in Tract.de Cenſ.Tab. 1.cap.22.num.7.& Tab.2.cap.31.§.4. Romanus Pont.igitur; & tacito hac ratione diſpenſare poteſt,ita DD.concludunt,& Abb. in c.diuerſis falacijs,num.3.de Cler. cõiug. & Illuſtriſ.Tuſch.in ſuis concluſ. in lite. D. concluſ.467.modo,vt dixi, impedimenta ſciat; & ſat eſt in narratiua, vt defectus dicantur ita Illuſtriſ.Tuſch.ibid.num.4.quorum ſententiam Ego etiam ſequor,cũ enim mihi propoſitum eſt de Romano Pont. cui ſuprema poteſtas eſt,pertractare.Per regulam tamen Cancell.in ordine 40.non videri diſpenſatum,inquit Pariſ.de reſignat. benef.lib.4.quæſt.3.nu.63.cuius Regulę verba hæc ſunt.Item perquamuis ſignaturã, in quauis gratia,nullatenus diſpenſatio veniat,niſi dicta gratia totaliter effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat,vel alias nihil conferat,aut operetur; Hæc regulæ verba ſunt,quæ tamen nihil faciunt,nec cõcluſionem propoſitam tollunt; Nam diſpoſitio facta à Papa nihil operatur,quod eſt cõtra ipſam Regulam, quæ tunc vult tacitam diſpenſationem factam eſſe, vbi gratia nihil operaretur,quod hic contingeret.

Nec repugnat,quod de renunciatione dicitur in fauorem facta; nam admittendo renunciationem factam in fauorem inhabilis,gratia aliquid operatur, ſcilicet validitatem renunciationis;& ita aliquid operatur. In caſu noſtro autem,vt dixi, nihil operaretur,ſi diſpenſatio facta non intelligeretur; collatio enim beneficij non valeret, & ordinis executio non haberet.Regulam igitur Cancellariæ non modo concluſioni propoſitæ repugnat,ſed contra potius eam tuetur,quidquid dixerit Pariſ.

Quoad inferiores autem ſcilicet Epiſcopos, & huiuſmodi magis communiter concluditur.

eluditur, hac ratione diſpenſare ab ipſis nõ poſſe, ſcilicet per factum conferendo, exempli gratia, ordinem, vel beneficium; nam rationes, quæ in Romano Pont. ſunt, in his ceſſant. Non enim his factis cognita cauſa exiſtimatur; & tamen ſine cauſa cognita diſpenſare nequeunt, vt vidimus, nec voluntas pro ratione eſt. Hinc Bald. in Addit. ad Specu. in tit. de diſpenſationibus, §. qualiter verſicu. Nunquid ſoperior; inquit Epiſcopos, cæteroſque Prælatos nunquam videri tacitò diſpenſare; etiam ſi excommunicatum, vel indignum ad ſacros ordines promoueant: ſequitur eum Quinctil. Mandoſ. eodem tit. verſic. Aduertendum tñ eſt, & ita quoque Abb. in eodem ca. diuerſis falacijs, vid. & Nauar, in conſ. 5. de fil. presbyt. & Bertach. eodem num. 58. Et facit pro eorum ſententia, quòd nec à cenſuris abſoluere poſſunt, non adhibita verborum forma; nam vtendo communione excommunicatorum, non idcirco abſoluere ipſos cenſentur; eſto proteſtentur, ea ratione ſe abſoluere velle, ita dixit Gloſſ. in Clem. ſi. in verb. Velle, quæ eſt communiter recepta, de ſent. excommun. & DD. magis communiter in hoc ſecundo capite concludunt; eſtò nonnulli in foro conſcientiæ exiſtimauerint contrarium.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendũ cenſeo. Aut cauſa cognita prius, & digna reperta diſpenſatione, deinde nullis alijs verbis adhibitis, nullaque forma, confert ordines, beneficiumvè; & in hoc caſu ſi res in foro ſori agatur, nihil fieri cẽſeo, non enim cauſa cognita diſpẽſatio ſacta intelligitur, cum facta non præſumantur, niſi probentur, l. in bello, §. inſectæ, ff. de capt. ſecus id conſtet; atque ſic cenſit quoque Spec. qui ait requiri, vt per inſtrumentum, aut teſtes conſtet, Epiſcopum voluiſſe diſpenſare in tit. de diſpenſat. § qualiter, quem refert, ac ſequitur Bertach. eodem num. 58. & Nauar. in conſ. 3. nu. 1. verſ. Ordinarius autem ibi vel ſaltem cauſæ cognitionem præmittat, & Oldrad. in conſil. 332. numero ſexto, quem refert ac ſequitur Tuſch. in Pract. concluſ. in litera D. concluſ. 467. num 6. Si vero in foro conſcientiæ ſumus, quod in eo præſumptiones ceſſant, & vt res eſt, ita habetur contrarium cenſeo: ex quo enim cauſa cognita eſt, & digna reperta eſt diſpenſatione, tacitò videtur cum ipſo diſpenſatum beneficio, ordinibusvè io conferendis; & in ſuperiori caſu ergo communis opinio locum habebit; & in hoc poſteriori contraria. Aut cauſa non cognita, ſeu ſine cauſæ cognitione beneficium, ordinemvè contulit inhabili, ſciẽs eum eſſe talem; & in hoc caſu, nec in foro cõſcientiæ diſpenſatio valebit. Et in hac quæſtione ſic concludendum cenſeo.

6 Quoad ſextam quæſtionem † ſcilicet. An per procuratorem diſpenſatio detur. Nonnulli exiſtimarunt, id non poſſe; nam petens ſecum diſpenſari, vt inquiunt, pœnitens eſſe debet, c. nemo, de ſimon. Contrarium tamen ſuadere videtur, quod multæ irregularitates ſunt, & inhabilitates, quæ ſine peccato interueniunt, vt illegitimè natis, tot. tit. extra de fil. presbyt. Item in irregularitate, quam cõtraxit Iudex, qui iuſtè quem morte afficit, & huiuſmodi.

Quid igitur concludendum? Ego pro regula pono, per procuratorem peti poſſe, & ita conſuetudine ſeruatur: nam per procuratorem gratia diſpenſationis impetratur, quæ deinceps Ordinario remittitur; & ſicut hoc poſtremum in poſteriori openione locum habet, ita primum in priori.

7 Quoad poſtremum, † ſcilicet, Qua forma diſpenſatio concipiatur, breuiter concludo, hac ratione concipi poſſe, dicendo: Ego diſpenſo te cum, vt poſsis hoc, vel illud, aliàs tibi prohibitum, facere. Exempli gratia, vt matrimonium contrahas cum tua conſanguinea, vel affine, argum. c. at ſi Clerici, §. de adulterijs, de iudic. & c. de multa, in fine, de præb. Idem ſentit Quinctil. Mandoſ. eodem cap. diſpenſationes in verb. Expreſſa diſpenſatio. Idem fiet ſi dicatur, Permittimus, vt non obſtante tali lege poſsis, vel hoc, vel illud facere, argu. c. litteras ibi, Permittimus ipſum ordinari in Clericum, de fil. presby. & in c. cum de ætat. & qual. & Mandoſ. eodem verſ. vbi & alios quoſdam idem ſentiens refert. Et ad ſummam his verbis fit, quibus apparet, permitti illum actum, qui iure vetante fieri prohibebatur ab eo, quo cum diſpenſatur; & hac ratione facta diſpenſatio per ſe facta dicetur. His præmiſsis, iam in quibus caſibus Epiſcopus diſpenſare poſsit, videamus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare Epiſcopus poteſt in omnibus caſibus, in quibus ei permiſſum eſt à Romano Pontifici.*

2 *Diſpenſandi licentia conceſſa, an tollatur morte concedentis, ſi excuſationi mandata non ſit.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

§ In quibus caſibus Epiſcopus diſpenſare poſsit, explicandũ nobis propoſuimus. Et quoniam id cõtingit, vbi aut ab homine, aut à iure facultas hęc ei tribuitur, ideo prius de primo deinceps de altero agamus.

1 Primum igitur † Epiſcopus diſpenſare in omnibus caſibus poteſt, in qnib. Romanus Pont. poteſtatem expreſsè ei tribuit, ſeu delegat, id quod dubitationem non habet: ex quo enim ipſe Romanus Pont. poſitiuo iuri præeſt, argum. l. digna voce, C. de legib. quo iure impedimenta, & caſus, in quib. diſpenſarione opus eſt, præſcripti ſunt, meritò delegare diſpenſationem ipſam alijs poteſt. Hinc Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reforma. cap. 5. vbi extra Curiam diſpenſationes committuntur, Ordinarijs eorum, qui eas impetrarunt, committendas ſtatuit; & quæ gratioſè conceduntur, ſummariè, & extraiudicialiter, an ſubreptione, obreptioneuè ſint, cognoſcendas extraiudicialiter mandauit, antequam executioni mandêtur, ex quibus apparet, mandari poſſe.

Idem colligitur ex Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reform. cap. decimooctauo, ibi enim præcipit, vt diſpenſationes gratis fiant, & ſumma maturitate; alias ſtatuit, vt ſubreptitia eſſe cenſeantur. Conſtat igitur poteſtatem diſpenſandi qui à Romano Pont. habet, diſpenſare huuc per ſe.

Si Epiſcopus ergo hanc poteſtatem habent, quibus imprimis hæc ſolet mandari, diſpenſare poterunt.

Immo Romanus Pont. concedit facultatem diſpenſandi, nec non eam alteri ſubdelegandi, quam poteſtatem in foro conſcientiæ ſacra Pęnitentiaria habet.

2 Verùm † quid ſi Papa conceſsit facultatem alicui Epiſcopo diſpenſandi; exempli gratia, vt illegitimus, vel alius irregularis, ad ordines, beneficiumuè admittatur: antequam autem diſpenſatio fiat. Papa moriatur, an diſpenſatio nihilominus tribui poterit? vel poteſtas tradita extinguitur, vel tollitur? Videbatur dicendum, ipſam tolli; mandato enim perſimilis eſt, mandato autem re integra morte mandantis extinguitur, c. relatum, de off. deleg. & l. mandatum, C. mand. ibi DD. noc.

Contrarium tamen ſuadet, c. ſi ſuper gratia, de off. delega. lib. 6. vbi ſi cuipiam ſuper gratiam factam ab Apoſtolica Sede, Executores fuerint dati, morte concedentis non perimi dicitur, licet nondum ſit in eius executione proceſſu. Ecce gratiam conceſſam non perimi re integra morte concedentis, ſed executores eam exequi poſſe. Idem habetur in c. ſi cui, de præbend. lib. 6. vbi, ſi cui ſit gratioſè conceſſa facultas, vt authoritate Apoſtolica poſsit aliquibus perſonis idoneis, nulla tamen perſonæ facta expreſsione, in certa Eccleſia prouidere, vel beneficia ad Sedem Apoſtolicam deuoluta, ſi re integra, id eſt nondum executione facta concedens gratiam moriatur, conceſsionem eam non extingui, ibi dicitur. Ergo ex his apparet, conceſsionem concedentis morte non extingui.

Quid igitur concludendum? Ego cum cõmuni DD. ſententia ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quis impetrauit gratiã à Romano Pont. vt poſsit diſpenſare in aliquo impedimento, nemine nominato, quo cum diſpenſandum ſit, & in hoc caſu, quoniam mandatum non eſt, ſed gratia, & beneficium à Principe factum, ob eam rem, vel re integra, vel diſpenſatione nondum facta, moriatur eam concedens, gratia, & beneficium diſpenſandi non extinguitur, & ita habetur in cit. c. ſi cui. Etenim debet beneficium à Principe cõceſſ[illegible]manere, vt ibi innuitur, & expreſſe habetur in c. decet, de reg. iur. lib. 6. facit quoque cit. c. ſi ſuper gratiam, de off. deleg. eod. lib. 6. & ita reſpondit Feder. de Sen. in conſ. 78. verſ. Circa quæ primò, & ſequitur eum Sylueſt. in verb. Diſpenſatio, quæſt. 6. numero 11. & Philiph. Fran. in c. licet Canon, verſic. Is etiam ibi, Tertio not. de elect. lib. 6. & Nauar. in conſ. 2. de off. deleg. & in conſ. 1. de priuil. & in Man. cap. vigeſimoſeptimo, numero 253. verſ. Nono, & Ego in Tract. meo de Irregular. cap. 62. num. 6. communis denique DD. ſententia hæc eſt. Idem ſentio, atque concludo ſi gratiam impetrauerit, vt poſsit cum alio diſpenſare ob eandem rationes. Quare ob eandem rationem ſi mihi gratiam Summus Pont. conceſsit, vt à quocunque legitimo Epiſcopo, vel non ſeruatis interſtitijs, vel extra tempora, ordines ſuſcipere poſsim, interim vero moriatur cõcedens ante ordinum ſuſceptionem gratia tamen non perhibit, vt ſupra concluſimus in materia ordinis, & habetur in cit. c. ſi ſuper gratia, de off. deleg. & facit etiam cita. c. ſi cui.

Aut Romanus Pont. comiſit, mandauitvè cuipiam, vt diſpenſet cum aliquo certo, & in hoc caſu quoniam mandatum hoc eſt, & re integra mandatum morte mandantis extinguitur iuribus ſupra cit. ob eam rem man-

dataius

datarius excuſationi deinceps mandare ipſum non poterit: ita habetur in cita. c. ſi cui. verſ. Secus ſi ipſo prouiſione certæ perſonæ. Quare ſi committat Epiſcopo Roman. Pôt. vt cum aliquo diſpenſet, vel ad matrimoniū vel ordines, vel beneficia, extinguetur morte concedentis commiſsio hæc, ſi re integra concedens moriatur. Diligenter igitur verba commiſsionis contemplanda ſunt; nam ſi gratia ſit conceſſa, non extinguetur: ſi mandatum ſolùm ſit de diſpenſando, vel delegatio, ſecus: & ita ſupra allegati DD. ſentiunt. In hac quæſtione igitur ſic concludendū cenſeo. Sed de poteſtate diſpenſandi ab homine tradita Epiſcopis, hactenus, ad eandem poteſtatem traditam eiſdem à iure tranſeamus.

S V M M A.

1 *Irregularitas quid ſit.*
2 *Irregularitatis ſpecies quot ſint.*
3 *Delictum occultum quod nam ſit.*
4 *Diſpenſare Epiſcopus poteſt in omnibus irregularitatibus, quæ ex delicto occulto proficiſcuntur, quæ regula quouſque pateat, declaratur.*
5 *Delictum occultum quod ſit, & quando non occultum.*
6 *Homicidium voluntarium quid.*
7 *Diſpenſatio in foro conſcientiæ quid.*

§. II.

Secundo loco Epiſcopus diſpenſare poteſt, vbi à iure id ei expreſsè permiſſum eſt. Pro regula enim habetur Epiſcopum diſpenſare non poſſe, niſi caſibus à iure expreſſis: ita Abb. in c. at ſi Clerici, §. de adulterijs. nu. 4. de iud. & Pariſ. in Tract. de Conſiden. beneſ. quæſt. vigeſimaprima, num. 62. Et ratione id probatur, nam Epiſcopus Canoni, ac iure ſubiectus eſt, c. 1. & c. fin. de conſtit. & ea ſeruare debet, ergo vt inferior ſuperioris legem tollere non poteſt, c. cum inferior, de maior. & obed. & in c. ne Romani, de electio. Verùm, vt ordinatim materiam hanc explicemus, ipſam contemplabimur. Primū in irregularitatibus, quæ à delicto proficiſcuntur. Deinde in ijs, quæ ex non delicto: Tertiò in Votis: Quartò in Matrimonio: Poſtremò in vltimis voluptatibus, vt in relictis pijs, præmiſsis tamen prius: Quid irregularitas ſit, & quot eius ſpecies, & quid delictum occultum.

1 Irregularitas igitur † nil aliud eſt, quàm impedimentum canonicum directè ordinū ſuſceptionem impediens, nec non ſuſceptorum exercitationem, vt probauimus in Tracta. de Irreg. cap. 1. nu. 1.

2 Quatuor autem † eius ſpecies ſunt, vt aſſeruimus, eodem cap. §. 2. nume. 2. nam naſcitur aut à vitijs animæ, aut corporis, aut famæ, aut rei.

3 Occultum autem † delictum illud dicitur, quod ad rem noſtram pertinent, quod nec per iudicis ſententiam, nec per confeſsionē rei factam in iure, nec per rei euidentiam, notum eſt, & manifeſtum, vt habetur in c. veſtra, de cohabit. Cler. & mul. & c. fin. eodem occultum etiam dicitur, eſto actio, ex qua delictum naſcitur, & irregularitas manifeſta, & notoria ſit, delictum autem occultum exempli gratia. Quis excommunicatus eſt, vel alia cēſura irretitus, & id ignoratur, hic ergo, vbi celebrat, celebratio illa manifeſta eſt, ignotum verò eſt delictum, ſ. quod ſic affectus celebret: in hoc igitur caſu delictum occultum erit, ita communiter DD. concludunt. His pręmiſsis de irregularitatis animi diſpenſatione, & deinceps aliarum agamus.

4 Primùm igitur † Epiſcopus (quod pro regula ponimus) diſpenſare poteſt in omnib. irregularitatibus, quæ ex delicto occulto proueniunt: hæc enim facultas à iure nouiſſimo lato à Tridentina Syno. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. capit. 6. tradita eſt, idque expreſsè: ſic enim dicitur ibi, Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus à delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis forum contentioſum, diſpenſare. Hæc ibi, ex quibus patet, Epiſcopis facultatem hanc diſpenſandi à S. Synod. traditam in irregularitatibus, ex delicto occulto prouenientibus.

Diſpenſare igitur poteſt cum eo, qui irregularis factus eſt ob membri mutilationem; fit enim quis irregularis hac ratione, vt tradunt communiter DD. in Clem. vni. de homic. & vt nos probauimus in Tract. de Irregular. capitulo quarto, num. 3. & facit c. fin. de homi. lib. 6. Non enim Tridentina Syno. prohibet cum mutilante diſpenſare, ſed tantum cum homicidio voluntario.

Item cum irregulari facto ob homicidiū non voluntarium occultum, quod cōtingit, vbi quis ſe defendendo, moderationem inculpatæ tutelæ egreſſus eſt, vel rei illicitæ operam dabat, vel licitè, ſed cautionem, & diligentiam debitam non adhibuit, vt probauimus in Tract. de irregular. cap. 33. num. 4. modò prædictis caſibus homicidiumvè mutilatio occulta ſit.

Ter-

Digitized by Google

Tertio diſpenſare cum eo poteſt, qui per ſaltum promotus ad ordines celebrauit, vbĩ etiam delictum occultum, vt probauimua in eod. Tract. cap. 38. nu. 5.

Quartò, vbi ordines furtiuè quis ſuſcepit eodem tract. cap. 39. num. 3. Sicut etiam cũ eo, qui vno die quatuor ordines minores, cũ Subdiaconatu, vel duos ſacros ſuſcipit: & id occultum eſt, vt habetur in eodem capit. 39. §. 1. numero 31. ſicut etiam cum eo, qui exercuit ordinem, quem non habet, ſed occultum id erat, vt dixit Trid. Synod. cap. 6. ſupra. Poſſunt tamen, quo ad ordinem ſuſceptum, quam ſuſcipiendum eſt, aliàs in Tracta. de Irregul. capit. 37. in fine, contrarium ſenſerim, ſecutus Nauar. ibid. qui non meminit huius cap. licet.

Quinto, cum eo, qui ordines, minores ſuſcepit ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui, vel dignitati, vel à cenſura irretito, vel ſchiſmatico, vel hæretico, vel depoſito, degradatovè, vt aſſeruimus in eodem Trac. cap. 40. per tot.

Sextò cum irregulari, ob id excommunicatus, ſuſpenſus, interdictusvè ſciens celebrauit, eodem Tract. cap. 41. Sicut etiam cũ ſuſpenſo; quoniam vel extra tempora, vel ante legitimam ætatẽ, ſacros ordines ſuſcepit, vel ſine litteris dimiſſoris à ſuo Epiſcopo, & deinceps celebrauit per Bullam enim Pij II. ſuſpenſus eſt, & ſic ſuſpenſus celebrãs fit irregularis; ſicut etiam cum eo, qui cẽſura, itidem conſtrictus ordines ſuſcepit, ve in eodem Tract. aſſeruimus, cap. quadrageſimoſecundo, num. 2. & cum violante interdictum, eodem cap. §. 1. Et ad ſummam cum omni, qui eſt irregularis ob aliquod occultum delictum, ob poteſtatem traditã à Triden. Synod. ſeſſ. vigeſimaquarta, de reform. cit. cap. 6.

Hæc regula ſic poſita amphificatur, vt locum habeat, vt diſpenſare Epiſcopus poſſit cum irregulari facto, ob aliquod occultum delictum; etiam ſi delicti ſocius in iudicium vocatus ſit, & condemnatus; res enim inter alios facta præiudiciũ alteri facere nequit, l. 1. C. res inter alios act. atque ſic reſpõdit Nauar. de irregul. conſ. 2. de ſent. & re iudi. non enim ratio reddi alia ab ea, quæ ibi, ergo idem ſtatui debet, argum. c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundo amplificatur, vt diſpenſare poſſit, eſto delictum ad forum contentioſum delatum ſit; ſed tamen non probatum, idcirco abſolutus, etiam falſis probationib. verba enim cum effectu intelligenda ſunt, l. 1. §. hæc verba, & ibi Iaſ. ac DD. ff. quod quiſque iur. Ex quo igitur Sancta Synod. ait ad forum contentioſum deductum, intelligi debet, & probatum, & ita Sayr. in tracta. de Cenſ. lib. 4. cap. 17. num. vigeſimotertio, verſic. Sextum eſt magis dubium, & Nauar. in conſ. 2. de re iud. & Prax. Archiep. Neapol. cap. 66. nu. 5.

Tertio amplificatur, vt facultatem hanc diſpenſandi Epiſcopus ſuis Vicarijs concedere poſſit, quod ſpeciatim tamen fieri debet, vt dicitur ibi, Aut Vicarium ad id ſpecialiter deputatum; nõ enim per ſimplicem conſtitutionem Vicarij generalis transfertur hæc poteſtas; ſicut nec etiam facultas beneſici conferendi, c. fin. de off. Vic. lib. 6. Poterit igitur Epiſcopus facultatem hanc, aut ſuis Vicarijs, aut alteri, vt Pœnitẽtiario ſubdelegare, quo poſſit diſpenſare, vbi caſus contingerit, ita Sacra Congregatio Card. ſuper declaratione dicti Concilij reſpondiehic, & Nauar. in conſ. 11. num. 3. cum ſeq. de priuil. delegare igitur hanc facultatem poteſt, idque meritò, ex quo enim ex officio, & priuilegio ſuæ dignitatis id ei conceſſum eſt, meritò alteri eam ſubdelegare poteſt, cui enim competit, & officio, vel priuilegio ſuæ dignitatis, quem diſpenſate, per alium id facere poteſt, vt dicitur in c. fin. de off. ordin. & Nauar. eodem, & Nos ſupra, & Prax. Archiepiſ. Neap. c. 66. num. 16. & nume. 20. per l. ſi quis ita § 1. ff. de teſtamen. tut. & l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdict. omn. iud. Vicarius autem alteri nudum miniſterium ſubdelegare poteſt, ita Prax. eodem capitu. numero 25.

Quarto facultatem hanc Epiſcopus alteri delegare poteſt, quo ſecus diſpenſet in huiuſmodi irregularitatibus, in quas Epiſcopus incidit, ita Congregatio ibidem declarauit, & ratio ea eſt, quoniam Epiſcopus in hoc delegatus eſt ad vniuerſitatem cauſarũ, & vicem delegantis gerit: ergo ſubdelegatus vice primo delegantis fungitur, præſertim, qui per cit. c. fin. de off. ordi. facultatem ſubdelegandi habet. Ab Archiepiſcopo etiã ſuo abſolui poterit; eius enim ordinarius eſt, ita Abb. ac DD. in c. paſtoralis, de off. or & eadem Prax. capitu. ſexageſimo ſexto, numero 23.

5 Excipitur tamen primo, † vbi delictum occultum non eſt, vel quia delinquens in iudicio eſt illud confeſſus, vel per ſe ſententiã iudicis eſt ita declaratum, & ſententia diffinitum, vel quia notorium facti, ideſt (his enim modis non occultum delictum mea ſententia dicitur iuxta, c. ſi. de cohabita. cler. &

mul.

&mul. è cootrario occultum argum. Inſtitu. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur.) In hoc enim caſu, nec Epiſcopus diſpenſare poteſt: id quod ob eam rationem fit, nec ſcandalum detur, ſi diſpenſatus in foro cõſcientiæ, quo caſu diſpenſatio paucis nota eſt, diuina, aliavè per irregularitaté prohibita faceret. Vel igitur duo, tresvè delictum ſciant, non tamẽ deſinet id eſſe occultum, & ita Sayr. lib. quarto, cap. decimoſeptimo, nume. vigeſimoprimo. Quare delictum occultum non eſt, ſi antequam diſpenſetur ad forum contentioſum deducatur, & probetur, exempli gratia noo erat notorium delictum, ſed tamen aliqui id ſciebant, qui eum accuſauerunt, eſtò igitur occultum ſit, tamen qnod in iudicium fuit deductum, & probatũ diſpenſare Epiſcopus non poteric, ſi condemnetur, noo enim in hoc caſu diſtinguitur an occultum ſit necne, & ita Sayr. ibidem, numero 29. verſiculo Octauo.

Secundo excipitur in irregularitate ex homicidio voluntario profecta, vel homicidiũ occultum ſit, & in iudicium etiam non deductum; nam neque cum hoc Epiſcopus diſpenſabit, ſimpliciter enim S. Synodus loquitur, & noo diſtinguit ergo, nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act.

Homicidium autem voluntarium † ex delicto proficiſcens, eſt homicidium voluntariè, & ioiuſtè factum, vt colligitur ex Tridẽ. Synod ſeſſ. 14. cap. ſeptimo; de reformat. vbi prohiber, ne vllo tempore cum irregulari ob id diſpenſetur; ſic enim inquit, Cum etiam, qui per induſtriam occiderit, & per inſidias, ab Altari euelli debeat, qui ſua volũtate homicidium perpetrauerit; etiam ſi crimen id, nec ordine iudiciorum probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi cura animarum non habeant, conferri liceat; ſed omni ordine, ac beneficio perpetuo careat. Hæc ſancta Syood. ex quibus colligitur, homicidium voluntariũ proprium, ac per ſe ex delicto proficiſcens, vt ſit, duo poſtulari. Primum vt voluntariè factum ſit: quod ſignificant ea verba, Per induſtriam, & Per inſidias. Alterum, vt iniuſte, & dolo factum ſit; quod ſignificat verbũ illud Crimen: Crimen enim delictum eſt, quod iniuſtè, ſeu iniuria factum eſt. Hoc igitur homicidium voluntarium ex delicto eſt, vt vidimus per Sanctam Synod & ita DD. communiter concludnnt. Cum irregulari ergo, ob tale delictum facto, diſpenſare ad ordines, & beneficia etiam curam animarum non habentia Epiſcopus non poteſt; vel homicidiũ hoc iudiciario ordine probatum non ſit, nec publicum, ſed occultum, vt ibidẽ ſancta Synod. inquit, & quacunque ratione occultum ſit, vt probauimus in Tract. de Irreg. ca. 33. §. 2. num. 2.

Quare qui homicidium commiſit, cum aliter euadere nõ poſſet, ſeruata moderatione inculpatæ tutellæ, & ſi homicidium voluntarium eſt, quod tamen non per ſe eſt tale, nec eſt delicto proficiſcitur, homicidium voluntarium non eſt, niſi per accidens.

Sicut id qood committitur à Iudice per ſententiam iuſtam, vel à Milite in bello iuſto. Hinc fit, in primo caſu, nullam irregularitatem contrahi per Clem. prima, de homi. In poſterioribus duobus caſibus, eſtò irregulares fiant, non tamen pertinere irregularitates, inde ortas ad cit. c. liceat Epiſcopis, cũquidem ex delicto non proficiſcuntur; & idcirco cum ipſis diſpẽſare Epiſcopus nequit; ex quo per ſanctam Synod. facultas ei tribuitur diſpenſandi in irregularitatibus, quę ex delicto proficiſcuntur, cuiuſmodi prædictę non ſunt.

Sublimitatur camẽ, vbi quis ſe defendendo, egrederetur moderationem inculpatæ cutelæ; etſi enim ex delicto eſt, & homicidio, non tamen voluntario eſt per ſe, ac propriè, quo caſu prohibitum eſt Epiſcopis diſpenſare, ſed per accidens, & idcirco vbi occultũ eſt diſpenſare hic Epiſcopus poterit Ob eãdem rationem & cum eo irregulari diſpenſare poteſt; qui illicitæ rei operam dans homicidium commiſit, vel diligentiam debitã adhibuerit; ſicut etiam vbi licitæ rei operam daret, & diligentiam non adhibuit; non enim homicidium voluntarium per ſe eſt, ac proprie, quod committitur, vbi ab initio, quis volebat interficere, quod neuter prædictorum ſtudebar, & quoniam Sancta Synod. hoc non prohibet, ob eam rem diſpenſare in his irregularitatibus Epiſcopus poterit.

Tertio Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum eis, qui ſubditi eius non ſunt: facultas enim hac ipſi conceditur, habito reſpectu ad ſubditos per illa verba, Quoſcunque ſibi ſubditos; ergo ſecus quo ad alios: limitata enim cauſa, limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. & l. fi. ff. de calum. & cui verba legis nõ conueniũt, nec diſpoſitio, c. indemnitatibus §. penul. de elect. lib. 6. & l. 4. §. ſolum. ff. de damn. infect. & Fely. in c. noonulli, num. 31. de reſcript. & ita Nauar. in conſ. 51. de pœnit. Quare, nec cum regularibus exemptis diſpenſare poterit, ita Prax. Archiepiſ. Neap. cap. 66. n. 19.

Q Quar-

Quartò Epiſcopos diſpenſare oõ poteſt,
etiam tum ſubditis extra diœceſim;nam ſao
ᶏa Synod.promitrit id ei in diœceſi ſua, vt
ibi dicitur;ergo extra eam oon poteſt; nam
nec pootificalia io aliena diœceſi exercere
poreſt,vt habetur apud eandem Triden.Sy-
nod.ſeſſ.6.de refor.cap.5. Quamois melior
ratio eſt,quod ita ſanᶏa Synodus ſtatuit,ſa
uore reſidentiæ, cuius gratia reſidens Epi-
ſcopus alia priuilegia habet,vt ſoo loco, vi-
dimus ſopra.Id quod locum habet,vel Epi-
ſcopus diœceſis id concederet, ita Prax.ea-
dem cod.cap.numero 17.eſto de licentia in
io ſua alterios ſubdirum poſsir,ira ibidem.

Quintò Epiſcopus diſpenſare non poteſt
cum prædiᶏis extra forum cooſcientiæ, nã
ſanᶏa Synod.ſaculratem ei tribuit,vt habe
tur in eodem cap.6.in ſoro conſcientiæ; er-
7 go alıàs ſecus. † Diſpenſare autem in foro
conſcientiæ,& dare ſacultatem ralem,nil a-
liud eſt,quam diſpenſare; & dare facultatẽ
diſpenſandi, ita vt diſpenſatio in illo tantũ
foro proſit: quare in foro exteriori perinde
habetur,atque ſi diſpenſatum non eſſet, ita
de communi ſententia teſtatue Nauar.in cõ
ſil.vndecimo,num.2. de priuileg. Hinc vbi
facultas huioſmodi conceditur ab officio Pę
nitentiariæ iubetur,vt diſpenſatiooe data li
teræ ſcindantur; non enim fidem faciunt in
exteriori furo,extra forum pœnitentiæ, igi-
tur decretò tamen fiet,ita Prax.Archiepiſc.
Neap.eod.cap.num.18.

Poſtremo facultatem hanc non habet E-
piſcopus,vbi Cõcilium Tridentinum in ſua
diœceſi receptum non eſt,ita ſacra Congre
gatio hic declaraait; nõ enim beneficio eius
frui meretur,qui reſpuit beneficium ipſum
conferentem iutibus vulgaribus,ſed de di-
ſpenſationibus irregularitatibus ab occul-
to deliᶏo proficiſcentibus ſatis. iam vi-
deamus ao Epiſcopus diſpenſare poſsit in
irregularitatibus, quæ ex deliᶏo non occol
to proficiſcuotur; id quod in ſequenti præ-
ſtabimus.

SVMMA.

1 *Epiſcopi regulariter diſpenſare non poſſunt in ir regularitatibus à deliᶏo notorio,manifeſtovè proficiſcentibus.*

2 *Epiſcopi in quibus irregularitatibus ex deliᶏo manifeſto prouenientibus,diſpenſent.*

Argumentum à maiori ad minus non valet in diſpenſatione.

§ III.

1 §. † Tertiò Epiſcopus diſpenſare poteſt,
in irregularitate profeᶏa à deliᶏo no-
torio,manifeſtovè: in his caſibus primum
cum eo irregolari, qui ob id irregularis fa-
ᶏus eſt,quod per ſaltum ordines ſuſcepit,
vbi non celebrauit;ſic enim inquit Trident.
Synod.ſeſſ.vigeſimatertia, de reforma.cap.
decimoquarto,in fine. Cum promotis per
ſaltum,ſi noo miniſtrauerint. Epiſcopus ex
legitima cauſa poſſit diſpeoſare. Ecce hic
apertè, & expreſsè facultatem tribui Epi-
ſcopo diſpenſandi cum promotis per ſaltũ;
hac tamen conditiooe,ſi nõ miniſtrauerint,
ſcilicet poſt ordines per ſaltum ſuſceptos.
Per ſaltum autem promotus hic eſſe dicitur,
qui aoteriori,ſeo priori ordine omiſſo, po-
ſteriorem ſuſcipit;vt ſi omiſso Subdiacona-
tu,Diaconatum,ſeu Presbyteratum ſuſcepit
vel maiores ordines,ante minores: grada-
tim enim ſuſcipi debent, ſcilicet primò mi-
nores ordines: deinde maiores, vt tradidi-
dimus in Traᶏ.de Cenſ.cap.38.numero 1.
& ſupra in materia ordinis,& de ſuſcipien-
te primam tonſuram ante alios ordines,di-
xit ſacra Coogregatio eodem cap.14. ſi er-
go ſic ordinatus non celebrauit,cum hoc E-
piſcopus diſpenſare poteſt, vel deliᶏum ma
nifeſtum ſit,ooo eoim diſtinguit Sanᶏa Sy-
nod.ergo nec nos diſtinguere debemus,l.de
pretio.ff.de publ.in rem aᶏ.

Poſtremò vbi deliᶏum occultum eſt,fa-
cultas diſpeoſaodi traditur io capit.6. ſeſſ.
vigeſimaquarta, de refor.

Secundo Epiſcopus diſpenſare cum eo
poteſt,ſeu in irregularitate contraᶏa ab eo
qui ordines ſurtiuè ſuſcepit, modo tamen
excommunicatio lata ooo ſit ab ordinante
in eos,qui ſic ordines ſuſcipiuot,ita habetur
io c.de eo,qui ord.fur.ſuſcepit,& ita DD.ibi
oot.& Ego in Traᶏ.de Irregul.cap.34. nu-
mero 3. verſ. Aut ordines: & quamuis vix
maoiſtſtum id eſſe poſsit,non tameo eſt im
poſſibile,poteſt enim occultum eſſe ipſe or
dinaoti,non autem alijs.

Item ſi excommuoicatio lata eſt, ſed ha-
bitum regularẽ ſuſcepit,& per aliquod tem
pus laudabiliter in eo cooueſatus ſit,ita di
citur eodem c.1. verſ.Si verò;& Nos eodem
cap.furtiuè autem ordines ſuſcipere dicitur
qui ſine voluntate ordinantis, & ſioe ſcruti-
nio,& examine latenter ſe ingerit multitu-
dini ordinandorũ & ſic ordioes recipit,vt de-
clarauit Gloſſ.io eodem c.1. in verb. Furti-
uè,& Abb.in rub.eodem,& Diaz. in Praᶏ.
Crim.

Digitized by Google

Crim. Canon. cap. 25. & Nos eodem cap. 39. num. 1. ſi ergo manifeſtum erit hoc delictum virtute huius canonis, Epiſcopus diſpenſabit, ſi occultum per cit. cap. 6. ſeſſ. 24. de reformatio.

Si etiam quis irregularis factus eſt, ob id, quod ex officio ordinem, quem non habebat, exercuit, cum ipſo Epiſcopus diſpenſare in ſuſcepto ordine poteſt; eſto delictũ manifeſtum ſit; ſicut etiam ad beneficium ſimplex, ne mendicet, vt habetur in c. 2. de Cleri. non ordin. min. Secus autem quo ad ſuſcipiendos, niſi delictum occultum eſſet ob capit. 6. de reform. ſeſſ. vigeſimaquarta, apud Triden. Synod. eſtò in tract. de Irreg. cap. trigeſimoſeptimo, in fine, de exceptione hac occulti nihil dixerimus. His caſibus exceptis, alias in irregularitate orta ex delicto manifeſto diſpenſare Epiſcopus non poteſt.

Ex iis, quæ diximus conſtat Epiſcopum diſpenſare non poſſe in irregularitate animi
2 orta ex non delicto. † Nec facit ſi dicatur, ex quo poteſt Epiſcopus in irregularitate orta ex delicto occulto, quod maius eſt, multò magis in irregularitate orta ex non delicto, argum. Auth. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ. nam in materia diſpenſationis argumentum de maiori ad minus non valet, vt DD. tradunt, quos refert, ac ſequitur Quin. Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. in verb. Diſpenſationes, verſ. In materia diſpenſationum; etenim ex quo à iure diſceditur, meritò poteſtas diſpenſandi, vt odioſa, reſtringitur, c. 1. §. ille verò, & ibi no. de fil. presby. Quare ex quo Epiſcopis permiſſum eſt in irregularitate ex delicto orta, vt diſpenſent; non autem in orta ex non delicto, meritò in illa, & non in hac diſpenſabunt.

Non igitur cum neophyto Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt probaui in Tract. de Irregular. cap. 2. §. 2. vbi quis nam neophitus ſit ibidem declarauimus. Non etiam cum illiterato, vt in eodem Tract. aſſeruimus, cap. 3. §. 2. Non cum Iudice, nec cum alijs, qui aut re, aut verbis, & quacunque vt alia ratione, ad homicidium, mutilationemvè iuſtè faciendam, opem tulerunt, vtpotè cum ſiſco, aut accuſatore, cum Aduocato, Procuratore, cum teſtibus, cum ſatelitibus, & huiuſmodi, qui iuſti homicidij, aut mutilationis cauſa fuerunt, vt tradidimus id abundè in eodem Tracta. capitulo quarto, cum multis ſequent.

In irregularitate tamen orta ob id, quod quis neophitus ſit, an ceſſauerint cauſæ, quibus irregularis fiebat, ex morum qualitate, & pietate ipſe Epiſcopus arbitrabitur: Ex quo enim præſcriptum non eſt, à quo fiat, ipſe Epiſcopus faciet, argum. l. 1. ff. de iur. delib. & c. de cauſis, de off. deleg. atque ſic probauimus in eodem Tract. cap. 2. num. 4. Sed de diſpenſatione huius irregularitatis hactenus, ad irregularitates, quæ à vitio corporis deſcendunt, tranſeamus.

SVMMA.

1 *In bigamia ſimilitudinaria Epiſcopus diſpenſare poteſt, & quid de alia bigamia.*

2 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus ad ordines minores, & ad beneficium non curatum; non tamen ad Canonicatum cum illegitime nato.*

§. IV.

§. Quarto in irregularitate orta ex vitio corporis, Epiſcopus in his caſibus di-
1 ſpenſare poteſt; † Primò cum irregulari ob bigamiam ſimilitudinariam, vt ſcilicet minores ordines, maioresque ſuſcipiat, vt de his habetur in c. 1. qui Cler. vel vouent. & de illis, c. 2. eod. vt inquiunt DD. citati à me in Tract. de Irreg. cap. 56. §. ſeptimo, num. 2. verſ. Excipitur tamen, vbi & quidam de cõmuni ſententia teſtatur. (Bigamia autem ſimilitudinaria ea eſt, quæ contrahitur ab ijs, qui ſolemni voto obligati, vxorem ducunt, & eam cognoſcunt, vt probaui eodem cap. §. 3. nume. 2.) Qui ergo ordinem ſacrum ſuſcipit, vel in religione aliqua profeſſus eſt, ac matrimonium deinceps contrahit, ob bigamiam inde ortam, irregularis ſit, quo cũ, vt dixi Epiſcopus diſpenſabit.

Item in bigamia vera, & interpretatiua in minoribus ordinibus ſuſcipiendis, & in maioribus ſuſceptis exercendis, vbi maxima cauſa eſſet diſpenſandi, ita DD. citati à me eodem cap. 56. §. 7. num. 2. verſ. Contrariam tamen opinionem.

Vera autem bigamia eſt, quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, & cõſumatis, vt dixi eod. cap. 56. §. 1. Interpretatiua autem ea eſt, quæ contrahitur, aut ex duob. matrimonijs conſumatis, quorum aliud validum, aliud inualidum eſt, aut ex vno matrimonio contracto cum vidua, à priori marito, vel ab aliovè corrupta, & deinceps eſt cognita, aut ex vno matrimonio contracto cum virgine, ſed à marito cognita, poſtquè ab alio fuit corrupta, aut ex duobus matrimonijs inualidis, ſed conſumatis. Quare ſi quis vnum matrimonium contrahat cũ vi-

dua, vel cum corrupta, ſed inualidum, vel laicus, vel in minoribus conſtitutus ſit, bigamiam hanc non contrahet, vt aſſeruit Naua. in conſ.1.de bigam.& Ego in eod. capit.56. §.ſecundo.

2 Tertio † poteſt Epiſcopus diſpenſare ad ordines minores tantum, & ad beneficium non curatum, ſed ſimplex non tamen ad Canonicatum cum illegitimo nato, vt habetur in c.1.de fil presbyter. & vt Ego probaui in eodem Tract.cap.44.§.1.num.3.Illegitimè autem nati quot modis dicantur, declaraui in eodem cap.in initio, nume.3. alios caſus vide in c.1.& c. 4. de corp. vit. aliâs autem in irregularitatibus ex vitio corporis deſcendentibus diſpenſare non poteſt Epiſcopus.

3 Verum † quod vitia corporis hæc, ſeu impedimenta ſunt partim, quia quis membris caret ijs, quibus functiones eccleſiaſticas exercere non poteſt, vel ſi ea habet inhabilia videntur ad eaſdem functiones, vel ſic, deformia, vt ſcandalum præbeãt. Partim quia vel ita quis morbo affectus eſt, vt eiſdem rationibus impediatur, quib. impeditur quis obuia membrorum, vel quia aſſeritur, qui huiuſmodi vitijs laborabat, ſanus factus eſſe, vel dubitatur; ob eam rem in his omnib. caſibus, ſi contingat dubitari, an ob mẽbri defectum, vel inhabilitatem, vel ob morbi grauitatem ad ordines admittendus ſit, vel permittendis, vt in ſuſceptis ordinibus adminiſtret, vel an à morbo, quo impediebatur, liber extitat, vel an deformitas membrorum ſit talis, vt ſcandalum præbeat, in his omnibus caſibus, an admittendus, reijciendusvè ſit, Epiſcopus id arbitrabitur, vt probauimus in eodem Tract.cap.52.§.2.& cap.55.num.1.vbi & exemplis hæc illuſtrauimus, & ita Nauar.in conſ.1.nu.3.de corp. vit. Si ergo quis Gibus ſit, ſi Claudus, ſi torto nato, ſi Cicatricem in facie habeat, epiſcopus, hæc deformitatem tantam reddant, vel inhabilitatem, vt irregularis ſit, ipſi arbitrabitur: ſicut eam, qui Comitiali morbo laborat, an liberatus ſit, ad quam rem iudicandam, medicorum iudicio vtetur, cuique enim in ſua arte experto credendum eſt, l.ſeptimo menſe, ff.de ſtat. homi. Sed de diſpenſatione hac ſatis, de diſpenſatione antẽ, quę oritur ex infamia in Tract. de irregular. id egi abundè, iam ad alia transeamus.

SVMMA.

1 *Epiſcopi diſpenſare poſſunt in omnibus caſibus, & irregularitatibus, vbi ſimpliciter, & eorum non facta mentione diſpenſandi facultas à iure traditur.*

2 *Sacerdotes diſpenſare non poßunt, vbi à iure diſpenſandi facultas ſimpliciter traditur nullorum facta mentione.*

3 *Verba permittentia diſpenſationem, quæ nam ſint.*

4 *Clauſula teque abſoluentes non tollitur irregularitatibus.*

§. V.

1 §. † Poſtremò Epiſcopos diſpenſare poteſt in omnibus irregularitatibus, atque caſibus, vbi ſimpliciter à iure permiſſa eſt diſpenſatio; & nemini expreſsè conceſſa eſt, vt probabimus. Videtur tamen dicendũ Epiſcopis, per ea verba poteſtatem diſpenſandi traditam non eſſe. Nam ſi per diſpenſationẽ, à iure diſcedimus, vt præmiſſimus, (Diſpenſatio enim communis iuris relaxatio eſt) at iuribus ſubiecti ſunt Epiſcopi, c.1. & c.fin.de conſtit. ergo ex quo expreſſa facultas eis non datur diſpenſandi, diſpenſare non poſſe videntur. Poſtremò, ex quo Epiſcoporũ mentio non fit, non magis videntur poſſe diſpenſare Epiſcopi, quam Sacerdotes. Si ergo Epiſcopis liceret, & Sacerdotibus licere deberet, ex quo non magis Epiſcoporum quam Sacerdotum mentio fit.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet per ea verba, quib. ſimpliciter diſpenſandi facultas traditur, Epiſcopis traditam eam poteſtatem eſſe: Et hoc probatur argumento à numeratione partium ducto, quod validiſſimum eſt, §. omnium in Inſtit. de act.& ibi DD.not.& tot.de oblig.quę ex contract.vel quas, & tot.tit.de oblig.quæ ex delict.quas. Nam per ea verba dicendũ eſt, aut poteſtatem dari Romano Pont. aut Sacerdotibus, aut Epiſcopis. De Rom. Pontif. non poſſunt accipi; nam eius auctoritas ſemper excepta eſt, c.ſignificaſti, de elect.& ipſe eſt qui ea verba profert, & ius condit; & ei iuri ſubiectus non eſt, c.innotuit, de elect.& l.digna vox, C.de leg. & poteſt omnes irregularitates tollere; ne igitur ſuperuacanea verba ſint, de ipſo intelligi nequeunt, ex quo in ſe poteſtatem omnem habet, atque ſic dixit in re noſtra, Abb. in c. at ſi Clerici, §. de Adulte-

Adulterijs, num. 5. verſicu. Sed iam differentia, de iud.

Minus accipi poſſunt de Sacerdotib. vel
2 Parochia, † nam diſpenſare ad iuriſdictionem fori exterioris pertinet, vt dixit Ioann. Andr. quem refert, ac ſequitur Borgaſ. de Irregular. parte 2. in tit. An diſpenſatio ſit à lege diœceſana, an à lege iuriſdictionia.

At ſimplices Sacerdotes, vel Parochi iuriſdictionem hanc non habent, ſed tantum in foro conſcientiæ, c. omnia, de pęnit. & vt probaui in Tract. meo de Cenſur. ob eam, at minus, quàm fieri poſsit, ius offendatur, de ipſis ea verba non loqui, concludendum eſt, alioquin duo ſpecialia ſimul concurrerent contra l. 1. C. de dot. promiſſ. nam neceſſariò dicendum eſt primò datam eis iuriſdictionem fori conſcientiæ, deinde poteſtatē diſpenſandi, quæ duo iuri communi repugnant. Ex quo igitur de Romano Pont. accipi non poſſunt, minus autem de Sacerdotibus, concludendum eſt ad Epiſcopos ea verba pertinere, & per ipſa poteſtatem diſpenſandi eis datam eſſe, atque ſic DD. communiter concludunt Gloſſ. in c. paſtoralis, de Cler. excommun. minor. in verb. Diſpenſatum, & ſequitur Innoc. ibi ſicut etiam Abb. numero 8. & idem Innoc. in c. dilectus, num. 3. de temp. ord. verſ. Et dic forte melius (inquit ibi) vbi ius concedit, diſpenſationem ſimpliciter, Epiſcopum diſpenſare poſſe, & ſequitur Abb. ibi num. 6. nam ait, & ipſe Epiſcopos diſpenſare poſſe, vbi ſimpliciter diſpenſatio permiſſa eſt, niſi & in hoc caſu Epiſcopis prohibitum ſit. Id aſſeruit in c. at ſi clerici, §. de adulteris, num. quinto, verſic. Si verò expreſsè non indulget, nec expreſſe negat; nam inquit ibi ſi Canon dicat diſpenſationem fieri poſſe, licet expreſſe, alias non indulgeat, Epiſcopum diſpenſare poſſe. Idē in c. 2. de eo, qui cong. conſ. ſua, & in c. quiſquis, numero octauo, verſicu. Hoc dictum, de elect.

Sequitur hanc opin. Ioan. de Lignan. & Ioan. Calder. quos refert Abb. in eod. verſ. Communis, & Pariſ. de confident. benefic. quæſt. 1. num. 108. cum ſeq. vbi alios plures numerat idem ſentientes: denique DD. communis ſententia hæc eſt. Idque meritò alioquin ea verba fruſta fuiſſent à iure poſita; In iure autem nihil ſuperuacaneum eſſe debet. l. 1. C. de nou. C. faciend. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus, iam, quæ hæc verba ſint, quæ ſimpliciter prolata, poteſtatem hanc tribuunt videamus.

3 Verba verò † quibus generatim, ſeu ſimpliciter poteſtas diſpenſandi ſignificatur, & traditur, huiuſmodi ſunt, vt ſi dicatur. Diſpenſari poteſt, vel poterit, vel Diſpenſetur, vt dixit Abb. in cita. c. at ſi Clerici, §. de adulterijs, numero quinto, verſicu. Si verò expreſsè non indulgeat. Idem ſi dicatur Diſpenſatiuè id fieri poteſt, vt habetur in c. præterea licet, de ætat. & qualit. nam ait ibi Summus Pontif. Diſpenſatiue admitti poſſe ad Eccleſiam Parochialem, qui in minoribus ordinibus conſtitutus eſt. Idem ſi dicatur; Abſque diſpenſatione non admittatur ad electionem, vt habetur in cit. c. quiſquis, & ibi not. Abb numero octauo, de electio. His igitur modis, ac ſimilibus non expreſsè, ſed tacitò diſpenſandi facultas Epiſcopis traditur; & ad ſummam vbi iura inquiunt, diſpenſationem fieri poſſe. Caſus autem huiuſmodi in iure, habentur in cita. c. præterea licet, & in c. 2. de eo, qui cognou. conſang. vxor. ſuæ ibi, Poterit ex diſpenſatione, & in c. cum ex eo, de electio. & in alijs ſimil.

4 At qui † an per clauſulam Bullæ inſeri ſolitam in collatione beneficiorum, vel aliarum gratiarum. Teque à quibuſcunque cenſuris abſoluentes, &c. irregularitas tollitur, vel ſuper ipſa diſpenſatum? Breuiter concludendum eſt, diſpenſationem non tolli, ita enim Nauar. in conſilio decimoſeptimo, de Cler. excommunicat. minor. & in conſil. quadrageſimoquarto, de ſentent. excommunic. & in Man. capit. vigeſimoſeptimo, numero 254. ſolum enim aufert impedimentum ortum à Cenſuris; nam & ſic Rebuſ. in Prax. benefic. in declaratione formæ nouæ prouiſionis. Teque abſoluentes cenſuit; & Pariſ. de reſignat. benefic. libro quarto, quæſtione tertia, numero quarto, niſi enim exprimat de irregularitate in ipſa diſpenſatum non intelligitur, vt allegati DD. inquiunt.

Idque meritò; nam nomine cenſuræ irregularitas non continetur, c. quærenti, de verbor. ſignificat. nec etiam nomine pęnæ quādoquidem impedimētum eſt irregularitas, & huiuſmodi pœna. Sed de diſpenſatione irregularitatum hactenus, ad diſpenſationem transeamus.

De

De Diſpenſatione Voti, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis ſecunda, habito reſpectu ad iuriſdictionem delegatam fori exterioris mixti. Cap. LVIII.

SVMMA.

1 *Votum quid ſit.*
2 *Votum quotuplex ſit.*
3 *Voti diſpenſatio quid ſit.*
4 *Cauſæ quamobrem in voto diſpenſari poſſit.*

SECVNDO Epiſcopus diſpenſare in votis etiam poteſt, Verũ quò dilucidior cognitio hæc habeatur, quatuor præmittenda ſunt. Primùm quid ſit votum. Deinde quotuplex. Tertio quid Voti diſpẽſatio. Poſtremò quæ cauſæ diſpẽſandi.

1 Quoad primum igitur. † Votum eſt promiſsio deliberatè facta immediatè, mediateve Deo de meliori bono.

Dixi promiſsio; nam quo quis voto obligetur, non ſat eſt habere volũtatem vouendi, Exempli gratia ingrediendi in aliquam Religionem, vel viſendi limina Apoſtolorũ, vel ieiunandi ſingulis ſextis ferijs, vel donandi aliquid alicui Eccleſiæ, & huiuſmodi, ſed requiritur præter intentionem hanc, & voluntatem hoc vt ſerio promittat, argum. c. litterarum, de vot. ibi enim cum quidam mortis metu perteritus hæc verba protuliſſet. Non diu hic morabor proponens in animo quod religionis habitum eſſet ſuſcepturus aliquando, Romanus Pont. hac de re cõſultus, an voto hic obligatus eſſet ad ingrediendam religionem, reſpondit, nõ poſſe hunc tranſgreſſorem voti iudicari, ſi non impleat, modo plus in voto non ſit proceſſum. Ecce hic apertè haberi, non ſat eſſe habere intentionem vouendi, ſed neceſſariò requiri, vt quis voueat, atque ſic ibi not. quare qui habet intentionem ingredi monaſteriũ, donandive aliquid alicui Eccleſiæ, & nihil præterea facit, intentione hac non obligatur per cit. c. litteraturam; idq; meritò, nondum enim votum hoc eſt, & promiſsio. Eadẽ ratione qui diceret, Ego volo fieri preſbyter, vel Regularis, & huiuſmodi non idcircò obligatur ad ea facienda, nõ enim ſat eſt ad obligandum, velle quem quid piã facere, vbi id ſe facturum non promittit; ſicut nec peccat qui voluit ire ad audiendam miſſam, vel concionem, ſi deinceps eo non iuerit.

Dixi Deliberatè facta; ſi enim quis non animaduertens voueat quidpiam voto non obligatur. Quare qui vſu rationis carent, vt furioſi, vouere nequeunt. Hinc cum pueris facilè diſpenſatur in voto; quandoquidem facilitate potius quadam, quam arbitrio diſcretionis vouiſſe cẽſentur, vt in c. 2. de vot.

Dixi Immediatè, mediateve facta Deo, quò comprehenderentur & vota, quæ fiunt ipſi Deo, & quæ facta ſunt alijs Sanctis; nam & ipſis facta, Deo facta cenſentur per ſuos Sanctos, in quibus glorioſus, & laudabilis, etiam eſt: hinc honor, qui Cubiculario Romani Pont. fit, & ipſi Romano Pont. factus cenſetur, ex quo propter ipſum factus eſt, atque ſic dixit Tolet. lib. 4. in Inſtitu. Sacerdot. capit. decimoſeptimo, nume. 8. verſic Quartò.

Dixi De meliori bono, quoniam aliàs factum non obligat; ſi enim quis ſimpliciter voto ſe obliget ad vxorem ducendam, vxorem tamen non ducere, & continẽtiam ſeruare poteſt, & ordini ſacro initiari, & in aliqua religione profiteri; hæc enim meliora ſunt voto vxoris ducendæ, vt Triden. Syno, ſeſſ. vigeſimaquarta, de Sacram. Matrimon. Canon. 10. aſſeruit. Si quis dixerit, ait enim ibi, ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cælibatus, & nõ eſſe melius, ac tutius manere in virginitate, ac cælibatu, quàm iungi matrimonio, Anathema ſit. De meliori bono igitur vota eſſe debent, alioquin non obligant. Et de hac primo ſatis.

2 Quoad ſecundum, ſcilicet † quotuplex votum ſit, breuiter concludendũ eſt duplex eſſe. Nam aliud eſt ſolemne, Aliud non ſolemne, vt dicitur in c. vnic. de vot. lib. 6. Votum ſolemne duobus modis fit, Ordinis ſacri ſuſceptione, & in aliqua religione à Roman. Pont. probata expreſsè tacitò vè facta profeſsione.

Nõ ſolemne votum autem ſubdiuiditur; nam aliud eſt votum continentię, ſeu caſtitatis, aliud non continentiæ; & huius aliud perſonale, & aliud reale, aliud mixtum eſt. Perſonale illud dicitur, vbi perſona inprimis corporis labores patitur, vt ſi quis voueat ſe ſexta feria ieiunaturum, vel inſeruiturum ægrotis, pauperibus, & huiuſmodi; his

his enim actionibus corporis inprimis patitur. Reale verò eſt, quod ſumptibus rei familiaris inprimis adimpletur, vt votum diſtribuendi paratam aliquarum facultatum in pauperes, in ædificia Eccleſię, & ornamenta ipſius. Hi enim potius ad rem familiarem pertinent. Mixtum denique eſt, quod ſoluitur, & corporis laboribus, & rei familiaris ſumptibus, vt votum peregrinationis, exempli gratia ad ædem ſacram Beatiſsimæ Virginis Lauretanæ, vel ad Terram Sanctã, vel ad Sanctum Iacobum de Galitia, vel ad limina Apoſtolorum, vel ad pugnandum contra Thurcas, & Chriſtianæ religionis hoſtes: hæc enim vota ſoluuntur, & laboribus corporis, quos patitur in itineribus, & rei familiaris ſumptibus, vt per ſe patet, & habetur in c. magnæ, verſ. Tibi pro te, & ſuis famulis, de vot. nam ibi Romanus Pont. id ſignificauit, oſtendens votum peregrinationis miſtũ eſſe, & dum permutatur, rationem habendã eſſe, & ſumptuum, qui fierent in itinere, & laborum, quos paterentur; vt ſcilicet ſumptus in aliud opus ponantur, & pro laboribus itinerum, aliqua alia fiant. Idem habetur in c. quod ſuper his, eod. vbi idem dicitur, de ijs, qui Terræ Sanctæ ſuccurrere vouerunt. Hæc igitur vota mixta ſunt. Quod enim ſi eundi ad aliquem pium locum, & aliquid offerendi duo vota ſunt, primum mixtũ, & alterum reale, arg. l. obligationum, ff. de verbo. oblig. & de hoc itidem hactenus.

3 Quoad tertium † Diſpenſatio voti, eſt ſublatio voti, ex iuſta cauſa ab Eccleſię Pręlato facta; quamobrem vouens ipſum adimplere, aliudvè pro alio facere non tenetur.

Dixi Sublatio voti: vbi enim diſpenſatur, tollitur votum omnino, & quoad obligationem, & quoad eius materiam; quamobrem conuenit cum voti irritatione; & ita dixit Caietan. 2. 2. quæſt. 88. art. 10. verſ. Nota ſecundò, & art. 12. verſ. In eodem articulo ibi ad euidentiam conceſsit, & Couar. in c. quãuis, de pact. par. 1. § 3. num. 4. verſicu. Illud verum erit.

Dixi facta à Prælato ipſo Eccleſiæ quo ſeparetur à voti irritatione, quæ fit à perſona priuata, & non Eccleſiaſtica, vt à parente habito reſpectu ad votum liberorum, & à tutore habito reſpectu ad votum pupilli, & à curatore habito reſpectu ad minores, & à marito habito reſpectu ad vota vxoris, & è contrario ab vxore habito reſpectu ad maritum in ſuis iuribus.

Dixi ex iuſta cauſa, quamobrem etiã ſeparatur ab ea irritatione, quæ ſine cauſa fieri poteſt; quæ autem iuſtæ ſint diſpenſandi cauſæ infra declarabimus.

Dixi quamobrẽ vouens adimplere ipsũ non tenetur, quo ſeparetur à permutatione voti, & redemptione, quæ poſtulant, vt aliud fiat; non enim in permutatione, redẽptionevè voti obligatio voti tollitur, ſed ſolum voti mutatur materia, vt habetur in c. 1. cum ſequen. & c. licet cum quatuor ſequen. de vot.

At voti diſpenſatio tollit obligationem, & materiam voti, nec aliud pro alio facere debet, ita dixit San. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 88. art. 10. in reſpon. verſ. Etſi quidem abſolutè; nam ibi ait ſi determinatur abſolutè non eſſe ſeruãdum votum, dicitur diſpenſatio voti; ſi autem pro hoc, quod ſeruandũ erat, aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti. Ecce hic in diſpenſatione omnino nihil præcipi, vt fiat loco eius, quod quis vouerat. Sequitur eum Caiet. ibi verſic. Nota ſecundò, & Nauar. in tracta. de Iubilę. not. 17. num. 5. nam ait diſpenſationem tollere materiam voti, permutationẽ verò ſolum materiã, remanente voti obligatione. Et de quæſtio. hac ſatis, iã quę cauſæ diſpenſandi ſint, videamus.

4 Quoad quartum, † cauſæ demum, quamobrem diſpenſatio concedi poteſt, & ſi præſcribi omninò nequeunt, ex quo certa regula in hoc tradita non eſt, ſed in arbitrio Pręlati eſt id collocatum, vt habetur in cap. 1. ibi Pendet arbitrio, &c. & ibi not. Abb. numero 2. de vot. & ſequitur Nauar. in Man. cap. 12. nu. 77. communis denique DD. ſententia hæc eſt, ad nonnulla tamen capita, vel potius ad quatuor cauſas reduci omnino poſſunt, ſcilicet vel ad cauſam efficientẽ voti, vel finem, vel materiam, vel formam, de quibus ſingulis nobis agendum eſt.

Quoad primum igitur, habito reſpectu ad ipſum vouentem in voto diſpenſari poteſt, vbi facilitate nimia vouit, quod contingit maxime in pueris, qui, etſi rationis vſum habent, facilitate quadam nimia ſæpe vouent, atque ſic habetur in c. 2. de vot. vbi cõmutatur votum cuiuſdam, qui in puerili ætate, facilitate ductus, vouit. Item vbi imbecillitas vouentis impedit, quominus votum factum adimpleatur; exẽpli gratia vouit quis ſe ieiunaturum per totum Aduentum, id quod ægrè facere poteſt, ob corporis imbecillitatem, vtpote quia caput ei ſæpius dolet, vel ſtomacum male affectum habet, ob eam rem cum hoc diſpenſari poterit, ita Nauar. eod. cap. 12. num. 77. idem dicimus in ſimilibus.

Secundo habito reſpectu ad finem, qui ſequi-

Digitized by Google

impediatur voti executionem, diſpẽſatio quoque poteſt fieri, exempli gratia vouit quis, ſe per annum peregrinaturum; id quod ſi faceret, redundat in damnum ſuæ familiæ, vel Reipubl. in hoc caſu itidem, & rectè diſpenſabitur, arg. c. non eſt, de vot. vbi diſpenſat Summus Pont. cum Epiſcopo differendi voti abſolutionem, ſeu executionem, ob id, quod ipſo abſente Vngariæ Regnum damnum pateretur. Idem ſi quis vouiſſet ieiuniũ quod ſi adimpleret, obire functiones, quas debet, non poſſet. Exempli gratia eſt Concionator, vel publicus lector, quorum alter concionari non poteſt, ieiunans alter verò non legere, vel pauper eſt, qui ſuis laborib. ſibi, ſuæque familiæ victum parat, quem nõ pararet, ſi ieiunus eſſet. In his igitur, & huiuſmodi caſib. licite diſpenſabitur, arg. c. 1. & 2. iunct. c. non eſt de vot.

Tertio reſpectu habito ad materiam diſpenſari poteſt, vbi ſcilicet vel mala, vel inutilis eſt, vel maius bonum impedit, vt dixit S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 10. in fine, & ſequitur Caiet. ibi, & declarat in initio, exẽpli gratia vouit Imperator, ſe viſitaturum limina Apoſtolorum Vrbis. Planè ſi periculum eſt, ne ab hoſtibus Imperij bellum moueatur ipſo abſente, in hoc caſu licitè diſpenſabitur: maius enim bonum eſt tueri imperium, quam viſere illa loca; ſicut etiam maius bonum eſt, vt pax inter duos maximos Principes concilietur, per matrimoniũ contractum cum vno ex iſtis Principibus cum filia alterius Principis, quam continentiã ſeruare, quam ipſa filia vouerat, licitè igitur & hic diſpenſabitur in voto continentiæ, ob maius bonum, quod conſequitur. Item vbi malum redditur votum, ſi executione mandetur, vt ſi quis vouiſſet quantitatem magnam pecuniarum ſe daturum cuidam Principi, quo Chriſtianam religionem tueatur, & hoſtes Chriſtianæ fidei proſequatur, antequam vero votũ adimpletum ſit Princeps ille hæreticus fiat, malum enim eſſet, ſi tunc adimpleretur; Diſpenſatio igitur, & hic locum habere poterit. Poſtremò diſpenſari poterit in voto, quod inutile redditum eſt; vt ſi quis votum faceret ædificandi aliquam Eccleſiam in aliquo loco, & antequam ædificetur locus ille ab hæreticis, ſeu à Thurcis occupatus eſt, inutile enim votum hoc redditum eſt.

Poſtremò habito reſpectu ad formam; diſpenſari poteſt, vbi ſi ſeruetur qualitas voti damnum ſequitur. exempli gratia votum quis fecit, ſe nudis pedibus ædem ſanctiſſimæ Mariæ Lauretanæ viſurum; quod enim pedes offendi lapidibus ſpinis, huiuſmodique impedimentis alijs poſſunt, vnde inhabilis ad functiones ſuas obeundas redditur, ob eam rem diſpenſari licitè cum hoc poterit: obſequium enim Domini rationabile eſſe debet, vt inquit Apoſtolus. Idem dicimus de eo, qui hyemali tempore ſubucula tantum indutum ſe viſurum aliquam Eccleſiam vouit; nam ob periculum morbi diſpenſari in hoc poterit, & de eo, qui vouit in hebdomada Sancta, poſt comiſtionem ſactam in die Iouis eiuſdem hebdomadæ, ſe non commeſſurum, neq; bibiturum, niſi in Sabbato Sancto poſt campanæ ſonum; nam ſæpius deficiunt, qui hæc vota faciunt, vt vix recreari deinceps poſsint. His igitur, & huiuſmodi caſib. licite diſpenſabitur. Et de his hactenus. iam rem ipſam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Epiſcopus in votis diſpenſare poteſt, quod pro regula habebimus.*

§. I.

His præmiſsis, iam videamus, in quibus caſibus Epiſcopi diſpenſari poſsint.

1 Pro regula igitur habebimus Epiſcopos in in votis diſpenſare poſſe, ſi m.o per c. 1. de vot. ibi enim de diſpenſatione voti agens Romanus Põt inquit ante permutationem factam pendere ab arbitrio eius, qui præſidet, an permutari debeat; & deinde probabili cauſa legitima exiſtente, debere deinceps diſpenſare. Ecce hic permutationẽ voti ei permitti, qui præſit, vbi legitimam permutandi cauſam interuenit; ergo Epiſcopos facultatem hanc habere concludendum eſt, nam de ſe ipſo, id eſt de Romano Pont. dubitationem hoc non habet, & lex debet eſſe de re dubia. l. quod labeo. ff. de Carbon. edict. Præterea ad Epiſcopum ſcribit, quid faciendum ſit in eius voti permutatione (ab Epiſcopo enim fuerat hac de re conſultus reſponſio enim ad interrogationem accommodari debet, arg. §. præterea in Inſtitu. de inutil. ſtipul. Addo ſi contrarium diceremus ſcilicet de Epiſcopo non intelligi, Epiſcopũ eum, qui Romanum Pont. conſulerat adhuc dubitare potuiſſe, quinam Præſes ille eſſet. Per eum Canonem igitur ſolutio quæſtionis propoſitæ habetur. Et quod per eum Canonẽ Epiſcopus in voto diſpenſare poſſit,

ſit,not.Gloſſ. ibi in verb.Arbitrio, in fine,& ſequitur eam Abb.& notanda monet Inno. ibidem.& pro certo habet in alijs votis Epiſcopos diſpenſare poſſe,& ſequitur Nauar. in Man.cap.12.num.85.verſ.Secundo ibi in cæteris verò votis,& Tolet.libro 4.in Inſtit. Sacerdot.cap.19.num.11. Idem ait generatim Gloſſ.1.in c.non eſt eodem cõmunis denique DD.ſententia hæc eſt. Nec facit ſi dicatur in eo capite agi primo de permutatione voti, & non de diſpenſatione; nam qui permutat,diſpenſat, & ſequitur ibi Abb. ac DD. & quæ iuriſdictio in permutatione poſtulatur,eadem in diſpenſatione requiritur. Poſtremò conſuetudine hæc opinio recepta eſt,vt dixit Hoſt. in eodem c.1.quem refert, ac ſequitur Abb.ibi,num.ſeptimo, nam ait conſuetudine ſeruari, vt Epiſcopi diſpẽſent, ergo ab ea recedendũ non eſt;minime enim mutanda ſunt,&c.l.minime,ff.de legib.etenim diuturna conſuetudo pro lege habetur, l.diuturna conſuetudo, ff.eodem. Accedit, quod Roman. Pont.quædã ad vota ibi reſeruauit,in quibus ipſe,& non alius diſpenſet, vt infra videbimus,ergo ſecus in alijs argu. c.nuper,de ſent.excommu. prohibitio enim vnicus alterius conceſsio eſt, l.cum prætor, ff.de ind.& c.nonne, de præſumpt. Pro certo igitur habendum eſt;in alijs votis,cuiuſcunque ſpeciei ſint, Epiſcopos diſpenſare poſſe.Id quod ob huiuſmodi votorum frequentiam conceſſum ipſis eſt; ex quo enim hæc vota communiter fiunt,& indigent frequenti diſpenſatione,æquum fuit, vt Epiſcopi facultatem diſpenſandi haberent,quo ad ipſos homines facile confugerent:cuiuſmodi ſunt vota peregrinationum aliarum à reſeruatis,vt ieiuniorum,& huiuſmodi, ita dicit Sanct.Thom.ſecunda ſecundæ quæſt.88. art.duodecimo,in fine. In ieiunijs ergo,in peregrinationibus,in orationibus, in eleemoſynis, & huiuſmodi votis Epiſcopi diſpenſare poſſunt:iam exceptos caſus huius regulæ videamus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus in votis ſolemnibus diſpenſare non poteſt.*

2 *Diſpenſare an poſsit cum eo,qui vouit,ſe non cõmiſſurum aliquod ſub pœna ingrediendi religionem.*

§. IV.

1 §. Regula propoſita, iam eius exceptiones videamus.† Primum igitur Epiſcopus in ſolẽni voto diſpẽſare non põt,c.cum ad Monaſterium, in fine,de ſtat.monac. vbi vix Romano Pont.licere, ſeu id poſſe cõcluditur:ergo multo minus Epiſcopo licebit; valet enim argumentum à maiori ad minus negatiuè,vt DD.communiter concludunt, c.cum in cunctis,de elect.Præterea ius alteri acquiſitum tollere Summus Pont.tantum poteſt,idque ex cauſa; ergo & hac ratione Epiſcopus in hoc voto diſpenſare nequit:tólleret enim ius Deo acquiſitum per obligationem voti factam,quod iuri repugnat;cõtractus enim in initio volũtatis ſunt, poſtea neceſsitatis,l.ſicut,C.de act. & oblig. & id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro adimi non poteſt,l. id quod noſtrum,ff.de reg.iur. Hinc maritus,qui ſine vxoris conſenſu cõtinentiam vouit, nullum vxori præiudiciũ facit,vt DD.communiter concludunt. Epiſcopus ergo diſpenſare non poteſt,vt Sacerdos vxorem ducat,vt ex dictis patet,neque monachus,ſeu regularis profeſſus.

2 Atqui † an Epiſcopus diſpenſare cum eo poteſt,qui vouit ſe non commiſſurum peccatum aliquod ſub pœna ingrediendi religionem & huiuſmodi? Planè concludendum eſt ipſum poſſe,nam cum diſpenſet ſuper voto illius peccati, quod eſt principale, multo magis ſuper acceſſorium,argumen.c.acceſſorium,de regul.iur.libro ſexto, & c. vnic. de conſecrat.Eccleſ.libro ſexto, & ita Nauar.in Manual.capitulo duodecimo, numero quadrageſimotertio.Secus ſi vouiſſet aliquam Religionem, ſi hoc illudvè peccatum committeret;nam votum Religionis principale eſt,& idcirco illud inſpicitur, argum. c.cum voluntate,de ſentent.excommunica. & l.non omnis,ff.ſi cert.petat. & ita Nauar. eodem in conſilio decimoquinto, eodem. Repugnare tamen videtur Couar.in c.quãuis,de pact.parte prima,§.tertio, numero duodecimo,viden.

Poteſt etiam diſpenſare Epiſcopus cum eo,qui paupertatem vouit, quò licitè acquirat,ita Nauar.in conſilio 9. de vot. Sed ad aliam exceptionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *In voto continentiæ diſpenſare Epiſcopus non poteſt.*

2 *In continentiæ voto ad tempus Epiſcopus diſpenſare poteſt.*

3 *Votum de non ducenda vxore diſpenſatione Epiſcopus tollere poteſt.*

4 *Mariti in voto continentiæ ſine vxoris conſenſu facto Epiſcopus diſpenſare poteſt.*

5 *Vxor irritare poteſt votũ continentiæ mariti factum ſine eius conſenſu & ratihabitione.*

6 *Presbyterum qui ſe facturum vouit, cum eo Epiſcopus diſpenſare poteſt.*

§. III.

1 §. Secundò † Epiſcopus diſpenſare nõ poteſt in voto continentiæ perpetuæ, ſeu caſtitatis, eſtò ſolemne votum non ſit, cum ob rationes allatas ĩ priori exceptione, quę & hic locum habent, & idcirco locum habere iuris diſpoſitio debet, c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. Tum quod Roman. Pontif. ſemper votũ hoc ſibi reſeruat, atque idcirco eam poteſtatem Epiſcopis non tribuit, c. nuper, de ſenten. excommunic. atque ſic DD. communiter concludunt. Quare ſi coniuges de communi conſenſu, atque conſilio continentiam perpetuam vouerent, Epiſcopus diſpenſare cum ipſis non poſſet; obligantur enim eo voto, c. quod Deo Patti, 33. quæſt. 1. atque ſic inquiũt DD. & Nauar. in Man. cap. 12. nume. 59. verſic. Trigeſima ſecunda.

Excipitur tamen primo, vbi periculum incontinentiæ eſſet, & adiri Romanus Pont. non facile poſſet, tunc enim in hoc caſu Epiſcopus diſpenſabit, ita Nauar. eodem cap. 12. num. 78. Idem in eodem caſu, ſi caſtitatẽ quis vouiſſet, & poſtea vxorem duxiſſet, & matrimonium conſumaſſet, concurrentibus enim proximè dictis, diſpenſare poteſt, vt debitum coniugale petat, ita Sylu. in verbo, Diſpenſatio. quæſt. 15. verſic. Ex quibus, & Azor. Inſtit. Moral. par. 2. libro 3. capitu. 51. quæſtio. 1.

2 Secundò † excipitur, vbi cõtinentiam ad tempus vouiſſet; in hoc enim caſu Epiſcopus diſpenſare poteſt; nam Romanus Pont. reſeruat ſibi tantum continentiæ perpetuæ votum; ergo non perpetuæ inferioribus Epiſcopis concedit, argum. c. nuper, de ſentent. excommun. etenim prohibitio vnius, alterius conceſſio eſt, l. cum prætor, ff. de iud. & c. nonne, de præſump. & ita Syueſt. in verb. votum. 4. q. 3. verſ. Sextum.

3 Tertio † excipitur, vbi votum de non ducẽda vxore quis feciſſet, vel de non nubẽdo; nam quod continentiæ votum non eſt, ſed ſolum de non ducenda vxore, ob eam rem in hoc Epiſcopus licitè diſpenſare poterit. Idem ſi votum feciſſet de non tangenda muliere libidinoſè; non enim votum caſtitatis eſt; nam votum caſtitatis amplectitur omnẽ copulam, & omnia, quæ prohibentur per ſextum præceptum Decalogi: at votum hoc non itidem, ita Nauar. eod. conſ. 42. de vot. & in Man. cap. 12. num. 43. verſicu. Decimo quatto, & num. 26. etenim multis alijs modis incontinens eſſe poteſt ſine voti fractione. Idem Nauar. in Man. cap. 23. num. 83. & in eod. conſ. 42. qui & ſeruari in Pęnitentiaria, eod. num. 85. teſtatur.

3 Quartò † excipitur, vbi alter coniux, ſine alterius coniugis conſenſu continentiam vouiſſet, nam in hoc diſpẽſabit, quatenus pręiudicium facit alteri coniugi; immo diſpen-
5 ſatio neceſſaria non eſt; † quandoquidem alter coniux irritare votum hoc poteſt, atque ſic dixit Nauar. eodem cap. 23. nume. 65. & num. 70. & in conſ. 18. num. 10. de pœniten. Dixi autem quatenus eſt præiudicium alteri coniugi: non enim ſimpliciter, & omnino diſpenſare poteſt, cum vnum de reſeruatis Papæ ſit, & morte coniugis, qui illud vouit, ſeruare illud teneatur. Quouſque igitur alteri præiudicium facit, ob ruborem debiti petendi, diſpenſabit.

Quintò excipitur, qui ſacrum ordinem ſe ſuſceptutũ vouit; nã hoc diſpẽſati poteſt: nõ enim vouit caſtitatem per ſe, quia votum illud nõ ſequitur, niſi ordinis ſacri ſuſceptione, ita Azor. eod. cap. q. 2.

Poſtremò excipio quoad peccatum de fractione voti caſtitatis perpetuæ; nam Epiſcopus abſoluere poteſt; & quiuis Sacerdos, non enim id peccatum iure, aut conſuetudine reſeruatum eſt, atque ita Sylu. in verbo, Votum, 4. quæſt. 3. qui ita conſuetudine ſeruari teſtatur ibi in verſicu. Poteſtas, & Atehid. idem ſentientem refert.

6 Atqui † an Epiſcopus diſpenſare poteſt cum eo, qui vouit ſe presbyterum facturũ? Videbatur dicendum non poſſe; nam votũ hoc continet votum caſtitatis perpetuæ, capit. primo, de vot. lib. 6. at in hoc non poteſt, ergo nec hic. Atqui contrarium concludendum eſt, ſ. Epiſcopum poſſe commutare hoc votum, aut diſpẽſare, & hoc ob id, quòd non eſt de reſeruatis Rom. Pont. de quib. habetur in Extrauag. & ſi minus, de pœn. Nec repugnat ratio contraria: nam nondum vouit continentiam, quam tũc ſeruaturum vouet, vbi ordines ſuſcipit, cit. c. 1. de vot. alioquin ſecus, & ita pluribus id egit Nauar. in

eodem

eodem capit. 12. nume. 47. & in conſilio 18. de voto.

S V M M A.

1 *Peregrinationis vota ad limina Apoſtolorum, & Ieruſalem, & S. Iacobum Compoſtellæ, & vltra Marinum ad Terram Sanctam recuperandam tollere diſpenſatione non poteſt Epiſcopus.*

2 *Peregrinationis votum faciendæ tali tempore, an prorogari poſſit ab Epiſcopo.*

3 *Articulo mortis exiſtente non poteſt Epiſcopus diſpenſare in voto reſeruato Rom. Pont.*

§. IV.

1 STertio † Epiſcopus diſpenſare non poteſt in voto peregrinationis ad limina Apoſtolorum & Ieruſalem, & ad S. Iacobũ Compoſtellæ, & in voto facto vltra Marinũ ad Terram Sanctam recuperandam. Nam & huiuſmodi diſpẽſationem ſibi ſemper reſeruat Romanus Pont. & de voto vltra Marino habetur in c. ex multa, de vot. Peregrinationis autẽ nomine accipitur hic pro peregrinatione, quæ pietatis gratia fit, vt id probauimus in Tracta. de Bull. Cœn. Domini, par. 2. cap. 10. num. 3. Qui ergo ob aliam cauſam peregrinaretur, ſub hac regula non contineretur.

2 Atqui † ſi ad prædicta loca votum eundi faceret tali tempore; vtpote poſt annum, vel etiam ſimpliciter, an Epiſcopus diſpenſare ſaltem poſsit, quo ad tempus, ſcilicet, vt differat vouens hoc iter? Planè ſine cauſa id fieri non poſſe cenſeo; nam diſpenſatio cauſa cognita fieri debet, vt præmiſsimus, & iuſta cauſa diſpenſationis eſſe debet; ergo vbi nõ adeſt cauſa diſpenſare Epiſcopus non poterit; ceſſante enim cauſa priuilegij, ceſſat & priuilegium, c. cum ceſſante, de appell.

Verum quid ſi iuſta cauſa adſit, vtpotè, quia vouens morbo impeditur, vel viaticũ non habet, vel carcere detinetur, vel alio iuſto impedimento, quominus iter capere poſſit, an concedere Epiſcopus dilationẽ in huiuſmodi caſibus poterit? Videbatur dicendum, neque id poſſe; nam non poteſt in hoc voto diſpenſare, vt cõcluſimus, ergo nec in hoc; acceſſorium .n. naturam ſui principalis ſequitur, & vouere iter ad aliquem locũ tali tẽpore videtur tempus illud acceſſoriũ.

Contrarium tamen ſuadent hæc. Primo, quòd vouens iter aliquo tempore, duo continet æquè principalia, ſcilicet votum itineris, & votum tali tempore, ergo alterum alterius acceſſorium nõ eſt, ſe habet enim hic ſicut debitor, qui tali tempore decẽ, vel huiuſmodi ſummam debet; nam elapſo tempore ſolutionis, adhuc obligatio remanet, l. celſus, §. idem, ff. de recept. arbitr. At ſi eſsẽt acceſſoria poſito principali, & acceſſorium poneretur, etſi ergo quo ad votum peregrinationis Epiſcopus diſpenſare non poteſt, quod eſt vnicus ſpeciei; poterit tamen in prorogatione temporis diſpenſare, quod eſt alterius ſpeciei. Poſtremò facit c. quod ſuper his, verſic. Vnde credimus ibi, quod primis indulgenda eſt dilatio, de vot. ibi enim ſi, qui votum huiuſmodi fecit, ad tempus impediatur, indulgendam ei dilationem temporis inquit ibi Romanus Pont. & quoniã non præſcribit, quiſnam indulgere debeat, & indulgeri tamen poſſe ait, ad Epiſcopum id pertinebit, vbi enim quid iure conceditur diſpenſandum, & non præſcribitur quis diſpenſet, ad Epiſcopum diſpenſatio pertinet, vt dixit Innoc. in c. dilectus communiter recept. de temp. ord. & ita quoque tenuit Nauar. in Man. cap. 12. nu. 75. in fine, & nos ſupra plurib. id probauimus.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut ſumus in foro cõſcientiæ, & in hoc caſu vouens diſpenſatione non eget; ex quo enim votum adimplere non põteſt, excuſatur quouſque impedimentũ ceſſet: impoſsibilium enim nulla obligatio eſt, l. impoſsibilium, ff. de reg. iur & facit, l. 2. ff. ſi quis caut.

Aut agitur in foro exteriori; & in hoc caſu, ſi quæratur, an impedimentum legitimũ ſit nec ne, planè Epiſcopus id declarabit; nam & in alijs impedimentis, & irregularitatibus, vt in vitijs corporum, & in morbis, an priora impediant aliqua ratione ordinũ functiones; & poſterior, ſcilicet morbi, an ceſſauerint, arbitratur Epiſcopus, vt probauimus ſupra ſeſto in irregularitatib. præfectis à prędictis impedimentis, non diſpẽſet. Idẽ ergo & hic, non enim qui declarat, quicquam addit, l. hæredes palam, §. penu ff. de teſtam. & in his duob. caſib. poſterior opinio locum habebit. Si vero quæratur, an Epiſcopus dilationem dare poſsit; nequaquam id ipſum poſſe cenſeo; ſed Roman. Pont. id reſeruatum eſſe, concludendũ eſt, & hoc per cita. c. quod ſuper his, in verſic. ex multa, ve. d. Ad hæc eodem de vo. nam in voto vltra Marino, quid faciendum ſit, Romanus Pont. docet, & ponit formam, quæ ſeruanda eſt [illegible]

Digitized by Google

vonens,vel perpetuo,vel ad tempus impeditur,& quoniam Epiſcopus,ad quem eam formam ſcripſerat,dubitabat,an quis Prælatus,ea forma ſeruata,poſſet vouentes abſoluere;hac de re conſultus Romanus Pontif. reſpondit in cit.c.ex multa non pertinere abſolutionem hanc, in illis caſib. niſi ad eos,qui ſuper hoc,mãdatum ſpeciale à Sede Apoſtolica habent.Ecce hic ſolutionem traditam quæſtionis propoſitæ eſtò igitur forma tradita in c.quod de his,ſeruetur dilatio tamen dari non poteſt,niſi à Romano Pont.vel ab eo,q à Rom.Pont.poteſtatẽ hãc delegatam habet per cit.c.ex multa.Nec facit ſi dicatur de abſolutione agi,vbi impedimentum perpetuum eſt;non autem vbi temporale,vt in caſu noſtro;nã cit.c.quod ſuper his tam formam tribuit in impedimento ad tempus,quam in impedimento perpetuo;& in eodem c.ex multa ſimpliciter dicitur, & ſeruata forma tradita cit. c. quod ſuper his non licere abſoluere,niſi ab eo, qui à Sede Apoſtolica poteſtatem habet;ex quo igitur ibi non diſtinguit de impedimẽto,ergo nec nos diſtinguere debemus,l.de pretio, ff. de publ.in rem act. Poſtremò dando dilationẽ etiam abſoluit vouentem, ſcilicet à præſcripto ſibi tempore ad votum exequendum; quamobrem ad illud tempus exequi nõ tenetur. Ex quo igitur ibi dicitur abſoluere non poſſe,qui auctoritatem non habet à Sede Apoſtolica, & de impedimento ad tempus accipiemus. Poſtremò id habetur expreſſum in c.non eſt,de vot.ibi. Non tranſgredi eum votum dicit, qui auctoritate Apoſtolica diſtulit illud adimplere;& ibi agitur de voto vltramontano, quod Romano Pont.reſeruatum eſt,ergo idem in alijs votis Apoſtolicæ Sedi reſeruatis. Non igitur Epiſcopus hic dilationem dare poteſt, & in hoc caſu prior opinio locum habebit.

3 Addo † nec cũ conſtituto in articulo mortis Epiſcopum diſpenſare poſſe in votis Romano Pontif.reſeruatis;nam nihil obeſt, eo caſu,ſi cum ipſo non diſpenſetur;ex quo ſalus animæ non periclitatur,damnumvè patitur:quod contingeret,ſi nõ daretur facultas abſoluendi à caſibus reſeruatis, & cenſuris,vt Triden.Synod. tradidit, ſeſſ. decimaquarta,cap. De caſuum reſeruat. atque ſic dixit Syueſtr. de Sacerdote in verbo, Votum,quarta quæſtione ſecunda, verſicu. Decimo.

S V M M A.

1 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum eo, qui religionem ſi ingreſſurũ vouit, quæ regula quo, uſque pateat declaratur.*

2 *Votum factum ab impubere irritari poteſt à patre, eſto deinceps pubes factus ſit.*

§. V.

1 §. Poſtremò † Epiſcopus diſpenſare cum eo non poteſt,qui religionẽ vouit,quippe quia & votum hoc Romano Pontifici reſeruatum eſt.

Excipitur tamen vbi religionem arctiorem vouiſſet;nam Epiſcopus diſpenſare poteſt,vt laxiorem ingrediatur,ita inquit Syluestr.in verb. Votum,4.q.3.verſ.Sextum, & Nauar.in conſ.40.& conſ.41.de vot.& Caiet.2.2.q.189.art.1.in littera B.& idem Nauar.in conſ.4.de reg.num.23.verſic. Sexto, quod licet ſolus.Idque meritò;votum enim de ingrediendo religionem duplex eſt, alterum de ingrediendo religionem,& hoc Papæ reſeruatum eſt. Alterum de ingrediẽdo hanc,vel illam religionem,& in hoc caſu nõ eſt Papæ reſeruatum; non enim id iure cautum eſt.Quare in hoc poterit diſpenſare, vt æqualem,vel laxiorem ingrediatur; non enim tollit ob id religionis votum.

Diſpẽſabit igitur cũ eo,qui arctiorẽ vouit,vt laxiorem ingrediatur; & cum eo, qui hanc vouit,vt aliam ingrediatur ob prædicta.Item diſpenſare cum eo poteſt, qui arctiorem religionem vouit, cum eſſet in laxiore,ita Sylue.eodem,& Nauar.in cit. conſil.4.nam nõ eſt votũ religionis, ſed votum de tranſitu de vna religione ad aliam.

2 Excipitur poſtremò,†vbi qui religionem vouit,pubes nondum erat, vel pubes enim deinceps factus ſit,& exiſtimauerit votum valere,& velit illud exequi, ſi tamen pater vult illud irritare, poteſt. Nã etſi in ea ætate eſt,in qua votũ huiuſmodi emittere poteſt,quod tamen votum factũ non firmauit pater,ſuper eo ius habet,cùm nec ſubſtãtia voti mutata ſit tempore,cuius curſus nõ ſat eſt ad obligationem inducendam,l.obligationũ ferè,§.placet,ff.de act.& obligat.Nec volũtas etiam vouentis,atq; ſic plurib.aſſeruit Lud.Palleſtr.in 1.par.q.caſ.cõſ.caſ.49. incip.Matthæus annor.tredecim.

Atqui vbi diſpenſatio fit,an aliquid imponi debet,quo cum diſpenſatur? Item,an qui

vouit,

vouit, contra votum venire aliquando poteſt? Hæc in ſeq. explicabimus.

SVMMA.

1 *Diſpenſatio, vbi ſit cum aliquo, nihil imponi ei debeat loco eius quod vouerat.*

2 *Vouens aliquando per ſe ſe poteſt votũ non adimplere, & aliquando etiam differre.*

3 *Diſpenſandi facultatem habens an alteri delegare eam poſsit.*

4 *Diſpenſandi facultate data in Iubilæo, an vti poſſit quis poſt Iubilæum.*

§. VI.

1 Prima quæſtio, quã explicandam nobis propoſuimus, hæc eſt, an qui diſpenſat cum aliquo in voto, loco eius, quod vouerat, imponi aliquid debeat. In qua quæſtione breuiter concludimus nihil imponi debere. Tum quòd diſpenſatione votum tollitur & quoad obligationem, & quoad rem, quæ erat voto obligata, vt ſupra probauimus: ex quo igitur votum totum extinguitur, meritò nihil imponi debet. Alioquin diſpenſatio nihil à permutatione voti differret, vel à redemptione, nam per redemptionem, & pmutationẽ aliud præſtatur, vt habetur in c. primo, & c. ſecũdo, & c. magnæ cum duobus ſeq. de vot. vbi ſemper aliquid præcipitur faciẽdum pro eo, quod voto fuerat promiſſum, atque ſic dixit Nauar. in Man. capitulo duodecimo, num. ſexageſimoquinto, verſic. Pro luce dicendorum. Hæc autem locum habent, vel votum factum ſit ad luendas peccatorum pœnas, ad gratiam referendam pro beneficijs acceptis à diuina gratia. Et de quæſt. hac ſatis.

2 Poſtrema quæſtio eſt, † an vouens ſine prælati auctoritate poſsit aliquando aut votum non implere, aut differre. In qua quæſtione diſtinguendum eſt. Aut manifeſto conſtat, ſi votum adimpleatur, vel malum eſſe, vel inutile reddi, vel maius bonum impediri. Et in his caſibus concludendum eſt propria auctoritate id facere poſſe, atque ſic ſenſit Caiet. ſecunda ſecundæ quæſtio. 88. articulo duodecimo, in principio, verſic. Et confirmatur amplius hoc, & ſequitur Nauar. in Manual. capit. duodecimo, num. ſeptuageſimoſexto, in principio, & facit c. euidentia, de accuſa. Hinc qui notoriè excommunicatus eſt, cenſuravè alia irretitus, vitari debet in ijs, quæ per cenſuram ei prohibita ſunt, eſtò à Iudice denunciatus non ſit ob Extrauag. ad euitanda, quam declaraui in Tracta. de Cenſur. ergo idem & hic.

Aut non manifeſtò conſtat, & tunc ſine ſuperioris auctoritate, id nequit, ita Sanct. Thom. eadem quæſt. ſecunda, in Reſpon. ad 2. Ad ſuperiorem enim in hoc caſu declaratio pertinet, vt habetur in c. 1. de vot. nam, ex quo quis Deo obligatur ipſo voto, per miniſtrum eius vicem gerenſis in terris, & declarari debet.

Quæ diximus de voti adimpletione, eadem ſentimus, & de eius dilatione, ac prorogatione, nam ſi, exempli gratia quis vouit ſe viſurum Aedem Sanctiſsimæ Virginis Lauretanæ tempore Paſchatis; & impediatur eo tempore vel morbo, vel quod carcere detinetur, vel quod non habet pecuniam, & quod ad ſummam, de iure, vel de facto impeditur in aliud tempus licitè differre poterit. Tum quòd ad impoſsibile nemo obligatur, l. impoſsibilium, ff. de regul. iur. Tum quod ſi poteſt manifeſta cauſa exiſteote, vt ſupra diximus votum ipſum totum tollere, multo magis & illud differre, argum. authen. Multomagis, C. de ſacroſanct. Eccl.

3 Verùm † an qui diſpenſandi facultatem habet, hic alteri eãdelegare poteſt? In hac quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quis eam poteſtatem habet proprio iure, cuiuſmodi habet Romanus Pont. & in hoc caſu ſine dubitatione alteri delegare eam poteſt, vt quotidie fit ab eod. Summo Pont. in Iubilæis, & huiuſmodi, id quod dubitationem non habet.

Aut quis hanc poteſtatem delegatam habet, & in hoc caſu rurſus ſubdiſtinguendum cenſeo. Aut quis habet eam delegatam ratione ſuæ dignitatis, quod contingit Epiſcopis, qui à iure poteſtatem hanc delegatam habent tribus votis exceptis, vt diximus. Et in hoc caſu ſubdelegare hanc poteſtatem, quis poteſt; nam, vbi quis ob ſuam dignitatem huiuſmodi facultatem habet, delegare alteri eam valet, vt habetur in. fi. in c. fi. & ibi DD. oot. de off. ord.

Aut eam non habet ob ſuam dignitatem, & ordinario iure, ſed extraordinario, vt cõtingit quando Summus Pont. in Iubilæis facultatem hanc ſimplicib. Sacerdotib. concedit, & in hoc caſu alteri poteſtatem hãc delegare nequit, neque etiam ſi quis ab Epiſcopo hanc facultatem haberet, & hoc per c. fi. de off. delega. In hac igitur quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo.

4 Quid itidem † ſi quis per Iubilæum poſſet

ſet diſpenſare, an ſi pœnitens, quem audiuit, obliuione omiſsit, petere diſpenſationem, obtinere deinceps illam poterit elapſo Iubilæi ſuſcipiendi tempore? Videbatur dicendum poſſe; nam, vbi per Bullas huiuſmodi conceditur facultas abſoluendi caſib. reſeruatis, ſi pœnitens obliuione aliquid huiuſmodi omittat, à quocunque Sacerdote deinceps abſolui poterit ab eo, quia reſeruatum non eſt, vt DD. communiter concludunt; ergo & itidem hic dicendum videtur, vt ſimplex Sacerdos permutare votum poſsit elapſo etiam Iubilæi tempore. Poſtremò facit, quòd per Iubilæum datur facultas abſoluendi à cenſuris, & vbi generaliter quis abſoluitur, ab ijs etiam abſolutus erit, quos obliuione non patefecit.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet diſpenſare hunc non poſſe, primo quoniam tempore elapſo Iubilæi ſuſcipiendi facultas illa tollitur; permiſſum enim ad tempus poſt ipſum elapſum cenſetur prohibitum. Poſtremò facit, quòd nec à cēſuris abſolui poteſt, vbi tempus indulgentiæ elapſum eſt. Non obſtant contrariæ rationes. Non poſterior, quoniam loquitur, vbi eſt abſolutus tempore Iubilæi generatim ab omnibus cenſuris; & nos agimus, vbi eo tempore votum permutatum non eſt. Non obſtat prior ratio; nam reſeruata amplius non ſunt, quandoquidem, vt inquiunt DD. reſeruatio ſublata eſt per hāc conceſsionē, atque ſic aſſeruit Lud. Palleſ. in ſecunda parte, ſecundo Reſp. caſ. conſ. hæc inquiūt DD. quos quoad quæſtionem propoſitam Ego etiam ſequor, quamuis quod dictum eſt de caſibus reſeruatis mihi nunquam placuerit quoad rationem, vt ſuo loco probaui.

Atqui ſi tempore Iubilæi diceretur, Diſpenſo tecum in omnib. votis, vel permuto tua vota, an valebit diſpenſatio, permutatio vè facta? Planè non, nam in diſpenſatione, & in permutatione cauſa ineſſe debet, atſi ignorat vota, ignorabit etiam cauſas, quā obrem diſpenſatio, permutatio vè fiat, ergo diſpenſatio, & permutatio non valebit. Excipit tamen Palleſtrel. eodem vbi qualitatem votorum ſciret pœnitens, ſed non numerum, exempli gratia ęgrotus fecit votum viſitandi plures Eccleſias, eſto non recordetur numeri, in hoc caſu poterit diſpenſare in omnib. generatim, ex quo qualitatem voti ſcit, eſto non numerum. Sed iam de voti permutatione agamus.

De Voti permutatione, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis tertia, habito reſpectu ad iuriſdictionem delegatam fori mixti Cap. LIX.

S V M M A.

1 *Voti permutatio quid ſit.*
2 *Permutandi vota quæ cauſa ineſſe debeant.*
3 *Permutandi modus qui ſit.*
4 *Permutare vota qui poſſint.*
5 *Diſpenſandi poteſtatem qui habet, an permutare poſſit.*

PERMVTARA vota Epiſcopus itidem poteſt. Verùm, quo dilicidius id fiat, hæc præmittenda ſunt. Primum quid ſit voti permutatio. Secundò quæ cauſæ in permutando conſiderandæ. Poſtremò quę forma, ſeu modus in permutatione adhibendus ſit.

1 Quoad primum igitur † permutatio voti eſt permutatio rei voto promiſſæ cū alia re præſtanda voti obligatione permanente à Prælato Eccleſiæ ex iuſta cauſa facta.

Dixi Permutatio pro genere; non ſolum enim dicitur de permutatione voti rei promiſſæ cum alia re, verum etiam & de quacunque alia permutatione ob quamcunque cauſam factam, vt habetur in tot. titu. ff. de rer. permut.

Dixi Rei voto promiſſæ, quò ſeparetur ab alijs ratione alia promiſsis, & idcirco, vbi votum non interuenit, ſed contractus alius.

Dixi Cum alia re præſtanda voti obligatione permanente; quò ſeparetur à diſpenſatione voti, qua diſpenſatione nihil præſtatur loco rei voto promiſſæ, & tollitur diſpenſatione non ſolum obligatio voti, ſed etiam materia, vt dixit Caietan. ſecunda ſecundæ quæſt. 80. art. 2. verſ. Nota ſecundò, quæ duo in permutatione non interueniunt.

Dixi à Prælato Eccleſię iuſta cauſa facta: quò ſeparetur à voti irritatione; nam præterquam quod per ipſam tollitur obligatio & materia voti, priuata auctoritate etiam fit, vt ſupra vidimus, & infra probabimus.

2 Quoad ſecundum, † ſcilicet, quæ cauſæ per-

permutandi vota ſint, inſpicique debeant, ſic communiter diſtinguitur. Aut legitima cauſa adeſt, quamobrem permutatio fiat, & tunc ſat eſt, vt id, in quod commutatio fit, ſit æquè bonū, atque illud, quod quis vouerat. Idque meritò; ex quo enim adeſt iuſta cauſa permutandi, vtpotè quia vouens votum adimplere, vel omninò non poteſt, vel non commodè, veriſimiliter creditur Deus, qui moroſus creditor non eſt, aliud pro alio accepturus, ita declarauit Caiet. 2. 2. quęſt. 12. verſ. Pro luce dicendorum, qui & de communi ſententia teſtatur.

Aut nulla cauſa permutandi adeſt, & in hoc caſu in id commutari debet, quod melius ſit eo, quod quis vouerat; probabiliter enim exiſtimatur Deus hoc accepturus; etenim & qui promiſsit ouem cuipiam, ſi pro ea vitulum tribuat, rem gratiorem creditori facit, ergo & idem de Deo credendum eſt, atque ſic DD. allegati aſſerunt. Et probatur etiam hoc in c. ſcripturæ, de vot. ibi enim Romanus Pontifex rei votum quem non eſſe, inquit, qui temporale obſequium in perpetuam religionis obſeruātiam commutauit. Ecce hic non diſtinguit, an cauſa permutādi ſit, nec ne, ſed ſimpliciter declarari reum voti non eſſe eum, qui reddidit pluſquam vouit, ergo vbi id, in quod permutatio fit, melius eſt eo, quod vouerat, vel permutandi cauſa non adſit, permutatio fieri poteſt; quippe quia magis Deo placet, atque ſic aſſeruit Caiet. eodem. Vbi verò cauſa adeſt, in æquè bonum permutetur ob rationem proximè allatam, & vt colligitur ex c. primi, & ſecundi, & c. magnæ cum duobus ſeq. de vot.

3 Quoad tertium, † ſcilicet qui modus, ſeu forma adhibēda ſit, vbi votum permutatur, ſic diſtinguendum eſt.

Aut votum perſonale eſt ſimplex, vtpotè vel ieiunij, vel precum dicendarum, vel caſtitatis ad tempus, vel macerationis corporis, & huiuſmodi; & in hoc caſu ſi probabilis cauſa ſuadeat, vt permutatio fiat, vtpotè qui ieiunium vouit, videt id capiti nocere, vel ſtomacho, vel ſe non poſſe ſua munera obire, quia pauper eſt, & laboribus ſibi, ſuęque familiæ victum parare cogitur. Qui ſe flagellis cædere vult, animaduertit in morbum ob id ſe incidere. Qui continentiā vouit, ſe non poſſe ob fragilitatem eam ſeruare. Qui ad preces dicendas ſe voto obligarat, ſe negotijs neceſſarijs alio diſtrahi. Planè pro his alia pia opera fient, ei ergo, Qui continentiam vouit pro ea ieiunium indicet; qui diuinum officium vouit eleemoſynam, nam ipſa pro ſe orabit; abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis (inquit enim Eccleſia) & ipſa pro te orabit. Et qui ieiunium, flagella, & eleemoſynam itidem, vel viſitationem aliquarum Eccleſiarum, argum. cit. c. magnæ, de vot. vbi Epiſcopo, qui votum vltramarinum fecerat, quoniam non expediebat ſuæ Eccleſiæ iter illud, Romanus Pōtifex ei mandat, vt labores corporis, quos ex itinere paſſurus eſſet, alijs laboribus compenſet, ſcilicet magis inſtando vigilijs, deuotius vacando orationibus, & in ieiunijs fortius ſe exercendo. Hæc ibi, ex quibus patet id, in quod Res voto obligata commutatur, debere ſaltem eiuſdem generis eſſe, ſi fieri poſsit, vt votum laborem cōtineat, aliudve quid tale commutatur; etſi non poteſt, qui vouit viſitare Eccleſiam Sanctæ Mariæ Lauretanæ alias Eccleſias ei dicatas viſitet, vt habetur in c. quod ſuper his, verſ. Secundis autem eodem, de vot. Perſonarum præterea recompenſato labore.

Epiſcopus ergo, vbi permutatio fiet rei voti promiſſæ cum alia re, hoc ſtudebit, ſi fieri poſsit, vt res, in quam votum permutatur, reſpondeat aliqua ratione rei voto promiſſæ.

Secundò fieri etiam poteſt permutatio perſonæ cum perſona; exempli gratia vouit quis ire ad Aedem Sāctæ Mariæ Lauretanæ, quod iter omnino facere non poteſt, vel nō ſaltem commodè. Poterit igitur Epiſcopus permittere, vt aliū pro ſe mittat, vt dicitur in eodem c. quod ſuper his, verſic. Secundis autem vbi votum tranſmarinum factum à quopiam mutat Romanus Pont. vt quando vouens per ſe id commodè non poteſt per alium exequatur, & impleat. Idem ait de voto facto à mulieribus, in verſ. De mulierib. facit quoque c. ex multa, verſ. Secundò in fine, & § fina. de vot. ſeruatis tamen ſeruādis, vt & ſumptus reſpondeant ſumptibus, quos ipſe vouens feciſſet.

Tertiò permutatio fieri poteſt de tempore in aliud tempus, vt habetur in cit. c. quod ſuper his, verſ. Vnde credimus diſtinguendum. Quare qui vouit, intra annum aliquā Eccleſiam ſe viſitaturum; ſi commodè id nequeat, in aliud tempus id transferet.

Quartò permutatio fieri poteſt de loco ad locum, vt ſi exēpli gratia quis vouit iter ad Aedem Beatæ Mariæ Lauretanæ, mutare poterit iter hoc cum itinere ad aliam Eccleſiam eidem Beatæ Virgini dicatam habito reſpectu & ad labores corporis, & ad ſumptus;

ptus;hoc enim votum mixtum eſt, ſcilicet partim perſonale,partim reale ob laborea itineris,quos patitur,& ſumptus, quos vltra domi ſactoa ob iter boc feciſſet.In voti igitur permutatione ratio hæc habebitur. Quod autem prædicta vota mixta ſint,habetur in c.magnæ ibi,Pro te,& famulis ſuis;vbi pro voto vltramarino,& ſumptuũ, quos feciſſet in eo itinere, rationem habendam, inquit mittendo pecuniam eo,quam impendiſſet,& laborum,quos alijs pijs operib. vt oratione,vigilijs,& ieiunijs compenſandos mandat ibi Summus Pont.Idem habetur in cit.c.quod ſuper his,verſ.Secundo. In votis igitur perſonalib. mutandis ratio laborum; qui alijs laborib.compenſabuntur, in votis realibus ratio habetur rei promiſſæ;proſpiciendo ſemper quatenus fieri poteſt, vt res illa ad eum finem impendatur,quatenus fieri poteſt,cuius gratia fuit voto obligata.

Et quæ diximus de voti mutatione, locũ etiam habent in voti redemptione per c.1. & 2.& cit.c.quod ſuper his,& c.ex multa,§. ſecundo,& §.fin de vot.

Aut votum reale eſt, exempli gratia vouit quis Ecclesiam ſe ædificaturum, vel alicui Eccleſiæ Calicẽ, cereumvè tot librarum ſe daturum,vel pauperi,cum nupſerit,dotẽ, vel alimenta per aliquot annos,vel in bellũ contra Turchas ſe daturum,& ſimilia:Et in hoc caſu,cauſa quamobrem voti permutationem quęritur,naſcitur vel ab ipſo vouente,aut ab eo,cui res voto obligata eſt,aut ex re voto promiſſæ.

Quoad primum caſum,ſcilicet vbi ex parte vouentis permutatio quæritur: tũc ſi paupertate impeditur,quominus poſsit votum promiſſum præſtare, & votum factum eſſet ob peccata redimenda,loco rei promiſſæ,ieiunia,& orationes fient, ideſt in hæc commutabitur,iuxta illud qui non habet in ære, liceat in corpore intibus vulgaribus. Et facit c.quod ſuper his ibi,& circa ſecundos, de vot.Idem fiet,vbi pro gratia referenda, acceptisvè beneficijs, vel pro recuperata valetudine votũ factum eſſet;ieiunia enim, & orationes fient,& in hoc caſu votũ ratione hac permutabitur.Excipitur tamen, vbi non omnino impediretur,ſed ex parte;nam adimplebitur votum ex parte, qua poterit, quoad aliam partem permutatio fiet,vt dixi,non enim mandandum eſt, vt faciat id, quod non poteſt,vt habetur in c. 2. de vot. ibi enim reſcribit Summus Pont.ei,qui redimit votum,& ſic permutat, vt toto vitæ ſuæ tẽpore vni pauperi debeat prouidere,dummodo ad hæc ſuæ facultates ſufficiant;ergo ſecus ſi non ſufficiant,argum. l. impoſsibilem,ff.de reg.iur.poſsibilitas.n.ſemper intelligitur,c.querelam,de iureiuran. cum ſimil. cit.à Gloſſ.in cit.c.2.At inquiet quiſpiam, qui non poteſt votum adimplere,nõ neceſſe habet diſpenſationem,aut permutationẽ quærere;quandoquidem non peccat votum non adimplendo,& idcirco non videtur diſpenſatio,permutatiovè quidpiam proficere Contrarium tamen aſſerendum eſt; nam ſi cum ipſo diſpenſetur, votum omnino extinguitur;tollitur enim obligatio, & etiam materia voti. Quare, vel potens deinceps fiat,non tenetur ipſum adimplere;ſicut etiã ſi permutatio facta eſt, etſi enim obligatio remanet,& materia tantùm mutetur, ſoluto tamen eo,quod per permutationem pręſcriptum eſt, obligatio ipſa tollitur, quod non fieret,ſi permutatio diſpenſatiovè non interueniret;

Aut ex parte eius,cui votum factum eſt, vtpotè,quia locus,cui voto eſt promiſſa,destructus eſt,vtpotè Eccleſia,cui me decẽ daturum voueram, vel puella mortua eſt, cui dotem me daturum voueram: & in hoc caſu,quoniam votum inprimis Deo fit, locus autem, cui erat promiſſum votum ſoluendum,eſt voti circumſtantia quædam, ob eã tem alteri pio loco præſtabitur; non enim ob id votum ſublatum eſt; ſicut nec etiam liberatur obligatione,qui Romæ centũ promeſſerat,ſi contingat creditorem,vel debitorem eò proficiſci non poſſe.Idem concludendum eſt, ſi non commodè ad locũ præſcriptum mitti res voto obligata poteſt.

Quare,qui in Hiſpania moratur,ſi voueat aliqd Diuæ Mariæ Lauretanæ,& non poſſet, aut non commodè illud illuc mittere, alteri pio loco applicabitur.

Poteſt enim Epiſcopus,quod vni loco pio promiſſum eſt voto,in alium transferre, votum permutando; non enim ius acquiritur Eccleſiæ,vel Prælato ipſius per votum factũ, ſed Deo inprimis; & locus, cui res voto eſt promiſſa,interuenit, vt circunſtantia rei pmiſſę,& vt locus ſolutionis, atq; ſic aſſerunt plurib.Caiet.in Tom.2.opus.quæſt.3.& Sylueſt.in verb.Votum,4.quæſt.prima.& Ang. eodem 3.& Nauar.in Manual.cap.duodecimo,numero 78.& nos infra de Legatis pijs aſſeruimus.

Aut ex parte rei promiſſę votum adimpleri non poteſt,vel quia non inuenitur,vel non facilè,& in hoc caſu aliud pro alio dari poterit,argumen. c. magnæ ibi. Quædam

com-

commutarentur, de vot. Excipio tamen, vbi quis rem aliquam præcipuam vouiſſet, quæ ſine culpa vouentis interijſſet, vtſi exempli gratia quis voueat Eccleſiæ ſancti Antonij dimidium bouem, qui nunc morboſus eſt, ſi conualeſcat, & ſtatim ei furto ſublatus ſit non enim tenetur, ex quo ſine ſua culpa res interijt. Hac igitur ratione reale votum mutabitur, iam de votis mixtis agamns, ſcilicet qui modus in eis permutandis ſeruetur, quæ duplicis generis ſunt.

Alterũ quod complectitur, æquè, & principaliter, & pſonale votũ, & reale, vt exẽpli gratia, cùm quis votũ facit viſitãdi ędem D. Mariæ Lauretanæ, & ferendi eidem Calicem; hic enim duplex eſt votum æquè principale, & viſitandi, & dandi, argumen. l. ſtipulationes, ff. de verbor. oblig. Alterum eſt votũ mixtum, ſed vnum eſt principale, & alterum acceſſorium, vt votum viſitandi ædem D. Mariæ Lauretanę; principale enim votum perſonale eſt, ſcilicet labor itineris, acceſſorium verò ſunt ſumptus, quos eundo quis facit, pręter eos, quos domi feciſſet. Quod autem vota hęc mixta ſint, habetur in c. magnæ, verſ. Et ibi, & pro famulis tuis de vot. vbi præcipitur in commntatione, & rationẽ habendam eſſe ſnmptuum, quos vouens feciſſet in voto vltramarino, mittendo pecuniam, quam impendiſſet, id qnod ad votum reale pertinet. Item habendam eſſe rationẽ laborum, qnos alijs piis laboribus, vt oratione, vigilijs, ieiunijsvè cõpenſandos mandat, quæ opera reſpectum habent ad votum perſonale Idem habetur in verſ. Secundo, eodem. His ita ſtantibus in permutatione, ſeu redẽptione in voto pſonali ſeruabũtur, quæ diximus de voto perſonali ſimplici, vt ſcilicet vbi non poteſt, opus quod vouerat, facere, alio opere compenſet, quòd labore corporis perficiatur. In permutatione autẽ voti realis ſeruabitur, qnod diximus de voto reali ſimplici, vt ſi voto pmiſſum ſoluere nõ põt, aliud ſoluat: Quamuis ſi id neqneat, aliud mandabitur, quod laborib. corporis perſolnatur, ſcilicet pia opera; ſicut è contrario, ſi perſonale votũ adimpleri neqneat, reali voto adimplebitur. Sed de modo quo permutatio, ac redemptio fiat, hactenus.

4 His præmiſsis † pro regula habebimus Epiſcopos permutare omnia vota poſſe, vt habetur in c. 1. & ibi no. Abb. ac DD. de vot. etenim, quæ iuriſdictio in diſpenſatione requiritur; eadem, & in permutatione ijs exceptis, quæ ſibi Romanus Pont. reſeruauit, quę autem hæ ſint ſupra poſuimus.

5 Atqui, † an qui poteſtatem diſpenſandi habet, permutare poterit? Sot. libro 7. quæſtione 4. art. 3. de inſt. & iur. hũc permutare poſſe concluſit: Et hoc ob eam rationem, quoniam, qui diſpẽſare poteſt, id quod plus eſt; poteſt, (plus enim diſpenſare eſt, quam permutare; ex quo per diſpenſationem & voti obligatio, & materia tolluntur, permutatione autem obligatio permanet, mutata tantum materia.) At, qui poteſt, quod eſt plus, &, quod minus erit, poſſe debet, l. qui poteſt, ff. de reg. iur. cum ſimil. ergo Nanar. in Man. cap. duodecimo, nu. ſeptuageſimonono, verſ. Illud autem opinionem Soti ſequitur, vbi, qui poteſtatem hanc habet, à iure communi habet, & tanquam ordinarius; ſecus autem ſi ex prinilegio; nã, ex quo priuilegium ſtrictim interprerandum eſt, ſat erit, vt operetur diſpenſationem, in reliquis autem coarctabitur, vt dixit Dec. in c. 1. de reſcript.

Quid igitur concludẽdum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut datur facultas diſpenſandi ei, qui eam non habet vllo iure (quod ſit in Indnlgẽtijs, & Inbilæis ſæpiùs, in quibus conceditur Sacerdotib. ſimplicib. facultas hæc) & in hoc caſu hunc mutare votum non poſſe concludo. Tùm quòd diuerſę ſpecies ſunt permntatio, & diſpenſatio; & conceſſa vna ſpecie, non videtur conceſſa altera: cni enim donani equum non videor donaſſe & Aſellum, quamuis vberior donatio ſit equi, qnam Aſelli. Tùm quòd repugnaret volũtati concedentis, ex quo enim conceſsit facnltatem diſpenſandi, negaſſe facultatem permutandi exiſtimatur, c. nonne, de pręſumpt. & l. cùm prætor, ff. de iud. Etenim quod lex nõ dicit, nec nos dicere debemus, & ſi voluiſſet concedere facultatem permutandi, id dixiſſet. Tum quòd ſumus in materia correctoria, & derogatoria; derogatur enim communi iuri, ergo quamuis maius conceſſum ſit, minus conceſſum non exiſtimabitur; non enim in correctorijs argumentum à maiori ad minus valet, & idcirco nec in diſpenſationib. c. ſi. de fil. presby. libro 6. Dec. in c quia, num 6. de pręben. & Quinct. Mand. de ſignat. grat. in tit. Diſpenſationes, verſic. In materia diſpenſ vbi plures idem ſentientes refert. Id qnod locum habet, vel illis facultas conceſſa ſit, qui aliàs communi iure permutare poſſunt. Quare, ſi Epiſcopus permittatur, vt diſpenſent in votis Romano Pontifici reſeruatis, permutare ipſa non poterunt.

Aut permiſſum eſt, ei, qui cõmuni iure di-

S ſpen-

Digitized by Google

ſpenſare poteſt, vt Epiſcopos; & in hoc caſu, qui poterit diſpenſare, poterit etiam permutare, vt habetur in capit. primo, de vot. vbi etiam permittitur Prælatis, vt poſsint permutare vota: DD. tamen ibi ſentiunt idem eſſe de diſpenſatione, eſto, id maius ſit; nam commune ius eo pertinet, & ita interpretatur. In hac quæſtione igitur ſic concludendum cenſeo. Sed de voto hactenus, ad diſpenſationem impedimeototum matrimonij tranſeamus.

De Diſpenſatione Matrimonij impedimentorum, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quarta, habito reſpectu ad iuriſdictionem delegatam fori exterioris mixti. Cap. LX.

SVMMA.

1 *Diſpenſatio in impedimentis matrimonij quid ſit.*

2 *Denunciationes tres fieri debent in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia, antequam matrimonium contrahatur.*

3 *Diſpenſare Epiſcopus poteſt, ne denunciationes matrimonij contrahendi fiant.*

4 *Cauſæ, quamobrem denuncintiones omitti poſſint.*

5 *Delegari poteſt facultas hæc remittendi denunciationes Vicario.*

QVARTO diſpenſare Epiſcopus in impedimentis matrimonij aliquando poteſt. Verũ, antequam tem aggrediamur, duo præmittenda ſunt. Quid diſpenſatio hæc ſit. Deinde quot denunciationes fieri debeãt, antequã matrimonium contrahatur.

1 Quoad primum igitur † Diſpenſatio impedimentorum matrimonij eſt diſpẽſatio, qua tolluntur impedimenta, vel quę matrimonium nullum reddunt; vel quę ipſius contracti vſum impediunt; vel quę, vt cum peccato contrahatur, faciunt.

Dixi Diſpenſatio pro genere; quandoquidem non ſolum de hac diſpenſatione dicitur, ſed de alijs, vt ex dictis patet, & infra videbimus.

Dixi Reliqua, quibus tanquam differentijs ſeparatur ab alijs diſpenſationibus. ex quibus apparet tria eſſe impedimentorum horum genera. Primum eorum, quę impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum. Alterum eorum, quę impediunt vſum matrimonij iam contracti, tertium eorum, quę impediunt matrimonium contrahendum, ſed tamen contractum non dirimunt. Et de primo hactenus.

2 Quoad ſecundum, † ſ. quot denunciationes fieri debent, breuiter concludendum eſt tres fieri debere, vt habetur apud Trident. Synodum ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 1. verſ. Idcirco Sacri Lateranenſis Concilij, vbi habetur à proprio contrahentium Parocho tribus continuis dieb. feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publicè denunciandum eſſe, inter quos ſit matrimonium contrahendum.

3 His premiſsis † pro regula habebimus Epiſcopum diſpenſare poſſe in his denunciationibus, vt vna tantum, vel nullę omnino fiant, ita habetur eodem cap. primo, verſic. Quod ſi quando. † Cauſę autem diſpen-
4 ſandi ſunt. Primò ſi probabilis ſuſpicio eſſet matrimonium malitioſę impediri poſſe; tũc enim vel vna tantum denunciatio fiet, vel matrimonium celebrabitur pręſente parocho & duob. vel trib. teſtib. & ante conſumationem denunciationes fient, niſi Ordinarius cõtrarium iudicauerit, ita habetur eodem verſ. Quod ſi quando. Secundo cauſæ iuſtæ omittendi denũciationes, vel pauciores faciendi ſunt hę, vbi aut nobilis cũ ignobili, aut diues cum paupere, aut ſenex cum adoleſcentula matrimonium contrahit, ita Addit. ad Diaz. in Pract. crim. Canon. capitulo ſeptuageſimotertio, in verb. Diſpenſet, vbi quoſdam alios idem ſentientes refert & Nauar. in Mao. capit. vigeſimoſecundo, numero ſecundo. Poſtremo cauſa legitima etiam erit vicinitas temporis, quo prohibitę ſolemnes nuptię ſunt, ita Sacra Congregat. eodem cap. 1. declarauit, & Additio. ad Diaz. ibidem, & ita conſuetudine ſeruari vidi.

Idem poſſunt omnes Ordinarij, qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nec non exempti Prelati; nam tales poſſunt omnia, quę Epiſcopi in ſua Diœceſe, quoad ea, quę ſunt iuriſdictionis, ita Gloſſ. in Clem. 1. in verb. Proprij, de reb. eccl. non alien. Quare commendatarius Abbatię, qui habet Epiſcopalia cura, & eſt nullius diœceſis, remittere denunciationes, & ipſe poterit, & ita Nau. in conſ. 2. de cland. deſponſ.

5 Po-

Poſtremò † poteſt etiam Vicarius Generalis Epiſcopi in hoc diſpẽſare, ſi ab Epiſcopo id ei mandetur, ita dixit docta Addi. ad Diaz. in Pract. Crim. Canon. cap. 73. in verbo, Diſpenſet, & Sbroz. de off. Vic. Epiſcop. lib. 2 quæſt. 43. num. 27. & quæſtio. 202. eodem libro.

Contrariam opinionem tenuit Menoch. in conſ. 69. num. 55. volum. 1. & Cæphal. cõſil. 421. num. 72. cum ſeq. Id quod hac potiſſimum ratione aſſerunt, quoniam per Trid. Synodum electa videtur induſtria perſonæ Epiſcopi. Sed ratio hæc nulla eſt. Tum quod in arbitrio Ordinarij id relinquit, Vicarius autem & ipſe Ordinarius eſt. Tũ quod eſto de Epiſcopo accipiatur, non excluditur tamen eius Vicarius, nam, vbi voluit Sancta Synodus Vicarium excludi, id expreſsit, vt in abſolutione ab hæreſi, ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. cap. 6. Tum denique quod omnia, quæ iuriſdictionis ſunt, regulariter delegari poſſunt, de iure canonico, c. aqua, & ibi Gloſſ. de conſecr. Eccleſ. vel Altar. atque ſic contra Menoch. tenuit eadem. Addi. ad Diaz. ibidem, & Sbroz in alleg. locis. Ex his patet parochum ſimplicem in his denunciationibus diſpenſare nõ poſſe, ſicut etiam dixit Nauar. in conſ. 1. de clandeſt. de ſpon. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare Epiſcopus in impedimento dirimente etiam matrimonium aliquando poteſt.*

2 *Impedimenta matrimonij, quæ matrimonium contractum etiam dirimunt quot, & quæ ſint.*

§. I.

1 §. Secundò † diſpenſare poteſt Epiſcopus in impedimẽto, quod dirimit matrimonium, etiam contractum, vbi ſcilicet matrimonium contractum eſt publicè, & impedimentum eſt occultum, & ſeparatio fieri non poteſt, niſi cum magno ſcandalo, & ob paupertatem contrahentium, aliamvè iuſtam cauſam Romanus Pont. adiri non poteſt, aliusvè, qui ab ipſo Pontifice hanc diſpenſandi facultatem habet, ita inquit Syluеſ. in verbo, Diſpenſatio quæſtione nona, num. decimoquinta, verſic. Ex quibus concluditur, vbi quoſdam alios idem ſentientes refert, & Nauar. in Man. cap. vigeſimoſecundo, numero 85. verſ. Tertiò dicendum. Idque meritò; non enim dubium eſt, quin Romanus Pont. id conceſsiſſet ſi de hoc requiſitus eſſet ob animarum ſalutem, quæ aperta le eſt, atque ſi conceſſerit, ut docet in am Gloſſ. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & ea, quæ dixit Iaſ. pluribus in l. Barbarius, num. 3. cum multis ſeq. ff. de off. prætor. Accedit Epiſcopum poſſe contra iüs com. nunc ſtatuere, modo id faciat ex euidenti, & neceſſaria cauſa, quæ ſuperiorem ad id concedendum moueret, argumen. l. hominem ff. manda. & ita Iaſ. in l. omnes populi, in lectu. ſecunda, ff. de iuſtit. & iur. in hoc igitur caſu diſpenſare Epiſcopus poteſt.

2 Impedimenta autem † quæ matrimoniũ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, quatuordecim ſunt, quorum duodecim continentur his verſibus.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas.
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

Quib. verſib. duodecim impedimenta cõprehenduntur. Trident. Synod. autem duo alia addidit, quibus matrimonia nulla redduntur, quorum primum eſt, vbi matrimonium clandeſtinum contractum eſt, i. in facie Eccleſiæ nõ fuit cõtractum, quod contingit, vbi coram proprio Parocho Sacerdote, & duobus, vel tribus teſtibus contractum non fuit, contracto enim huiuſmodi impedit matrimonium, ne valeat; debet enim coram prædictis contrahi, vt ſanciuit Triden. Synod ſeſſ. 24. de refor. matr. cap. 1. Alterũ impedimentum eſt raptus: ſi enim vir mulierem rapiat, quãdiu in poteſtate raptoris eſt, matrimonium inter ipſos eſſe non poteſt, vt habetur apud eãdem Trid. Synod. eod. ſeſſ. cap. 6. Sed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare Epiſcopus poteſt in Cognatione ſpirituali orta poſt matrimonium contractum inter ipſos coniuges.*

2 *Item in Cognatione orta affinitatis inter eoſdem, quo debitum coniugale peti poſſit.*

§. II.

1 §. Tertiò † Epiſcopus diſpenſare poteſt in cognatione ſpirituali orta inter ipſos coniuges poſt matrimonium contractũ, vtpote, quia filium proprium baptizarunt extra caſum neceſsitatis, vel in baptiſmi, vel cõfirmationis Sacramēto ſuſceperũt;his enim modis cognatio hæc contrahitur, vt habetur in c.1.de cognat.ſpirit.lib.6. Quæ quidem cognatio poſt matrimonium interueniens non tollit matrimonidm;ſed impedit,ne debitum exigatur, vt dixit Gloſſ. in c.noſce deſideras,30.quæſt.1.& Ioan.And. & Ant.in c.ſi vir,de cogn.ſpirit. & Syluestr. in verb.Matrimonium 8. quæſtio. ſeptima, verſ.Eſt autem triplex,qui,& Petr.de Palu. Hoſtien.& Goffre.& S.Thom.idem ſentientes refert,& ſequitur.Epiſcopus ergo in hac cognatione diſpenſare,quò debitum licitè exigatur,poteſt,ita Sylu.in verb.Matrimonium 8.quæſt.ſeptima,verſic.Eſt autem triplex ibi,Poteſt tamen,vbi Archid.& Palud. idem ſentientes refert.Idem Nauar.in Manual.cap.decimoſeptimo,nume.trigeſimotertio,verſicu.Cæterum ſanè conſtitutũ eſt; nam & ipſe inquit Epiſcopum diſpenſare poſſe, vbi coniuges abſtinere ſe à copula nequent.

2 Secundò † diſpenſare poteſt cum coniuge poſt matrimonium contractum, vt poſſit debitum petere,eſto affinitas orta ſit ob copulam habitam cum conſanguinea vxoris à marito,vel ab vxore cum conſanguineo mariti,vbi Poteſtas Romani Pont.non adeſt,atque ſic dixit Sylueſtr.in verb. Debitum coniugale,quęſtione nona,in fine, verſicu.Similiter,qui poſt matrimonium idem Abb.ſentit in cap.1.vbi iuuenes ſunt de eo, qui cogn.conſangu.vxor.ſuæ: & idem Abb. in cap.at ſi Clerici,§.de adulterijs,num.decimo,verſicu. Sed dubitatur nunquid poſſit,de iudic.Couar.tamen in titu. De ſponſ. ſecunda parte,capitu.ſeptimo,nume.ſexto, §.ſecundo,diſponſare cum hoc Epiſcopum non poſſe aſſerit,& hoc ob eam rationem, quoniam affinitas orta eſt inter ipſos coniuges;at in affinitate nõ poteſt diſpenſare niſi Summus Pont. cuius opinio locum habet, vbi facultas Romani Pont.haberi poteſt,& ſcandalum non timeretur,alias ſecus. Sed de hac diſpenſatione hactenus, ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in impedimentis matrimonij, quæ impediunt matrimonium quidem contrahendum,ſed non dirimunt contractum.*

2 *Impedimenta non dirimentia matrimonium contractum quæ ſint.*

§. III.

1 §. Poſtremò † Epiſcopus diſpenſare põt in oĩbus impedimẽtis,quę impediunt qdẽ matrimoniũ contrahendũ, ſed non dirimũt contractum,ita inquiunt Palud, lib.4. diſt. 28.quæſt.2.& Sot.eodem diſt. trigeſimaſecunda,quæſt.prima,art.3. & Sanct. Anton. in 3.parte,capitu.16.§.4.& Nauar. in Manual.cap.22.num.83, & Ludou. Paleſtrel. in 2.par.reſp.caſ.conſ.in caſ.incip. Ioſephus à multis annis puellam quandam domi,verſ. Reſpondemus diſpenſationem eſſe petendam,pagina mihi 144.Probatur autem hęc cõmunis concluſio primò hac ratione, quoniam permiſſum eſt Epiſcopis, vt in impedimento inceſtus diſpenſent,c.1.& c.2.& c. ex litteris,iunct.Gloſſ.de eo,qui cog.conſang. vxor.ſuę,& ita aſſeruit Nauar.in Man.c.22. numero 74.cum ſeq.vbi pluribus rem hanc egit.Idem & Couar.De ſponſ.parte 2.capitulo 7.§.2.numero 6. ergo idem & in alijs caſibus poſſe debent,ſicut enim inceſtus impedit matrimonium,ſed illud non dirimit, ita,& reliqua impedimenta propoſita,vt vidimus.Ob rationem igitur, quę eadem eſt in omnibus,eadem iuris diſpoſitio eſſe debet,c.cum dilecta,de confir.vtil. vel inutil. & l.illud,ff.ad l. Aquil.Poſtremò facit,quoniam conſuetudine id ſeruari teſtatur Nauar.eodem capitulo 22.numero 85. vt nec à Papa,nec ab Epiſcopo petatur diſpenſatio eorum impedimentorum ab ijs, qui ea habent,ergo Epiſcopi diſpenſate poterunt, ſi adeantur.

2 Impedimentum autem hæc ſunt† Cognatio,quę oritur ex Catechiſmo, vbi ſcilicet in baptiſmo quampiam ſuſcipit,dum catechizatur,vt habetur in c.2.de cogn. ſpiritu. libro ſexto,ſecus ſi dum baptizatur eum ſuſcipit;ex ea enim ſuſceptione oritur impedimentum matrimonium etiam contractũ dirimens,ſi ante matrimonium contractum interueniat.

Secun-

Secundo eſt inceſtus interueniens matrimonio durante, ita habetur in cap. ſecundo, de eo, qui cogn. conſang. vxor. ſuæ. Inceſtus autem propriè eſt copula habita cum conſanguinea, vel affine in caſu prohibito, ita DD. in rubr. C. de inceſt. nupt.

Tertiò Vxoricidium, ideſt, qui vxorem occidit; non enim hic deinceps vxorem ducere poteſt, cap. admonere, trigeſimatertia, quæſt. 2.

Quartò raptus ſponſæ alterius, cap. ſtatutum 27. q. 2.

Quintò ſuſceprio proprij filij de ſonte, ne vxori debitum reddat, c. admonere, 33. quæſtione 2.

Sexto presbytericidium, ideſt, qui presbyterum occidir, capitu. qui presbyterum, de pœniten.

Septimò Pœnitentia ſolemnis; qui enim eam peregit, ducere non debet vxorem, ca. de ijs, & cap. antiqua, trigeſimatertia quæſtione 2

Octauò, qui matrimonium cum Moniali ſciens contraxit, c. ſi ergo, vigeſimaſeptima quæſtione prima. Votum itidem ſimplex caſtitatis, & Religionis, in quibus poſtremis, an diſpēſet Epiſcopus ſupra declarauimus. Sed iam de diſpenſatione piarum voluntatum agamus.

De Diſpenſatione, ſeu Permutatione relictorum piorum, materia ex qua Poteſtatis Epiſcopalis quinta, habito reſpectu ad iuriſdictionem delegatam fori mixti. Cap. LXI.

S V M M A.

1 *Diſpenſare Epiſcopus poteſt in diuinis officijs, quæ celebrari deberent de voluntate defunctorum, vbi ob multitudinem celebrari nequeunt, & ſic ratione quantitatis.*
Item ratione finis, vbi haberi non poteſt.
Item vbi neceſſarius non eſt finis ille, in quem relictum factum eſt.

1 QVINTO Epiſcopus diſpenſare poteſt aliquando in relictis pijs; Nam † primò, vbi in Eccleſijs magnus Miſſarum celebrandarum numerus impoſitus eſt varijs defunctorum relictis adeo, vt ſingulis diebus à teſtatoribus præſcriptis ſatisfieri nequeat, tunc Epiſcopus poteſt in diœceſana Synodo pro ſua conſcientia decernere quid faciendū ſit, quo ad Dei honorem, & cultum, & Eccleſiæ vtilitatem magis expedire videbit; ita tamē vt eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute ea legata, & pios vſus reliquerunt; ſic enim ſancinit Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, capitulò quarto, de reformat. Poterit igitur Epiſcopus decernere, vt generales miſſæ celebrentur ſingulis hebdomadis, ſicut etiam vt feria ſecunda primum nocturnum mortuorum cantu celebretur, & ad ſummam, aliud quid fiat, quò animabus benefactorum conſulatur.

Idem ſeruandum eſt in eleemoſyna pro ipſis miſsis celebrandis, ſi adeo tenuis ſit, vt non facile inueniatur, qui velit ſe huic muneri ſubijcere, vt dicitur in eodem capitulo quarto, nam numerus miſſarum moderādus eſt, iuxta vires legati, & ita declarauit Sacra Congregat. Mediolanen. Commemorationi autem, quam requirit Sancta Synodus, ſatisfit, vel in Memento, vel in collectis, vt declarauit eadem Congregatio Mediolanenſ.

Secundò locum habent prædicta etiam in officijs pro defunctis, ſeu anniuerſario, ſi ob eorum numerum, vel eleemoſynæ tenuitatem vt ſupra obiri nequeunt, atque ſic reſpondit Sacra Congregat. Archiepiſco. Neapolita. die vigeſimoſexto Nouembr. 1583. ſcilicet diſpoſitionem Concilij etiam locum habere in anniuerſarijs, vt refert Stephan. Quar. in Summ. Bullar. in verb. Miſſa, pagina 291. in huiuſmodi conſtitutione Conſilium Capituli Eps requiret, quamuis ſequi illud non teneatur, ita Sac. Congr. Cardinalium hic declarauit.

Poſtremò locum habent prædicta in Abbatibus, & Generalibus Ordinum; nam in Capitulis generalibus decernere & ipſi poſſunt, ac debent, quid faciendum ſit in prædictis caſibus in ſuis Eccleſijs, vt inquit Sanct. Synod. eodem capitulo quarto. Ratione igitur hac, vbi relictum executioni mandari non poteſt, diſpenſare Epiſcopus poteſt.

Excipiuntur tamen Miſſæ in fundatione

Digitized by Google

Eccleſiæ impoſitæ, in his enim Epiſcopus, ad prædicti alij diſpenſare nequeũt, ita hic eadem Sacra Congregatio declarauit: idque meritò; nam Sancta Synodus loquitur de Miſsis relictis à teſtatoribus, non autem de impoſitis in fundatione, ergo non habebit locum in his ſanctæ Synodi diſpoſitio, incluſio enim vnius alterius excluſio eſt, capitulo nonne, de præſumptio. & l. cum prætor. ff. de iudic.

a Secundò † diſpenſare poteſt, vbi in Hoſpitalibus, vel alijs pijs locis, quæ ad vſum peregrinorum, infirmorum, ſenum, huiuſmodivè aliarum perſonarum inſtituta ſunt, tales perſonæ, nullæ aut per paucæ reperiuntur; tunc enim poteſt Epiſcopus in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior fructus dictorum hoſpitalium conuertere, vt magis expedire ei videbitur cum duobus de capitulo, qui vſu rerũ peritiores ſint à ſe electis, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſimaquinta, de reformat. capitulo octauo. Quare ſi ad infirmos alendos inſtituta ſunt, nec adſint infirmi, ſenes pauperes alentur, quandoquidem & ſenectus ipſa morbus eſt. Si pro puellis pauperibus nuptui tradendis, & ſimiles non inueniantur, in puellas pauperes fructus diſtribuentur, quæ monaſteria ingredi volunt: nam ea ratione Deo ipſi pio, ac ſancto matrimonio iunguntur, & ſic deinceps; & ad ſummam vbi non poteſt, quod iuſsit teſtator in aliud conuerti debet magis proximum ei, quod voluit teſtator, ita Federic. de Sen. in conſilio 175. verſicu. Sed prędicta, & Calder. in conſilio 343. alias decimoquarto, de teſtamen. quem refert, ac ſequitur Tuſch. in litera L. concluſio. 114. numero ſexto. Ratione eius ergo, cui relictum eſt, ſi executioni mandari non poteſt, in alium vſum conuerti poteſt ab Epiſcopo.

Hæc autem locum habent, cuicunque hæc hoſpitalia tributa ſint, & idcirco, vel in commendam, vel in quemcunque titulum, vel Eccleſijs vnita ſint, vel ſi Eccleſiæ parochiales vnitæ hoſpitalibus, aut in hoſpitalia erectæ, eorumque patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint;

Excipitur tamen, vbi aliter in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum; ſi enim cautum ſit, vt non extantibus perſonis prædictis, in quas fructus hoſpitalium conuerti poſsint, in aliud opus pium conuertantur, hoc vt obſeruetur, Epiſcopus curabit.

Sublimitatur tamen, vbi nec id fieri poſſet; tunc enim Epiſcopus, vt ſupra, proſpiciet. Hic igitur ſecundus caſus eſt, in quo Epiſcopus conuertere fructus Hoſpitalium, & locorum piorum in alium vſum poteſt ab eo, in quem conuerti debebant: id quod ob eam rem fit, quoniam id iure permiſſum ipſi eſt.

Tertiò diſpenſare poteſt Epiſcopus, vbi teſtator mandauit aliquid faciendum, ſed non tantum reliquit, quod ad mandatum exequendum ſat ſit; tunc enim in aliud pium opus, quod relictum eſt, transferre poteſt. Quare ſi fundus relictus ſit, vt ex eius fructibus ſingulis annis anniuerſarium, vel tot miſſæ celebrentur pro anima teſtatoris, fundus verò non faciat fructus, vnde prædicta fiant, alienare fundum, & in alium pium vſum conuertere Epiſcopus poteſt, ita Tuſch. eadem concluſio. 114. numero decimoſeptimo. Si etiam teſtator pecuniam pro monaſterio ædificando reliquit, & pecunia relicta ad id ſatis non ſit, Epiſcopus de conſenſu hæredis, & executorum teſtamenti conuertere in alium pium vſum ipſam poteſt, ita dixit Innocen. in capit. nos quidem, numero primo, & Abb. numero ſexto, de teſtamen. & Bald. in l. vnic. C. de ijs, quæ pœnæ nom. numero quinquageſimooctauo, in fine de Capellæ conſecratione, & Roman. in conſilio 409. & Addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. vigeſimaſexta, & Angel. in verb. Legatum ſecundo, numero vndecimo, verſicu. Vtrum legatum ad certum vſum ibi, Aut ille vſus, vbi plures caſus refert, qui de facto adimpleri nequeunt: Id quod probatur per cita. capit. nos quidem, vbi ſi monaſterium in loco deſtinato à teſtatore conſtitui non poteſt, alibi ædificandum, Epiſcopus vt curet à Romano Pont. mandatur. Idem probatur in l. Legatum, ff. de adminiſt. rer. ad Ciuita. pertin. vbi ſi non ſufficit relictum ad opera facienda, quæ teſtator mandauit, in aliud conuerti iubetur. Immo ſine conſenſu Epiſcopi, atque ſuperioris id fieri poſſe de conſenſu hæredis, dixit Caſtrenſ. in conſil. 303. num. 6. lib. 1.

Quartò diſpenſare poteſt Epiſcopus vbi id, quod fieri mandauit teſtator, in loco deſtinato fieri nequit, alibi enim, vt fiat, Epiſcopus cum executore curare poteſt, vt habetur in cita. capitulo nos quidem, & ita Innocen. ibi, numero primo, & Abb. numero decimotertio, & Conat. numero nono, inquiunt, & Angel. eodem in verſiculo Aut vſus adimplere de facto, & Bald. in cit. l. vni. numero quinquageſimoſeptimo, C. de ijs,

quæ

quæ pœn. nom. nam ait ſi in anguſto loco mandauit teſtator Capellam conſtrui, per diſpenſationē Epiſcopi alibi poſſe conſtrui, & facit, l. legatum, ff. de vſufruct. legat. & §. ſi quis in nomine magnæ rei in authent. de Eccleſ. tit. vbi dicitur, ſi teſtator reliquit hæredem aliquem ſanctum, eiuſque ſancti nullum oratorium in Ciuitate ſit, legatū deberi Eccleſiæ Ciuitatis, in qua teſtator diu habitauit. Immo & in alium pium opus mutari poteſt, per cita. l. legatum, & ibi Bartol. not. numero 3. & Bertachin. in Tract. de Epiſco. in quarta par. 4. libri, nume. ſeptuageſimoſeptimo, verſicu. Subſequenter quæro, vbi hoc ait de Eccleſia, quam mandauit teſtator conſtitui in loco, & non poteſt, & idem ait, numero ſeptuageſimooctauo, de relicto pro miſsis canendis in tali Eccleſia; nam ſi ibi ob interdictum cantari non poſſunt, in aliū pium vſum conuerti poteſt, & ita Bartol. in l. 1. ff. de condit. inſtitu. & Bald. in l. ab eo, ff. de fideicommiſſ. aſſerere teſtatur, & ante numerum ſeptuageſimumprimum, cum multis ſequen. Idque meritò; nam teſtator ſi interrogatus fuiſſet, vbi adimpleri eius voluntas non poſſet, an in aliam piam cauſam conuerti vellet; ſine dubio exiſtimandum eſt reſpōſurum fuiſſe ſe id velle; ergo perinde eſt, atque ſi id mandaſſet per tradita à Glo. in l. tale pactum, §. finali, ff. de pact. Excipitur, vbi aliàs teſtator diſpoſuiſſet, vt habetur apud Trident. Synod. ſeſſ. vigeſima quinta, de reform. cap. 8. & ita Feder. de Sen. in conſilio 175.

Quintò diſpenſare poteſt, vt relictum ad vnam piam cauſam ad aliam transferatur, vbi illa neceſſaria non eſt, hæc verò eſt neceſſaria, & rōne alia prouideri ipſi nō poſſet, vt habetur in l. finali, ff. de oper. publ. ibi enim dicitur, ſi pecunia relicta ſit ad nouum opus faciendum, potius conuertendam eſſe ad tutelam eorum operum, quæ ſunt, ſi ſatis operum Ciuitas habeat, & non facilè ad ea reficienda pecunia inueniatur, ergo idem in caſu noſtro.

Quare ſi pecunia Eccleſiæ relicta eſt ad veſtes faciendas pro diuinis officijs obeundis; & ea Eccleſia abundet his veſtibus, careat autem calice, vel re alia, cōuerti in calicem, & huiuſmodi pecunia poterit permittente Epiſcopo; ipſe enim arbitrabitur quid magis Eccleſiæ expediat, & ita Bart. ibi not. Item ſi legatum fiat pro calice, vel reparatione Eccleſiæ, & Eccleſia his opus non habet; tunc Epiſcopus in alium pium vſum legatum conuertere poterit, atque ſic dixit Summa Angel. in verbo, Legatum ſecundo, numero vndecimo, verſiculo Ludouic. de Ror.

Sexto diſpenſare poteſt, vbi aliquid ſupereſt de relicto à teſtatore ad aliud pium opus, ita Bald. in l. ſi quis ad declinandam, §. in omnibus, C. de Epiſcop. & Cleric. Quare ſi mille reliquit pro malè ablatis, quæ non aſcendūt ad iſtam ſummam, quod ſupereſt, in alium pium vſum conuertet; ſicut etiam ſi mandauit conſtrui oratorium, & impendi mille cum quinquaginta ſufficiant, reliqua in pium vſum diſtribuet, niſi teſtator formam Oratorij præſcripſiſſet, tūc enim ad hęredem pertinerent. Sicut etiam, ſi relictum factum alicui loco, & locus tollatur; in alium enim vſum conuertetur, atq; ſic dixit Bertachin. de Epiſcop. libro quarto, parte quarta, quæſtione trigeſima prima, nam relictum factum Monti pietatis, eo ſublato, in alium vſum conuerti poſſe dixit. Idem vt commutetur, quod ſupereſt. in aliū vſum pium dixit Calderin. in conſilio 351. aliàs vigeſimoſecundo, de teſtamen. & Tuſch. in littera L, concluſio. 114. numero 8. & Couar. cit. capitulo nos quidem, de teſtamen. numero nono, vbi alios idem ſentientes refert.

Septimò ſi relinquatur aliquid pio loco, & conſummi facilè poſsit, ſine vlla vtilitate, de licentia Epiſcopi vendi licet, & in alios pios vſus conuerti. Quare venditionem veſtium muliebrum, & huiuſmodi, quæ imagini alicuius ſancti dicantur, permittere poterit Epiſcopus, quò pretium vtilius impendatur. Item ſi pecunia legetur, vt aliquid fiat, quod de iure fieri non poteſt, cita. l. legatam, §. finali, de adminiſt. rerum ad ciuit. pert. & l. legatum, ff. de vſufruct. leg. Idem dicendum ſi voluntas teſtatoris adimpleri nō poſſet, niſi ex parte mutaretur. Quare ſi mandauit, vt in aliquo altari miſſæ celebrarentur, quod altare ipſius defuncti eſt, & veſtibus careat, atque paramentis poterit Eps mandare, vt de pecunia debita pro miſsis emantur ornamēta altaris, & deinceps celebrēt; nam Epiſcopus poteſt ſemper facere commutationem ad tempus, vt dixit Socin. de oblat libell. nono. Idem ſenſit Anton. in capitulo finali, de teſtib. vbi ait legatum ꝓ anniuerſario poſſe pro vna vice ad aliud impendi, & poſtea redire ad ſolitum. In huiuſmodi autem permutationibus animaduertendum ſemper eſt, vt in vſus conuertatur eos, qui voluntati teſtatoris, quantum fieri poteſt, reſpondeant, vt colligitur ex Triden. Synod.

Synod.ſeſſ.vigeſimaquinta,de reformat.capitulo octauo,& ita Feder. de Sen. in conſilio 175.verſicu. Sed prædicta, & Caldetin. conſilio 343. alias quarto, de teſtamen. & Butr.in conſilio vigeſimoſexto,quos refert, ac ſequitur Tuſch.in litera L.concluſio. 114. numero ſexto, Vbi ergo voluntas teſtatoris adimpleri non poteſt de iure, aut de facto, vtpotè vel ratione rei relictæ, vel ratione executorum,vel ratione loci, vel ratione dāni,ob huiuſmodi cauſas Epiſcopus permutate legatum pium poteſt. Conſenſus autem hęredis īteruenire debet,vt dixit Abb. in cit.capitu.nos quidem,de teſtament. per eum canon.

Prædictis caſibus igitur exceptis aliàs Epiſcopus permutandi vltimas voluntates facultatē non habet.Tū quod agitur de mutanda voluntate domini de re ſua,quam habet l.in re mandata,C.manda.& l.ſed etſi,§.conſuluit,de petit. hæredit. quod eſt contra ius naturale,l.id,quod noſtrum eſt,ff. de regu. iur. Tum quod mutatio voluntatis in pijs relictis ad Romanum Pontif.pertinet,vt habetur in Clemen.quia contingit, de religio. domi.& apud Triden.Synod.eodem capitulo octauo, idque cauſa iuſta intercedente, vt inquiunt Innocen. & Abb. & communis opinio.DD.in capit.quæ in Eccleſiarum, de conſtitu.& Nauat.in conſilio nono,numero nono,de celebrat.Miſſ. & Fuſch. de Viſitat. Eccleſ.libro ſecundo,capitu. decimotertio, numero decimoſeptimo. Et ob hanc rationem relictum in vnum opus,in aliud cōuerti ab Epiſcopo non poteſt,l.prima,& l.legata,ff.de adminiſtr.rer.quæ ad ciuita.pert.& ita Bald.in cit.l.ſi quis ad declarandum, numero nono,C.de Epiſcop.& Cler.vbi ait relictum in vnam piam cauſam certam, non poſſe in aliam conuerti,& ita iudicatum, & conſultum fuiſſe ab interpretibus iuris ciuilis, ac pontificij Guid. Pap. deciſio. 556. Non etiam mutare poteſt quoad locum; & idcirco, qui eſt obligatus ad celebrandum in vna Eccleſia, vel altari,non poteſt Epiſcopus concedere vt alibi celebretur; ſicut relicta ad vnum finem,non poſſunt in alium ab eo conuerti. Vbi ergo voluntas teſtatoris adimpleri poteſt,& de iure, & de facto, & commodè,& vtiliter,Epiſcopus mutare eā nō poteſt; aliàs ſecus,vt in propoſitis caſib. vidimus.

Atqui ſi legatum relictū ſit mulieri,vbi nupſerit & moriatur,an fiat caducum?Si ob ipſam mulierem relictum eſt,caducum ſit, & apud hæredē remanet; ſi verò reliquit propter amorem Dei, in alium vſum conuerti poteſt,& debet,& ita Gloſſ.ac DD.in c. nos quidem,de teſtamen.& Bartol.in l. prætor, §.Tuſculanus,ff.de legat.tertio,& Bald.in l. poſt mortem,C.de fideicommi.quos refert, ac ſequitur Bertachin.in tracta.de Epiſcop. parte quarta,libro quarto,numero octuageſimoptimo, & ibi multa priuilegia horum legatorum recenſet.

De abſolutione à Cenſuris eſſet hic agendum:ſed quoniam ſatis, abundeque egi in tracta.de Cenſur.in Tabula prima,capitulo quarto,cum multis ſequen. ob eam rem quę huc pertinent,illinc ſumantur.Caſus autem plures alij, in quibus diſpenſat Epiſcopus recenſetur etiam;nam Specul.in titu.de diſpenſat.§. nunc de Epiſcoporum per totum ponit centum ſeptuaginta duos caſus,quos refert Bertachin.in tracta.de Epiſcop. parte ſecunda,libro quarto,numero 107.cum multis ſequen. refert etiam caſus in quibus non poteſt diſpenſari,ſed quoniam nullam doctrinam tradit,& confuſa ſunt ab ipſo tradita ob eā rē eos prætermiſsi,præſertim quod ex citatis locis haberi poſſunt; de diſpenſatione itidem agit Tuſch.in littera E,concluſio. 276.cum multis ſeq. Sed iam de iuriſdictione delegata agamus.

De Iuriſdictione delegata fori exterioris ſimplicis, ac materia ex qua prima Poteſtatis Epiſcopalis. Cap. LXII.

SVMMA.

1 *Iuriſdictionem delegatam in multis caſibus habet Epiſcopus.*

REſtat, vt de iuriſdictione delegata, quā Epiſcopum etiam habere contingit,agamus.Verum quod iuriſdictio delegata habetur ab Epiſcopo partim ab homine, partim à iure, omiſſa ea, quæ ab homine,cuius cognitio haberi non poteſt,eam nunc breuiter agamus, quam in iure habemus, ſed apud Trident. Synod. tantum.

Primum igitur in monaſteria omnia,quæ ſub immediata Sedis Apoſtolicæ protectione

ſe regi conſueuerunt, poteſtatem Epiſcopus habet, ſi non ſeruetur, cap. octauo, ſeſsio. 25. de reg.

Secundò quò ad clauſuram Monialium reſtituendam, vel conſeruãdam, iuriſdictionem habet in omnia Monaſteria etiam exẽpta, vt Sancta Synod. ait de regular. eadem ſeſſ. capitu. quinto, de regul. & ſupra ſuo loco vidimus.

Tertiò tũ Apoſtolicæ Sedis delegatus cognoſcere poteſt de ſubreprione, obreptione vè ſtatutorum, conſtitutionum, & conſuetudinum, quæ Apoſtolica auctoritate confirmata ſunt, quæ permittunt in electione præſentatione, & in huiuſmodi alijs prouiſionibus, aliquid de fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum ſumere, iuxta capit. decimo quarto, ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformatio. apud Trid. Synod.

Quartò in decoratos dignitatibus iuriſdictionem etiam habet delegatam, vt habetur ſeſſ. vigeſimaquarta, de reformat. capitu. 11. ſicut etiam quoad viſitationẽ, & correctionẽ morum prædictorum; nam exemptio in his non prodeſt, eadem ſeſſ. capitulo decimo, ſicut etiam in capitu. nono, & in capitu. 6. eadem ſeſſ.

Quintò examinare poteſt Notarios quoſcunque, & idoneos non repertos, perpetuò aut ad tempus priuare vſu exercendi ſuum munus in litibus & cauſis Eccleſiaſticis. Idẽ ſi eos deliquiſſe inuenerit, ita Triden. Syno. ſeſſ. vigeſimaſecunda, de reformat. capitulo decimo.

Beneficia quæcunque commendata viſitare poteſt, vbi non viget regularis obſeruantia; vbi viget, monere habet, etſi non fiunt, quæ facienda, Epiſcopis poterit, ita Trident. Synod. ſeſſ. 25. de reformatio. capitulo octauo.

Sextò executor eſt etiam piarum voluntatum, eadem ſeſſ. capitu. octauo, & Bertach. de Epiſcopis in 6. par. quar. lib. & alibi ſup. id egimus.

Septimò in permutationibus vltimarum voluntatum, antequam executioni mandantur, ſummatim, & extraiudicialiter cognoſcere debet, an veritas tacita ſint, an ſuggeſta falſitas, id quod idem de diſpenſationib. gratioſis faciendum eſt, ita Trid. Synod. ead. ſeſſ. cap. 5. & 6.

Octauò ad diſtributiones conſtituendas ex fructibus beneficiorum omnium exiſtentibus in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis partem aliquam ſummendi ius habet eadem ſeſſ. ca. 3. Nono quod ad ea, quæ pertinent ad celebrationem miſſarum, vt habetur in eadem Synod. ſeſſ. vigeſimaſecunda, in decret. de obſeruand. & euitand. in celeb. miſſ. Decimò in viſitatione beneficiorum, quæ commendata ſunt, vt habetur ſeſſ. 21. de reformat. cap. 8. Vndecimò in tranſlatione beneficiorum ob paupertatem, eadem ſeſſ. cap. 7. Duodecimò etiã impeditis parochialium Eccleſiarum Rectoribus, Coadiutores, & Vicarios dare poteſt, eadem ſeſſ. capitulo 6. Decimotertiò quoad vniones faciendas, ob paupertatem. Decimoquartò in Coadiutore dando, & noua parochia conſtituenda, eadem ſeſſ. cap. quarto, & capitu. 5. Idem de diſtributionibus eadem capitu. 3. Decimoquinto reſidens in Eccleſia in exemptos, qui alias ſuæ iuriſdictioni ſubeſsent, iuriſdictionem habet in exceſsibus, & criminibus à ſe commiſsis, ſeſſ. 14. de reform. capit. 4. Decimoſexto poteſt cognoſcere de ſubreptione, & obreptione gratiæ, quæ impetratur ſub abſolutione alicuius criminis, de quo inquirere ipſe inceperat; & de remiſſione pœnæ, ad quam ipſe condemnauerat, ſeſſ. decimatertia, de reformat. capitulo 5. Decimoſeptimo in exemptos etiam clericos ſæculares, vel regulares iuriſdictionem habet iuxta capit. 14. ſeſſ. 7. de reformatio. Decimooctauo in diſpenſationibus etiã conceſsis gratioſè, & in commutationibus vltimarum voluntatum conceſsis delegati ſunt iuxta cap. quintũ, & cap. ſextũ. Trident. Synod. ſeſſ. 22. de reformat. Decimonono in cognitionibus vnionum quarundam, de quib. eadem ſeſſ. cap. 6. Sicut etiam in capit. 3. ſeſſ. ſexta, de reform. Vigeſimo iuriſdictionem etiã habet ponendi Vicarium in illis Eccleſijs, vbi Parochus licentiam habet, ne reſideat, eadem ſeſſ. capit. ſecundo. In prædicatores etiam iuriſdictionem talem habet iuxta capitulũ ſecundũ, de reformat. ſeſſ. vigeſimaquinta. Sicut etiam in Monachos, quoad lectionem Sacræ Scripturæ habendam, ead. ſeſſ. de reformat. capitu. primo. Hi ſunt caſus, in quibus iuriſdictionem delegatam Epiſcopus habet, quos caſus partim collegit etiam Azor. Inſtitut. Moral. parte ſecunda, libro 3. capit. quinquageſimoquarto, & vberius Stephan. Quaran. in Summ. Bullar. in verb. Exemptio, pag. 235. & Pariſ. de reſig. benefic. libro tertio, quæſtione vndecima, vbi plures caſus recenſet, in quibus Epiſcopus iuriſdictionem habet, & quos ſicut, & alios plures, ſuis locis in hoc opere recenſuimus. Sed de iuriſdictione, ac materia iuriſdictionis, ac poteſtatis Epiſcopalis hactenus

ctenus , iam ad formam eiuſdem veniamus.

De forma Poteſtatis, atque officij Epiſcopalis. Cap. LXIII.

SVMMA.

1 *Forma traditionis iuriſdictionis Epiſcopalis quænam ſit.*

2 *Forma poteſtatis Epiſcopalis exercendæ , quænam ſit.*

ABSOLVIMVS Dei benignitate ea , quæ pertinerent ad efficientem cauſam poteſtatis Epiſcopalis ; necnon ad eius effectus;ac demum ad eiuſdem materiam;reliquum igitur eſt,vt de eius forma agamus. Et quoniam duobus modis hęc cõſiderari poteſt,ſcilicet habito reſpectu ad eius collationem , item habito reſpectu ad eius functiones exercendas , ob eam rem
1 quoad primam † breuiter concludimus,per collationem Epiſcopatus,& cõſecrationem, necnon per delegationem conferri, vt in initió vidimus.

Forma autem collationis,quæ fit;præterquam quod de ipſa agitur in titulo de elect. & poſtulat & confirmat. & per prouiſionem factam à Romano Pontif. quæ vim electionis,& confirmationis habet , in Pontificali nouo iuſſu Clementis VIII. ædito pulcherrime id habetur. † Quoad formam autem , quæ pertinet ad exercendas functiones,quę ordinis Epiſcopalis ſunt,in eodem Pontificali etiam habetur,quę igitur hùc pertinẽt, illinc ſummantur.Sat enim habui ſummam eorum hic ponere,quæ ad Epiſcopalem poteſtatẽ pertinent. Quare ob hanc rationem formam,ſeu modum agendi ea, quæ iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſunt (quod & varij Tractatus doctiſsimorum virorum in publicum de ipſa prodiere) cuiuſmodi eſt Praxis Foller.ac Diaz.& aliorum, quamobrem ex ipſis haberi poteſt , ommittendam cenſuimus, ſeruatis tamen ijs,quæ habentur in capit.ſexto,de reformat.ſeſſ. vigeſimaquinta, apud Trident.Synod.& ſeſſ.decimaquarta, de reformat.capitulo octauo, vbi quis alterius ſubditos puniendi,poteſtatem habet,& quæ de conſeruatoribus in ſeſſ.decimaquarta,de reformat.capit.quinto,apud Trident. Synod. De poteſtate autem Epiſcopi circa judicia ægit Bertachin.in ſuo Tracta. de Epiſcopis in quint.par.4.lib.

Hæc habui,quæ breuiter de Poteſtate,atq; Officio Epiſcopi in medium afferrem : quæ omnia ſemper ad laudem & gloriam Sanctiſsimæ Trinitatis,ac Beatiſsimæ Virginis Mariæ,& omnium Sanctorum,nec non Sancti Stephani glorioſi Prothomartyris, cuius parochiæ animarum cura ad me pertinet;in qua hæc omnia commẽratus,ac meditatus ſcripſi . Quare ſi quid Chriſtianæ Religioni,vel fidei repugnans huc obrepſit , quod quidem(Deum teſtor) ſciens non feci , nec quid tale in mentem vnquam mihi cecidiſſe, Dei benignitate memini , Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ,quod & hactenus feci, humiliter,ac piè ſubijcio, atque à me pro non dicto haberi omnino,ac ſemper volo .

Deo Optimo Max. ſit gloria.

F I N I S.

Imprimatur Fr. Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor Sancti Officij pro Reuerendiſſimo Inquiſit. Mediolani.

Imprimatur Fr. Paulus Inquiſit. Bonon.

D. Tobias Corona Clericus Regul. Sancti Pauli pro Illuſtriſs. Archiepiſcopo.

BONONIAE,

Apud Hæredes Ioannis Roſsij.

M. DC. IX.

Ad inſtantiam Simonis Parlaſchæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google